

LEONARDI OFFERHAUS

COMPENDIUM
HISTORIÆ UNIVERSALIS

IN QUO


RES SACRÆ ET PROFANÆ,

Inde a prima rerum origine ad sæculum a nato Christo decimum octavum,

IN ORBE ET ECCLESIA GESTÆ ORDINE CHRONOLOGICO

Quam brevissime exhibentur, suis locis & temporibus adstringuntur, & Historicorum testimoniis muniuntur.

Editio Secunda.



GRONINGÆ,

Apud HAIONEM SPANDAW, Bibliopolam.
MDCCLVI.

CELSISSIMO ATQUE SERENISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

GUILLELMO QUARTO

DEI GRATIA

ARAUSIONENSI ac NASSAVIO

PRINCIPI ETC. ETC. ETC.

FOEDERATI BELGII

GUBERNATORI HEREDITARIO,

REI MILITARIS TERRA MARIQUE

IMPERATORI SUPREMO.

INDIARUM BELGICARUM

ORIENTIS ET OCCIDENTIS

MODERATORI SUMMO &c. &c.



REI OMNIS PUBLICÆ.

ECCLESIASTIÆ CIVILIS ac MILITARIS

RESTITUTORI

PACIFERO PIO FELICI.

CIVITATIS NOSTRÆ LITTERARIÆ

RECTORI & CURATORI

MAGNIFICENTISSIMO.

HANC AD OMNIA ADDICTI ANIMI
TABULAM SUSPENDIT.

LEONARDUS OFFERHAUS.

SERENISSIME AC CLEMENTISSIME, PRINCEPS AC DOMINE.

INmortalia ſunt TUA ac fere infinita, AUGUSTE PRINCEPS, de Belgis merita, quæ nulla delebit memoria: Deus enim, qui vocat quæ non ſunt, præſentiaque ſiſtit, TE difficillimis temporibus vocavit BELGII SOSPITATOREM, qui gentem discordia & privatorum ambitione in præceps & exitium ruentem revocares & conponeres: ipſasque adeo reipublicæ partes ægras & labantes ſanares atque conſtitueres: pacem conciliares & apud exteros auctoritatem: domi quietem, concordiam, publicamque fidem, quæ fere exceſſerat, reduceres. Sed quod inter tot, quibus pro publica ſalute excubas, curas, inter ſplendidos, quibus præfulges, honores, non infra digni-

tatem TUAM esse iudicasti Civitatis nostræ litterariæ summum moderamen recipere, dieque nobis perpetuum albo lapillo notando RECTOR ET CURATOR MAGNIFICENTISSIMUS appellari TE passus es, id vero serio triumphamus, cum in eo luculentissimo exemplo indolem TIBI propriam, & de litteris, quibus ipse inde a iuventute studuisti, bene merendi voluntatem probaveris, novamque rei litterariæ lucem dederis; quid enim non speremus a tam potente, tamque litterarum amante PATRONO? Cum simul animos nostros & studiosæ iuventutis gratiose inflammaveris, ut quisque pro virili parte tanto se PRÆSIDE dignum præstaret. Ego itaque, cum hoc opusculum pro tenuitate mea, sed serio iuventutem Academicam iuvandi studio confecissem, non dubitandum mihi putavi, cui id potissimum inscribere, sacrumque facere debeam, facile enim adparebat, ei deberi, cui ceu RECTORI ET CURATORI MAGNIFI-

CEN-

CENTISSIMO actæ vitæ rationem debeo. Tenuis est labor, nec tua purpura dignus, ut non sine verecundia TUUM subeat conspectum: sed TUA benignitas, qua rerum Academicarum præsidium non es adspernatus, TUUS in litteras favor, TUUM bonas artes proferendi studium temeritati meæ veniam impetrabunt; cum maxime TE publico hoc adloquio compellandi potestatem feceris. Accipe igitur serena fronte devoti animi indicem. Forte nec in brevi tabella regnorum & rerumpublicarum fata, Ecclesiæ sæpe alternantem fortunam, Antichristi incrementa & decrementa recognoscere; & in exemplis prudentissimorum Principum, qui sua sapientia, moderatione, religionis, libertatis & pacis amore generis humani deliciæ fuere, TE ipsum, tuasque, quibus emines, multosque alios longum antecellis Principes, virtutes, tanquam in speculo intueri pigebit. Interim DEUM T. O. M. supplex veneror, ut TE, Clementissime Princeps, cum Regia thori

ſocia, & utraque auſpicatiſſima Prole diu ſalvum præſtet & incolumem, omnibusque iis, quæ usquam & unquam ſibi expetere a ſummo Numine, divinis adfixa rebus, mens Auguſta poteſt, adcumulet beneficiis; ut diu Reipublicæ, Eccleſiæ, Nobisque ſub umbra VESTRA quietis & tranquillis eſſe liceat: meque meosque TIBI qua poſſum devotione commendo. Scribebam Groningæ III ante Kalendas Novembres anno cIↃ IↃ CCL.

PRAEFATIO.

IN vasto historiarum pelago Palinuro, qui cursum regat, iunioribus opus esse, omnes uno ore fatentur, quo mirandum magis, cum tanta prostet compendiorum in quavis disciplina copia, numerusque in dies augeatur, adeo neminem ex nostris repertum, qui operae pretium iudicaverit, ante acti aevi memoriam, res sacras aeque ac profanas brevi summa conplecti & Iunioribus in manus dare; ut potius plerique omnes historias in Schola enarraturi, vel Tursellini historiarum Epitomen, potius indicem, vel Petavii Rationarium temporum, adcuratius scriptum, sequi maluerint. Ipse ego, cum primum animum ad scribendum adpuli, non constitueram iustum compendium dare; sed tantum ea, quae in Petavii Rationario temporum sive in chronologicis, sive in ipsa rerum tractatione minus placebant, emendare, & fontes, ex quibus plura peti possent, paullo adcuratius & copiosius edere. Quapropter etiam id sedulo ab initio egi, ut non, nisi postulante caussa, a verbis Petavii

ordineque ab eo instituto, discederem; id enim Auditorum meorum, qui verbis eius adsueti erant, usibus aptius iudicabam. Id si quis vitio dederit, facile patior, alios sua abundare diligentia, mihi laureola non erat in mustacco quærenda. Postea cum procedente opere intelligerem, plura desiderari, inprimisque nullam fere historiæ Ecclesiasticæ Novi Testamenti rationem habuisse, magisque in rebus Gallicis, quam Germanicis aliarumque gentium desudasse, mutavi eatenus propositum, ut quidem, quæ commode dicta erant, in usus meos verterem; sed tamen paullo liberius a Petavio evagarer, multaque, quæ ille sive in historia sacra sive in profana omisisse videbatur, adderem; insuperque genealogica in recentiori historia intersererem, ne viri Principes, quasi e cœlo lapsi, nec aliunde cogniti, inducerentur magno Lectoris incommodo Ne vero in tanta ac fere infinita rerum copia, quam omnis ævi memoria suppeditat, modum excederem, res ipsas rerumque caussas, domi plenius explicandas, extremo tantum digito adtigi; magisque id mihi negotii datum putavi, ut nexus servandi caussa principia & exitus rerum, tum præcipue nomina propria Locorum & Hominum, quæ facilius effluunt, exhiberem; & in primis Tempus, quo res quæque contigit, adcuratius designarem: in quibus, si aliquando lapsus sum, humaniter admoneri cupio, ego, ut id quam rarissime fieret, omnem, quam potui, adhibui diligentiam. In historia Ecclesiastica generalem tantum Ecclesiæ cuiusque sæculi faciem informavi, & caussas incrementi ac decrementi potentiæ & dominatus Pontificum Romanorum

rum designavi; per singulas enim gentes ire nimis longum, & ab instituto nostro alienum videbatur. Eandemque ob caussam in historia litteraria præcipuos tantum, non omnes, cuiusque sæculi Eruditos recensui. Denique fontes, ex quibus quæque historia haurienda, magna cura adscripsi, nomina Auctorum, libros, capita aut paginas diligenter notavi; in quo ea mihi cautio fuit, partim ut, quoad licuit, quam vetustissimos & illorum temporum, de quibus agebatur, vel æquales vel suppares, hoc est fide maxime dignos, adhiberem, partim ut raro alios excitarem, quam quos ipse inspexeram. Recentiores parcius laudavi, nec tamen penitus eos neglexi, qui vel ipsi ex professo aliquam caussam tractaverant, vel fontes copiosius adscripserant. Erunt forte qui in eo accusabunt nimiam diligentiam, rati potuisse me uno alterove teste defungi, oportuisse etiam magis signate eum designare locum, in quo præcise id, quod in textu adductum, traditum sit. Sed alia mihi stetit ratio, sive ut aliud agendo Juniores præcipuos omnes cuiusque sæculi historicos cognoscerent, sive ut plenius singula ex ipsis fontibus hauriendi studium excitaretur, unoque obtutu intelligerent, quæ potissimum loca ad pleniorem caussæ cognitionem evolvenda sint; aut si non omnium potestas sit, unum saltem alterumve inspicere queant. Ex inglorio labore laudem non quæro, Juventuti & Auditoribus meis consulere, iisque viam præire cupio, ut brevem & perpetuum rerum nexum apud animum descriptum habeant, resque maioris momenti suis locis & temporibus adstringere discant. Hoc si, adspirante Dei gratia,

consecutus fuero, sat amplum laboris fructum me tulisse existimabo Alii si quem ex hoc libello usum ceperint, lucro adponam. Deus omnia cedere iubeat ad nominis sui gloriam!



PRÆ-

PRÆFATIO ALTERA
AD
BENEVOLUM LECTOREM.

QUum ante hos quinque annos præsens opusculum in publicum exire iuberem, non aliud erat consilium, quam ut studiosæ Iuventuti & Auditoribus meis consulerem, brevemque ipsis rerum tam in Repub. quam in Ecclesia gestarum memoriam suis locis & temporibus adstrictam exhiberem, quo facilius certum in vasto historiarum pelago cursum tenerent: sed adeo præter spem atque exspectationem meam, ringentibus quibusdam lucri cupidis, publice placuit, ut vix altero exacto anno typographus me de altera editione procuranda conpellaret, quæ tamen variis de caussis paullo diutius dilata fuit. Quamvis vero, cum de ea deliberarem, varia se sponte obferrent, quæ ad illustrationem & pleniorem explicationem addi potuissent, nihilque facilius fuisset, quam susceptam telam multum extendere; existimavi tamen potius mihi rationem esse habendam consilii, quod ab initio sumseram, cavendumque ne longior exspatiatio tædium concitaret iis, quibus perspicua brevitas grata fuerat. Itaque pauca tantum hinc inde, sæpe uno alterove verbo, addidi,

quæ

quæ maiorem orationi lucem conciliare aut ad pleniorem rei intellectum necessaria videbantur. Id vero in primis mihi negotii datum putavi, ut errata typographica, quæ prima editione inrepserant, caverem & emendarem; in quo licet magnam curam adhibuerim, non tamen omnia caveri potuere: sunt tamen oppido pauca, quæ sensum turbare aut errori ansam præbere queant; quæ propterea omnia, quotquot observare potui, bona fide subiicio. Tu Lector benevole manu tua emenda, conatibusque meis fave.

ERRATA TYPOGRAPHICA.

PAg. 8. lin. 26. lege *carcerem*. pag. 35. lin. ult. lege *vixit* 90. pag. 90. lin. 12. lege *Metapontum*. pag 99. lin. penult. lege *sesquiannum*. pag. 124. lin. 17. lege *Antiocho*. p. 141. lin. 18. lege *Cleonymi*. pag. 143. lin. 11. lege *multis*. pag. 155. lin. 21. lege *Olymp.* 140. pag. 186. lin. 9. lege *Catilinaria*. pag. 225. lin. 22. lege *annos* 73. pag. 235. lin. 14. lege *Hierapolitanus*. pag. 244. lin. 23. lege *Africanus*. pag. 246. lin. 18. lege *optima*. pag. 256. lin. 18. lege *cum*. pag. 269. in notis lin. penult. lege *Paula*. pag. 383. lin. 5. lege *ad postremum* pag. 393. lin. 13. lege *clericorum*. pag. 395. lin. 5. lege *Octobris*. pag. 401. lin. 7. lege *vero*. pag. 474. lin 13. lege *anno* 1106. pag. 495. lin. 13. lege *librarum*. pag. 599. lin. 11. lege *Ludovico* XI. pag. 695. lin. 4. lege *inita*. pag. 732. lin. 9. lege *nuncio*.

COM-



COMPENDIUM HISTORIÆ Sacræ & Profanæ

LIBER PRIMUS

Annos continens 2988. ab orbe condito ſive anno Per. Jul. 721. ad quartum Salomonis, qui eſt Per. Jul. 3708.

CAPUT I.

Exhibens res mundi Antediluviani ſpatio annorum 1656. ab anno Per. Jul. 721. ad 2377.

A. 721. Per. Jul. ad 2377. Ante Chriſt. 3993. ad 2337.

§. 1.

Licet nos luce verbi Dei conluſtrati facile intelligimus, & nos & totum quod cernimus per ſe contingens a Cauſſa ſumme ſapiente ſummeque potente factum eſſe. Nulli tamen Philoſophorum gentilium mundi creationem ex nihilo ſolius rationis ductu adſecuti ſunt, ut dicere liceat, & nos fide, quæ teſtimonio nititur, noviſſe, mundum verbo Dei eſſe conditum. Hunc etſi ſummus Artifex ſuis conſtantem partibus & abſolutum, momento creare potuit, placuit tamen ſexiduum ei elaborando dare. Itaque in principio Deus cœlum eiusque incolas, rerum autem terreſtrium ſtamina ſolo potenti iuſſu produxit. Erat tamen terra rudis & indigeſta moles, cui incubans vivificans Dei Spiritus vim variam indidit[a].

Prima rerum principia.

A §. 2.

[a] Gen. I. 1. 2.

A. 721. Per. Jul. ad 2377. Ante Christ. 3993. ad 2337.

§. 2. Mox Deus prima die *lucem* ex tenebris prodire iussit, rarefactione, ut probabile, materiæ crassioris, dum lucidæ particulæ ad sua quæque loca discedunt [a].

Opus primæ diei. Secundæ.

§. 3. Secunda die Deus *expansum*, cœlestibus corporibus recipiendis, & aquarum superiorum, quæ in nubibus sunt, & inferiorum distinctioni destinatum, fabricavit [b].

Tertiæ.

§. 4. Tertia die aquas conlegit in *maria*, exaggeratisque in inmensum montibus & excavatis alveis aquarum receptacula fecit, simulque retectam humum *herbas arboresque* educere iussit [c].

Quartæ.

§. 5. Quarta die cœli *luminaria* solem atque lunam disposuit ad distinctionem faciendam inter diem & noctem annique tempestates [d].

Quintæ.

§. 6. Quinta *pisces* in aquis, sed ex terra æque ac *volucres* procreavit [e].

Sextæ.

§. 7. Sexta, præter feras terræ, pecudes & reptilia, hominem finxit e terra, & divini spiritus adflatu animatum, suam similitudinem imaginemque gerere, eoque iure in terrestria omnia dominari iussit [f].

Septimæ quies.

§. 8. Ita sex dierum spatio, tempore, ut videtur, verno, anno Per. Jul. 721. perfecti sunt cœli & terra omnisque exercitus illorum, & quievit Deus die septima ab opere faciundo eidemque benedixit [g].

Homo in paradiso.

§. 9. Tum Deus hominem a se conditum in hortis amœnissimis, a Deo ipso in *Armenia*, ut probabilior fert sententia, consitis, conlocavit, data potestate utendi omni fructu arborum huius horti, tantum ut fructu arboris scientiæ boni & mali abstineat [h].

Animalibus nomina dat.

§. 10. Mox &, postquam *Adam* animantibus ad se adductis sua indiderat nomina, nec inter illa reperiretur commodum homini auxilium, Deus ex dormientis *Adami* latere detractam costam formavit in feminam, quam illi conparem & adiutricem dedit [i].

Lapsus pellitur.

§. 11. Verum illa serpentis dolis blanditiisque victa non tantum interdictæ fructum arboris ipsa sumsit, sed & marito, iam rationes quærenti, dedit. Cuius sce-

a Gen. I. 3. b Gen. I. 6—8. & 17. c Gen. I. 9—13. d Gen. I. 14—18. e Gen. I. 20—22. c. II. 19. f Gen. I. 24—30. II. 7. g Gen. II. 1—3. h Gen. II. 8—17. i Gen. II. 18—24.

sceleris noxam cum ipse præsenti mox pœna luit, tum deinceps derivavit in posteros. Igitur, spe tamen salutis in semine mulieris proposita, beata illa mansione deiectus cum culpæ socia coniuge in vitæ huius ærumnas extruditur[a]. A. 721. Per. Jul. ad 2377. Ante Christ. 3993. ad 2337.

§. 12. Primi deinde mortalium ab illis orti sunt *Cainus* & *Abelus*, ille agricultura, hic pastione pecorum nobilis[b]. Sed cum post multos dies sacra ambo facerent, Deusque *Abelum* eiusque munus in fide oblatum respiceret, adeo exarsit *Cainus*, ut innocentem fratrem obtruncaret. In cuius parricidii ultionem huc illuc vagus oberrans similem sui, hoc est, invisam Deo & rebellem procreavit sobolem. Idem de *Henochi* nomine urbem primus instituit[c]. Quemadmodum eodem stemmate orti *Lamechi* filii musicam, artesque mechanicas primi coluerunt[d]. Caini posteri.

§. 13. Huic adversam hoc est piam, Deoque gratam stirpem propagavit *Sethus*, paullo post *Abeli* necem genitus: cuius filius *Enos* solemnem publicumque Dei cultum instituit[e]. Inter alios conmemorandi *Henoch Jaredi* filius, quem sibi pietate conmendatum vivum e conspectu hominum abripuit Deus, & *Methusalemus Henocho* natus, omnium hominum maxime longævus[f]. Sethi posteri.

§. 14. Inter hæc accidit, ut *Filii Dei*, ex sancta linea homines, moribus in deteriora lapsis, cum *Caini* gente matrimonia iungerent: quo ex conmercio gigantes procreati sunt. Tum in omne flagitiorum genus effusi mortales iram Numinis provocarunt. Itaque Deus centum viginti annis prius, quam fieret, denunciavit, sibi deliberatum omne de terra delere genus hominum[g]: præcone tamen iustitiæ constituto *Noacho*, qui de *Sethi* semine superstes in fide & obsequio Dei perstabat. Quem & eximiæ magnitudinis arcam facere iussit, qua communi terrarum omnium eluvione, absumtis reliquis, animalium terrestrium genera, hominumque in totum octo capita servata sunt[h]. Id anno ab rerum exordio 1656 factum esse, ex annis τεκνογονίας patriarcharum antediluvianorum conficitur[i]. Diluvium.

A 2 CA-

a Gen. III. Eccl. VII. 29. *b* Gen. IV. 1. 2. *c* Gen. IV. 3—17. *d* Gen. IV. 19—22. *e* Gen. IV. 25. 26. *f* Gen. V. 19—29. *g* Gen. VI. 1—7. *h* Gen. VI. 8. Heb. XI. 7. 2 Pet. II. 5. *i* Gen. VII. 11—24. & C. V.

A. 2377. Per. Jul. ad 2799. A. Christ. 2337. ad 1915.

CAPUT II.

Quæ ex Sacra Profanaque historia annis 422. gesta sunt a finito diluvio ad vocationem Abraami *ex* Ur Chaldæorum *ab anno Per. Jul. 2377. ad annum 2799.*

§. 1.

Fœdus Noachicum.

EXacto diluvio *Noachus* ex arca egressus sacra Deo rite fecit in montibus *Armeniæ*, qua occasione Deus generi humano altera vice benedixit, fœdusque cum omni *Noachi* posteritate renovavit, fidem dans, nunquam posthac aquas diluvii in terra futuras ad perdendum omnem carnem [a].

Benedictio filiorum eius.

§. 2. Inde versis ad agriculturam studiis vitem conseruit, sed vino largius sumto in ebrietatem incidit, qua occasione a *Chamo* ludibrio habitus eius stirpem a *Canaane* orituram exsecratur, *Iapheto* & *Semo*, qui aversi retrogradientes nudato pallium iniecerant, bene precatus [b].

Confusio linguarum.

§. 3. Ab his tribus propagatum humanum genus tanta brevi incrementa cepit, ut adpareret non amplius una regione contineri posse, & reliquas orbis terrarum partes frequentandas esse [c]. Id vero ut vitarent filii hominum, *Chamo*, ut videtur, auctore, insanæ molis turrim in campo *Sinear* ædificare instituunt, ut sibi faciant nomen, supremumque in orbe tribunal constituant. Erat adhuc mortalium omnium eadem lingua: hanc frustrandis eorum conatibus Deus confudit, ita sublato vocis commercio per superficiem terræ dispersi homines, urbem illam condere desierunt [d], nomenque ei ex re *Babelis* inditum. Id vixdum uno ab diluvio sæculo factum fuisse persuadet plerisque ætas *Phalegi* filii *Heberi*, cui id nominis inditum, quia in diebus eius divisa fuit terra [e].

Vocatio Abrahami.

§. 4. Ab *Heberi* stirpe, penes quam usus cognominis linguæ & vera religio constitit, ortum duxit *Abraamus*, fidelium pater & ingens pietatis atque ob-

a Gen. VIII. 26—IX. 1—17. *b* Gen. IX. 20—27. *c* Gen. X. *d* Gen. XI. 1—9. Eupolemus apud Euf. Præp. Euang. L. IX. c. 17. *e* Gen. X. 25.

obsequii futurus specimen. Hic annos natus septuaginta una cum patre *Thera* Deo iubente ex *Ur Chaldæorum* profectus, postquam quinque annis *Charris* substiterat, ut iussus erat, cum uxore *Sarai* & *Loto* fratris filio, post mortem patris *Theræ*, migravit in *Chananæam* annos natus 75[a]. A. 2377. Per. Jul. ad 2799. A. Christ. 2337. ad 1915.

§. 5. *Noachi* posteri per orbem terrarum dissipati, primum quidem, de victu magis quam imperio sollicitii, sub miti patrumfamilias imperio, quod sæculo aureo adumbrarunt poëtæ, vixerunt; donec *Nimrod* ex *Chusi*, *Chami* filii, posteris ortus, circa annum Per. Jul. 2700. potens esse cœpit in terra; *Babelemque* dudum neglectam, aliasque urbes in terra *Sinear* principium regni sui statuit[b]. A quo tempore *Ctesias* fere repetit fabulosum *Assyriorum* imperium toti imperans *Asiæ*, cum certum sit, intra suam cuique patriam regna antiquitus terminata fuisse[c]: *Ninum*que cum *Semiramide* longe recentioris ævi esse[d]. Huic igitur *Cuschitarum* sive *Zabæorum* regno a *Nimrodo* fundato annos 340 dare liceat, prius quam *Chaldæi Babele* rerum summam occuparunt, quo tempore, turbatis rebus, ex terra *Sinearis* egressus videtur *Assur*, qui *Ninivem* struxit & regnum fundavit *Assyriacum*: ex quo genere ortus *Ninus*, post *Chaldæorum Arabum*que dynastas, qui annos 435 tenuerant[e], *Babelem* occupans, maius in *Asia* superiore imperium instituit, circa annum Periodi Julianæ 3480[f]. Principia regnorum Babylonici & Assyriaci.

§. 6. Per idem tempus, aut certe non diu post, quam *Nimrod Babele* regnum instituit, alia quoque regna *Ægyptiorum* præcipue, *Argivorum* & *Sicyoniorum* sunt constituta. Sed eorum origines, si non & annorum numeros, fabularum licentia corrupit. Ægyptiaci & Argivorum.

a Gen. XI. 16—32. XII. 1—5. Act. VII. 4. *b* Gen. X. 6—10. *c* Justin. L. I. c. 1. *d* Xanthus Lydius apud Diog. Laërt. in præfat. §. 2. Erranio apud Steph. Byzant. voce Βαβυλων. Sanchoniaton apud Euseb. Præp. Euang. L. X. c. 9. *e* Euseb. in Chron. p. 14. *f* Confer Spicil. nostra L. II. c. 1. §. 17. 19. c. 2. §. 1. 2.

A. 2799. Per. Jul. ad 3229. A. Christ. 1915. ad 1485.

CAPUT III.

Summa historiæ sacræ annorum 430. *a vocatione* Abraami *ex* Ur Chaldæorum *ad exitum* Israëlitarum *ex* Ægypto, *hoc est ab anno Per. Jul.* 2799. *ad* 3229.

§. 1.

Abraamus a Loto divellitur.

A*Braamus*, postquam Deo vocante ex *Ur Chaldæorum* in *Chananæam* venerat, *Jehovæ* adparitione dignatus, & de futura huius terræ possessione admonitus, non ita diu post, urgente fame, *Ægyptum* adiit; ubi ab Regis libidine *Saram* ipsius coniugem tutatus est Deus[a]. Inde redux a *Loto* fratris filio divellitur. Is *Sodomis* domicilium optavit. *Abraamus* iterum cœlesti viso animatus, *Hebrone* ad convallem *Mambre* sedem posuit[b].

Bellum Sodomiticum.

§. 2. Secutum est bellum *Amrapheli* Regis *Sineâris* sociorumque eius, qui ex posteris *Nimrodi* fuisse videntur, contra Reges *Sodomæ*, *Gomorræ* eorumque socios, qua occasione *Lotus* cum omni familia fortunisque captivus abductus est. Sed re audita *Abraamus* victoribus ex inproviso superveniens salva omnia cum *Loto* suo recuperavit[c]. Redeunti *Melchizedecus*, panem vinumque proferens, ceu maior benedicit, ille vicissim manubiarum decimas defert[d]. Post hæc iterum *Jehova Abraamo* visus, non tantum futura gentis fata designat, sed &, solemni cum ipso inito fœdere, terminos regionum, quas posteritas eius possideret, describit[e].

Ismaël ex Hagare natus.

§. 3. Et tamen sine prole errabat *Abraamus*, quapropter *Sarai*, post annos decem[f], quam habitare *Chananæam* cœperat *Abraamus*, sterilem se videns, *Hagarem* ancillam *Ægyptiam* viro suo permisit, quæ *Ismaëlem Abraamo* peperit annos nato 86.[g]

Circumcisio instituta.

§. 4. Dehinc Patriarcha annos natus 99, a *Jehova*[h] mutato nomine *Abrahamus* dictus, acceptaque promissione de *Isaaco* ex *Sara* nascituro, vi fœderis, quod

[a] Gen. XII. 6—17. [b] Gen. XIII. [c] Gen. XIV. 1—17. [d] Gen. XIV. 18—24. Heb. VII. 1—4. [e] Gen. XV. [f] Gen. XVI. 3. [g] Gen. XVI. 16. [h] Gen. XVII. 1.

quod cum Deo percusserat, circumcisus est, cum omni familia & *Ismaële* filio [a]. A. 2799. Per. Jul. ad 3229. A. Christ. 1915. ad 1485.

§. 5. Eodem anno celebres eo tempore urbes *Sodomam* [b], *Gomorrham*, *Adamam* ac *Seboim* propter exsecranda flagitia *Jehova* cœlesti flamma delevit. Quo ex incendio *Lotus*, coniuge tamen, quod contra vetitum respexerat, in statuam salis versa, ereptus, primum in oppidum *Zohar*, deinde in collem subiit; ubi per noctem & ebrietatem filias incesto polluit. Hinc orti sunt *Moab* & *Ammon*; a quibus totidem propagati sunt populi [c]. Sodoma deleta. Moab & Ammon nascuntur.

§. 6. *Abrahamo* centum annos nato ex *Sara* nonagenaria, natus est *Isaacus*, anno ante *Christum* 1885, Per. Jul. 2829. cuius ablactationis tempore *Hagar* cum *Ismaële* filio domo pellitur [d]. *Isaacus* virili jam ætate, hoc est, anno, ut putat *Josephus* [e], quinto & vicesimo a patre inmolandus sistitur in aliquo montium *Moriæ*; sed Dei interventu, imperioque liberatus [f], post *Saræ* matris obitum, quæ annos nata 127 excessit e vita [g], *Rebeccam* duxit [h], *Bathuele* natam, *Nachoris* filio, fratris *Abraami*. Erat tum *Isaacus* natus annos 40 [i]. Isaacus filius promissionis.

§. 7. Post hæc *Abrahamus Cetura* in matrimonium sumta, sex filiis auctus est [k]. *Isaacus* sexagenarius coniugis sterilitate precibus discussa, geminos ex ea suscepit *Esavum* & *Jacobum* anno Per. Jul. 2889. *Abrahamus* anno post hæc 14 moritur, natus annos centum, & septuaginta & quinque [l]. Ex quibus septuaginta vixerat in *Chaldæa*, quinque *Charris*, centum in terra *Chanaanis*. Eius filii Esavus & Jacobus.

§. 8. Post hæc, cum *Isaacus* variis iam peregrinationibus & incommodis exercitus [m], filiis grandioribus, hoc est septem & septuaginta annos natis, bene precaturus esset, *Jacobus* fratri *Esavo* destinatam benedictionem, hortatu matris intervertit [n]. Mox fratris insidias veritus in *Mesopotamiam* ad *Labanum* avunculum fugit. Quo in itinere oblata sibi per quietem Jacobi fuga & reditus.

a Gen. XVII. *b* Gen. XVII. 21. coll. XVIII. 10—14. Deut. XXIX. 23. *c* Gen. XVII. XIX. *d* Gen. XXI. 1—21. *e* Joseph. I. Antiq. c. 14. *f* Gen. XXII. 1—18. *g* Gen. XXIII. 1. *h* Gen. XXIV. *i* Gen. XXV. 20. *k* Gen. XXV. 1. *l* Gen. XXV. 7. *m* Gen. XXVI. *n* Gen. XXVII. 1—40.

A. 2799. Per. Jul. ad 3229. A. Christ. 1915. ad 1485.

tem Dei summis scalis incumbentis specie ac promissis animatus est [a]. Cum autem septennem operam *Labano* in pascendis pecoribus locasset, obtrusa per fraudem *Lea*, mox tamen & amata *Rachele* potitur annos natus 84. ante *Christum* 1741. Per. Jul. 2973 [b]. Ex his & earum ancillis duabus *Zilpa* & *Bilha* intra annos septem omnes liberi, a *Beniamine* si discesseris, nati sunt. Erant autem ex *Lea* 7. *Ruben*, *Simeon*, *Levi*, *Juda*, *Issaschar*, *Zabulon* cum *Dina* filia. Ex *Rachele* 2. *Josephus* & *Beniamin*. E *Zilpa* 2. *Gad* & *Aser*. E *Bilha* 2. *Dan* & *Nephtali* [c]. Tandem viginti apud *Labanum* exactis annis pecore dives, *Jacobus* in *Chananaeam* rediit [d] anno ætatis nonagesimo octavo, ante *Christum* 1728. Ibi in itinere ex lucta cum Angelo Jehovæ *Israëlis* adeptus nomen, & fratri *Esavo* conciliatus, tentoria ad *Succothas*, deinde ad *Sichemum* ponit [e]. Verum, filia eius *Dina* a *Sichemo Hemoris* reguli filio violata, sedes *Bethelem* transfert [f]. Inde vero cum moveret *Ephratam*, *Rachel Beniaminum* pariens obiit [g].

Josephi in Ægypto gloria.

§. 9. Post hæc *Josephus*, dilectus patri filius annos natus septendecim a fratribus per invidiam *Midianitis* venditus, & in *Ægyptum* deductus a *Potiphare* præfecto cubiculariorum *Pharaonis* Regis emtus est [h]. Ibi ab eius coniuge frustra ad stuprum sollicitatus, falsa delatione in carcerum datus [i]: post aliquot annos inde ad interpretandum Regis somnium eductus, cum inminentem fertilitatem annorum septem, ac totidem sterilitatem præsagiisset, toti *Ægypto* præficitur annos natus triginta [k].

Jacobus & Josephus in Ægypto mortui.

§. 10. *Jacobus* annos natus 130, ante *Christum* 1695, fame iam tertium annum grassante, eodem hortatu filii cum familia & fortunis omnibus profectus, vixit in *Ægypto* annos 17 [l]. Cadaver, ut optaverat, in *Palæstinam* delatum, maiorum sepulcro conditum est [m]. Post annos vero 54 *Josephus* in magna

a Gen. XXVII. 41—46. & XXVIII. *b* Gen. XIX. 1—30. *c* Gen. XXIX. 31—XXX—25. XXXV. 23—26. *d* Gen. XXXI. 41. *e* Gen. XXXII. 28. & XXXIII. *f* Gen. XXXIV. XXXV. 1—15. *g* Gen. XXXV. 16—20. *h* Gen. XXXVII. 2. *i* Gen. XXXIX. XL. *k* Gen. XLI. 1. & 41. 46. *l* Gen. XLVII. 9. & 28. *m* Gen. XLVII. 29—31. L. 1—14.

na gloria, anno vitæ expleto 110, mundi 2369 moritur *a*. A. 1799. Per. Jul. ad 3229. A. Christ. 1915. ad 1485.

§. 11. Eo vero eiusque fratribus extinctis, cum *Jacobi* soboles maiora in dies incrementa caperet, *Ægyptiorum* Rex, inlaudatus, ut videtur, *Busiris*, qua invidia qua metu, ne deficerent, paullatim accidere illorum genus instituit. Itaque masculos omnes, qui nascerentur, necari iubet *b*. Israëlitarum in Ægypto oppressio.

Ita *Moses* trimestris ad flumen expositus à *Pharaonis* filia tollitur, filiique loco educatur *c*. Hic *Amrami* ex *Jocabeda* filius, *Caathi* nepos, *Levi* pronepos fuit *d*. Annos natus quadraginta, *Ægyptio*, a quo *Hebræus* pulsabatur, obtruncato, fugit in *Midianitidem*, ubi ex *Zippora Jethronis* filia duos genuit filios *e*. Annos vero natus octoginta, ex flagranti rubo ad montem *Oreb* divinis animatus oraculis, in *Ægyptum* rediit, ut suos gravi iugo pressos in libertatem adsereret *f*.

§. 12. Eodem intervallo, quo *Israëlitæ* in *Ægypto* versabantur, & vero sub finem eius, *Jobum* exstitisse probabile est. Hic a Diabolo omnibus exutus bonis, filiis etiam spoliatus, ipse male vexatus, admirando patientiæ specimine edito, sanitati denique restitutus, omnia, quæ amiserat, in duplum recepit, ac vixit deinde annos 140 *g*. Jobi fata.

CAPUT IV.

De Argivorum *regno*, Ogygis *Diluvio*, Prometheo, *&* Atheniensium *regno*.

§. 1.

ARgis in *Peloponneso* novum regnum auctore coepit *Inacho* anno Per. Jul. 2855. Si tamen integri sunt numeri Regum *Argivorum*, & non, saltem in primis Regibus, præter modum aucti. Nam post *Inachum* sedes imperii *Argis* sub tredecim Regibus annis 544 perseverasse dicitur. Ita ut priores novem ad *Gelanorem* usque, *Inachidæ* dicti, imperaverint an- Summa regni Argivorum.

a Gen. L. 22. 26. *b* Exod. I. 6—16. *c* Exod. II. 1—10. *d* Exod. VI. 15—19. *e* Ex. II. 11—22. IV. 20. Act. VII. 23—29. *f* Exod. III. IV. VII. 7. Act. VII. 30—34. *g* Job. XLII. 12—17. coll. XXVI. 12.

A. 2855. Per. Jul. ad 3226. A. Christ. 1859. ad 1488.

annis 382. *Gelanore* ab *Argivis* excluso, horum consensu *Danaus*, ex *Ægypto* advena, sed ab *Inacho* per filiam *Io* stirpis originem trahens, regnum occupat tempore *Mosis* anno Per. Jul. 3237. Ab *Danao* quatuor itidem *Argis* sedem habuere regni ad *Acrisium* usque: quo per inprudentiam occiso ab nepote *Perseo* regnum *Mycenas* transfertur anno Per. Jul. 3399. Ubi *Perseidæ* ad *Eurystheum*: eoque ab *Heraclidis* interfecto, *Pelopidæ* numero sex regnarunt usque ad annum Per. Jul. 3611, quo *Heraclidæ Peloponnesum* obtinuerunt. Quæ omnia, sub conspectum simul hic data, suis intervallis postea reddentur[a].

Inachus & Io.

§. 2. *Inachus* igitur, origine *Ægyptius*, colonia trans mare in *Peloponnesum* ducta, regionem de suo nomine *Inachiam* appellavit[b]. Et ex *Melissa* genuit *Phoroneum* & *Ægialeum*, qui *Sycyoniorum* regnum condidit, filiamque *Io*, quæ *Telegono* desponsata in *Ægyptum* rediens peperit *Epaphum*[c].

Phoroneus & Ogyges.

§. 3. *Phoroneus*, *Inacho* patri succedens, rudes adhuc homines legibus muniit, & Deos sacrificiis colere docuit[d]. *Telchines* victos regione eiecit[e]. Eius ætate *Ogyges Atticam* invasit, terramque exhaustam reliquit, ex quo decantatum ortum *diluvium Ogygium*, annis, ut *Acusilaus* auctor est, mille ac viginti ante primam Olympiadem[f].

Apis & Argus.

§. 4. *Phoronei* filius *Apis*, a quo *Apia* dicta, quæ postea *Peloponnesus*, ob mutatum in tyrannidem regnum invisus suis, ab *Thelxione* & *Telchine* ex insidiis opprimitur nulla relicta prole[g]. Vel ut alii, in *Ægyptum* translatus, ibidemque pro Deo cultus, in regno *Argivorum* successorem habuit filium *Argum* ex *Niobe* sorore susceptum[h], cuius frater *Pelasgus Arcadum* fundavit imperium[i], de quo infra Cap. VIII[k]. Etiam *Apide* regnante *Spartam* conditam adfirmat *Eusebius*[l].

§. 5.

a Arnob. L. VII. in princ. p. 191. Edit. Lugd. an. 1651. *b* Steph. de Urb. h. v. Eustat. ad Hom. Iliad. γ. p. 582. Apoll. L. II. *c* Euseb. Chron. Græc. p. 24. *d* Pauf. Corint. c. 15. Clem. Protrep. p. 28. 67. *e* Strab. L. XIV. p. 654. *f* Apud Euf. Præp. L. X. c. 10. p. 488. Tatian. p. 172. Clem. Strom. I. c. 21. p. 379. Edit. Pott. *g* Apollod. L. II. p. 59. *h* Schol. Hom. Iliad. α. verf. 123. August. Civit. XVIII. c. 5. 6. *i* Pauf. VIII. c. 1. *k* Dionyf. Hal. II. p. 14. Strab. XIII. p. 620. *l* In Chron. Lat. p. 13. Gr. 26.

§. 5. *Argo* regnante *Græcia* ſuis uti frugibus & ſegetes in agricultura habere cœpit[a]. Huic ſucceſſit filius *Criaſus*[b]. Quem *Phorbas Criaſo* natus excepit[c], cuius ætate *Cecrops Ægyptius Atticam* obtinuit, & de nomine ſuo *Cecropiam* appellavit[d], id factum anno P. J. 3156. ante *Chriſtum* 1558. Ab hoc Reges in *Euſebii Chronico* recenſentur numero 17, quorum poſtremus fuit *Codrus*.

A. 2855. Per. Jul. ad 3226. A. Chriſt. 1859. ad 1488. Criaſus, Phorbas & Cecrops.

§. 6. *Triopa* vero *Phorbantis* filio inter *Argivos* regnante, a *Caucaſo* veniens cum *Atlante* frater *Prometheus*, *Japeti* filius, *Deucalionis* pater, *Græciam* inundavit: & anno *Cecropis* nono in *Lycorea* regnare cœpit, & poſtea *Athenas* venit anno quarto *Cranai*[e], quo *Argivorum* Rex octavus regnabat *Crotopus*.

Triopas Prometheus & Crotopus.

CAPUT V.

De rebus, quæ inter Judæos *ab exitu ex* Ægypto *ad ſtructum Templum* Salomonis *annis* 479, *ab anno Per. Jul.* 3229 *ad* 3708. *contigerunt: Quartus enim* Salomonis, *quo templum condi cœptum, eſt* 480 *ab exitu ex* Ægypto 1 Reg. VI. 1.

§. 1.

Moſes, iam annos octoginta natus[f], ſibi demandatum munus de *Iſraëlitis Ægyptiorum* tyrannide liberandis exſequi adgreſſus, *Pharaonem*, quem *Seſoſtrim* fuiſſe multa ſuadent argumenta, quantumvis obluctantem multiplicibus prodigiis[g] ac primogenitorum denique cæde ita fregit, ut nocte eadem, quæ inter decimum quartum & decimum quintum diem menſis *Abib* intercedit, *Hebræos* cum omnibus facultatibus egredi permiſerit[h]. Quod antequam facerent, ſolemni agni epulo Paſcha dedica-

Iſraëlitæ ex Ægypto potenti manu educti.

 runt.

[a] Auguſt. Civ. XVIII. c. 6. [b] Apoll. II. p. 59. Auguſt. L. XVIII. c. 8. [c] Auguſt. Civ. XVIII. c. 8. Schol. Eurip. ad Oreſt. p. 930. [d] Schol. Ariſtoph. Plut. v. 773. Africanus in Excerpt. Scal. p. 376. Euſeb. Chron. p. 14. & 75. [e] Tatian. contra Gr. p. 172. Clem. Strom. I. c. 21. p. 380. Marm. Arund. Epoch. 2. & 4. [f] Exod. VIII. 7. [g] Exod. V. VII–X. [h] Exod. XI. XII. 28–39.

A. 3229. Per. Jul. ad 3708. A. Christ. 1485. ad 1006.

runt. Is dies festus ad æternam partæ illo die libertatis memoriam deinceps institutus est [a]. Fugientem populum mox insecutus est *Pharao*. Sed *Moses*, mari virga percusso atque diducto, suis viam aperuit, eademque sequi ausos *Ægyptios* aquis obruit [b]. Ita trans sinum *Arabicum* evadentes *Israëlitæ*, mense tertio, qui est *Sivan*, accesserunt ad montem *Horeb* [c], ubi annum fere perpetem morati [d], legem a Deo conditam accipiunt, qua sacra profanaque populi iura constituta sunt [e]. Ibidemque *Moses* tabernaculum erexit anno secundo, mense primo, die primo [f]. Ibi *Aaronem* Pontificem filiosque Sacerdotes instituit [g].

Annis 40. in deserto errant.

§. 2. At ingratus adversus tot beneficia Dei populus, licet de cœlo ad eos alendos continue Manna plueret [h], interdum etiam caro ad delicias, aqua ex petra [i] darentur [k], iurgari ac Deum *Mosemque* provocare non destitit [l]. Aliquot deinde stationibus confectis circa mensem quintum anni secundi ex *Kadesch-Barnea* missi sunt in *Chananæam* duodecim exploratores singuli de singulis tribubus. His post 40 dies reversis, cum decem ex illis malam famam inducerent, populus seditionem movit [m]. Ob id *Chananææ* aditu prohibiti *Israëlitæ* quadraginta annis per *Arabiæ* deserta circumducti sunt, donec rebelles omnes suo quisque fato consumti sunt [n]. Qua in peregrinatione perpetuæ in Deum *Mosem*que contumaciæ pœnas dederunt. Inprimis *Core*, *Datan* & *Abiron* nefariæ defectionis auctores, dehiscente subito terra, cum familiis suis absorpti [o]. Alii diuturni erroris tædio *Mosi* obtrectantes igneorum morsibus anguium exstincti sunt. Ceteris ne eadem peste perirent, ænea serpentis effigies, a Mose erecta, saluti fuit [p]. Hæc anno ab exitu quadragesimo gesta. Quo & *Miriam Mosis* soror & *Aaron* mortui sunt [q].

Sehonem & Ogum vincunt.

§. 3. *Seone* post hæc *Amorrhæorum*, & *Ogo Basanis* Rege devictis [r], *Balac Moabitarum* Rex, adiunctis sibi

a Exod. XII. 1—27. b Exod. XIV. c Exod. XIX. 1. d Num. X. 11. 12. e Exod. XX. & seqq. f Exod. XL. 17. g Exod. XXIX. h Exod. XVI. Jos. V. 12. i Exod. XVII. 1—7. Num. XX. 2—13. k Num. XI. l Num. XII. m Num. XIII. XIV. XXXII. 8. n Num. XIV. 21—36. o Num. XVI. p Num. XXI. 4—9. q Num. XX. 1. 22—29. r Num. XXI. 21—35.

A. 3229. Per. Jul. ad 3708. A. Christ. 1485. ad 1006.

sibi *Madianitis*, arte magis quam aperto Marte, conducto ad exsecrandum ariolo *Bileamo*, *Hebræos* oppugnare instituit; sed carminibus eius divinitus in faustam precationem versis, eodem hortante *Bileamo*, eleganti specie puellas iisdem obiecit, atque ea illecebra cepit. Quo tempore *Phinees*, *Eleazari* summi Pontificis filius, zelo Dei ardens, principem virum una cum scorto sub omnium oculis confodit, eoque facto perpetuum sibi sacerdotii decus, populo delicti illius gratiam inpetravit[a].

Moses renovato fœdere moritur.

§. 4. Anno ab exitu quadragesimo, mense undecimo, *Moses* iam morti proximus seriam gravemque ad populum concionem habet, qua legem ante latam repetens eius observantiam inculcat[b], simulque fœdus in *Horebo* pactum cum *Israëlitis* renovat[c]: atque ita in monte *Nebo*, qui e *Moabitidis* campestribus adsurgit, diem obiit supremum natus annos 120[d].

Josua terram promissam occupat.

§. 5. *Mosi* subfectus *Josua*, filius *Nun* e tribu *Ephraim*, populum siccato *Jordanis* alveo in *Chananæam* traduxit, decima die mensis primi[e], & quatriduo post celebrato Paschate, cum de annona eius terræ comedissent, cessavit Man[f]. Exinde bellum orsus *Jerichuntem* primum, cuius mœnia ad clangorem tubarum sponte corruerant, mox & *Ai* ad internecionem delet[g]. Quinque regulos, *Gibeonem*, quæ *Hebræis* deditionem fecerat, oppugnantes, in fugam agit; ad quos persequendos, penitusque delendos, quo plus haberet spatii, solem lunamque consistere iussit[h]. Denique uno & triginta debellatis Regibus[i], maiorique *Palæstinæ* parte sex annorum spatio subacta, terram *Hebræorum* tribubus sorte divisit[k]: atque ita quiescente terra primus annus *Sabbathicus* fuit septimus ab introitu *Israëlitarum* in *Chananæam*[l], Per. Jul. 3276. A quo tempore adhuc multis diebus superstes *Josua* publicæ rei præfuit, mortuusque est post annos 25, quam *Mosi* successerat, natus annos 110[m]. Quando summa rerum re-

 diit

[a] Num. XXII—XXV. [b] Deut. I—XXVIII. [c] Deut. XXIX. [d] Deut. XXIV. 1—7. [e] Jos. IV. 19. [f] Jos. V. 9—11. [g] Jos. VI—VIII. [h] Jos. X. [i] Jos. XI. [k] Jos. XI. 23. X. 7. 10. 15. [l] Lev. XXV. 2—4. 8—13. Jos. XI. 23. [m] Jos. XXIII. 1. XXIV. 29. Joseph. Ant. L. V. c. 1. §. 29.

A. 3229. Per. Jul. ad 3708. A. Christ. 1485. ad 1006.

diit ad Seniores, qui prolongarunt dies post *Josuam* [a]. Quo tempore qui de tribu *Juda Adonibezecum* Regem *Chananæorum* victum regno exuerunt [b]. Aliæ postea tribus civitates alias partim ceperunt, partim stipendiarias fecerunt, non sine offensione Numinis, a quo omnis cum illa gente conditio prorsus erat interdicta [c].

Populi deficientis vindices Othniel Ehud & Barac.

§. 6. Senioribus vero exstinctis altera surrexit generatio eorum, qui non agnoscebant *Jehovam*, nec opus quod fecerat *Israëli* [d]. Itaque quum Rex nullus esset in *Israële*, & quisque suo arbitratu viveret, brevi ad idololatriam conversus populus, Dei in se provocavit iram [e]; quo tempore contigit *Michæ* ac *Danitarum* historia Jud. XVII, & XVIII. descripta. Bellum quoque *Beniaminiticum*, quod fere cum internecione totius tribus coniunctum fuit [f]. Mox & finitimis circum gentibus prædæ ac direptioni fuerunt *Israëlitæ* [g], donec Deus eos circa annum Per. Jul. 3347. tradidit in manum *Cuschani* Regis *Mesopotamiæ*, cui octo annos servierunt: quando resipiscentibus vindex adsertorque datus esse *Othniel*, & terra, certe ad Septentrionem, quievit annis quadraginta [h]. Licet probabile sit, non ita diu post *Eglonem Moabitarum* Regem *Israëlitas* ad austrum habitantes oppressisse annis octodecim, donec *Eglone* sublato lucem rebus adtulit *Ehudis* iudicis virtus, parta quiete octoginta annorum [i]. Ita tamen ut *Ehude* mortuo, postquam & *Samgar* molientes *Philisthæos* represserat, denuo qui ad septentrionem incolebant, finitis annis quadraginta quietis per *Othnielem* partæ, gravi iugo a *Jabino Chananæorum* Rege annis viginti oppressi fuerint, donec reconciliato sibi Numine iugum excutiunt. Victoriæ partæque libertatis Artifices fuere mulieres duæ *Debora* Prophetissa, quæ *Baracum Nephthalitam* ad bellum capescendum acuit, & *Jahel*, quæ *Siseram* ex acie profugum tabernaculo excepit, ac sopitum inpacto per tempora clavo trucidavit, parta quiete annorum quadraginta [k].

§. 7.

a Jos. XXIV. 31. Jud. II. 7. *b* Jud. I. 1—20. *c* Jud. I. 21—36. II. 1—6. *d* Jud. II. 10—12. *e* Jud. II. 13. 14. XVII. 6. *f* Jud. XIX—XXI. *g* Jud. II. 13. 14. *h* Jud. III. 8—11. *i* Jud. III. 12—30. *k* Jud. III. 31. IV. & V. 31.

§. 7. Sed relapsi denuo in pristina scelera *Hebraei*, *Midianitis* in servitutem traditi, post septem annos *Gideonis* opera in libertatem adseruntur, in cuius diebus terra quievit annos quadraginta [a]. *Gideone* vero mortuo, filius eius *Abimelechus* [b], a fratrum suorum caede tyrannidem crudeliter auspicatus, imperat, donec eo post tres annos caeso [c], surrexit *Tholah*, qui *Israëlem* iudicavit annis viginti tribus [d]. Quem excepit *Jair* annis viginti duobus [e]. A. 3229. Per. Jul. ad 3708. A. Christ. 1485. ad 1066. Gideon, Thola & Jair.

§. 8. Tum vero post longam pacem ingruit eodem tempore duplex oppressio *Philisthaeorum* ad occasum, & *Ammonitarum* ad ortum [f], qua post annos octodecim [g] depulsa, celebre nomen nactus est *Jephta*, vir obscuro genere, sed strenuus & manu promtus. Hic cum hoste pugnaturus vovit, se, quidquid domum sibi post victoriam redeunti, ex ea primum occurrisset, Deo inmolaturum. Damnatus voti, quam primam in occursum habuit, unicam filiam mactavit [h]. Populoque ea parte libertatem peperit anno ipso trecentesimo post terram transiordanicam occupatam [i]. Quo tempore adhuc *Philisthaeorum* gravi & diuturno 40 annorum [k] iugo pressi, qui ad occasum incolebant *Israëlitae*, suam dolebant sortem, quamvis interdum eos adsertum iret *Simson*, qui *Israëlem* iudicavit in diebus *Philisthaeorum* annis viginti [l], & multis tam roboris quam fortitudinis speciminibus editis [m], tandem *Delilae* illecebris captus, luminibus privatus, ludibrioque habitus, sensim succrescentibus crinibus se hostesque convulsis aedibus communi ruina sepelivit, populo autem *Israëlitico* sua morte libertatem conciliavit [n]. Quam adhuc ii, qui ad ortum habitabant, sub felici *Jephthae*, *Ibsanis*, *Elonis* & *Habdonis* imperio tuebantur annis post victoriam a *Jephtha* reportatam triginta & uno [o]. Ita ut quoque *Eli* Sacerdos eodem tempore *Israëlem* iudicaverit annis quadraginta [p], ex quibus tredecim annis post mortem *Simsonis* superstes fuisse videtur. Sensim adolescente *Samuele*, qui parte *Elcana* tribus *Leviticae* natus, a ma- Jephta, Simson, Ibsan, Elon, Habdon & Eli.

a Jud. VI—VIII. 28. b Jud. VIII. 29. & seqq. c Jud. IX. 22—54. d Jud. X. 1. 2. e Jud. X. 3. f Jud. X. 6. 7. g Jud. X. 8. h Jud. X. 9—XI. i Jud. XI. 26. k Jud. XIII. 1. l Jud. XV. 20 m Jud. XIV—XVI. 3. n Jud. XVI. 4—31. o Jud. XII. 7—15. p 1 Sam. IV. 18.

A. 3229. Per. Jul. ad 3708. A. Christ. 1485. ad 1006.

matre pia *Anna* templi ministeriis dicatus erat *a*. Per hunc frustra monitum *Heli*, uti grassantem ad sacrorum iniuriam filiorum suorum libidinem coërceret, tandem severe ultus est Deus. Victi magno prælio a *Philisthæis Hebræi*; Arca, quam ad ultimum subsidium in castra deportaverant, ab hoste capta: ambo Pontificis filii cæsi, pater ipse, nuncio tantæ cladis accepto, e sella corruens subito est exstinctus *b*.

Samuel.

§. 9. Exinde *Samuele* rerum curam capessente omnia in melius cesserunt. Arca post septem menses, Deo luem atque perniciem inter *Philisthæos* spargente, honeste remissa, annis viginti *Kiriath-Jearimis* substitit *c*. *Samuel* autem nil prius habuit, quam ut solemni apud *Mitzpam* populi conventu habito, fœdus cum Deo redintegraret. Conciliati Numinis index insignis de *Philisthæis* victoria fuit, qua ita fracti sunt, ut suis deinde finibus continere se debuerint omnibus diebus *Samuelis d*. Qui *Ramæ* domicilio posito, quotannis forum agens, præcipua *Israëlitarum* loca obibat *e*.

Rex Saulus eiusque gesta.

§. 10. Donec *Nahaso Ammonitarum* Rege arma intentante populus contumax sub Rege esse voluit, quem etiam anno Per. Jul. 3624, inpetravit *Saulum*, filium *Cis* ex tribu *Beniaminitica f*. A quo cum *Jabenses Galaaditæ* præsenti erepti essent discrimine, *Nahaso Ammonitarum* Rege memorabili prælio cæso *g*; tanta *Sauli* gloria fuit, ut communi civium consensu in solemni ad *Gilgalem* conventu regnum ei renovatum aut confirmatum fuerit, post annum quam primum designatus fuerat, regnavitque ab eo tempore biennium liber ob omni iugo *h*. Exinde versis in peius rebus, gravi ac diuturno iugo a *Philisthæis* pressi sunt *Israëlitæ*, usque adeo ut vix regni species Regi, populo neque arma neque faber ferrarius relinqueretur *i*: donec audaci *Jonathæ* filii *Sauli* facinore cæsis hostibus *Saulus* regnum denuo in *Israëlem* accepit *k*. A quo tempore felici fortuna bellavit contra finitimas gentes *Moa-*

a 1 Sam. I—III. & 1 Chron. VI. 33. 34. *b* 1 Sam. III. 10—IV. *c* 1 Sam. VI. 1. VII. 1. 2. *d* 1 Sam. VII. 3—14. *e* 1 Sam. VII. 14—16. *f* 1 Sam. VIII—X. XII. 12. *g* 1 Sam. XI. 1—11. *h* 1 Sam. XI. 12—14. XIII. 1. *i* 1 Sam. XIII. 14. 19—22. *k* 1 Sam. XIV. 1—24. & 47.

Moabitas, *Ammonitas*, *Idumæos*, *Reges Zobæ* & A. 3229.
Philisthæos[a]. Donec *Amalecitarum* nomen funditus Per. Jul.
delere iussus, dum mandatis divinis privatam libidi- ad 3708.
nem priorem ducit, a Deo reiectus est; eique suc- A. Christ.
cessor e tribu *Judæ* designatus est *David*, *Isai* filius. 1485. ad 1006.
Quem anno fere ætatis 22 clanculum inunxit *Samuel*[b]. Tum vero Spiritu *Jehovæ* a *Saulo* recedente, cum interdum malo dæmone vexaretur, *David* est adhibitus, qui cithara canens Regi medicinam faceret, quo eam brevi apud Regem gratiam est consecutus, ut etiam eo armigero uteretur[c]. Postea vero *Davide* domum reverso, cum bellum denuo ortum esset contra *Philisthæos*, quos fere perpetuos & anniversarios hostes *Saulus* habebat, accidit, ut in aciem ad fratres missus *David*, contumelias *Goliathi Philisthæi* non ferens, singulari cum eo congressus certamine, gigantem sterneret nobilissimæ victoriæ auctor, regiis cohonestaretur nuptiis[d]. Sed vehemens hic amor paullo post ex æmulatione & metu in odium invidiamque vertit[e]. Quæsitus ad necem sæpius, per deserta loca, abruptaque montium ac speluncas feræ in modum latebras captans, ægre hostiliter insequentis ac curiose omnia perscrutantis soceri sedulitatem elusit. Nec semel eundem, cum in potestate haberet, interficere noluit[f]. Inter hæc, *Samuele* Propheta biennio ante *Saulum*, ut *Clemens Alexandrinus*[g] refert, mortuo[h], cum & *David* iram Regis fugiens, se ad *Achischum Philisthæorum* Regem recepisset[i], recruduit bellum contra *Philisthæos*, quo *Saulus* una cum *Jonathane* filio cecidit in montibus *Gilboæ*[k], cum regnasset annos quadraginta[l].

§. 11. *David* igitur bellica virtute ac rebus gestis David
clarus, sed pietate præstantior, utriusque necem la- eiusque
crymis ac luctu prosecutus, regnum capessit; quod gesta.
in tribules suos primum tenuit annis 7 mensibusque 6, cum apud *Hebronem* solemni ritu ac frequentibus

C comi-

a 1 Sam. XIV. 47—52. b 1 Sam. XV. XVI. 1. & 13. c 1 Sam. XVI. 14—23. d 1 Sam. XIII. 53. XVII. e 1 Sam. XVIII. 6—15. 28—30. f 1 Sam. XXI—XXIV. XXVI. g L. I. Strom. p. 386. Edit. Potteri. h 1 Sam. XXV. i 1 Sam. XXVII. k 1 Sam. XXVIII—XXXI. l Act. XIII. 21.

A. 3229. Per. Jul. ad 3708. A. Christ. 1485. ad 1006.

comitiis inunctus esset, anno ætatis tricesimo[a]. Per. Jul. 3663.

Interim *Isboseth Sauli* filius reliquas in tribus imperium cepit. Nec finis ambos inter adfines bellorum plus quam civilium fuit prius, quam *Isboseth* octavo anno domi suæ per summum scelus oppressus solidam *Davidi* regni possessionem reliquit[b]. Quod ut adeptus est, *Sionis* arcem pulsis inde *Jebusæis* expugnavit, ibique regiam constituit[c]. Inde duplici de *Philisthæis* parta victoria[d], prima cura fuit, ut arcam Domini, cuius in diebus *Sauli* nulla habita fuerat ratio, *Kiriath-Jeharimis* ex ædibus *Aminadabi Sionem* deduceret. Sed *Uziæ* temere arcam tangentis exemplo territus, eam primum quidem in domum *Obed-Edom Getthæi* avertit; post tres tamen menses *Sionem* magna pompa detulit[e]. Tum vero conciliato sibi Numine arma victricia circumferens, *Philisthæis*, *Idumæis*, *Amalekitis*, *Moabitis*, *Ammonitis*, *Syris*que perdomitis, limitem imperii a *Sichore Ægypti* usque *Euphratem* protulit[f]. Dehinc opibus & gloria florens, sub annum ante *Christum* 1035, qui decimus septimus a *Sauli* obitu numeratur, *Bathsebæ* adulterio & cæde innocentis *Uriæ*, flagrante *Ammonitico* bello, gravem contrahit noxam[g], a quo tempore domesticis malis exerceri cœpit. *Salomone* enim post biennium ex *Bathseba*, legitima jam uxore, nato[h], eodem aut potius sequente anno *Ammonis* incestus cum sorore *Thamar* accidit[i]. Quod facinus *Absolom*, *Thamaris* frater germanus, post biennium cæde *Ammonis* ulcisci ausus[k], triennali luit exilio[l], & domum redux adhuc biennium conspectu Regis prohibitus[m], denique admissus, totum se auræ populari captandæ dedit, paratisque partibus, anno quadragesimo post unctum a *Samuele Davidem* atrox ausus facinus, patrem suum *Hierosolymis* ac regno eiicit[n], occupataque regia, fœdissimo stupro paternas concubinas polluit. Sed paul-

a 2 Sam. I. II. 1—6. V. 4. 5. *b* 2 Sam. II. 8—V. 5. *c* 2 Sam. V. 6—9. *d* 2 Sam. V. 17—25. *e* 2 Sam. VI. 1 Chron. XIII. *f* 2 Sam. VIII. 1 Chron. XVIII. *g* 2 Sam. X. XI. 1 Chron. XIX. XX. *h* 2 Sam. XII. 24. 25. *i* 2 Sam. XIII. *k* 2 Sam. XIII, 23. *l* 2 Sam. XIII. 38. *m* 2 Sam. XIV. 29. *n* 2 Sam. XV. 7.

paullo post prælio victus, dum per avium saltum A. 3229.
præcipiti in fugam mulo vehitur, in ramum bifur- Per. Jul.
cum inlatus collo hæsit. Hærentem *Joabus*, *Davi-* ad 3708.
dici dux exercitus, triplici iaculo confodit[a]. A. Christ.
Post hæc *David* vana ambitione ductus, universi 1485.
populi censu instituto, Dei in *Israëlitas* iram provo- ad 1006.
cavit[b], eaque ægre placata, quod reliquum fuit vitæ, in secundis rebus & otio transegit, ac denique senio ac laboribus confectus post regnum quadraginta annorum, cum *Salomonem* in solio suo conlocasset, moritur[c]: anno Per. Jul. 3704, cum regnasset annos 40 & menses sex[d].

§. 12. *Salomon Adoniæ* fratri, novarum rerum suspecto, vitam eripuit[e]: *Zadoko* etiam in *AbiathHaris* locum substituto summum sacerdotium a familia *Ithamaris* ad illam *Eleazari* transtulit[f]. *Pharaonis Ægypti* Regis filiam in matrimonium accepit, ab eoque urbe *Gezur* donatus est[g]. Deo per visum sibi adparente, & cuius vellet rei optionem dante, cum sapientiam opibus ac ceteris omnibus antepo-suisset, non illam solum, quam petierat, sed reliqua insuper, quæ neglexerat votis maiora ab eodem obtinuit[h].

Initia Salomonis.

CAPUT VI.

De vetustis Græcorum *originibus:* & *triplici* Græcorum *genere* Æolico, Dorico & Ionico.

§. 1.

HOc intervallo vetustas *Græcorum* origines, multis quidem implicatas Poëtarum fabulis conplectimur, id operam daturi, ut quæ ex idoneis antiquitatis testibus, utcunque repurgata, adferri poterunt, ad sui temporis ordinem revocemus.

Græcorum origines.

§. 2. *Græcum* nomen ac genus ab *Hellene Deucalionis* filio propagatum in tria fastigia dividitur: in *Æolicum* genus, *Doricum* & *Ionicum*. Stirpis auctor *Deucalion* fuit, qui, eodem fere quo *Cecrops* tempore,

Generis auctor Deucalion.

[a] 2 Sam. XVI—XVIII. [b] 2 Sam. XXIV. 1 Chron. XXI. [c] 1 Reg. I. 1 Chron. XXIX. 22—28. [d] 2 Sam. V. 5. [e] 1 Reg. II. 12—52. [f] 1 Reg. II. 26. 27. 1 Sam. II. 27. & seqq. [g] 1 Reg. III. 1. IX. 16. [h] 1 Reg. III.

A. 3201. Per. Jul. ad 3316. A. Christ. 1513. ad 1398.

pore, a *Caucaso* in *Græciam* profectus, pulsis *Pelasgis* [a], in *Thessalia* primum sedem nactus, postea in *Atticam* venit [b]. Eo igitur cum sociis *Græciam* inundante, fama ad posteritatem orta est de diluvio *Deucalioneo*, quod contigisse dicitur annis 737 ante primam Olympiadem, *Cranao* in *Attica* regnante [c].

Filii Hellen & Amphictyon.

§. 3 *Deucalionis* ac *Pyrrhæ* filii fuere duo *Hellen*, & *Amphictyon*. *Amphictyon* pulso *Cranao Athenis* regnavit [d]. Ab *Hellene*, qui anno secundo *Amphictyonis* in *Phthiotide* regnare cœpit [e], *Græci* Ἕλληνες vocati [f].

Hic ex *Orseide* filios tres genuit, *Æolum*, *Dorum* & *Xuthum*. *Æolus* natu maximus patri successit, obtinuitque quidquid inter *Enipeum* & *Asopum* fluvios interiacet. Ita præter *Thessaliam*, *Locros* ac *Bœotiam* est adeptus. *Doro* cessit ea regio, quæ *Parnasso* subest, ubi *Boëum*, *Cytinium*, *Pindum* & *Erineum* condidit. *Xuthus*, quod paternas pecunias depeculatus esset, pulsus a fratribus, in *Atticam* profugit, ubi *Tetrapolim* condidit: & *Erechtonii* sive *Erechtei*, qui *Amphictyoni* successerat, filiam *Creusam* coniugem duxit [g].

Æolus Hellenis filius.

§. 4. *Æolus* ex priore uxore *Protogenia* filium suscepit *Aëthlium*, a quo *Pæones*, *Elei* & *Ætoli* orti [h]. Ex *Enarete* vero *Deimachi* filia, septem mares sustulit, feminas quinque: Mares fuere *Critheus*, *Sisyphus*, *Athamas*, *Salmoneus*, *Deion*, *Magnes*, *Perieres*. Filiæ vero *Canache*, *Alcyone*, *Pisidice*, *Calyce*, *Perimede* [i].

Filius Æoli Critheus.

§. 5. *Critheus* filiam habuit, quæ *Tectamo Dori* filio conlocata *Asterium* peperit, *Minois* I patrem [k]. Vulgo etiam dicitur *Critheus* hic ex *Tyrone*, *Salmonei* fratris filia, post *Peliam*, *Neleum*que, suscepisse *Æsonem*, *Amythaonem* & *Pheretem*; sed horum patrem, alium *Critheum*, integro post sæculo floruisse, temporum concentus docet. *Æsonis* quippe

[a] Dionys. Hal. I. p. 14. [b] Supra. C. IV. [c] Clem. Strom. I. p. 380. 401. Marmor. Arund. Epoch. 4. & Varro apud August. de Civ. XVIII. 10. [d] Pauf. I. c. 2. Apoll. L. III. p. 195. [e] Marm. Arund. Ep. 6. [f] Strab. L. VIII. p. 383. [g] Conon apud Phot. cap. 27. p. 437. Pauf. VII. c. 1. Spicil. L. III. c. 2. §. 29. [h] Pauf. L. V. r. & 8. Apollod. L. I. p. 20. 21. Strab. L. XIII. p. 463. [i] Apoll. I. p. 21. [k] Diod. Sic. L. IV. p. 183.

pe filius *Jason* fuit. *Amythaon Pylum* in *Peloponneso* A. 3201.
tenuit, ac *Melampodem* ac *Biantem* genuit. *Melam-* Per. Jul.
pus ob *Proeti* filias a furore liberatas, regnum *Argis* ad 3316.
cum *Biante* fratre a *Megapenthis* filio *Anaxagora* A. Christ.
accepit. *Pheres*, qui *Pheras Thessaliæ* urbem con- 1513.
didit, *Admetum* & *Lycurgum* procreavit. *Admeti* fi- ad 1398.
lius *Eumelus* dux in bello *Troiano* fuit[a].

§. 6. *Sisyphus Corinthum* condidit, & ex *Merope* Sisyphus.
Atlantis filia *Glaucum* genuit, *Bellerophontis* patrem[b].

§. 7. *Athamas Bœotiæ* regulus, ex *Nephele Phri-* Athamas.
xum & *Hellen*: post ex *Inone Cadmi* filia *Learchum* & *Melicertem* filios habuit[c].

§. 8. *Salmoneus* relicta *Thessalia* coloniam in *Eli-* Salmoneus.
dem duxit, & ex *Alcidice* filiam suscepit *Tyronem*[d]. Quæ male creditur ex *Neptuno Peliam*, *Neleum*que peperisse, *Pelias* enim, qui in *Jolco Thessaliæ* regnavit, *Jasonem* ad vellus aureum repetendum misit[e]. *Neleus* autem venit ad *Aphareum* in *Messenia* regnantem, qui etiam excepit *Lycum Pandionis* filium, metu fratris *Ægei Athenis* profugum[f]. Et *Tyndareum* ab *Hippocoonte* eiectum[g].

§. 9. *Deion Phocidem* tenuit, & ex *Diomeda Xuthi* Deion.
filia cum alios tum *Cephalum* sustulit, cui *Procris Erechthei* Regis *Athenarum* filia nupsit[h].

§. 10. *Magnes* ex *Naide* nympha *Polydectem* ge- Magnes.
nuit & *Dictyn*, qui *Seriphum* incoluere[i].

§. 11. *Perierem* volunt *Polycaonis* exstincto stem- Perieres.
mate *Messeniam* obtinuisse, atque ex *Gorgophone Persei* filia suscepisse *Aphareum*, *Leucippum*, *Tyndareum* & *Icarium*[k]. Quamvis haud dubie verius sit, *Perierem* illum, qui *Gorgophonem* duxit, posterioris ævi, filium fuisse *Cynortæ*, fratrem *Oebali*[l].

§. 12. Præter hos *Diodorus Siculus*[m], alium me- Mimas
morat *Æoli* filium *Mimantem*, qui, fratribus in di- eiusque
versa loca profectis, in *Æolide* regnavit. Huius filius posteri.

 Hip-

a Spicil. L. III. c. 2. §. 32. b Apollod. L. I. p. 33. c Apoll. L. I. p. 31. d Apoll. L. I. p. 34. 35. Diod. L. IV. p. 188. B. e Apollod. I. 41. Diod. L. IV. p. 170. f Pauf. L. IV. c. 2. g Pauf. L. III. c. 1. h Apoll. I. p. 33. III. p. 199. i Apoll. I. p. 34. k Pauf. IV. c. 1. 2. l Apoll. I. p. 34. III. p. 171. Spic. L. III. c. 2. §. 27. m L. IV. p. 187. 188.

A. 3201. Per. Jul. ad 3316. A. Christ. 1513. ad 1398.

Hippotes, qui ex *Menalippe Æolum* genuit: cuius filia fuit *Arne*, quæ ab *Neptuno* conpressa, ob idque *Metapontino* cuidam a patre tradita, apud eum geminos peperit, *Æolum* avo cognominem & *Bœotum*. Ex quibus *Æolus* insulas occupavit, quæ ab eo dictæ sunt *Æoliæ*. *Bœotus* ad avum *Æolum* rediit & in *Æolide* regnavit, *Arnen*que condidit, ac *Bœotiis* de suo nomen indidit.

Dorus Hellenis filius.

§. 13. *Dorus*, qui *Doridem* de suo nomine dixit, filium habuit *Tectamum*, qui in *Cretam* abiit, ubi ex *Crethei* filia suscepit *Asterium*: ex quo & *Europa* natus est *Minos* [a], qui anno 32 *Pandionis* I regnare cœpit [b].

Xuthus Hellenis filius.

§. 14. *Xuthus* vero, *Hellenis* liberorum natu minimus, ex *Creusa* genuit *Achæum* & *Ionem*. *Achæus* cæde præter voluntatem facta, ut *Conon* auctor [c] est, in *Peloponnesum* abiit, ibique *Tetrapolim* condidit. Inde *Atheniensium* & *Ægialensium* auxilio in *Thessaliam* profectus paternam possessionem recepit [d].

Ion Xuthi filius.

§. 15. *Ion Athenis* constitit, & bello tempore *Erechthei* contra *Eumolpum* gesto tam clarum nomen est adeptus, ut *Erechtheo* mortuo *Athenienses* ei regni curam conmitterent; postea, regno *Cecropi* adiudicato, in *Peloponnesum* abiit, ac ducta *Helice Selinuntis*, qui in *Ægialia* regnabat, filia, gentem ipsam de se *Ionas* nuncupavit [e].

Dialectus Græcorum.

§. 16. Operæ pretium nunc est animadvertere, quæ ab illis auctoribus stirpis, populorum per *Græciam* linguarumque facta sint divortia. Sunt quidem *Græcorum* multæ gentes, sed auctore *Strabone* [f] quatuor præcipuæ, secundum quatuor dialectus *Græcorum*, *Æolica*, *Dorica*, *Ionica* & *Attica*: ex quibus duæ primigeniæ sunt & sinceræ; *Dorica*, cui vetus par erat *Æolica*, & *Attica*, quacum antiqua conveniebat *Ionica*. Quarum priores incorruptæ manserunt, quia *Doris* & *Attica* propter asperitatem & sterilitatem, minus exterorum migrationibus & coloniis opportunæ, eosdem perpetuo incolas habuerunt.

§. 17.

a Conon apud Phot. narr. XXVII. Herod. I. c. 56. Diod. L. IV. p. 183. *b* Marm. Arund. Ep. 11. *c* Apud Phot. narr. XXVII. p. 437. *d* Pauf. L. VII. c. 1. *e* Strab. VIII. p. 383. Conon l. d. Vitruv. L. IV. c. 1. Pauf. I. 5. VII. 1. *f* Lib. VIII. p. 833.

§. 17. Addit Scriptor idem, populos omnes, qui extra *Isthmum* erant, exceptis *Atheniensibus*, *Megarensibus* & *Doriensibus*, *Parnassi* adcolis, *Æolenses* fuisse. Qui & postea per *Peloponnesum* invaluerunt, ubi *Elei* & *Arcades Æolensibus* adscribuntur. Olim & *Achæi Argos* & *Lacedæmonem* tenentes [a]. Verum postquam *Heraclidæ*, *Hyllo Herculis* filio ab *Ægimio*, quem *Strabo Æpalium* vocat, adoptato, in genus *Doriensium* venerunt, (*Heraclidæ* autem *Dorienses* secum in *Peloponnesum* deduxerunt,) præter *Argos* & *Lacedæmonem*, unde *Achæi* pulsi sunt, multas alias in *Peloponneso* urbes *Dorienses* coluerunt, & *Ionibus Ægialia* pulsis duæ reliquæ fuerunt in *Peloponneso* gentes *Æolica* & *Dorica* [b]. Dum *Athenis* profecti *Iones* colonias in *Asiam* deduxerunt.

A. 3201. Per. Jul. ad 3316. A. Christ. 1513. ad 1398.

Earumque per gentes divisio.

CAPUT VII.

De Danaidarum *&* Perseidarum *genere deque* Argivorum & Mycenæorum *Regum successione usque ad* Pelopem.

§. 1.

POstquam in antiquissimo *Argivorum* regno novem ab *Inacho* ad *Sthenelum* Reges fuerant, *Inachidæ* dicti. *Danaus* pulso *Gelanore* regnum obtinuit, cuius generis quinque Reges fuerunt ad *Acrisium*. Sed cum *Perseus*, *Acrisii* ex *Danaë* nepos, avum inprudens obtruncasset, regnum cum *Megapenthe* permutavit, sedemque *Mycenas* transtulit [c].

Danaidarum stemma.

§. 2. Quæ ut intelligi conmodius queant, explicandum hic erit *Persei* stemma, quocum pleræque res *Græcorum* illius ætatis inplicantur. Sed altius origine repetita etiam *Danaidarum* & *Cadmidarum* stirpem recensebimus.

Ab Io Inachi filia in Ægypto ortum.

Io igitur *Inachi* filia, quæ occasione nuptiarum in *Ægyptum* rediens, ibi *Isidis* nomine culta fuit, ex *Telegono* peperit *Epaphum* [d], quem *Ægyptii Apim* aut *Osiridem* vocant [e]. Huic filiæ duæ fuisse dicuntur

a Pauf. L. VII. c. 1. *b* Strab. VIII. p. 333. IX. 427. Diod. Sic. L. IV. p. 169. A. 182. B. *c* Apoll. L. II. p. 77. Pauf. II. 16. *d* Eufeb. Chron. Gr. p. 24. Apoll. II. p. 62. *e* Herodot. II. c. 153. III. 27. Strab. XVII. p. 807.

A. 3226. Per. Jul. ad 3508. A. Christ. 1488. ad 1206.

tur *Lysianassa* & *Libye*. Ex *Lysianassa* & *Neptuno* inlaudatus ortus *Busiris*, qui peregrinos ad aram mactasse dicitur [a]: & primus truculentum de *Israëlitarum* puerulis occidendis edictum proposuisse videtur [b]. Ex *Libya Belus* & *Agenor* nati [c]. *Belus* in *Ægypto* regnavit, ac liberos suscepit duos *Ægyptum*, quem & *Ramessem* sive *Sesostrim* alio nomine vocant, & *Danaum* sive *Armaim* [d]. Quibus *Pausanias* [e] addit *Lelegem*, *Beli* & *Agenoris* fratrem, qui, ex *Ægypto* veniens in *Græciam*, *Laconiam* obtinuit, & incolas de nomine suo *Leleges* appellavit.

Et a Danao in Græcia propagatum.

§. 3. *Danaus*, per absentiam fratris rebellionem molitus, regno eiectus, in *Græciam* venit [f], anno tertio *Erichthonii* [g], ubi cum aliquot annos privatus vixisset, mortuo *Sthenelo*, eiusque filio *Gelanore* pulso, consensu populi regnum *Argivorum* accepit [h]. Id anno Per. Jul. 3237, ante *Christum* 1477 accidit. Ab eo ferunt *Argivos* appellari *Danaos*. Huic *Lynceus*, cui *Hypermnestra*, reliquis sponsis a *Danaidibus* interemtis, pepercisse dicitur, successit [i]. *Lynceum Abas* filius excepit. Huic gemina soboles contigit *Prœtus* & *Acrisius* [k].

Prœtus & Acrisius, Bellerophon cum Chimæra.

§. 4. *Prœtus* patri successit annis septendecim [l]: quo tempore *Bellerophon Glauci* filius sextus a *Deucalione*, *Sthenobœæ*, quæ ipsum ad stuprum frustra sollicitaverat, criminationibus circumventus, missus est in *Lyciam*, ubi cum *Chimæra* conflixisse fingitur [m]. Sed cum *Prœtus* insigni nequitia, corruptis auro custodibus, unde fabula de *Jove* in imbrem aureum mutato, *Acrisii* filiam *Danaën* vitiasset, bello victus a fratre & regno eiectus, recepit se in *Lyciam* ad *Jobatem* socerum, cuius auxiliis fultus *Tirynthem* occupat, qua occasione regnum inter fratres divisum, ut *Acrisius Argos*; *Prœtus Tirynthem*, *Mideam* & *Heræum* obtineret [n].

§. 5.

a Apoll. II. p. 103. 104. August. de Civ. Dei XVIII. c. 12. ex Libya natum scribit. *b* Vid. Spicilegia nostra L. III. c. 2. §. 21. *c* Apoll. II. p. 62. *d* Manetho apud Joseph. contra Apion. L. I. §. 15. Euseb. Chron. Gr. p. 29. *e* L. I. 39. 44. III. 1. *f* Manetho l. d. Herodot. II. c. 107. 108. *g* Marm. Arund. Ep. 9. *h* Pauf. L. II. c. 19. *i* Apoll. II. p. 64. Pauf. II. c. 16. 19. *k* Apoll. II. p. 67. *l* Euseb. Chron. p. 84. *m* Apoll. L. II. p. 70. 71. Hom. Iliad. ζ vs. 155—195. ibique Schol. *n* Schol. Hom. Il. ξ vs. 319. Apoll. II. p. 68. 72. Pauf. II. 25. & 16.

A. 3226. Per. Jul. ad 5508. A. Christ. 1488. ad 1206. Persei σἶραλεία, & regnum Mycenas translatum.

§. 5. Ex *Acrisii* filia *Danaë* natus est *Perseus*, qui cum in insula *Seripho* adolevisset[a], ea in *Africa* contra *Medusam*, & apud *Cepheum* gessit, quæ Poëtarum celebrata sunt versibus: atque *Andromedam* uxorem habuit[b]. Ea est σἶραλεία *Persei*, quam ex antiquis Chronologis *Clemens Alexandrinus*[c] annis ante *Troianam* cladem quatuor & triginta posuit manifesto errore, nisi tamen numerus centenarius scribarum incuria excidit, sunt enim ab initio *Persei* ad *Ilii* excidium anni centum triginta duo. Inde redux in *Græciam*, cum inprudens avum obtruncasset *Acrisium*, *Argis* habitare non sustinens, cum *Megapenthe*, *Prœti* filio permutavit imperium & *Mycenas* condidit[d].

Regnum Argivorum divisum.

§. 6. Sed *Argis* interea non minus regnatum est. Post *Megapenthem* enim successit *Anaxagoras*, cuius ætate ob sanatas *Prœtidas* regnum *Argivorum* inter *Anaxagoram*, *Biantem* & *Melampodem* est divisum: & aliquamdiu divisum mansit, donec *Biantis* & *Melampodis* stemmate deficiente ad solum *Cylarabem Stheneli* filium, *Anaxagoræ* genere ortum, regnum rediit[e].

Persei posteritas.

§. 7. *Perseus* igitur circiter anno ante *Christum* 1315 apud *Mycenas* regnare est orsus, ac præter *Persen* apud *Cepheum* socerum relictum, a quo *Persas* appellatos scribunt, filios ex *Andromeda Mycenis* genuit sex, *Alcæum*, *Sthenelum*, *Helam*, *Mestorem* & *Electryonem*, filiam insuper *Gorgophonem*, quam *Perieres* uxorem duxit[f]. *Alcæo* & *Hipponome*, *Menœci* filia, natus est *Amphitruo* & *Anaxo* filia. Ex *Mestore* & *Lysidice*, *Pelopis* filia, *Hippothoë* genita est. Cuius ex *Neptuno* filius *Taphius*, qui *Taphum* insulam coluit, colonosque eo deductos *Teleboas* appellavit, quod procul a patria iverant. Ex *Taphio Pterelas* natus, quem *Neptunus* inmortalitate donavit: & septem filios habuit. *Electryo* ex *Anaxone*, *Alcæi* filia, suscepit *Alcmenam*, una cum maribus novem. Et spurium ex *Midea Licymnium*.

[a] Schol. Apollon. L. IV. vs. 1091. [b] Apoll. II. 72—76. [c] Strom. I. p. 421. Edit. Potteri. [d] Apoll. L. II. p. 77. Pauf. II. 16. [e] Apoll. II. p. 69. Pauf. II. 18. [f] Apoll. II. p. 77. 78. supra Cap. VI. §. 11.

A. 3226. Per. Iul. ad 3508. A. Christ. 1438. ad 1206.

Successio.

Sthenelus ex *Nicippe*, *Pelopis* filia, *Eurystheum* genuit [a].

§. 8. Inter initium regni *Persei* & *Stheneli* anni sunt 58 [b]. Quo toto intervallo non videtur superstes fuisse *Perseus*, sed post mortem eius aliquamdiu quatuor filii eius *Alcæus*, *Sthenelus*, *Mestor* & *Electryo* conmune imperium tenuerunt [c]. Sed cum *Pterelæ* filii una cum *Taphio Mycenas* venirent ad *Electryonem*, partem regni, sibi iure aviæ *Hippothoës* debitam, reposcentes, orto iurgio huius liberos interficiunt [d]: quos ut ulcisceretur *Electryo Alcmenam* filiam *Amphitruoni* paciscitur, ea lege, ut non eam ante contingeret, quam ab expeditione rediisset, quam contra *Teleboas* parabat. Sed cum *Electryonem* inprudens occidisset *Amphitruo*, pulsus a *Sthenelo* cum *Alcmena Thebas* ad *Creontem* profugit. Atque ita solus *Sthenelus* regno potitur [e], quod annos octo tenuit secundum *Eusebium*.

Eurystheo Hercules in servitutem traditus.

§. 9. Inter hæc *Amphitruo* a *Creonte* expiatus, eo & *Cephalo* in societatem armorum adlecto, contra *Teleboas* rem ex sententia gerit [f]. Per idem tempus *Herculem* genitum ferunt, circa annum ante *Christum* 1257. Post *Sthenelum* regnavit filius eius *Eurystheus*, cui *Eusebius* annos quadraginta tres tribuit. Huic *Hercules* in servitutem est addictus. *Eurystheus* in bello ab *Hyllo Herculis* filio perimitur, unaque proles eius omnis occubuit [g].

Pelopis genus & fata.

§. 10. *Persei* posteritate in *Eurystheo* deficiente *Mycenis* regnarunt *Pelopidæ*, a *Pelope*, filio *Tantali*, *Phrygiæ* Regis oriundi, a quo *Peloponnesus* nomen est sortita. Hic ab *Ilo*, *Trois* filio, *Phrygia* eiectus [h], tempore *Acrisii* venit in *Græciam* [i], ac, cæso *Oenomao*, *Pisæam* obtinuit & *Olympiam* [k]. Huius filii *Atreus* & *Thyestes* fuerunt, quibus *Sthenelus*, simul atque *Mycenarum* imperio potitus est, *Mideam* tradidit [l], quorsum referendi anni sexaginta quinque, qui in *Eusebii* Chronico *Atreo* & *Thyesti* vindicantur.

a Apoll. L. II. p. 78. 79. *b* Euseb. Chron. p. 86. Spic. L. III. c. 2. §. 40. *c* Schol. Apollon. L. I. vs. 747. *d* Apoll. L. II. p. 79. *e* Apoll. L. II. p. 79. 80. *f* Apoll. L. II. 80—82. *g* Infra. Cap. XI. *h* Pauf. L. II. c. 22. *i* Clem. Strom. I. c. 21. p. 381. *k* Diod. L. IV. p. 191. Pauf. V. 1. *l* Apoll. L. II. p. 80.

tur. Verum postea fratres parricidalibus inter se odiis & incestis stupris clarum sibi nomen apud posteros fecerunt [a]. Post *Thyestes Pelopeiæ* filiæ inprudens vitium obtulit, unde natus est *Ægysthus*, qui *Agamemnonem*, sive *Atrei* sive *Plisthenis* ex *Aërope* filium, occidit. *Mycenæorum* regnum post mortem *Eurysthei* accepit *Atreus*, quod adeo a *Perseidis* ad *Pelopidas* translatum, eo tempore desitum est, quo *Heraclidæ Peloponneso* potiti sunt, de quo capite XI agetur.

A. 3226. Per. Jul. ad 3508. A. Christ. 1488. ad 1206.

CAPUT VIII.

De alia duplici Inachidarum *stirpe*, Cadmidarum & Pelasgorum.

§. 1.

HActenus *Belidarum* sive *Danaidarum*, e quibus *Perseidæ* fuerunt, genus descripsimus. Nunc *Inachidarum* stirps altera, quæ ab *Agenore* propagata est, perstringenda paucis videtur.

Cadmidarum genus.

§. 2. *Agenor* ex *Telephassa*, quam in *Europa* duxerat, mares tres *Phœnicem*, *Cadmum* & *Cilicem* genuit, & in *Phœnicia* sedem regni posuit [b]. *Phœnicis* filia *Europa* fuit, quæ, *Asterio* in *Creta* nupta, a *Jove* rapta fingitur [c]. *Phœnix* in *Phœnicia* substitit. *Cilix Ciliciam* occupavit. *Cadmus* novas sedes quæsitum missus in *Græciam*, victo *Dracone Thebanorum* Rege [d], ductaque filia eius *Harmonia*, *Cadmæam* condidit, mox & *Aonibus* in fidem receptis, & *Hyanthibus* devictis, urbem prolato pomœrio auctam de nomine *Thebarum Ægyptiarum Thebas* appellavit [e]. Id quod in Marmore Arundelliano [f] ad annum quartum *Amphictyonis* refertur. Qui erat undecimus ante exitum *Israëlitarum* ex *Ægypto*, Per Jul. 3218. Quapropter etiam *Diodorus* [g] ex *Hecatæo Milesio Danaum*, *Cadmum* & *Mosem* æquales facit.

Cadmus Agenoris filius.

D 2 §. 3.

[a] Pauf. II. c. 18. Hygin. fab. 86—88. [b] Apoll. II. p. 62. III. p. 128. 129. [c] Conon apud Phot. c. 32. 37. Pauf. VII. 4. Apoll. III. p. 129. [d] Palæph. c. 6. [e] Pauf. IX. 5. 12. Apoll. III. 136. 137. Conon. l. d. [f] Epoch. 7. [g] Ap. Phot. p. 1152.

A. 2950. Per. Jul. ad 3450. A. Christ. 1764. ad 1264.

Cadmi ex filiabus posteri.

§. 3. *Cadmi* ex *Harmonia* filiæ quatuor cum *Polydoro* filio recensentur; *Autonoe*, quæ *Aristæo* nupta *Actæonem* peperit a canibus suis laceratum [a]: *Ino*, quæ post *Nephelen Athamanti* nupsit [b]. *Agave Echioni* consocata, ex quo natus est *Pentheus* [c]. *Semele Bacchum* peperit; cuius ortus conpetit in annum ante *Christum* 1357, qui erat 629 ab ortu *Abrahami* secundum *Eusebium*. Ita *Phryxi* cum *Helle* sorore fuga circa idem tempus accidere potuit. Hos *Athamanti* ex *Nephele* natos *Ino*, eiusdem potita nuptiis, suis artibus fugere in *Colchos* conpulit: quo in itinere *Helle* in mare decidens, huic de se nomen reliquit: *Phryxus* quo intenderat pervenit, ac thesauros, quos secum exportarat *Æetæ* Regi *Colchorum* reliquit. Aurei velleris arietem fuisse, eoque *Phryxum* in *Colchidem* pervectum carminum licentia Poëtæ finxerunt [d].

Cadmi posteri ex Polydoro.

§. 4. *Cadmo* in *Echeleas Illyricum*que profecto, *Polydorus* eius filius *Thebis* regnavit, & ex *Nycteide Nyctei* filia *Labdacum* genuit [e]. Hunc pater moriens *Nycteo* in tutelam tradidit [f]. *Nycteo* filia erat *Antiopa*, quæ de *Jovæ* gravida, patris iram verita, *Sicyonem* fugit ad *Epopeum* eique nubit. Id bello persequens *Nycteus* cadit, sed vindictam sui puerique tutelam fratri *Lyco* commendat. Is *Sicyonem* capit, *Epopeum* interimit, *Antiopam* abducit, quæ in itinere geminos enixa est *Zethum* & *Amphionem* [g]. *Lycus Labdaco* iam adulto regnum restituit [h]. Is bellum gessit contra *Pandionem* I, *Athenarum* Regem [i]. Sed cum non ita multo post *Labdacus* diem obiisset supremum, rursus *Lycus Labdaci* filium *Laium* in tutelam recepit [k]. Quo tempore *Zethus* & *Amphion* facta manu, *Lyco* eiusque coniuge *Dirce* cæsis, *Thebis* potiuntur. *Laius* ab iis pulsus in *Peloponnesum* abit: *Zethus Theben*, *Amphion Nioben Tantali* filiam ducit. Quibus omnibus exstinctis *Laius* in regnum restitutus est, & *Jocastam* coniugem adsci-

a Apoll. L. III. p. 137. 139. 140. Diod. IV. p. 195. 196. b Apoll. I. 31. III. 138. c Apoll. III. p. 138. Pauf. IX. 5. d Apoll. I. 31. 32. Pauf. I. 44. Diod IV. p. 174. Strab. XI. p. 499. e Apoll. III. p. 143. Pauf. IX. 5. f Pauf. l. d. g Pauf. L. II. c. 6. Apoll. L. III. p. 144. h Pauf. IX. c. 5. i Conon. apud Phot. nar. 31. Apoll. L. III. p. 197. Thucyd. II. c. 29. k Pauf. IX. 5.

ſciſcit, *Menœci* filiam, e qua natus eſt *Oedipus*, cuius inceſtas cum matre nuptias, ac filiorum cædes mutuas Poëtæ omnes ac theatra omnia perſonant[a].

A. 2950. Per. Jul. ad 3450. A. Chriſt. 1764. ad 1264.

§. 5. Poſtremo ex *Europa* & *Aſterio*, *Cretenſium* Rege, ut ſcribit *Euſebius*[b], ut *Appollodorus*[c], ex *Jove Minos*, *Radamanthus* & *Sarpedon* orti ſunt. Ex quibus *Minos* celeberrimus Legiſlator in *Creta* regnare cœpit anno 32 *Pandionis* I[d]. Huius ex *Lycaſto* nepos fuit *Minos* alter, qui primus inter *Græcos* maris imperium eſt adeptus, & *Ægeum* bello vicit[e], fratresque habuit *Radamanthum* & *Sarpedonem*, cuius ex *Euandro* nepos *Sarpedon* ille fuit, qui cum *Agamemnone Troianis* bellum intulit[f].

Minos uterque.

§. 6. Tertium ab *Inacho* Poëtarum & Hiſtoricorum prædicant litteræ *Pelaſgicum* genus. Nam *Pelasgus Jove* & *Niobe*, *Phoronei* filia, *Inachi* nepte natus dicitur. Hic *Arcadum* fundavit imperium, quæ regio tum de eo *Pelaſgia* dicebatur[g]. Huius ex *Deianira* filius *Lycaon* 50 liberos habuit, qui omnes, *Nyctimo* excepto, interfecti feruntur[h]: quamvis verius ſit, plures ex illis multarum urbium auctores ſuperſtites fuiſſe, natuque minimum *Oenotrum* coloniam in *Italiam* duxiſſe[i]. Habuit & *Lycaon* filiam *Calliſtonem*, e qua natus eſt *Arcas*, qui *Nyctimo* in regno ſucceſſit[k]. Huius filii *Azanes*, *Elatus* & *Aphidas*, inter quos regnum diviſum[l]. *Aphidas Aleum* & *Sthenobœam* genuit, *Prœti* coniugem[m].

Pelasgicum genus.

§. 7. *Pelasgi* igitur origine *Arcades*, ſexta poſt *Phoroneum* ætate *Peloponneſo* profecti, ducibus *Achæo*, *Phthio* & *Pelasgo* migrarunt in *Hæmoniam*, quæ poſtea *Theſſalia* eſt dicta. Unde ſexta ætate a *Curetibus* & *Lelegibus*, qui deinde *Ætoli* & *Locri* appellati ſunt, duce *Deucalione* pulſi, pars in *Cretam* abierunt, pars *Cycladas* inſulas: alii *Heſtiotidem* ad *Olympi* & *Oſſæ* radices: alii *Bœotiam*, *Phocidem* & *Eu-*

Pelasgorum migrationes.

a Pauſ. L. IX. c. 5. Apoll. L. III. p. 144. 146. 147. b Euſ. in Chron. c L. III. p. 129. d Marm. Arund. Ep. 11. e Diod. L. IV. p. 183. f Diod. L. V. p. 238. g Pauſ. VIII. 1. Apoll. II. 59. h Apoll. III. p. 163. 164. i Pauſ. L. VIII. 3. Dionyſ. Hal. I. p. 9. k Pauſ. VIII. 3. 4. Apoll. III. p. 164. 165. l Pauſ. L. VIII. c. 4. m Pauſ. VIII. 4. Apoll. III. p. 165.

A. 3330. Per. Jul. ad 3500. A. Christ. 1364. ad 1214.

Euboeam: Asiam & *Hellesponti* oram, ac *Lesbum* tenuerunt alii. Conplures in *Saturniam*, quæ est *Italia*, transmiserunt, seque *Aboriginibus* adiunxerunt [a].

CAPUT IX.

De Hercule, Jasone, *expeditione* Argonautarum, Minoë, Theseo, ac *bello* Thebano.

§. 1.

Herculis genus.

HErcules a *Diodoro* [b] tres conmemorantur, quorum unus omnium antiquissimus *Ægyptius*, qui cum armis terrarum orbem peragravit. Secundus *Cretensis*, qui ex *Idæis Dactylis* fuit, ac primus ludos *Olympicos* instituit. Postremus paullo ante *Troianum* bellum natus ex *Alcmena*, qui *Eurysthei* imperio paruit. Hos tamen in unum conflari idem *Diodorus* adserit. *Cicero* [c] sex enumerat, quorum ultimus idem ille est *Alcmena* genitus, de quo nos hic agimus. *Alcmenæ* pater fuit *Electryo*, *Persei* filius, mater, ut *Apollodorus* [d] censet, *Anaxo*, *Alcæi* filia; ut autem *Diodorus* [e] ait, *Eurymeda* vel *Eurydice*, *Pelopis* filia. Illa cum *Amphitruoni*, *Alcæi* filio, patrueli suo nupsisset, *Herculem* de *Jove* peperit, cuius ætas circa *Gideonis* præfecturam convenit. Nam *Eurystheus* anno Per. Jul. 3465, *Gideonis* quarto regnare cœpit.

Res ab Hercule gestæ.

§. 2. Natus apud *Tirynthem Hercules*, *Thebas* cum *Amphitruone* translatus est. Quam urbem, ut primum adolevit ab *Erginni*, pronepotis *Phryxi*, dominatu in libertatem adseruit; ob id *Creon* Rex *Thebarum* filiam ei *Megaram* coniugem dedit [f]. Inde *Eurystheo* in servitutem deditus varia obiit certamina [g]. Cum *Jasone* quoque inter *Argonautas* navigans in *Colchidem*, ad *Troadem* delatus, *Hesionem Laomedontis* filiam, ceto interfecto, cui erat exposita, liberavit [h]: cum *Amazonibus* earumque regina *Hip-*

[a] Dionys. I. p. 14—18. Strab. V. p. 221. XIII. p. 621. [b] Diod. L. III. p. 145. [c] Cic. III. de Nat. Deor. c. 16. [d] Apoll. L. II p. 78. [e] Diod. L. IV. p. 151. [f] Diod. L. IV. p. 152. Apoll. L. II. p. 85. 86. Pauf. IX. 37. [g] Apoll. II. p. 87. & seqq. Diod. L. IV. p. 153. [h] Apoll. II. 98. 99. Diod. IV. p. 171. Hygin. fab. 14. & 89.

Hippolyta, ad *Themiſcyram* urbem acie congreſſus eas divicit[a]. *Troiam* inde rediens expugnaſſe, ac cæſo *Laomedonte*, *Priamo* regnum dediſſe fertur[b]. In patriam redux, de *Argonautarum* conſilio ludos *Olympicos*, in *Elide Peloponneſi* provincia ad *Alpheum* amnem inſtauravit[c]. Id quod quidam apud *Euſebium*[d] factum aiunt annis 460 ante primam ſtatam *Olympiadem*, qui eſt annus *Theſei* primus. Idem in *Hiſpaniam Italiam*que penetravit[e]. Denique in deſperatum morbum incidens, vivus ſe ardentem iniecit in rogum[f]. Id quod *Velleius*[g] anno centeſimo & viceſimo ante *Heraclidarum* reditum factum ſcribit. Qui annus eſt 14 regni *Theſei*. Quocum tamen haud facile conponi poteſt, quod conmuni conſenſu *Hercules* traditur *Theſeum* ſub extremis regni eius in *Theſprotia* ab *Aidoneo* Rege vinctum liberaſſe[h]. Et tamen *Theſeus*, *Hercule* mortuo, liberis eius contra *Euryſtheum*, qui eodem cum *Theſeo* anno mortuus eſt, adiutor fuiſſe dicitur. Sed in his tempora adcurate conſtituere non eſt humanæ opis. Sufficit *Euryſthei* ætate & *Argonautarum* expeditionem ſuſceptam fuiſſe, & *Herculem* multis exantlatis laboribus clarum floruiſſe.

A. 3350. Per. Jul. ad 3500. A. Chriſt. 1364. ad 1214.

§. 3. *Herculis* amicus & ſocius *Jaſon*, *Æſone* genitus, a patruo *Pelia* in *Colchos* ad vellus aureum reportandum ire iuſſus eſt. Cuius expeditionis, quæ non ita diu ante regnum *Theſei* ſuſcepta videtur, fama per *Græciam* vulgata, conplures viri fortes & nobiles in ſocietatem glorioſi laboris venerunt, quorum varie prodita ſunt nomina. Primarii fuiſſe perhibentur *Hercules Alcmenæ* filius; *Orpheus*, *Oeagro* & *Calliope* genitus, muſicæ ac poëticæ artibus inluſtris; *Caſtor* & *Pollux*; *Peleus*, *Achillis* pater; *Telamon Ajacis*; *Theſeus*, *Perithous* & ceteri. Qui duce *Jaſone*, maiore, quam viſa erat adhuc, fabricata nave, quæ *Argo* dicta eſt, in *Colchidem*

Jaſon dux Argonautarum.

a Diod. L. II. p. 91. III. p. 156. Apoll. II. 96. 98. b Diod. L. IV. p. 165. 166. 175. 176. Apoll. II. p. 111. Hygin. 89. c Diod. IV. p. 178. Clem. Alex. p. 401. d In Chron. Gr. p. 33. e Diod. L. IV. p. 157. Apoll. L. II. 99. f Diod. L. IV. p. 169. 170. g Vell. L. I. c. 2. n. 1. h Plut. in Theſ. p. 15. 16. Apoll. L. II. p. 106. Diod. L. IV. p. 185.

A. 3550. Per. Jul. ad 3500. A. Christ. 1364. ad 1214.

dem venerunt. Ubi *Jason*, conciliata sibi *Medea*, Regis *Æetæ* filia, voti compos est factus, eamque connubio sibi iunctam cum aureo vellere pervexit in *Thessaliam* [a]. Inde *Jolco* pulsus, *Corinthum* migrans, post annos decem, repudiata *Medea*, *Glaucen*, *Creontis* Regis filiam, uxorem ducit. Quam iniuriam barbara mulier in *Creontis* familiam & genitos ex *Jasone* filios ulta, ac post longos errores in patriam longo intervallo rediisse dicitur. Unus ex *Jasonis* ac *Medeæ* liberis evasit *Thessalus*, qui *Jolcum* postea, *Jasonis* patriam, petens, paterno sibi iure debitum adiit regnum [b]; ab eoque *Thessaliam* nomen accepisse ferunt. Quamvis id alteri cuidam nominis eiusdem *Velleius* adsignat [c].

Minos & Theseus.

§. 4. Sub idem tempus *Minos* in *Creta* regnabat, *Minois* alterius nepos. Huius filium *Androgeon Ægeus*, *Thesei* pater, in *Attica* per sicarios occiderat. Eam ob caussam *Atheniensibus Minos* intulit bellum. Quo pressi, insuperque pestilentia laborantes, cum ea, *Æaco*, *Jovis* & *Æginæ* filio, deprecatore pro communi Græcia adhibito, liberari non quivissent, *Pythia* etiam responderet, non prius mali finem fore, quam de nece *Androgei* ex *Minois* arbitrio satisfacerent, coacti sunt pacem petere ea quam ipsis dicere vellet lege. Huius igitur decreto nono quoquo anno septenos mares totidemque puellas in *Cretam* mittere iubentur [d]. Eo cum *Theseus*, sive sponte sua, sive ex sorte venisset, *Ægei* filius, *Ariadnæ*, quæ eius amore capta erat, opera *Minotauro* superato, *Athenas* servitute in perpetuum liberas fecit. Id paullo ante mortem *Ægei*, & initium regni *Thesei* incidit. Nam cum navem e *Creta Thesei* nigris velis *Atticum* in portum tendere, non albis, ut inter eos convenerat, *Ægeus* e litore prospiceret, sese in mare præcipitasse dicitur [e]. Postea *Minos Dædalum* ingeniosissimum artificem, qui e *Creta* in *Siciliam*

a Hygin. fab. 14. Diod. IV. p. 170. 171. Apoll. I. p. 41—56. Apollon. Rhod. Val. Flac. b Diod. L. IV. p. 179. 180. Apoll. L. I. p. 56. 57. c Vell. I. c. 3. d Diod. L. IV. p. 183. Apoll. L. III. p. 203—205. Plut. Thes. p. 6. Xenophon apud Suid. voce Δαςμὸς. e Hygin. fab. 41. 42. Diod. Plut. ll. dd.

liam ad *Cocalum* Regem aufugerat, armis repetens ab eodem *Cocalo* in balneo suffocatus est[a].

A. 3350. Per. Jul. ad 3500. A. Christ. 1364. ad 1214.

Res a Theseo gestæ.

§. 5. *Theseus* æmulatione *Herculis* rebus maximis confectis, tota *Græcia* celebre nomen est adeptus, *Atticos* per pagos divisos in unam civitatem contraxit[b], *Amazonum* copias, quæ ex *Ponto* in *Atticam* venerant, *Athenas* jam quartum mensem obsidentes, cecidit *Boëdromione* mense[c]. *Herculis* deinde posteros ab *Eurystheo* Rege armis adpetitos, egregia fidei commendatione, *Atheniensium* suorum præsidio tutatus est[d]. Postremo, cum decennem *Helenam*, nec viro maturam, ipse annos natus quinquaginta[e], quinque & viginti annis ante *Troianam* cladem[f], rapuisset, atque adeo magnum ab *Tyndaridis* bellum in se provocasset, *Menesthei* factione pulsus *Athenis*, in *Scyrum* insulam concessit, ibique obiit, non sine ingratæ patriæ detestatione[g].

Bellum Septem Ducum.

§. 6. Anno *Thesei* decimo grave adversus *Thebanos* bellum conmoverunt septem duces. *Oedipus Laium* patrem inprudens obtruncaverat, ei qui successerat *Creon*, *Jocastæ*, uxoris *Laii*, nuptias regnumque *Oedipo* interfectæ a se *Sphingis* præmium concessit. Re conperta, *Oedipus*, effossis sibi oculis, pellitur, larga fabularum materies[h]. *Eteocles* & *Polynices*, *Oedipi* ex *Jocasta* seu potius *Euriganea* filii, discordia de regno orta, bellum movent[i]. *Polynices Argos* ad *Adrastum* se recipiens, gener illius factus, & alios ad arma concitat. Itaque septem numero duces, *Adrastus*, qui *Argis* regnabat; *Tideus*, *Oenei Caledonii* filius; *Capaneus*; *Hippomedon*; *Parthenopæus*, *Atalanta Schœnei* filia genitus; *Amphiaraus*, qui *Adrasti* sororem *Euriphylem* habebat in matrimonio & *Polynices* arma contra *Thebanos* capiunt; sed omnes præter *Adrastum* eo bello periere cum ingenti militum strage, quorum omnium cadavera sepeliri vetuit *Creon Menœcei* filius, *Jocastæ* fra-

a Diod. L. IV. p. 192—194. Hygin. 44. *b* Plut. Thes. p. 10. 11. Marm. Arund. *c* Plut. Theseo p. 12. 13. Diod. IV. p. 163. *d* Diod. IV. p. 181. *e* Plut. Thes. p. 14. Diod. IV. p. 185. *f* Apud Clem. Strom. I. p. 401. *g* Marm. Arund. ep. 23. Clem. Strom. I. p. 400. *h* Apoll. III. p. 147—149. Diod. IV. 185. Hygin. 67. *i* Paus. L. IX. c. 5. Apoll. III. p. 149. 150.

A. 3350. Per. Jul. ad 3500. A. Christ. 1364. ad 1214.

frater, ad quem tutela *Laodamantis*, filii *Eteoclis*, pervenerat[a]. Verum *Athenienses*, duce *Theseo*, bellum minati *Thebanis*, propinquis parentandi copiam fecere[b].

Bellum ab Epigonis gestum.

§. 7. Post annos decem, cum iam *Laodamas* adolevisset, liberi Principum illorum, qui ad *Thebas* occubuerant, quos *Epigonos* vocant, duce electo *Amphiarai* filio *Alcmæone*, bellum contra *Thebanos* capessunt; iisque acie victis urbem diripiunt; *Tiresiam* abducunt, qui in itinere mortuus est, filiam eius *Manto Delphos* ablegant. *Thebani* urbe sua pulsi, *Dorienses* vicissim oppidis suis eiiciunt, ac plerique *Thebas* postea reversi sunt[c].

CAPUT X.

De Troianorum *regno ac* Troiæ *excidio:* Æneæ *in* Italiam *profectione.*

§. 1.

Troianorum origines.

PRimus in *Troade* regnasse dicitur *Teucer*, *Scamandri* & *Idææ* nymphæ filius, a quo *Teucrorum* populis illis inditum est nomen[d]. Ad hunc *Dardanus*, *Jovis* & *Electræ Atlantidis* filius, *Italus* origine, e *Samothracia*, ubi fratrem *Jasium* amiserat, veniens[e], humaniter a Rege *Teucro* exceptus, filiam eius *Batiëam* in matrimonium accepit, soceroque mortuo in regno succedens, sibi cognominem urbem *Dardaniam*, ad montem *Idam*, prope mare condidit, populosque de se *Dardanos* nominavit[f]. Quod *Eusebius*[g] refert ad annum *Abrahami* 538. qui respondet anno Per Jul. 3267. sive tricesimo octavo post exitum *Israëlitarum* ex *Ægypto*.

Dardani posteri.

§. 2. *Dardani* filius *Erichthonius* ex *Astyoche Simoëntis* filia, *Troëm* suscepit, a quo regioni *Troiæ* nomen inpositum. *Troi* ex *Callirrhoë Scamandri* filia nati

a Apoll. III. p. 151—157. Pauf. L. IX. c. 9. Hygin. 68. 69. 70. Diod. L. IV. p. 186. b Plut. Thef p. 14. Pauf. I. 39. Meursius Thef. c. 24. c Apoll. III. p. 158. Diod. IV. p. 187. Pauf. IX. 5. 33. Hygin. fab. 71. d Diod. L. IV. p. 191. Apoll. III. p. 178. e Serv. ad III. Æn. vf. 167. 170. VII. 209. Conon apud Phot. c. 24. f Diod. IV. p. 192. Conon, alii. g In Chron. p. 78.

A. 3260. Per. Jul. ad 3563. A. Christ. 1454. ad 1151.

nati sunt *Ilus*, *Assaracus*, *Ganymedes* & filia *Cleopatra* [a]. *Ganymedem Tantalus* rapuit, Rex *Paphlagoniæ* [b], annis ante *Troianum* excidium circiter 192, ut ex antiquo Chronologo *Clemens Alexandrinus* [c] adserit. Hanc iniuriam *Ilus* armis persecutus, post longum bellum *Tantalum* exuit regno, filium eius *Pelopem* in *Græciam* fugere cogit [d], tempore *Acrisii* [e]. *Assaraco* natus est *Capys*, cuius *Anchises* filius, *Æneæ* pater [f]. *Ilus* in campestri *Troadis* regione *Ilium* condidit, ac *Laomedontem* genuit, cuius filii *Tithonus* ac *Podarces* sive *Priamus*, filia *Hesione*. *Tithonus* in Orientem & *Æthiopas* usque profectus, *Memnonem* ibi filium suscepit, qui *Troianis* suppetias tulit [g]. *Priamus*, occiso, ut Cap. IX. §. 2 meminimus, *Laomedonte*, regnum accepit ab *Hercule*. Hic liberos conplures habuit, e quibus celebriores sunt *Hector*, & *Alexander*, sive *Paris*, qui navibus *Spartam* delatus *Menelai* hospitis uxorem *Helenam* rapuit [h].

Bellum Troianum.

§. 3. Ob quam grave bellum adversus *Troianos Græci* toto decennio gesserunt, magno gentis utriusque damno & occisis amborum fortissimis ducibus, *Græcis* denique sive vi sive proditione *Antenoris* cessit victoria, urbe capta atque direpta [i]. *Æneas* agmine facto recepit se in montem *Idam*, liberumque sibi suisque cum facultatibus discessum pactus, castella *Græcis* tradidit [k]. Clades ista incidit in eum annum qui est Per. Jul. 3530 [l], ante *Christum* 1184. sub *Jaire Hebræorum* iudice.

Fortuna victorum.

§. 4. Victores domum redeuntes nihilo conmodior fortuna, quam victos excepit. *Ulyxes* mari iactatus multum oberravit. *Agamemnon* in ipso coniugis ac Deorum Penatium conplexu, ab *Ægystho* adultero, *Thyestæ* filio, confossus est. Cuius necem post annos septem ultus est eius filius *Orestes*, qui postea regnavit annos 70, vixit 40, & *Hermionem* habuit

 buit

[a] Apoll. L. III. p. 179. Diod. l. d. [b] Diod. L. IV. p. 191. [c] Clem. Strom. I. p. 401. [d] Diod. IV. p. 191. Pauf. II. 22. [e] Clem. Strom. I. p. 381. [f] Diod. IV. p. 192. [g] Diod. IV. p. 192. Apoll. III. p. 181. [h] Diod. l. d. Apoll. III. p. 182. [i] Vir. Æn. II. vs. 198. Pauf. I. 23. Plin. L. VII. c. 56. Serv. ad Virg. II. Æn. 15. Dionys. I. p. 36. [k] Dionys. Halyc. L. I. p. 37. Xenophon Cyneget. p. 974. [l] Petav. Doctr. Temp. L. IX. c. 29—31. & Rationar. P. II. L. II. c. 10.

A. 3260. Per. Jul. ad 3563. A. Chriſt. 1454. ad 1151.

buit uxorem, *Menelai* & *Helenæ* filiam, occiſo apud *Delphos Pyrrho*, *Achillis* filio, qui eius ſibi pactæ nuptias invaſerat[a], annis viginti poſt everſum *Ilium*[b].

Antenoris & Æneæ in Italiam adventus.

§. 5. Melioribus auſpiciis ex illo incendio patriæ longinquas in oras evolarunt *Troiani* duo *Antenor* & *Æneas*. Quorum ille per *Adriaticum* mare ad *Venetorum* adpulſus litora, urbem ibi *Patavium* poſuit[c]. Alter claſſe navium duarum & viginti pervenit in *Latium*, cui *Latinus*, tum præerat, *Fauni* filius[d], ſive ut quibusdam placet *Herculis*[e].

Antiqui Latii Reges.

§. 6. Ante quem quatuor omnino Reges fuiſſe accepimus, *Janum*, *Saturnum*, *Picum* & *Faunum*. *Jano* regnante *Saturnus*, a *Jove* pulſus, venit in *Italiam*; ibique haud procul *Janiculo* arcem de ſuo nomine *Saturniam* conſtituit[f]. Quatuor iis Regibus annos 150, tribuit *Euſebii* Chronicon[g]. *Picum Saturno* genitum fuiſſe *Virgilius*[h] & *Ovidius*[i] adfirmant. *Fauno* vero regnante, annis ante *Troiæ* excidium 60, *Euander*, ex *Arcadia* in *Italiam* veniens, *Palantium* ſtruxit, ubi *Roma* poſtea fuit[k].

Pelasgi in Italia.

§. 7. Ante hunc pars *Pelasgorum*, quos *Theſſalia* pulſos fuiſſe memoravimus, in *Italiam* veniens, *Aboriginibus Latii* incolis[l] iuncta, *Siculos* eiecit, ſub annum octogeſimum ante bellum *Troianum*, ut *Philiſtus*, vel nonageſimum hoc eſt γενεὰς tres, ut *Hellanicus* tradidit[m]. Quinque poſt *Euandrum* annis *Hercules* cum *Græcorum* manu ad eandem *Italiæ* oram delatus, ab *Euandro* comiter exceptus eſt[n].

Æneæ cum Turno bellum, & regni Albani origines.

§. 8. Demum *Latino* Rege & anno ejus 35, *Æneas* anno a calamitate *Troiæ* tertio[o], in *Laurentem* deductus agrum, fœdere cum *Latino* inito, ut eosdem amicos hoſteſque haberent, ducta etiam filia eius *Lavinia*, oppidum a ſe conditum de ea *Lavinium* appellavit[p]. *Turnus* deinde *Rutulorum* Rex *Latinum* ſimul & *Æneam* bello petiit, iratus utrique, quod prius

a Vell. Pater. I. c. 1. §. 2. 3. Hom. Od. IV. vſ. 535. Hygin. 117. 119. *b* Euſeb. Chron. *c* Virg. I. 246. 251. Liv. I. 1. *d* Virg. L. VII. Æn. vſ. 47. *e* Dionyſ. I. p. 35. *f* Victor Orig. c. 2. 3. *g* Euſ. Chr. p. 93. *h* Virg. VII. Æn. 48. *i* Ovid. XIV. Metam. 320. *k* Dionyſ. I. p. 24. Victor Orig. c. 5. *l* Periz. ad Æl. IX. 16. *m* Dionyſ. I. p. 18. *n* Dionyſ. I. p. 24. coll. 35. *o* Dionyſ. I. p. 51. *p* Dionyſ. I. 47. 48. Victor Orig. c. 13.

prius pactam sibi *Laviniam* advenæ dedisset. Victi acie *Rutuli*, *Turnus* & *Latinus* occisi anno quarto[a]. Ita solus *Æneas* rerum triennio potitus, bellum cum *Rutulis* ac *Mezentio*, *Tyrrhenorum* Rege gessit, tandemque in prælio cæso successit filius *Ascanius*. Is initio graviter laborans, post victor, pacem ea lege cum *Mezentio* fecit, ut fluvius *Albula*, quem postea *Tiberim* vocarunt, finis esset[b]: ac tricesimo post conditum *Lavinium* anno *Albam* longam exstruxit[c]. Qua in urbe XIV Reges imperarunt ab *Ascanio* ad *Romulum*, *Romæque* primordium.

A. 5260. Per. Jul. ad 5563. A. Christ. 1454. ad 1151.

CAPUT XI.

De Herculis *posterorum expeditionibus in* Peloponnesum, Melantho *&* Codro Athenarum *Regibus: tum de* Æolica *&* Ionica *migrationibus.*

§. 1.

STHenelus *Persei* filius, ut supra Cap. VII. §. 8 notavimus, exclusis fratrum filiis *Mycenarum* regnum obtinuerat. Ei successit filius *Eurystheus*, hic, mortuo *Hercule*, veritus, ne eius posteri regnum, sibi paterno maternoque iure debitum, repeterent, omnem eius stirpem exstinguere conatus est. Igitur *Ceyci* Regi, apud quem *Trachine* morabantur, denunciat, ut suspectum sibi genus, nisi mallet dedere, suis finibus expelleret, hoc ni faceret, bellum exspectare iubet. Hoc mandato territi *Heraclidæ* *Athenas* ad *Theseum*, non, ut *Euripides*[d] ait, *Demophoontem*, se conferunt. *Eurystheus* magnum in eos exercitum ducit. Fit deinde prælium, in quo ducibus *Jolao*, *Iphicli* fratris *Herculis* filio, & *Hyllo*, quem ex *Deianira Hercules* genuerat, victus *Eurystheus* ab *Hyllo* perimitur, unaque proles eius omnis occubuit[e]. Quo tempore *Atreus*, *Pelopis* filius, regnum accepit.

Eurystheus cum Heraclidis bellum.

a Dionys. L. I. p. 51. b Dionys. L. I. 52. 53. Liv. I. c. 3. c Dionys. I. p. 53. d In Heraclid. Periz. ad Æl. IV. 5. n. 8. e Diod. IV. 181. Paus. I. 32. Strab. VIII. 377. Apoll. II. p. 122.

A. 3465. Per. Jul. ad 3700. A. Christ. 1249. ad 1014.

Heraclidæ Peloponnesum tentant.

§. 2. Victores *Heraclidæ Peloponnesum* occupant, sed intra annum vertentem, pestilentia vexati revertuntur in *Atticam* [a]. Post hæc cum *Heraclidæ* denuo, *Hyllo* duce, infesto agmine *Peloponnesum* peterent, *Atreus*, qui *Eurystheo* successerat, conciliatis sibi *Tegeatis* aliisque, ad isthmum occurrit; *Hyllus* quemlibet hostium ad ineundum secum singulare certamen provocat, ea lege, ut si vinceret *Eurysthei* regnum *Heraclidis* cedat, sin contra, *Heraclidæ* non ante annum quinquagesimum ut *Diodorus*, vel ut alii [b] centesimum redeant, accepta conditione *Echemus Tegeatarum* Rex *Hyllum* obtruncat [c]. Hæc prior inruptio annis viginti *Troianum* excidium antecessit [d]. Tentavit tamen rem denuo *Cleodæus Hylli* filius, infelici exitu [e]. Iterumque *Aristomachus Cleodæi* filius ancipiti falsus oraculo & ipse cadit [f].

Occupatam dividunt.

§. 3. Exinde post annos a priori expeditione centum, a *Troiana* clade octoginta [g], Per. Jul. 3610. *Heraclidæ* ducibus *Aristomachi* filiis, *Temeno*, *Cresphonte* & *Aristodemo Peloponnesum* adgrediuntur. Sed *Aristodemo* ad *Naupactum* exstincto suffecti sunt eius filii *Procles* & *Eurysthenes*. Illi, ducem expeditionis trioculum adhibere iussi ab oraculo, adsciscunt sibi *Oxylum*. Eo duce terra marique victores *Tisamenum Orestis* filium eiiciunt, pulsisque *Achæis* trifariam sortes distribuunt. *Temeno Argos* obtigit, *Cresphonti Messenia*, *Aristodemi* filiis *Laconica* [h]: quamvis contenderent, regiones has non minus iure quam armis sibi deberi [i]. *Oxylus Elidem*, ut convenerat, accepit, simulque impetravit, ut *Elis* postea *Jovi* sacra & a bello inmunis esset [k]. *Arcades* pristinis in sedibus mansere [l].

§. 4.

a Apoll. II. p. 122. 123. *b* Herodot. IX. 26. Schol. Thucyd. I. c. 12. *c* Diod. L. IV. p. 181. 182. Pauf. VIII. 5. 45. *d* Schol. Thucyd. I. c. 12. n. 58. *e* Porphyr. apud Euf. Præp. Euang. L. V. c. 20. *f* Porphyr. l. d. Pauf. II. 7. Apoll. II. p. 123. *g* Vell. I. c. 2. Thucyd. I. 12. & Schol. Ib. Clem. Strom. I. p. 389. 402. *h* Apoll. II. p. 124—126. Pauf. L. V. c. 3. III. 1. IV. 3. Polyæn. Stratag. I. c. 6. *i* Pauf. L. II. c. 18. p. 151. *k* Pauf. V. 4. Strab. VIII. p. 357. *l* Pauf. VIII. 5. Strab. VIII. 333. Barbeir. Fœd. Ant. p. 18. 19.

A. 3465. Per. Jul. ad 3700. A. Christ. 1249. ad 1014.

Achæi in Ægialia: Iones in Attica.

§. 4. *Heraclidarum* hæc incursio magnis per omnem *Græciam* populorum motibus ac migrationibus originem præbuit. *Achæi*, *Argis* & *Lacedæmone* pulsi, contra *Ionas*, tum *Ægialiam*, mari proximam regionem, inter *Elidem* & *Sicyoniam* incolentes, erumpunt; iisque debellatis regionem de suo nomine *Achaiam* appellant, &, regio constituto imperio, *Tisameni*, qui in bello ceciderat, & *Penthili*, filiorum *Orestis*, filios regnum tenere iubent[a], ex quorum genere perpetua successione Reges fuere usque ad *Ogygum*, quando translata ad populum potestate respublica instituta est, quam *Macedonum* Reges dissolverunt. *Iones* in *Atticam* fugere, ubi eos *Melanthus* excepit[b].

Melanthus Athenarum regno potitur.

§. 5. Erat *Melanthus Andropompi* filius, *Bori* nepos, cuius pater *Penthilus*, avus *Periclymenus* fuit *Nestoris* filius[c]. Et ab *Heraclidis* pulsus paullo ante *Athenas* commigrarat[d]. Forte tum *Athenienses* cum *Bœotis* de uno alterove loco bellum gerebant, idque singulari Regum certamine dirimi placebat. Ab eo cum *Thymœtes Atheniensium* Rex abhorreret, *Melanthus*, oblata spe regni, periculum adiit, &, *Xantho Bœotorum* Rege interemto, *Athenarum* imperio mutavit exsilium. Mox idem pulsos ab *Achæis Ionas* peregrinus ipse suscepit[e]. Ex quo colligas, post *Heraclidarum* reditum in *Peloponnesum Melanthum* in *Attica* regnare cœpisse, nisi tamen priori aliqua *Heraclidarum* inruptione pulsus *Athenas* se recepit, quod *Eusebius* in Chronico existimasse videtur.

Codrus sua morte patriam liberat.

§. 6. Paternam æmulatus gloriam *Melanthi* filius *Codrus*, maiorem etiam virtute promeruit. Cum enim *Dorienses* sive æmulatione[f], sive siccitate cogente[g], futili prætextu, quod a se pulsos recepissent *Athenienses*[h], iis bellum inferrent, *Pythia*que respon-

[a] Pauſ. VII. 1. & 6. Strab. VIII. p. 383. 384. Polyb. L. IV. p. 270. & II. p. 128. Edit. Wech. [b] Pauſ. VII. c. 1. [c] Pauſ. II. c. 18. [d] Athen. L. III. p. 96. Strab. VIII. p. 359. [e] Pauſ. II. 8. VII. 1. Conon apud Phot. nar. 39. p. 446. Strab. IX. p. 393. Schol. Ariſtoph. Achar. vſ. 146. Pac. v. 890. Front. II. cap. 5. n. 41. Polyæn. I. 19. Suid. v. Μέλανθος & ἀπατούρια. Meurſ. de Regno Attico L. III. c. 10. [f] Strab. l. p. 393. [g] Lycurg. orat. in Leocrat. p. 151. Edit. Wech. [h] Suid. v. Εὐγενέστερος Κόδρου.

A. 3465. Per. Jul. ad 3700. A. Christ. 1249. ad 1014.

ſpondiſſet, eos ſuperiores fore, quorum dux in acie cecidiſſet, ingreſſus hoſtium caſtra ultro ſe pro patria occidendum obiecit. Agnito Regis cadavere *Heraclidæ* recedunt[a]. Ea pugna congruit in annum ante *Chriſtianam* æram 1071, qui eſt Periodi *Julianæ* 3643.

Archontes Athenis inſtituti.

§. 7. Poſt *Codri* mortem contentione inter eius filios *Medontem* & *Neleum* de regno orta, *Pythia* ſecundum *Medontem* pronunciavit; ita tamen ut ea occaſione, Regum exſtincta ſucceſſione, adminiſtratio reipub. Magiſtratibus permiſſa fuerit, quos Ἄρχοντας vocabant; qui initio perpetui fuerunt, & parum dignitate regia inferiores[b].

Colonia Æolica & Ionica.

§. 8. Sunt & quædam poſt *Heraclidarum* reditum *Græcorum* extra patriam deductæ coloniæ, ex quibus duæ maxime celebres *Æolica* & *Jonica*. *Achæi*, qui *Laconicam* incoluerant, origine *Æolenſes*[c], duce *Penthilo*, *Oreſtis* filio, ſub ipſum *Heraclidarum* reditum penetrarunt primo in *Thraciam*, Tum eo vita functo, in *Aſiam* traiecere eiusque partem illam, quæ *Æolis* deinde appellata fuit[d]. Altera *Ionica*, quatuor ætatibus poſt *Æolicam*[e], ſive annis circiter 140 poſt *Troiæ* cladem ſuſcepta[f]. Tum enim *Iones*, adſcitis & aliis *Græcis*, *Athenis* profecti, ducibus *Neleo* & *Androclo*, *Codri* filiis, transmearunt in *Aſiam*, oramque eius, quæ ab illis vocata eſt *Ionia*, oppidis frequentarunt[g].

Myniarum colonia.

§. 9. Medio inter ambas tempore, una ante *Ionicam* profectionem ætate[h], *Theras Auteſionis* filius, *Tiſameni* nepos, avunculus *Proclis* & *Euryſthenis*, novam e *Laconica Myniarum*, qui *Argonautarum* e *Lemniadibus* poſteri erant, coloniam duxit in inſulam *Calliſten*, quæ inter *Cretam* ac *Cyrenaicam* ſita eſt, ac de ſuo nomine *Theras* appellavit[i].

§. 10.

[a] Vell. I. c. 2. Serv. ad Virg. Ecl. V. 11. Polyæn. I. 18. Conon narr. 26. Juſt. II. 6. Val. Max. V. 6. exter. n. 1. Pauſ. VII. 25. Meurſ. de Regno Attic. L. III. c. 11. [b] Pauſ. VII. c. 2. IV. 5. Vell. I. 2. [c] Pauſ. VII. c. 1. Strab. VIII. p. 333. [d] Strab. L. XIII. p. 582. Vell. I. 2. Pauſ. III. 2. [e] Strab. VIII. p. 582. [f] Clem. Strom. I. p. 388. [g] Pauſ. L. VII. c. 2—4. Strab. XIV. p. 633. Æl. Var. VIII. 5. [h] Pauſ. VII. 2. [i] Herodot. IV. 145—148. Strab. L. VIII. p. 347. Pauſ. III. 1.

§. 10. Etiam quo tempore *Penthilus Æolicam* coloniam deduxit, *Cleuas* & *Malaus* de *Agamemnonis* stirpe, adscitis sociis, in *Locridem* venerunt, ubi aliquamdiu ad montem *Phricium* hæserunt. Hi postea in *Asiam* transportati *Cumam*, quam *Phriconidem* vocant[a], coluerunt, annis viginti post frequentatam civibus *Lesbon*. Hanc vero annis post *Ilii* cladem 130 novis auctam esse coloniis constat[b]. Indeque duodevicesimo anno profecti *Smyrnam* condiderunt. Quo tempore natus est *Homerus* annis post *Troianam* cladem 168[c], etsi de eius ætate non plane inter Auctores convenit[d]. Huic tempore & ingenio famaque suppar *Hesiodus* vixit[e].

A. 3465. Per. Jul. ad 3700. A. Christ. 1249. ad 1014. Cuma & Smyrna conditæ: Homerus & Hesiodus.

§. 11. Fuit & *Cuma* altera, oppidum *Eubœæ* insulæ. Ex qua, *Hippocle Cumæo* ac *Megasthene* ducibus, coloni *Chalcidenses* profecti, *Cumas* in *Italia* condiderunt[f].

Cumæ in Italia.

CAPUT XII.

De Lacedæmoniorum & Corinthiorum *regnis.*

§. 1.

PEloponneso occupata *Dorienses* cum *Heraclidis*, cum alia, tum præcipua duo regna fundarunt, *Lacedæmonium* & *Corinthiacum*. *Lacedæmonem* obtinuerunt *Aristodemi* filii *Procles* & *Eurysthenes*, a quibus duæ Regum in illa urbe familiæ propagatæ sunt, *Eurysthenidarum* sive *Agidarum*, quæ præstantior est habita, & *Proclidarum* sive *Eurypontidarum*[g]. Initium regni illius, statim ab *Heraclidarum* in *Peloponnesum* reditu repetitum, cadit in annum ante *Christum* 1104; desiit vero, quando, *Cleomene* mortuo, una cum *Agesipolide Lycurgus*, nulla cognatione regiæ familiæ iunctus, Rex factus est circa annum primum *Olympiadis* 140[h], ante *Christum* 220.

Tempus regni Laconum.

F §. 2.

a Strab. L. XIII. p. 582. 621. *b* Herod. vita Homeri c. 38. *c* Herodot. l. d. *d* Clem. Strom. l. c. 21. p. 388. 389. Marsh. Chron. Can. p. 433. & ad Marm. Arund. p. 304. 305. *e* Herodot. II. 53. Gell. II. 11. XVII. 21. *f* Strab. V. p. 243. Vell. I. 4. Serv. ad VI. Æn. vs. 2. *g* Pauf. L. III. c. 1. Herodot. VI. 52. Nepos Agesil. c. 1. *h* Polyb. L. IV. p. 304. Meursius de regno Lacedæmoniorum c. 9—19.

A. 3611. Per. Jul. ad 4494. A. Christ. 1103. ad 220. Et Corinthiorum.

§. 2. Sed & tricesimo anno post *Heraclidarum* reditum [a], regnum *Corinthiacum*, quod adhuc *Sisyphidæ* tenuerant, *Aletes Hippotæ* filius, *Phylantis* nepos, *Antiochi* pronepos, *Herculis* abnepos obtinuit, cuius deinde posteri rerum potiti sunt ad *Telesten*: ita tamen ut prioribus quinque generationibus ad *Bacchin Heraclidæ*, postea ad *Telesten Bacchiadæ* vocarentur [b]. Prioribus *Eusebius* ex *Diodoro* tribuit annos 148, *Bacchiadibus* 178. & ita *Strabo* [c] *Bacchiadas* annos fere ducentos imperium obtinuisse scribit. *Teleste* vero interemto regno finis est inpositus; *Prytanes* enim deinceps ex *Bacchiadarum* gente annuum imperium tenuerunt annos 90 [d]. Donec *Cypselus Eëtionis* filius, iis eiectis, tyrannidem obtinuit annis 30 [e]. Cui filius *Periander*, quem *Laertius* [f] testatur mortuum esse anno quarto *Olympiadis* 48, successit annis 44 [g]. Ita ab initio *Aletis* ad *Periandri* obitum anni sunt elapsi 490: nam a tricesimo post reditum *Heraclidarum* sive Per. Jul. 3640. ad 4129, sive quartum *Olympiadis* 48, anni sunt ipsi 490.

L I-

a Schol. Pindar. Olymp. Ode XIII. antist. 1. *b* Pauf. L. II. c. 4. Euseb. ex Diodoro Chron. Gr. p. 35. *c* Strab. VIII. p. 378. *d* Pauf. & Euseb. ll. dd. *e* Herodot. L. V. c. 80. *f* Laert. L. I. n. 98. *g* Aristot. Politic. V. 12.

LIBER SECUNDUS

Annos continens 477 a quarto *Salomonis*, qui eſt Periodi Julianæ 3708, ad primum *Cambyſis*, Periodi Julianæ 4185. Ex quibus 430 Iniquitatis domus Iſraëlis a quarto *Rhebabeami* ad primum *Cyri* deſignavit Ezech. IV. 4—6, quibus iungendi 40 a quarto *Salomonis* ad quartum *Rhebabeami*, & 7 *Cyri*.

CAPUT I.

A. 3708. Per. Jul. ad 3833. Ante Chriſt. 1006. ad 881.

Regum Judæ *a* Salomone *ad initium* Athaliæ, *&* Iſraëlitarum *Regum a* Jeroboamo *ad* Jehu *ſpatio annorum* 125. a Per. Jul. 3708 ad 3833.

§. 1.

Templum a Salomone conditum.

ANno ab rerum conditu 2988 ante *Chriſtum* 1006 *Salomon* parta divinitus ſapientia, & incredibili copiarum adparatu [a], quas ad hoc olim pater illius congeſſerat, inſtructus, templum *Hieroſolymis*, opus longe magnificentiſſimum condere adgreditur anno regni ſui quarto [b]: id abſolutum eſt anno poſt octavo [c]. In regiis vero ſibi uxorique, *Pharaonis* filiæ, moliendis occupatus fuit annos tredecim, ut confecta res fuerit poſt annos viginti, quam ædificare cœperat [d].

Salomonis lapſus, pœna & reſipiſcentia.

§. 2. Poſt hæc *Salomon* opibus ex vectigalibus & navigatione in longe diſſitas oras inmenſum ditatus [e], cum & gloria apud exteros [f], apud ſuos auctoritate, & longius prolatis regni finibus pace otioque frueretur, ad extremum non tulit fortunam: ſed vergente iam ætate uxorum & concubinarum, quas utraſque ad mille contraxerat [g], inlecebris captus, ad

a 1 Chron. XXII. 14. XXIX. 4. 7. *b* 1 Reg. VI. 1. 2 Chron. III. 2. *c* 1 Reg. VI. 38. *d* 1 Reg. VII. 1. IX. 10. 2 Chron. VIII. 1. *e* 1 Reg. IX. 28. X. 14. 15. 2 Chron. I. 15. VIII. 18. IX. 13. 14. *f* 2 Chron. I. 12. IX. 1. *g* 1 Reg. XI. 1—4.

A. 3708. Per. Jul. ad 3833. A. Christ. 1006. ad 881.

ad omnis generis vanitates deflexit, ita tamen ut seria pœnitentia publice se institutumque suum stultitiæ damnaverit [a]. Nec tamen inpune tulit; Deus enim ei adversarios suscitavit ad austrum *Hadadum Idumæum*, ad septentrionem *Rezonem Damasci* regnantem, domi *Jeroboamum* filium *Nebathi*, cui *Achia* propheta decem regni partes tribuit [b]. Atque ita obiit *Salomon*, cum regnasset annos 40 [c].

Regnum scissum.

§. 3. Regnum paterno vitio adfectum evertit *Rehabeam*. Hic enim rogatus a populo, ut se paullo mitius, quam a patre factum fuerat, haberet, superbe & aspere respondens, adeo accendit illorum animos, ut decem omnino tribus, a *Davidis* familia divulsæ anno Per. Jul. 3745, novum sibi Regem statuerent *Jeroboamum*, *Nebathi* filium, *Ephraimitam*, solis duabus *Judæ* & *Beniamini Rehabeamo* relictis [d]. Ex eo scissum est in regna duo *Judaicum* nomen; quorum alterum *Judæ*, alterum *Israëlis* appellatum est; hoc vero posterius etiam *Ephraimiticum* a conditore, *Samariæ* autem a regia urbe vocari cœpit, postquam sedes regni, primum *Sichemi*, dein *Tirzæ* instituta, *Samariam* est translata: dum alterius regni caput *Hierosolyma* essent. *Davidis* posteri in *Judæ* tribu, adnumerata *Athalia*, regnum tenuerunt unus & viginti: *Israëlis* undeviginti. Priores post obitum *Salomonis* annos imperarunt 382, posteriores 248.

Jeroboam mutatæ religionis auctor.

§. 4. Ut ad ambos illos Reges revertar, neutri vera in Deum pietas constitit. Citius tamen *Israëlita* defecit. Qui, ut Rex factus est, veritus, ne, si *Hierosolyma* ad stata solemnia conmearent sui, paullatim eos divortii illius tædium caperet, verorum sacrorum æmulos tam festos dies, quam Deos, aureas vitulorum effigies, constituit sibi *Bethele* & *Dane*, sacrificulis promiscue de plebe lectis. Quod peccatum est *Jeroboami* filii *Nebath*, qui *Israëlem* peccare docuit, cui mordicus adhæsere omnes eius in regno successores [e].

Rehabeamus rex Judæ.

§. 5. Simili superstitione contactus *Rehabeamus*, postquam triennium piis *Davidis* & *Salomonis* vestigiis

giis

[a] Ecclesiast. I. 2. XII. 13. 2 Chron. XI. 17. [b] 1 Reg. XI. 14—40. [c] 1 Reg. XI. 42. 2 Chron. IX. 30. [d] 1 Reg. XII. [e] 1 Reg. XII. 26—XIII. 35. 2 Chron. XII. 13—17. XIII. 9.

giis inſtiterat & in regno confirmatus erat[a], a Deo A. 3708.
deflectens cultum corrupit & mores, adeo ut ex- Per. Jul.
celſis, fanis & aris in lucis poſitis, *Judæi* quoque ad 3833.
facerent ſecundum omnes abominationes gentium[b]. A. Chriſt.
Hinc iratus Deus *Siſakum Ægypti* Regem, apud 1006.
quem olim *Jeroboam* delituerat[c], anno *Rehabeami* ad 881.
quinto in *Judæos* inmiſit, qui, capta regia, theſauris ac donariis omnibus direptis, inde diſceſſit[d]: ita denuo regni potens *Rehabeam*, omnibus diebus bellum cum *Jeroboamo* de regno geſſit[e], mortuusque eſt, cum regnaſſet annos 17[f].

§. 6. Quando *Abia* eius loco ſucceſſit anno *Jeroboami* decimo octavo[g]. Quo regnante ingentem cladem *Jeroboamus* accepit. Octingenta millia hic in aciem eduxerat, contra quem cum quadringentis millibus progreſſus *Abia*, ac prope circumventus, inplorata patrii Numinis ope, inſignem victoriam reportavit, cæſis hoſtium quingentis millibus[h]. Nec tamen ille tanto beneficio ab imitanda patris inpietate avocari potuit[i]. Ac poſt breve imperium tertio anno obiit[k]. Abia.

§. 7. Ita ut filius eius *Aſa* iam anno viceſimo *Jeroboami* Per. Jul. 3764 regnum loco eius auſpicatus fuerit[l]. Huius initia laudatiſſima fuerunt. Nam aras & idola, ac paternæ ſuperſtitionis veſtigia ſuſtulit, excelſis tantummodo relictis; quapropter ei decem annorum quietem Deus indulſit[m]. Ut etiam *Zerah* Rex *Cuſchæorum*, qui anno regni *Aſæ* decimo quinto eam pacem turbatum veniebat, cum decies centenis millibus militum, ac trecentis curribus, piis Regis precibus obſecundante Deo, ad internecionem deletus fuerit[n]. Sed cum *Baaſa* anno 36[o], nempe ab eo tempore quo regnum diviſum fuerat, *Ramam* muniens *Aſam* vexaret, quaſi oblitus divinæ opis ad humana auxilia reſpiciens, *Benhadadum Syriæ* Regem Aſa.

a 2 Chron. XI. 17. XII. 1. *b* 1 Reg. XIV. 22—24. *c* 1 Reg. XI. 40. *d* 1 Reg. XIV. 25. 26. 2 Chron. XII. 2—12. *e* 2 Chron. XII. 13. 1 Reg. XIV. 30. *f* 1 Reg. XIV. 21. 2 Chron. XII. 13. *g* 1 Reg. XIV. 31. XV. 1. *h* 2 Chron. XIII. *i* 1 Reg. XV. 3. *k* 1 Reg. XV. 2. 2 Chron. XIII. 2. *l* 1 Reg. XV. 8. 9. *m* 2 Chron. XIV. 1—7. XV. 16. 1 Reg. XV. 11—14. & de idolo Miphleſet, quod removit, Gundling. Part. XIX. Diſſ. II. T. IV. p. 324. & ſeqq. *n* 2 Chron. XIV. 9. XV. 1. 10. XVI. 8. *o* 2 Chron. XVI. 1.

A. 3708. Per. Jul. ad 3833. A. Christ. 1006. ad 881.

concitavit, qui quidem victum *Baasam* ab opere suscepto desistere coëgit; sed ita ut *Asa* ipse maiorem contraheret noxam; quando prophetam *Hanani* sese eo nomine obiurgantem in nervum abduci iussit, pluresque de populo oppressit[a], vir cetera bonus[b]. Tandem pedum doloribus triennio conflictatus obiit anno regni 41. Funus eius ambitiosa pompa ductum[c].

Josaphatus.

§. 8. Bono patri melior successit filius *Josaphatus*[d], anno quarto *Achabi*[e], pietate pariter & opibus inlustris. Hic simul atque in regno confirmatus est, præcipuam religionis curam habuit. Sublatis enim superstitionis monumentis anno regni tertio[f] principes suos cum *Levitis* ad erudiendum populum circum oppida dimisit. Ea re Deo gratus tantum nominis sui terrorem finitimis gentibus obiecit, ut ei certatim tributa penderent. Habuit autem ad regni præsidium, quod incredibile sit, virorum fortium undecies centena sexagena millia[g]. Tamen cum adfinitate contracta cum domo *Achabi*, cuius filia *Athalia Jehoramo Josaphati* filio nupserat[h], in eius gratiam bello se *Syriaco* inmiscuisset, præsens adiit vitæ periculum[i]. Quo ereptus, iuri iustitiæque operam dans, totus aliquandiu in eo fuit, ut forum formaret[k]. Sed cum aliquamdiu post iterum, pro ea, quæ ipsi intercedebat cum Rege *Israëlis* coniunctione, *Idumæum* secum ducens, iret in bellum contra *Moabitas*, qui post tempora *Achabi* defecerant ab *Israële*, parum abfuit, quin siti periisset cum omni exercitu, nisi *Elisæus* in *Josaphati* gratiam subveniens & aquam & de hoste victoriam dedisset. Quo in bello cum *Moabitarum* Rex captum *Idumæi* Regis filium in muro inmolasset, orta contra *Israëlitas* indignatione discessum est domum[l]. Quin & ea re conmoti *Idumæi*, non ita diu post cum *Moabitis* & *Ammonitis* arma iungentes, grave concitant contra

a 2 Chron. XVI. 1—11. 1 Reg. XV. 16—22. *b* 1 Reg. XV. 14. 2 Chron. XX. 32. *c* 2 Chron. XVI. 12—14. *d* 2 Chron. XVII. 1. *e* 1 Reg. XXII. 41. *f* 2 Chron. XVII. 7. *g* 2 Chron. XVII. 10—19. *h* 2 Chron. XVIII. 1. XXII. 2. 2 Reg. VIII. 8. 26. 27. *i* 1 Reg. XXII. 2 Chron. XVIII. *k* 2 Chron. XIX. 4—11. *l* 2 Reg. III. 1 Reg. XXII. 48. Amos. II. 1.

tra *Josaphatum* bellum, sed ii Dei magis ope, discordia inter socios orta, quam Regis viribus ad internecionem deleti sunt[a]. Atque ita pace domi apud exteros gloria florens, diem obiit supremum, cum regnasset annos 25[b]. A. 3708. Per. Jul. ad 3833. A. Christ. 1066. ad 881.

§. 9. Quando filius eius *Jehoramus*, iam ante anno quinto *Jorami* Regis *Israëlis* in societatem regni adscitus[c], tyrannidem a cæde fratrum auspicatus est, ac pari infelicitate ac perfidia transactis reliquis quatuor annis[d], locum dedit *Achaziæ* filio, qui vix anno integro perfunctus, cum *Joramo Israëlita* ab *Jehu* necatus est[e]. Jehoramus & Achazia.

§. 10. At in *Israëlitide*, *Jeroboami* familia funditus deleta, regnavit *Baasa* anno tertio *Asæ*, Regis *Judæ*[f], Per. Jul. 3766: sed cum & hic, cum filio *Ela*, *Jeroboami* vestigiis insistens, regno se indignum reddidisset, tota eius domo a *Zimri* extincta[g] anno *Asæ* vicesimo septimo, ille ipse *Zimri*, sed diebus tantummodo septem rerum potitus est[h]. Baasa & Ela Reges Israëlis.

§. 11. Exinde populus *Israëlis* in duas factiones abiit, sed post annos quatuor *Thibni* mortuo, prævaluit *Omri*, regnum sine conpetitore adeptus anno *Asæ* tricesimo primo[i]. Hic ille est *Omri*, qui, cum sex annis *Thirzæ* regnasset, montem *Someron* emit a *Semere*, ibique *Samariam* condidit, quo & sedem regni transtulit[k]. Sub annum ante *Christum* 918. Omri.

§. 12. Successorem reliquit filium *Achabum*, qui regnare orsus anno *Asæ* tricesimo octavo, regnum tenuit annis viginti duobus[l], patre deterior. Hic *Jezabelem Ithobali Tyriorum* Regis filiam infaustis auspiciis duxit, perditam ac turbulentam feminam. Per id tempus, prodire cœpit *Elias Thisbites*. Hic trium annorum sexque mensium siccitatem indixit. Inde, ad torrentem *Carith* aliquamdiu moratus, *Sarephtanam* viduam adiit; ac denique, Regi ultro se obferens, necatis *Baalis* sacerdotibus pluviam ac terræ fœcunditatem reddidit. Ob id a *Jezabele* ad necem Achab, Jezabel, Elias. Regnum Damascenum.

a 2 Chron. XX. 1. 2. 23. b 2 Chron. XX. 31. 1 Reg. XXII. 42. c 2 Reg. VIII. 16. d 2 Chron. XXI. 2 Reg. VIII. 16—24. e 2 Reg. VIII. 26. IX. 27. 2 Chron. XXII. 2. 9. f 1 Reg. XV. 27—30. g 1 Reg. XVI. 12—15. h 1 Reg. XVI. 16. 17. i 1 Reg. XVI. 23—25. k 1 Reg. XVI. 26 l 1 Reg. XVI. 31.

A. 3708. Per. Jul. ad 3833. A. Christ. 1006. ad 881.

cem quæsitus, Dei adloquio usus, & *Elisæo* successore designato, tandem igneo curru raptus in cœlum, pallium ex alto proiecit *Elisæo*, cumque prophetici muneris sibi hæredem substituit[a], quod *Judæi* anno *Achaziæ* secundo factum aiunt[b].

Inter hæc *Benhadad*, filius *Tabrimmonis*, nepos *Hezionis*[c] sive *Rezonis*, qui tempore *Davidis* regnum *Syrorum Damascenorum* fundaverat[d], cum validissimis copiis iterato bellum commovens maximis adtritus cladibus, pacem supplex petiit[e].

Sed *Israëlitarum* Rex contra tot Dei beneficia obfirmatus ad perfidiam, pœnas ad extremum dedit cum aliorum scelerum, tum per calumniam interfecti *Nabothi*[f], & in prælio, quod contra *Syros* commiserat, tertio quam pacem cum iis fecerat anno, sagitta confossus mortem oppetiit[g].

Achazia.

§. 13. Cui succedens filius *Achazia*, quod æger ad consulendum de sospitate sua *Beëlzebubum* certos homines ablegarat, non ita diu post, ex comminatione ab *Elia* facta, morbo exstinctus est[h].

Joram. Elisæus.

§. 14. Huic liberis carenti successit frater *Joram* anno *Josaphati* Regis *Judæ* decimo octavo[i], adeoque Periodi *Julianæ* 3821. Quo iam alterum annum, a patre prorex constitutus, in *Judæa* regnabat *Jehoram Josaphati* filius[k]. Hic ille *Joram* est, cui sub initium regni contra *Moabitas* rebellantes[l] adiutor fuit *Josaphatus*, una cum *Idumæorum* Rege[m]. Idem ille postea a *Benhadado Syrorum* Rege in urbe regia obsessus ex prædictione *Elisæi* non sine miraculo præsentissimo ereptus est periculo[n]: ac tandem in prælio contra *Hazaëlem* vulneratus, a *Jehu* occisus est[o]. Huius potissimum ætate floruit *Elisæus* miraculis ac futurarum rerum prædictionibus maiorem in modum celebris, quæ in secundo libro Regum aliquot capitibus[p] explicantur.

CA-

a 1 Reg. XVII—XIX. 2 Reg. II. *b* In Seder Olam Rabba p. 45. *c* 1 Reg. XV. 18. *d* 2 Sam. VIII. 5. 6. 1 Reg. XI. 23—25. Joseph. Ant. VII. c. 6. §. 2. *e* 1 Reg. XX. *f* 1 Reg. XXI. *g* 1 Reg. XXII. 1. 2. 33—40. 2 Chron. XVIII. *h* 2 Reg. I. 1 Reg. XXII. 52. 2 Reg. VIII. 25. 26. *i* 2 Reg. III. 1. *k* 2 Reg. I. 17. *l* 2 Reg. I. 1. coll. 2 Sam. VIII. 2. *m* 2 Reg. III. *n* 2 Reg. VI. 24—VII. *o* 2 Reg. VIII. 28. 29. IX. 24. *p* 2 Reg. II—VIII.

CAPUT X.

A. 3833. Per. Jul. ad 3993. A. Christ. 881. ad 721.

De aliis Judæ *ac* Iſraëlis *Regibus*, *ab initio* Athaliæ & Jehu *ad everſum* regnum *X Tribuum*, ſpatio 160 annorum, ab anno Per. Jul. 3833 ad 3993.

§. 1.

Athalia in regno Judæ.

AChazia *Jehorami* filio ab *Jehu* interemto, mater eius *Athalia*, peſſima & in perniciem regni *Judaici* nata mulier, quidquid ſupererat ſtirpis regiæ ſuſtulit, ac tyrannidem invaſit. Unus *Achaziæ* filius *Joas* ab amita *Joſaba*, *Joiadæ* ſummi pontificis uxore, neci eſt ereptus. Quem poſt annos ſex, *Athalia* necata, *Joiadas* paternum in ſolium reſtituit[a].

Joas.

§. 2. *Joas* regnum diu in annum usque quadrageſimum tenuit[b], & quoad vixit *Joiadas*, inter optimos *Judæ* Reges cenſeri potuit. Verum, eo anno ætatis 130[c] mortuo, aulicorum adulationibus corruptus, patria religione ſpreta ad lucos & idola reſpexit[d]. Addidit & nefariæ ſuperſtitioni indigniſſimam cædem *Zachariæ* ſacerdotis filii *Joiadæ*, eius cui vitam regnumque debebat, quod is, inpellente divino Spiritu, eorum inpietatem argueret[e]. Nec diu tanti ſceleris ultionem diſtulit Deus. Anno vertente *Syriæ* Rex *Hazaël* cum exiguis copiis *Judæ* regnum populatus principes omnes occidit & ab *Hieroſolymis*, cui iam inminebat, vix ingentibus donis, in quæ theſauri omnes effuſi ſunt, averti potuit[f]. *Joas* ipſe paullo poſt miſerrima confectus ægritudine a ſuis in lectulo confoſſus interiit, nec in ſepulcra Regum inlatus eſt[g].

Amaſias.

§. 3. Succeſſit tamen ei filius *Amaſias*, anno ſecundo *Joaſi* Regis *Iſraëlis*[h], & regnavit annos 29[i]: cuius, perinde ac patris, initia laude digna, diſſimiles exitus fuerunt. Bellum contra *Idumæos*, qui tempore *Jehorami* defecerant[k], totis regni viribus ſuscep-

G

a 1 Reg. XI. 1—4. 12. 16. 2 Chron. XXII. 10—12. *b* 2 Reg. XII. 1. 2. 2 Chron. XXIV. 1. *c* 2 Chron. XXIV. 15. *d* 2 Chron. XXIV. 17. 18. *e* 2 Chron. XXIV. 19—22. *f* 2 Chron. XXIV. 23. 24. 2 Reg. XII. 17. 18. *g* 2 Reg. XII. 21. 22. 2 Chron. XXIV. 25. 26. *h* 2 Reg. XIV. 1. *i* Ibid. vſ. 2. *k* 2 Reg. VIII. 20.

A. 3833. Per. Jul. ad 3993. A. Christ. 881. ad 721.

cepturus, cum monente propheta centena *Israëlitarum* millia ære conducta dimisisset, adeo ea obedientia Deo placuit, ut hostem vincere dederit[a]. Sed cum a victoria redux devictorum *Idumæorum* Deos colere instituit, provocata Numinis ira a *Joaso Israëlitarum* Rege victus & captus est[b]. Sed regno restitutus vixit post mortem *Joasi* annis quindecim[c]. Quando suorum coniuratione interemtus est.

Azaria sive Uzia.

§. 4. Iudicio populi anno *Jerobeami* II vicesimo septimo, nempe a primo eius initio, successor ei datus est filius *Azaria* sive *Uzia*, qui annis 52 rerum potitus est[d]. Hic princeps satis bonus, ideoque divino tectus præsidio, regnum feliciter administravit[e]. Sed cum denique elatus animo partes etiam Sacerdotum sibi vindicat, thusque adolet, repente leprosus factus, ab omni civili functione depellitur, translata in *Jothamum* filium procuratione regni[f]. Hoc *Uzia* inter *Judæos* regnante, & quidem in solstitio anni tricesimi tertii regni eius, stadio vicit *Corœbus Eleus*, unde prima incipit Olympias stata anno Per. Jul. 3938.

Jothamus.

§. 5. *Jothamus* anno secundo *Pekæ* filii *Remaliæ*, natus annos viginti quinque mortuo patri successit[g]. Regnumque, utpote vir pius, bene ac feliciter tenuit annos *sedecim*[h].

Achaz.

§. 6. Sed eius filius *Achaz*, regnum iniens anno decimo septimo *Pekæi*, Regum pessimus fuit, & ab religione patria sic abhorruit, ut *Baalem* coleret, eique statuas & aras poneret, filios ritu nefario igne lustraret[k]. Ob id maximis eum vicinæ gentes adfecere cladibus, *Idumæi*, *Philisthæi*, inprimis *Rezin* Rex *Syriæ* cum *Peka Israëlita* in perniciem *Judæorum* conspirans, quibus malis fractus, spreta divina ope, se suosque maioribus inplicans malis, confugit ad auxilium *Tiglat-Pilesaris* Regis *Assyriorum*, servum se

a 2 Reg. XIV. 1—7. 2 Chron. XXV. 1—13. b 2 Chron. XXV. 14—24. 2 Reg. XIV. 8—14. c 2 Reg. XIV. 17. 2 Chron. XXV. 25. d 2 Reg. XIV. 21. XV 1. 2. 2 Chron. XXVI 1. 3. e 2 Chron. XXVI. 2. 4—15. f 2 Chron. XXVI. 16—23. 2 Reg. XV. 5. g 2 Reg. XV. 7. 32. 33. 2 Chron. XXVI. 27. XXVII. 1. 8. h 2 Chron. XXVII. 1—9. 2 Reg. XV. 23—38. i 2 Reg. XVI. 1. 2 Chron. XXVIII. 1. k 2 Reg. XVI. 2—4. 2 Chron. XXVIII. 2—4.

se eius professus [a]. Obiit anno regni decimo sexto [b]. A. 3833. Per. Jul. ad 3993. A. Christ. 881. ad 721.

§. 7. Ipse vero regnum, sed exteris vectigale, anno *Hoseæ* tertio, tradidit filio *Hiskiæ* viro optimo, qui instaurato Dei cultu, regnum bene & feliciter gessit [c], nec malis illis, quibus anno regni eius sexto desinente, *Hoseæ* nono, capta *Samaria*, *Israëlitæ* oppressi sunt, inplicatus fuit [d]. Hiskias.

§. 8. Interim *Jehu* vindicta de *Achabi* domo sumta, eaque funditus deleta, *Baalis* etiam sacris sublatis, regnum, diutius in ipsius familia quam ulla Regum *Israëlis* mansurum, feliciter auspicatus, tamen in vitulorum, quos *Jeroboamus* posuerat, veneratione perstitit [e]. Quapropter eius ætate *Israëlitarum* res maxime trans *Jordanem* multum accisæ sunt ab *Hazaële Syrorum* Rege [f]. Ac mortuus est *Jehu* cum regnasset annos 28 [g]. Jehu in regno Israëlis.

§. 9. Successore relicto filio *Joachazo*, qui anno 23 *Joasi* Regis *Judæ* regnum adeptus [h], patri similis multa & ipse mala ab *Hazaële* eiusque filio *Benhadado* perpessus est [i], ingloriusque obiit anno regni decimo septimo [k]. Postquam fere ante tres annos in societatem imperii adsciverat filium *Joasum* anno tricesimo septimo *Joasi* Regis *Judæ* [l]. Periodi Julianæ 3875. Joachaz.

§. 10. *Joas* vitæ instituto maioribus similis, bello melior, *Benhadado* tribus præliis victo, omnia, quæ patri a *Syris* ademta erant, recuperavit [m], idque secundum ea quæ ei paullo ante mortem promiserat *Elisæus*, quem propterea perdiu prophetico munere functum oportet. Idem *Joas Amaziam Judæ* Regem temere ad bellum provocantem victum cepit [n]. Matureque, forte ad bellum contra *Syros* profecturus, filium suum *Jerobeamum II* in societatem imperii adscivit; constat enim *Azariam* sive *Uziam Judæ* Regem, patre *Amazia* mortuo, regnum obtinuisse anno *Jeroboami* vicesimo septimo [o]. Joas.

a 2 Reg. XVI. 6—9. 2 Chron. XXVIII. 5—21. Jes. VII. b 2 Reg. XVI. 2. 2 Chron. XXVIII. 1. c 2 Reg. XVIII. 1. 7. d 2 Chron. XXIX—XXXI. 2 Reg. XVIII. 3—11. e 2 Reg. IX—X. 31. f 2 Reg. X. 33. g 2 Reg. X. 36. h 2 Reg. XIII. 1. i 2 Reg. XIII. 3—7. 22. k 2 Reg. XIII. 1. l 2 Reg. XIII. 10. m 2 Reg. XIII. 11—25. n 2 Reg. XIV. 8—14. 2 Chron. XXV. 17—24. o 2 Reg. XV. 1.

A. 3883. Per. Jul. ad 3993. A. Christ. 881. ad 721.

Cum alias *Jeroboamus* solus regnaverit ab anno quinto decimo *Amaziæ* annis quadraginta & uno [a].

Jeroboamus II.

§. 11. Hic *Jeroboamus* limitem imperii multum protulit [b]. Sed cum nihilominus vitulorum cultui vacaret [c], Deus non tantum plures excitavit prophetas *Jonam*, *Hoseam*, *Joëlem*, *Obadiam*, *Jesaiam*, qui quasi conlata opera populum ad meliorem frugem revocare nitebantur: sed etiam, cum parum proficerent, per *Amosum* [d] mala, quæ *Israëlitis* ab *Assyriis* imminebant, prædixit, atque ita ipse *Jeroboam* gladio cæsus occubuit [e], & arcus *Israëlis* fractus est in valle *Iitzraëlis* [f].

Interregnum ad Zachariam.

§. 12. Itaque, turbata rerum facie, interregnum in *Israële* ortum annorum duodecim, quamvis enim *Jeroboamus* occubuit anno *Uziæ* vicesimo sexto [g], filius tamen eius *Zacharias* breve sex mensium imperium demum consecutus est anno *Uziæ* tricesimo octavo [h].

Schallum & Menahem.

§. 13. Quo interemto *Schallum* uno non amplius mense regnum tenuit [i]. Ut ita *Menahem*, eo cæso, truculentum imperium auspicaretur ab anno *Uziæ* tricesimo nono, cui confirmando *Assyriorum* Regem *Phulem* multis sibi conciliavit muneribus, regnavitque annos decem [k].

Pekaia.

§. 14. Succedente post biennii interregnum filio eius *Pekaia* anno *Uziæ* quinquagesimo [l]. Sed & ille, quod a peccato *Jeroboami* non recederet, post biennium a *Peka Remaliæ* filio cæsus est [m].

Peka.

§. 15. Itaque *Peka* regnavit ab anno *Uziæ* quinquagesimo secundo, idque annis viginti [n]. Hic ille est, qui coniuratione cum *Rezine Syrorum* Rege inita regnum *Judaicum* evertere statuit [o], quod tamen in utriusque perniciem vertit. Veniens enim, ab *Achazo* in auxilium vocatus, *Tiglath-Pilesar* Rex *Assyriorum*, non tantum *Damasco* capta Regeque cæso, incolas *Kirum* transportavit [p], sed & *Israëlitas* trans *Jordanem* in *Galilæa* & terra *Naphtali* incolentes abduxit

a 2 Reg. XIV. 23. *b* 2 Reg. XIV. 25. 28. *c* 2 Reg. XIV. 24. *d* Amos. VII. 1—9. *e* Amos. VII. 11. 17. *f* Hos. I. 4. 5. *g* 2 Reg. XIV. 23. coll. XV. 1. *h* 2 Reg. XV. 8. *i* 2 Reg. XV. 13. *k* 2 Reg. XV. 14—20. *l* 2 Reg. XV. 23. *m* 2 Reg. XV. 24—26. *n* 2 Reg. XV. 27. *o* Jes. VII. 2 Reg. XVI. 5. 6. *p* 2 Reg. XVI. 7—9.

duxit in *Assyriam*, *Mediamque* [a]. Atque ita, ægre placato *Assyrio*, regnum, sed multis partibus imminutum tenuit *Peka*, donec anno a *Jothami* initio vicesimo [b], *Achazi* quarto, coniuratione *Hoseæ* filii *Elæ* cæsus est. A. 3835. Per. Jul. ad 3993. A. Christ. 881. ad 271.

§. 16. Quo tempore res in *Israële* fere ad *Anarchiam* rediit, quamvis enim *Hosea* ad regnum adspiraret, non tamen obluctantibus aliis ante annum *Achasi* duodecimum regno potitus est [c]. Quod tamen ille annos novem inglorius obtinuit, statim sub initium a *Salmanassare Assyriorum* Rege victus & in servitutem redactus; dum iugum excutere nititur, penitus rem corrupit, regia quippe urbe *Samaria* post triennalem obsidionem capta, *Assyrius* gentem omnem in *Assyriam* abduxit, & *Medorum* urbes colere iussit [d]. Atque ita regnum *Israëliticum* desiit anno Per. Jul. 3992. cum stetisset annos 248. Rex tamen *Assyriæ*, ne terra vasta atque neglecta iaceret, novos *Babele* finitismisque locis excitos colonos transduxit, a quibus *Samaritanorum* fœda colluvies, *Judæis* postea multum invisa, originem duxit [e]. Anarchia ad Hoseam, sub quo desiit regnum Israëlis.

CAPUT III.

De rebus Judaicis *ab anno* Hiskiæ *septimo ad primum* Cambysis *Regis* Persarum, *spatio annorum* 192. ab anno Per. Jul. 3993. ad 4185.

§. 1.

Hiskias vero, qui iam aliquot annos feliciter inter *Judæos* regnaverat, iugum *Assyriorum* excutere ausus [f], eorum in se provocavit arma: igitur *Sennacheribus*, *Salmanassaris* filius, Rex *Assyriorum* anno quarto decimo *Hiskiæ*, Periodi Julianæ 4000. in *Judæam* inrumpens primum quidem varia loca occupavit; sed cum mox contra pactum, & *Rabsacen* ad *Hierosolyma* mitteret, & ipse blasphemis in Deum litteris deditionem imperaret, ab Angelo Domini una nocte cæsa in castris *Assyriorum* centum octoginta quin- Hiskias, Sennacherib & Mardocempadus.

a 2 Reg. XV. 29. 1 Chron. V. 26. Amos. VII. 4–6. b 2 Reg. XV. 30. c 2 Reg. XVII. 1. coll. XV. 30. d 2 Reg. XVII. 2–6. XVIII. 9–11. e 2 Reg. XVII. 24–34. f 2 Reg. XVIII. 7.

A. 5993. Per. Jul. ad 4185. A. Christ. 721. ad 529.

quinque millia, ipse inglorius in patriam reversus, a filiis suis interemtus est [a]. Qua occasione, turbatis in *Assyria* rebus, *Medi* aliæque gentes defecerunt [b], imperiumque *Assyriorum*, postquam annos 520 in superiori *Asia* floruerat, dissolvi cœptum [c]. *Hiskiæ* vero nomen, qui paullo post hanc victoriam ex morbo non sine miraculo convaluerat, Deo omnibus eius cœptis adspirante, adeo inter omnes gentes celebrari cœpit [d], ut *Merodach Baladan*, qui in Canone *Ptolemaico Mardocempadus* vocatur, legatos ad ipsum *Babele* miserit fœderis feriundi caussa, cui cum stolide elatus animo adsentitur, thesaurosque ostentat, Deum graviter offendit, sed acta pœnitentia, in gratiam receptus [e], in magna gloria obiit, cum regnasset annos viginti novem [f].

Manasses, Esarhaddon & Juditha.

§. 2. Sed, qui eum excepit, filius *Manasses* adeo a paternis moribus degeneravit, & in omne scelus cum contemtu patriæ religionis deflexit, ut Deus ipse professus fuerit, se nullum deinde intercessorem pro *Judæis* admissurum, ne *Mosem* quidem aut *Samuelem*, idque propter atrocia facinora, quæ *Manasses* designaverat [g]. Ideo Deus duces exercitus *Assyriorum* id ultum misit, qui *Manassem* anno regni vicesimo secundo, ut *Judæi* tradunt [h], captum *Babelem* abduxerunt [i], ubi malis doctus, Deo supplex veniam impetravit, & in integrum restitutus, abiectis idolis, patrii numinis cultum repræsentare studuit [k]. Ac denique post longum quinquaginta quinque annorum imperium mortuus est [l].

Manasse regnante *Judithæ* & *Holophernis* historiam evenisse volunt; quamvis multa suppetant argumenta, quæ narrationem hanc falsi suspectam, reddant [m].

§. 3.

a 2 Reg. XVIII. 13—XIX. 37. 2 Chron. XXXII. 1—21. Jes. XXXVI. XXXVII. Hos. I. 7. *b* Infra C. VI. *c* Herodot. I. c. 95. coll. 130. & 106. Joseph. Antiq. L. X. c. 2. §. 2. *d* 2 Chron. XXXII. 22—24. 2 Reg. XX. 1—11. Jes. XXXVIII. *e* 2 Chron. XXXII. 25—31. 2 Reg. XX. 12—19. Jes. XXXIX. *f* 2 Reg. XVIII. 2. *g* Jer. XV. 1. 4. 2 Reg. XXI. 1—16. 2 Chron. XXXIII. 1—9. *h* In Seder Olam Rabba c. 24. p. 67. *i* 2 Chron. XXXIII. 11. *k* 2 Chron. XXXII. 12—19. *l* 2 Reg. XXI. 1. 2 Chron. XXXIII. 1. *m* Judith V. 21. 22. coll. I. 1. 2. XVI. 28. 30. IX. 2.

§. 3. *Manasse* successit filius *Ammon*, qui patris vitia omnia æmulatus regnum biennium tenuit, suorum coniuratione interemtus[a]. A. 3993. Per. Jul. ad 4185. A. Christ. 721. ad 529.

§. 4. Quando *Josias* eius filius octennis puer ad imperium est evectus. Hic sanctitate & religione iam nunc a teneris excellens, abolita omni per *Judæam*, *Samariamque* idolorum memoria, templo instaurato, Deum sincere & ex animo veneratus est[b]. Anno etiam regni 18 *Pascha* celeberrimo adparatu *Hierosolymis* indixit[c]. Ac tandem, dum *Neconi*, *Ægypti* Regi, adversus *Assyrios* tendenti, armatus occurrit, in prælio cæsus est anno regni sui 31[d]. Periodi *Julianæ* 4104. Ammon. Josia, & Neco.

§. 5. *Josiæ* liberi recensentur[e] quatuor, *Johanam*, *Joakim*, *Sedecias* & *Schallum*: Ex quibus *Johanam*, superstite adhuc *Josia*, decessisse videtur, & regnum, quamvis ætate minor, populari factione post patrem obtinuit *Schallum*[f], qui alio nomine *Joahaz* dicitur, & tribus regnavit mensibus, quando a *Necone* de solio deiectus & in *Ægyptum* abreptus est[g]. Joahaz.

§. 6. Subrogato fratre eius *Eliakimo*, quem *Pharao*, mutato nomine, *Joiakimum* appellavit[h]. Huius anno tertio *Nebucadnezar*, a patre *Nabopolasaro Babele* missus, descendit in *Syriam*[i], & *Necone* anno *Joiakimi* quarto ad *Euphratem* victo[k], *Joiakimum* sibi subiecit, & cum parte thesaurorum quosdam de populo, inter quos & *Daniël* fuit, *Babelem* abduxit[l], anno regni sui primo, Per. Jul. 4108 a quo anni LXX Servitutis *Babylonicæ* sunt numerandi[m]. At cum *Joiakim* post annos tres rebellasset, inmissis finitimarum gentium turmis, aliquamdiu vexati *Judæi*[n], donec Rege ipso descendente *Hierosolyma* obsideri cœperunt, quo tempore *Jehoiakim*, anno regni undecimo, in eruptione, ut probabile, cadens, insepultus abiectus est[o]. Eliakim sive Joiakim, & Nebucadnezar.

§. 7.

[a] 2 Reg. XXI. 18—23. 2 Chron. XXXIII. 20—25. [b] 2 Reg. XXII—XXIII. 19. 2 Chron. XXXIV. [c] 2 Reg. XXIII. 21—26. 2 Chron. XXXV. 1—19. [d] 2 Reg. XXIII. 29. 30. 2 Chron. XXXV. 20—25. [e] 1 Chron. III. 15. [f] Jer. XXII. 11. [g] 2 Reg. XXIII. 30—33. 2 Chron. XXXVI. 1—3. [h] 2 Reg. XXIII. 34. 2 Chron. XXXVI. 4. [i] Dan. I. 1. [k] Jer. XLVI. 2. 2 Reg. XXIV. 7. [l] 2 Chron. XXXVI. 6. 7. Dan. I. 1—6. [m] Jer. XXV. 1. 8. 11. [n] 2 Reg. XXIV. 1. 2. [o] 2 Reg. XXIII. 36. Jer. XXII. 13. 19.

A. 3993. Per. Jul. ad 4185. A. Christ. 721. ad 529. Jehoiachin.

§. 7. Regnumque, quasi per ludibrium in obsessa urbe occupavit filius eius *Jehoiacin*, qui & *Conias* & *Jechonias* dicitur, annum agens ætatis decimum octavum [a], sive octavo postquam *Nebucadnezar* primum a patre Rex salutatus fuerat [b]. Sed post tres menses ac dies decem deditione facta, Rex, desinente *Nebucadnezaris* anno octavo, cum matre & aulicis, thesaurisque domus Dei & Regis *Babelem* abductus est [c].

Sedecias.

§. 8. Postremus in locum *Jechoniæ* a *Nebucadnezare* creatus est *Judæ* Rex *Mathanias*, qui & *Sedecias Josiæ* filius [d], desertor & ipse religionis ac fidei tam Deo, quam *Babylonio*, a quo Rex factus erat, debitæ [e]. Itaque obsideri *Hierosolyma* coepta anno *Sedeciæ* nono, mense decimo, die decimo: ac altero anno capta, *Sedeciæ* undecimo, mense quarto, die nono [f]: templum incendio concrematum, *Sedecias* e fuga retractus, & oculis, quibus iugulari ante se prius liberos suos viderat, orbatus, in vinculis *Babylonem* perducitur [g], anno Per. Jul. 4126.

Jeremias, Ezechiel, Daniel.

§. 9. *Sedecia* Rege insignes extitere prophetæ *Jeremias* & *Ezechiel*. Quo tempore *Daniel* in *Babylonia* adolescebat. Quorsum & *Ezechiel* post octo annos cum *Jechonia* delatus est. Dum *Jeremias* a suis crudeliter vexatus, a *Nebuzaradane* honorifice habitus, invitus, cæso ab *Ismaële Gedalia*, in *Ægyptum* abreptus [h], a suis interimitur [i].

Cyro auctore instaurata Judæorum respub.

§. 10. Interim reliqui *Judæi* LXX annorum servitutem in *Babylonia* serviunt, donec *Cyrus* statim primo anno imperii *Babylonici*, quo LXX captivitatis desinebant [k], edicto proposito, *Judæis* in patriam redeundi, urbis ædificandæ [l] & templi instaurandi potestatem fecit [m]. Itaque *Zorobabele*, *Salalthielis* filio, duce, nec non *Josua*, filio *Josedec*, summo Sacer-

a 2 Reg. XXIV. 8. Jer. XXII. 24—26. *b* 2 Chron. XXXVI. 8. 9. *c* 2 Chron. XXXVI. 9. 10. 2 Reg. XXIV. 9—16. Jer. XXII. 24—28. LII. 28. *d* 2 Reg. XXIV. 17. Jer. XXXVII. 1. *e* 2 Reg. XXIV. 18—20. 2 Chron. XXXVI. 10—13. Ezech. XVII. 12—21. *f* 2 Reg. XXV. 1—3. Jer. LII. 4—7. *g* 2 Reg. XXV. 4—21. 2 Chron. XXXVI. 17. Jer. LII. 9—27. *h* 2 Reg XXV. 22—26. Jer. XL—XLIII. *i* Epiphan. de vitis Prophet. *k* Joseph. Antiq. L. XI. c. 1. *l* Jes. XLV. 13. Ezr. IV. 12. Joseph. Antiq. L. XI. c. 1. *m* 2 Chron. XXXVI. 22. 23. Ezr. I. 1—4.

Sacerdote, *Judæi* plures, sed *Israëlitæ* oppido pauci [a], A. 3993. numero omnes 42360 profecti sunt [b]. Qui primum Per. Jul. omnium altari structo, septimo ineunte mense iuge ad 4185. sacrificium obferunt [c]. Anno vero secundo quam ad- A. Christ. venerant, secundo mense, qui in *Aprilem* cadit, 721. ad 529. templi fundamenta iacta sunt [d]. Sed adversariorum calumniis disturbatum opus, & inpeditum superstite *Cyro*, atque deinceps, donec *Darii*, *Hystaspis* filii, anno secundo repetitum est [e].

CAPUT IV.

De Tyriis *Regibus*, Carthaginis *conditu*, Lycurgo *Legislatore* & Macedonum *initiis*.

§. 1.

Tyrus, ea quæ in continenti fuit, *Sidoniorum* colonia, annis ut *Eusebius* [f] & Chronicon *Alexandrinum* [g] adtestantur, trecentis quinquaginta & uno, sive ut *Josephus* [h] auctor est, ducentis & quadraginta ante fundatum a *Salomone* templum condita fuit; cadit hoc tempus in *Gideonis* præfecturam, & annum ante *Christum* 1246: illud in prima *Othnielis*. Sed priorum *Tyri* Regum memoriam vetustas oblitteravit: Primus memoratur *Abibalus* eiusque filius *Hiramus*, qui *Davidis* & *Salomonis* ætate vixit, & cum utroque fœdere amicitiaque iunctus fuit [i]. Tyriorum origines.

§. 2. Octavus ab hoc regnasse proditur *Ithobalus* *Astartæ* sacerdos, qui *Sidonem* quoque tenebat, cuius filiam *Jezabelem* in matrimonium accepit inpius *Achab*, *Israëlitarum* Rex [k]. Ithobalus.

§. 3. Undecimus ab eodem *Hiramo* censetur *Pygmalion*. Qui sororis *Didonis* sive *Elissæ* coniugem *Sicharbam*, opibus eius inhians, vita privavit. At *Dido*, gaza omni clam in naves inposita, nec paucis fugæ conparatis sociis, navigavit in *Africam*, ubi, ab *Iarba Maurusiorum* regulo agrum mercata, arcem, Pygmalion & Dido.

a Jer. III. 14. *b* Ezr. II. 2. 64. *c* Ezr. III. 1–6. *d* Ezr. III. 8–13. *e* Ezr. IV. 1–6. 24. *f* Chronico Canone Græco p. 123. *g* Chron. Alex. p. 189. *h* Joseph. Antiq. VIII. c. 3. §. 1. *i* 2 Sam. V. 11. 1 Chron. XIV. 1. 1 Reg. IX. 10. Joseph. contra Apion. I. §. 17. 18. Antiq. VIII. c. 2. §. 6. 7. *k* 1 Reg. XVI. 31.

A. 3387. Per. Jul. ad 4354. A. Christ. 1327. ad 360.

arcem, quam *Botzram* dixit, *Carthagini* addidit[a]. Ea profectio tribuitur *Pygmalionis* anno septimo, qui ex *Josephi*[b] calculo erat 144 post templum inchoatum, Per. Jul. 3851. Ut adpareat *Virgilium* tantum operis ornandi caussa æqualem *Æneæ Didonem* fecisse, quam trecentis annis post bellum *Troianum* vixisse constat inter Annales.

Lycurgus Legislator.

§. 4. Paullo ante quam in *Africam* navigaret *Dido*, *Lacedæmoniorum* in *Græcia* rempublicam saluberrimis fundavit legibus *Lycurgus*, *Eunomi* filius, ex *Proclidarum* stirpe[c]. Hic cum fratri *Polydecto* postumum filium, prudenter elusa feminæ cupiditate, servasset, ac recentem a partu, in throno conlocatum regio, principem destinasset, regno se abdicans, pro tutore procuravit rempub: postea adfectati principatus suspicionem vitans, peregre profectus, variorum ex usu populorum confectam legum ac civilis disciplinæ formam reportavit in patriam[d]. Inprimis hereditatum sortes æquavit, auri argentique usum sustulit; cives publice & parce epulari iussit[e]. Hæc aliaque mandanti gravis orta seditio pene interitum adtulit: sed ea conposita, ut publice receptis legibus æternitatem daret, *Delphos* se ad oraculum proficisci velle denunciat, ac sacramento cives adigit, nihil eos de legibus suis mutaturos, antequam rediisset. Sic in *Cretam* abiens, ibi ad obitum usque permansit[f]. Hunc circa annum ducentesimum nonagesimum ab *Ilii* excidio, qui erat Per. Jul. 3820, floruisse scribit vetustus auctor *Dieuchidas* apud *Clementem Alexandrinum*[g]. Ut non sine caussa veteres ipsum æqualem faciant *Iphito*, qui ludos *Olympicos* annis 108 prius, quam *Corœbus* stadio vicit, instauravit[h].

Caranus regni Macedonici auctor.

§. 5. Æqualis *Lycurgo*, aut eo paullo posterior, *Caranus*[i] *Argivus*, frater *Phidonis* eius, qui mensuras & pondera primus constituisse dicitur[k], imperium

a Appian. in Punic. p. 1. Solin. c. 27. Euseb. Chron. an. 805. *b* Joseph. contra Apion. L. I. §. 18. *c* Plut. Lycurgo T. II. p. 40. *d* Plut. Lycurg. T. II. p. 40. 41. *e* Plut. l. d. p. 44. 45. *f* Plut. Lyc. p. 59. *g* Clem. Strom. I. p. 390. *h* Pauf. L. V. c. 4. Plut. Lycurg. T. II. p. 39. Phlegon in Fragm. Olymp. in Thes. Gronov. T. IX. p. 1291. Euseb. in Chron. *i* Marsh. Chron. Sec. XV. *k* Strab. VIII. p. 358. Marm. Arund. Schol. Pind. Olymp. 13.

rium *Macedonum* fundavit. Horum genus ab *Hercule* deductum, a quo *Caranus* aut *Phidon* undecimus fuit[a], non decimus sextus ut *Velleius* tradidit[b]. Hic, contracta ex omni *Peloponneso* manu, in *Macedoniam* superiorem venit, ibique regnum auspicatus est[c]: quamvis & in inferiore sive maritima æque aliquamdiu regnatum sit, unde ea in numero & ordine Regum diversitas orta videtur[d]. Initium *Carani* ex *Eusebii* Chronico conpetit in annum *Abrahami* 1204; qui est octavus & tricesimus ante primam *Olympiadem*. Postremus *Macedonum* Rex *Perseus Philippi* filius, captus est a *Romanis* anno Urbis conditæ 586. Ita regnatum fuit annis 646 ab anno Per. Jul. 3900 ad 4546. Sed principio, angustis clausi finibus obscura cum finitimis *Illyriis* & *Thracibus* bella gesserunt. Quo tempore *Europo* vel *Aëropa* Rege in cunis prolato de *Illyriis* victoria reportata est[e]. Ceteri ad *Philippum* & *Alexandrum* usque Magnum nulla re fere celebres exstiterunt. Quia vero Reges hi a *Carano Heraclida* orti creduntur, Reges *Macedoniæ* & dein *Alexandrini*, ab *Lagida Ptolemæo Macedone* oriundi, *Heraclidæ* esse atque haberi voluerunt.

A. 3387. Per. Jul. ad 4354. A. Christ. 1327. ad 360.

CAPUT V.

De Olympicis *agonibus.*

§. I.

CEleberrimum in *Græcia* certamen *Olympicum*, ab *Hercule Idæo*, ut ferunt, primum institutum, post a variis instauratum, tandem anno post *Troiam* deletam 408, ante *Romam* conditam tertio & vicesimo, cum *Judæis* regnaret *Uzias* annum iam tertium & tricesimum, statum factum est, cum *Corœbus Elidensis* stadio vicit[f], ita ut ludi quinto quoque anno ineunte celebrati fuerint, ex quo πενταετηρικοὶ id est *quinquennales* agones appellati sunt,

Ludi quinquennales.

 quip-

[a] Dexippus in Excerpt. Euseb. Gr. p. 57. Marm. Arund. Syncel. p. 198. [b] Vell. I. c. 6. [c] Dexip. l. d. Liv. XLV. 9. Vell. I. 6. Plut. Alex. p. 665. [d] Vid. Spanh. de Usu & Præst. Num. Diss. VII. p. 371. & seqq. [e] Justin. VII. c. 2. [f] Strab. VIII. p. 355. Paus. V. 7. 8.

A. 3958. Per. Jul. A. Christ. 776. quippe qui quatuor confectis annis in orbem recurrebant [a].

Dicti Olympici.

§. 2. Nomen a Templo *Jovis Olympii*, an vero a regione *Olympia*, quæ *Pisæ* proxima, & in eius agro sita [b], inditum. Juxta *Pisam* enim erat vetustissimum Jovis fanum, trecentis ab *Elide* stadiis distans, prope *Alpheum* fluvium; nec longe inde oleastris consitum nemus, e quibus victorum coronæ texebantur, tum curriculum sive stadium, in quo ludicra spectacula præbebantur [c].

Templum Jovis Olympii.

§. 3. Templum opere *Dorico* factum describit *Pausanias* [d]. Memorabile ibidem exstitit *Jovis Olympii* simulacrum, quod ab *Eleis* dedicatum, a *Phidia* elaboratum, *Panænus* pictor coloribus pinxit [e].

Elei ludorum præsides.

§. 4. Ludis ipsis *Elei* præfuere, ac *Pisatas*, qui ius illud usurpare conabantur, funditus deleverunt [f]. Iidem *Jovis* & ludorum religione tuti, vacationem ab armis habebant, ac ruri fere degebant [g].

Agonothetæ.

§. 5. Igitur ex ea gente certaminum arbitri, quos *Agonothetas* sive *Hellanodicas* vocabant, primum exstitere duo; tum novem; postea decem ac duodecim; inde octo, ac decem denique sunt facti [h]. Coram his athletæ producti, ad statuam *Jovis Fidii*, quem Ὅρκιον nominabant, iurato profiteri debebant, omnes se disciplinæ numeros decem ante diem certaminis mensibus explesse [i].

Ludorum solemnia.

§. 6. Præcipuum & antiquissimum genus certaminis cursus fuit, quod *stadium* appellabant, reliqua deinceps addita [k] Tempus ludorum legitimum fuit æstivum, sub ipsum solstitium: Dies ludis instaurandis quinque omnino adtributi sunt ab luna undecima ad quintam decimam, plenilunio quippe agonem obibant, ut ait *Pindarus* [l]. Victorum oleaginea corona præmium fuit, gloria maxima [m]. Tum ad aras sex, quas singulas par Deorum obtinebat, sacra faciebant. Paullo vero ante ludicrum, denunciatis per civitates in-

a Dionys. Halyc. I. p. 61. Tzetz. ad Lycoph. vs. 41. §. 2. *b* Paus. V. 1. Strab. VIII. p. 337. 355. *c* Strab. VIII. p. 353. *d* Paus. V. 10. *e* Paus. V. 10. Strab. VIII. p. 353. Plin. XXXV. 8. *f* Paus. VI. 22. *g* Polyb. IV. p. 337. A. *h* Paus. V. 9. *i* Paus. V. 24. *k* Paus. V. 8. *l* Pind. Olymp. Ode 3. & Schol. ad Olymp. 5. Tzetz. ad Lycoph. vs. 41. *m* Cic. pro Flac. 13. Vitruv. præfat. L. IX.

induciis, si quæ bellum invicem gererent, ab armis abstinere iubebantur[a]. Iam cum nudi prorsus athletæ certarent, ab iis spectaculis muliebrem sexum lex & pudor arcebat[b]. In quo muscas iis *Ælianus*[c] anteponit, quæ sponte avolantes nusquam per id tempus adparebant. A. 3938. Per. Jul. A. Christ. 776.

§. 7. Prima stata *Olympias*, qua *Corœbus Elidensis*, arte coquus[d], vicit, iniit anno Periodi *Julianæ* 3938, Mundi 3218, qui est ante natalem *Christi* 776. Prima stata Olympias.

CAPUT VI.

De imperio Assyriaco, Medorum & Babyloniorum *initiis.*

§. 1.

POstquam *Ninus Assyriorum* Rex, qui inter primos veterem, & quasi avitum, gentium morem mutavit, finitismisque bella intulit, vincendo longius progressus, annis admodum 50 ante *Ilii* casum, Periodi *Julianæ* 3480 imperium in superiore *Asia* fundaverat, & quæ ei circa tempora belli *Troiani*[e], mille & amplius annis post diluvium[f], *Babelem*que conditam[g] successerat uxor *Semiramis*, diem obierat supremum, secuti deinde *Assyriorum* Reges segnius rem tractarunt. Regni Assyriaci origines.

§. 2. Donec, sensim ad Austrum prolatis terminis, inclarescere cœpit *Phul* Rex *Assyriorum*, qui *Menahemum* Regem *Israëlis*, anno *Uziæ* 39, Periodi *Julianæ* 3944 in regno confirmavit[h]. Idem, aut forte successor eius *Tiglath-Pilesar*, certe *Assyriorum* Rex, a *Nino* decimus quartus, ut *Dicæarchus*[i] auctor est, *Chaldæos*, deserta quondam colentes, *Babelem* transduxit, urbemque hanc, ab aliquo tempore neglectam, instauravit[k], prorege constituto *Nabonassaro*, a quo celeberrima *Epocha* Regum *Babyloniorum* duci- Phul & Nabonassar.

a Thucyd. L. IV. c. 49. *b* Pauf. V. 6. Dionyf. Halyc. VII. p. 475. *c* Æl. Hist. Anim. V. 17. *d* Athenæus L. IX. c. 7. *e* Porphyrius apud Eufeb. Præp. Euang. L. X. c. 9. p. 485. *f* Augustin. de Civ. Dei XVIII. 22. *g* Erranius apud Steph. Byzant. v. Βαβυλών. *h* 2 Reg. XV. 17. 19. 20. *i* Apud Steph. Byzant. v. χαλδαῖοι. *k* Esaiæ XXIII. 13.

A. 3480. Per. Jul. ad 4088. A. Christ. 1234. ad 626.

ducitur, ab anno Periodi *Julianæ* 3967. Ita tamen ut primi in Canone Ptolemaico memorati Reges in fide & clientela *Assyriorum* manserint.

Tiglath-Pilesar.

§. 3. Paullo post ab *Achazo Judæorum* Rege invitatus *Tiglath-Pilesar*, non tantum armis in *Phœniciam* versis *Damasco* capta, Regeque *Rezine* cæso, incolas *Kirum*, regionem *Elymaidi* proximam [a], abduxit, regnumque *Syrorum Damascenorum* funditus evertit [b], sed & magnam regni *Israëlitici* partem occupavit [c]: *Judæos* autem, *Achazo* deditionem faciente, sibi vectigales reliquit [d].

Salmanassar.

§. 4. Qui hunc excepit *Salmanassar*, variis in sacris appellatus nominibus [e], cum sub initium imperii *Arbelitas* rebellantes delevisset [f], in *Judæam* veniens nullo negotio *Hoseam Israëlis* Regem ad tributum pendendum adegit [g], *Azotum* occupavit munivitque [h], eademque opera bellum quinquennale cum *Elulæo Tyriorum* Rege gessit [i]; ægreque domum reversus rebellione *Hoseæ*, qui cum *Soo Ægyptiorum* Rege conspiraverat [k], redire coactus, non tantum *Samaria* capta regnum *Israëliticum* exstinxit [l], sed & *Nabatæis* oppressis [m], per triennium *Ægyptios* eorumque socios *Cuschæos* gravi bello exercuit [n], donec, interveniente, ut credibile, *Salmanassaris* morte, id bellum utcunque diremtum.

Sennacheribus.

§. 5. Saltem post annos tres quatuorve filius eius *Sennacheribus* [o], sive ut *Hiskiam Judæ* Regem, qui rebellaverat [p], ulcisceretur, sive ut feliciter a patre cœptum contra *Ægyptios* bellum persequeretur, recta, ibat in *Ægyptum* [q]: sed cum *Pelusium* aliquamdiu frustra oppugnasset, metu *Tirhakæ Cuschæorum* Regis retrocedere coactus [r], *Hiskiam* infausto omine invadens, & blasphema in Deum iactans, clade divinitus inlata, cum pudore vultus sui rediit in regnum [f]; cuius cladis memoriam, sed *Ægyptiorum* fabulis ad-

a Esai. XXII. 6. *b* 2 Reg. XVI. 7—9. Jes. XVII. 1—3. *c* 2 Reg. XV. 29. *d* 2 Reg. XVI. 7. *e* Jes. XX. 1. Hos. X. 14. Tobiæ I. 2. *f* Hos. X. 14. *g* 2 Reg. XVII. 3. *h* Jes. XX. 1. Herodot. II. c. 157. *i* Menander Ephesius apud Joseph. Ant. IX. c. 14. §. 2. *k* 2 Reg. XVII. 4. *l* 2 Reg. XVII. 5. 6. Hos. X. 6. 7. *m* Jes. XXI. 13—17. *n* Jes. XX. 2—6. *o* Tobit. I. 17. *p* 2 Reg. XVIII. 7. *q* Jes. X. 28—32. *r* Herodot. II. 141. Joseph. Antiq. X. c. 1. §. 4. Jes. XXXVII. 9. *f* 2 Reg. XIX. 2 Chron. XXXII. 1—22. Jes. XXXVII.

adſperſam, ſervavit *Herodotus* [a]. Domum redux, dum ira furens ſævit in ſubditos maximeque *Iſraë-litas* [b], a filiis ipſe ſuis in templo Dei ſui cæditur [c]. Quæ res cum maxima mutatione rerum in Oriente coniuncta fuit; turbatis enim *Aſſyriorum* rebus in ſpem libertatis erecti *Medi*, paullo poſt & *Babylonii* deficiunt [d]. Atque ita quondam præpotens *Aſſyrio-rum* imperium, defectione ſociorum debilitatum [e], diſſolutum eſt in partes, poſtquam *Aſiæ* ſuperioris imperium obtinuerant annis 520 [f], annis ante *Cyrum* 155 [g], Periodi *Julianæ* 4000, Æræ *Nabonaſſari* 34.

A. 3480. Per. Jul. ad 4088. A. Chriſt. 1234. ad 626.

§. 6. Nec tamen funditus deletum, parricidis enim a civibus eiectis, frater ipſorum natu minor *Eſar-haddon* patri *Sennacheribo* in regno ſucceſſit [h], qui quidem *Medos* ad officium revocare eſt conatus: ſed *Medi* fortiter pugnantes, excuſſo ſervitutis iugo ſe in libertatem adſeruerunt [i]. *Babylonii* vero, qui & ipſi ductu *Mardocempadi*, qui in Sacris *Merodach Baladan* dicitur, libertatem obtinuerant [k], non ita diu poſt inteſtinis motibus & interregnis vexati, ab *Eſarhaddone* denuo ad ius & imperium *Aſſyriorum* revocati ſunt: unde in ipſo Canone *Ptolemaico* poſt alterum interregnum Regibus *Babylonis* adſcribitur *Aſſaradinus* annis tredecim. Quo tempore *Manaſſes Judæorum* Rex, a principibus Regis *Aſſyriorum* captus, *Babelem* abductus eſt [l], novique *Babele* coloni in terram *Iſraëlis* traducti ſunt [m], tanta copia, ut tum penitus *Ephraimi* nomen oblitteratum ſit [n]. Manifeſto indicio poſtea denuo *Babylonios* iuris *Aſſyriorum* fuiſſe. Donec *Nabopolaſſar*, ab *Aſſyriorum* Rege, *Ninum* tenente, deficiens, *Chaldæorum* & *Babylonis* imperium conſecutus eſt [o]. Atque ita *Eſarhaddon*, ſive *Aſſaradi-nus*, re utcunque reſtituta, diem obiit ſupremum, cum *Babele* regnaſſet annos 13, poſt mortem patris 49.

Eſarhaddon.

§. 7. Succeſſore relicto *Saosducheo*, qui 20 annis quibus regnavit [p], perpetuum nec magnæ molis bellum de

Saosducheus.

a Herod. II. c. 141. *b* Tobit. I. 21—24. *c* 2 Reg. XIX. 37. Jeſ. XXXVII. 38. *d* Herod. I. 95. *e* Herodot. I. c. 102. Joſeph. Ant. L. X. c. 2. §. 2. *f* Herodot. I. 95. *g* Herodot. L. I. c. 130. coll. c. 106. *h* 2 Reg. XIX. 37. Jeſ. XXXVII. 38. *i* Herodot. I. 95. *k* 2 Reg. XX. 12—18. 2 Chron. XXXII. 31. Jeſ. XXXIX. coll. Herodot. I. 95. 102. 184. *l* 2 Chron. XXXIII. 11. *m* Eſræ IV. 2. 9. 10. *n* Jeſ. VII. 8. *o* Polyhiſtor. apud Syncell. p. 210. *p* Canone Ptolem.

A. 3961. Per. Jul. ad 4205. A. Christ. 753. ad 509.

de *Azoto* gessit cum *Ægyptiorum* Rege *Psammeticho* [a].

Chyniladanus.

§. 8. Ac moriens successorem habuit *Chyniladanum*, quem Alexander Polyhistor [b] *Saracum* vocat, qui *Phraortem* vicit, sed a *Cyaxare* eius filio victus regnoque exutus est, ut infra in rebus *Medicis* ostendemus.

CAPUT VII.

De Romulo *ac* Romæ *conditu; deque gestis illius & sex insequentium Regum spatio annorum* 244 *ab anno Per. Jul.* 3961 *ad* 4205.

§. 1.

Romanorum origines.

DEcimus tertius ab *Ænea Latinis* imperavit *Procas Sylvius*, qui duos habuit filios *Numitorem* & *Amulium*. Hic fratre *Numitore* circumvento: mox filia eius *Silvia*, ne qua posteritatis spes esset, Vestalibus adscripta, regnum rapuit. At illa, incertum a quo conpressa, geminos est enixa, *Romulum* ac *Remum*: qui iussu Regis expositi, a *Faustulo* pastore educati, postquam adoleverunt, occiso *Amulio*, avum restituerunt in regnum & anno ipsius secundo *Romam* condiderunt [c]: qui ex *Varronis* calculo incidit in annum tertium Olympiadis sextæ [d].

Romulus & Tatius.

§. 2. Natus est *Romulus* anno 2 exeunte Olympiadis secundæ, idemque octavo decimo post, id est ante *Christum* 753, Periodi *Julianæ* 3961, Urbem auspicato condidit [e]: fratreque sublato a convenarum manu primus Rex salutatus est: mox ordinato rerum statu, populum in tribus tres, triginta curias divisit. Tenues clientelæ potentiorum addixit, ac iura inter clientes ac patronos constituit [f]. *Sabinorum* puellas per ludorum occasionem rapuit anno regni quarto [g]: ex quo vehemens ac diuturnum cum *Sabinis* bel-

a Herodot. L. II. c. 157. b Apud Syncell. p. 210. c Dionys. Hal. I. p. 62—66. Plut. Rom. p. 19—22. Liv. I. 3. Aurel. Victor de Orig. c. 19. Strab. V. p. 229. Serv. ad I. Æn. vs. 277. d Plut. Rom. p. 24. Dionys. I. p. 60. Petav. L. IX. Doctr. Temp. cap. 48. e Dionys. Hal. I. p. 66. Solin. c. 1. f Dionys. I. 73. 74. II. 78—84. Plut. Rom. p. 24. 25. g Dionys. II. p. 100. Plut. Rom. p. 25. P. mense quarto ab urbe condita factum scribit.

bellum ortum. Victi *Caeninenses*, & *Antemnates*, de quorum Rege *Acrone* sua manu caeso, prima *Jovi Feretrio* spolia tulit, & de utrisque triumphavit. Tum & *Crustuminum* captum[a]: ac demum, *Sabinis Tatio* duce prementibus, interventu raptarum inter ambos convenit, uti *Romae* communiter habitarent, ac duo simul imperarent *Romulus* ac *Tatius*. Centeni etiam Patres e *Sabinis* adlegerentur. *Tatio* vero post sex annos interemto solus regnavit *Romulus*[b]. *Camerinos* vicit, *Fidenates* & *Veientes* & de utrisque triumphavit[c]. Demum ad *Capreae* paludem, dum concionem haberet, subito disparuit, a patribus, quibus invisus esse coeperat, ut multorum est opinio, caesus, cum regnasset annos 37[d]. Mors illius contigit anno primo exeunte Olymp. 16, ante *Christum* 715, quo anno *Maji* 16 sub occasum sol defecit[e].

A. 3961. Per. Jul. ad 4205. A. Christ. 753. ad 509.

§. 3. Post interregnum unius anni Rex a *Romanis* renunciatus est *Numa Pompilius*, genere *Sabinus* & *Curibus* oriundus, natus annos 40, anno tertio Olympiadis decimae sextae[f], ante *Christianam* aeram 714: hic pacis studiis deditus, *Romana* sacra constituit. Annum, decem mensibus constantem, duobus auxit. *Jani* templo clauso, perpetuum suis otium fecit. Regnavit annos 43[g].

Numa Pompilius.

§. 4. Tertius *Romae* regnavit *Tullus Hostilius*, qui anno 2 Olymp 27 coepit[h], ante *Christum* 671. Vir *Romulo* ferocior & ad bella factus[i]. *Albanis* victis, mox & *Fidenatibus*, *Metum Fuffetium Albanorum* Dictatorem, perfidiae convictum, inter duos currus religatum, actis equis in diversa distraxit: ac *Alba* diruta, incolis *Romam* transductis, *Coelium* montem munivit, civium numerum duplicavit[k]. Ter triumphavit de *Albanis*, *Fidenatibus*, *Sabinis*[l]. Regnavit annos

Tullus Hostilius.

a Dionys. II. p. 101—103. Plut. Rom. 26. 27. *b* Dionys. II. p. 104—114. Plut. Rom. p. 27—32. Liv. I. 11—14. *c* Plut. Rom. p. 32. 33. Dionys. L. II. p. 116—118. Liv. I. 14. 15. *d* Dionys. II. p. 118. 119. Plut. Rom. p. 34. 35. Numa p. 60. Liv. I. 16. *e* Petav. L. X. de Doctr. Temp. c. 21. *f* Dionys. II. p. 120. Plut. Num. p. 62. B. C. 63. E. Liv. I. 18. *g* Dionys. II. p. 123—136. Plut. in Numa. Liv. I. 19—21. *h* Dionys. L. III. p. 136. *i* Liv. I. 22. Flor. I. 3. *k* Liv. I. 22—29. Dionys. L. III. p. 137—172. *l* Dionys. L. III. p. 172. 173. Liv. I. c. 30.

A. 3961. Per. Jul. ad 4205. A. Christ. 753. ad 509.

nos 32, ac de cœlo tactus, seu potius *Anci* coniuratione oppressus, cum uxore familiaque periit[a].

Ancus Marcius.

§. 5. Quartus regnavit *Ancus Marcius*, *Numæ Pompilii* e filia nepos anno secundo Olympiadis 35[b]. Hic, dum initium regni a sacris auspicatur, a *Latinis* provocatus, mox victos *Romam* transducit, in *Aventino*, & valle, quæ inter *Palatinum* & *Aventinum* montes media est, conlocat; *Janiculum* munit, *Tiberim* ponte sublicio iungit: terminisque ad mare prolatis, *Ostiam* urbem condit[c]. Regnat annos quatuor & viginti[d].

Tarquinius Priscus.

§. 6. Quintus Romæ Rex *L. Tarquinius*, *Priscus* cognomine dictus, cœpit anno secundo Olymp. 41[e]. ante *Christum* 615. Hic *Demarati Corinthii*, ex *Bacchiadarum* stirpe, profugi filius, *Tarquiniis*, ubi cum patre habitarat, *Romam* profectus[f]. Adeptus imperium, Senatum ampliavit. De *Latinis* triumphavit: cum *Sabinis* pugnavit: *Tusciæ* populos XII subegit, imperiique insignia ab iis accepit. Opera in urbe magnifica condidit, cloacas in *Tiberim* duxit. *Jovis Capitolini* ædem inchoavit[g]. Et fraude filiorum *Anci* cæsus est, cum regnasset annos 38[h].

Servius Tullius.

§. 7. Huius gener sextus ordine regnavit *Servius Tullius* anno 4 Olymp. 50[i], ante *Christum* 577. Hic *Tullio* patre *Corniculano* principe susceptus, *Romæ* ex *Ocrisia* captiva natus, *Tanaquilis* artibus regnum adeptus[k]; censum & centuriata comitia, populo per classes & centurias diviso, instituit[l]. Ac *Viminali* monte dein & *Esquiliis* additis pomœrium protulit[m]. Regno demum summa cum laude per annos 44 administrato, generi sui *Tarquinii* ac filiæ exsecrando parricidio periit[n].

Tarquinius Superbus.

§. 8. Atque ita, anno 4 Olymp. 61[o], ante *Christum* 533, septimus ac postremus regnum *Romanum*, ne-

a Dionys. L. III. p. 176. Liv. I. c. 31. *b* Dionys. III. p. 177. Liv. I. c. 32. Plut. Numa p. 74. *c* Dionys. III. 178. 182. 183. Liv. I. c. 32. 33. *d* Liv. I. 35. Dionys. III. 184. *e* Dionys. III. p. 184. *f* Dionys. l. d. Liv. I. 34. *g* Liv. I. 35—39. Dionys. III. p. 186—196. 199—201. *h* Liv. I. 40. Dionys. III. p. 204. 206. *i* Dionys. L. IV. p. 206. *k* Dionys. IV. p. 206—214. Liv. I. 40. 41. *l* Dionys. L. IV. p. 221—224. Liv. IV. 42—44. *m* Dionys. L. IV. p. 218. Liv. I. 44. *n* Liv. I. 46—49. Dionys. IV. p. 232—245. *o* Dionys. IV. p. 244.

neque populi iuſſu neque auctoribus Patribus, rapuit *Tarquinius* cognomento *Superbus*, quem *Priſci* filium *Livius* [a] adſeverat; nepotem fuiſſe perſuadet *Dionyſius* [b]. Hic cædibus ac rapinis in omnes, maxime Senatores & Nobiles graſſatus eſt [c]. *Latinas* ferias in monte *Albano* conſtituit [d]. *Jovis Capitolini* templum, ab avo cœptum, de manubiis exædificavit [e]. Tandem ob ſtuprum *Lucretiæ* ab *Sexto* eius filio inlatum, abſens, dum *Ardeam* obſidet, populi iudicio, abrogato regno, exul eſſe iubetur [f]. Cum eoque regium nomen e civitate ſublatum anno Urbis exeunte 244 [g]. A. 3961. Per. Jul. ad 4205. A. Chriſt. 753. ad 509.

CAPUT VIII.

De utroque bello Meſſeniaco, *inter annum Per. Jul.* 3971 *&* 4044. *aut* 4085 *geſto.*

§. 1.

MEſſeniam regionem *Laconiæ* proximam tempore *Heraclidarum*, quamvis non ſine fraude, obtinuerat *Creſphontes Ariſtomachi* filius [h]; ab hoc octavo gradu regnavit *Euphaës*, quando bellum ortum eſt cum *Lacedæmoniis*, quo tandem victi *Meſſenii* ſolum vertere coacti ſunt. Cauſſa belli fuit *Laconum* ambitio & dominandi ſtudium, prætextus quæſiti vel ex fraude *Creſphontis*, vel ex cæde Regis ſui *Telecli*; proximam bello occaſionem dedit cædes *Polycharis*. *Lacones*, graviſſimo prius iureiurando obſtricti, non prius ſe ab armis diſceſſuros, quam *Meſſeniam* obtinerent, initium oppugnandi fecerunt, nec indicto bello *Amphiam* occuparunt [i]. Id accidit anno ſecundo nonæ Olympiadis [k] hoc eſt U. C. 11. Periodi *Julianæ* 3971. Cauſſa primi belli Meſſeniaci.

§. 2. Quarto poſt anno, iterumque quinto, iuſto prælio certatum dubio exitu; cum tamen peſtifera lues vexaret *Meſſenios*, ut parcerent ſumtibus, relictis Partheniæ.

a Liv. I. 46. *b* Dionyſ. IV. p. 211. 212. *c* Liv. I. 49. Dionyſ. IV. p. 244. 245. *d* Dionyſ. IV. p. 250. Liv. I. 49—52. *e* Dionyſ. IV. p. 257. Liv. I. 55. *f* Liv. I. 57—59. Dionyſ. IV. p. 261. 275. 276. *g* Liv. I. 60. Dionyſ. IV. p. 277. *h* Pauſ. IV. 3. *i* Pauſ. IV. 4. 5. Diodor. in Excerpt. Valeſ. p. 226. Juſtin. III. 4. *k* Pauſ. IV. 5.

A. 3971. Per. Jul. ad 4085. A. Christ. 743. ad 629.

lictis aliis oppidis, *Ithomen* muniunt[a]. Mox *Aristodemus* filiam quasi ex oraculo iugulat[b]. Quo deterriti *Lacones* in annum usque sextum abstinent a bello[c]: atque interea temporis anno belli decimo[d] iuvenes domum mittunt ad sufficiendam prolem, unde nati *Partheniæ*[e].

Finis primi belli.

§. 3. Tandem denuo conmisso prælio victor cadit *Euphaës*, cum regnasset annos tredecim[f]. Cui subfectus est *Aristodemus*, cuius anno quinto magnam *Lacedemonii* acceperunt cladem[g]. Tandem versa fortuna *Aristodemus*, desperata patriæ salute, semet ipsum ad filiæ sepulcrum iugulat, postquam annos sex & maiorem septimi partem imperaverat[h]. *Messenii* exacto pene vicesimo anno belli *Ithomen* deseruere, quam *Spartani* solo æquarunt: atque ita bello priori finis inpositus anno primo Olymp. 14[i]. Periodi *Julianæ* 3991. Ex hoc *Messeniorum* naufragio, quidam *Alcidamide* duce, *Rhegium* conmigrarunt, quod est *Italiæ* oppidum[k].

Alterum bellum Messeniacum.

§. 4. Anno post undequadragesimo, qui quartus fuit tertiæ & vicesimæ Olympiadis, ut ait *Pausanias*[l], Per. Jul. 4030 defecerunt *Messenii*. Contra quos *Lacedæmonii* ex oraculo ducem destinant *Tirtæum* ludi magistrum ab *Athieniensibus* datum archonte *Athenis Lysia*[m], qui est 3 Olymp. 24: *Justinus*[n] tamen adfirmat, *Messenios* post octoginta annorum servitutem bellum instaurasse, quod *Valesius*[o] vero propius iudicat, quia non tantum *Tyrtæus* apud *Pausaniam*[p] docet, *Messenios* tertia generatione iterum arma cepisse, sed & *Tyrtæum* Olympiade 35 & 36 floruisse constat[q].

Ira expugnata. Messenii in Sicilia.

§. 5. Hoc bello cum *Spartani* dolo magis quam virtute vincerent[r]: *Messenii* in *Iram* montem se recipiunt anno belli tertio: ubi undecim annos hostibus restiterunt. Multa per id tempus incredibilia & stupenda

[a] Pauf. IV. 7—9. [b] Pauf. IV. 9. [c] Pauf. IV. 10. [d] Strab. L. IV, p. 279. [e] Strab. l. d. Justin. III. 4. Eustath. ad Dionys. περιηγ. vs. 376. [f] Pauf. IV. 10. [g] Pauf. IV. 11. [h] Pauf. IV. 13. [i] Pauf. IV. 13. 14. [k] Pauf. IV. 23. [l] Pauf. IV. 15. [m] Mar. Arund. ep. 34. [n] Justin. III. 5. [o] Valef. ad Excerpt. Diod. p. 38. [p] Pauf. IV. 15. [q] Suid. v. τυρταῖος. Eufeb. in Chron. [r] Pauf. IV. 16. 17.

penda *Aristomenes* edidit[a]. Tandem *Ira* expugnata bellum desiit, cum tenuisset annos 14[b]. *Messenii* eversa patria, vere adpetente, in *Siciliam* navigant, ibique *Zanclen* occupant, quam *Messanam* nominant[c]. A. 3971. Per. Jul. ad 4083. A. Christ. 743. ad 629.

CAPUT IX.

De primis Medorum *Regibus*, Scytharum *inruptione*, & Babyloniis *ab anno Per. Jul.* 4000. *ad* 4185.

§. 1.

MEdi, excusso *Assyriorum* iugo[d], postquam quinque admodum annis sine Rege fuerant[e], magno consensu regnare iubent *Deiocem Phraortis* filium[f], exeunte anno secundo Olympiadis 17[g]. Hic *Ecbatana* condidit, Regem per internuncios adiri iussit, & solo *Medorum* imperio contentus regnavit annos 53[h]. Deioces.

§. 2. Verum qui ei successit filius *Phraortes*, post *Persas* & *Asiaticos* bello domitos, *Assyrios Ninum* tenentes, quondam omnium dominos, sed nunc defectione sociorum debilitatos, oppugnans, cum maxima exercitus parte periit anno regni 22[i]. Phraortes.

§. 3. Conlapsam rem restituit filius eius *Cyaxares* vir fortissimus, hic enim militari disciplina constituta[k], *Zarina Sacarum* Regina devicta[l], arma denuo in *Assyrios* vertens, iis victis, *Ninum* obsedit, quando *Chyniladanus* se cum regia conbussit[m]: sed subita *Scytharum Cimmerios* persequentium in *Mediam* inruptione ad sua tutanda avocatus[n], *Scythas Asiam* percursantes ita tulit annos 28[o]; ut tamen interea temporis bellum quinquennale gesserit cum *Alyatte Lydorum* Rege, quod sexto demum anno repentina solis obscuratione, & interventu *Syennensis Cilicis* & Cyaxares I. Scythæ in Asia. Ninus eversa.

 Laby-

a Pauf. IV. 17—19. *b* Pauf. IV. 20—22. *c* Pauf. IV. 23. *d* Supra C. VI. *e* Herodot. I. c. 102. 106. 130. *f* Herodot. I. c. 96—98. *g* Diodor. L. II. p. 84. A. *h* Herodot. I. c. 98—102. *i* Herodot. I. c. 102. *k* Herodot. I. c. 103. *l* Diodor. L. II. p. 34. 85. & Excerpt. Valef. p. 436. *m* Polyhistor. apud Syncellum p. 210. *n* Herodot L. I. c. 103. *o* Herodot. I. c. 104—106.

A. 4000. Per. Jul. ad 4185. A. Christ. 714. ad 529.

Labyneti Babylonii conpositum est [a]: anno, ut videtur, primo Olymp. 43 [b], qui erat *Cyaxaris* 28, *Alyattis* 8, Periodi *Julianæ* 4107. Tandem *Scythis* oppressis, *Asia*que pulsis, arma cum *Nebucadnezare Babylonio* socians, *Ninum* urbem *Assyriorum* regiam, in qua tum forte *Sardanapalus* regnabat, evertit, ac mortuus est, postquam, conprehenso *Scytharum* imperio, regnaverat annos 43 [c].

Nabopolasarus regni Babylonici auctor.

§. 4. Sed quamvis *Scytharum* in *Mediam* excursione, prima vice *Assyriorum* regia *Ninus* præsentissimo erepta fuerit periculo, tanta tamen a *Medis* accepta clade, ipsorum imperium graviter concussum, & nobilissima sui parte *Babylonica* multatum fuit. *Nabopolasarus* enim *Nabuchodonosori* pater, qui *Babyloniis* præerat, cum suis a Rege contra *Medos* evocatus, usus ea occasione arma in Regem urbemque *Ninum* vertens, se *Babylonios*que in libertatem adseruit [d]. Annis ipsis 87 prius, quam *Cyrus Babele* potiretur, ut ex Canone *Ptolemaico* constat; atque adeo nono *Cyaxaris* anno, Periodi *Julianæ* 4088.

Per filium Nebucadnezarem Judæos subigit.

§. 5. Hic postquam primos annos, quibus *Assyrii* a *Medis* graviter adtriti, a *Scythis* vexati, mox bello *Ægyptio* exerciti rerum suarum satagebant, rebus conponendis, regnoque firmando dederat, tandem defectione Satrapæ ad *Ægyptios* [e] occasionem rei gerendæ nactus, filium suum *Nabouchodonosorum* anno *Jehoiakimi* tertio, Per. *Julianæ* 4107, *Babele* misit [f], qui sequenti anno, quarto *Jehoiakimi*, *Pharaone Necone* ad *Euphratem* insigni prælio victo [g], Rex est salutatus [h], a quo principio *Nebucadnezaris* Regis imperium *Judæi* auspicantur: mox victoriam persequens ditiones omnes, quæ *Ægyptiorum* fuerant, inde ab *Euphrate* ad flumen *Ægypti* pacavit, & auctore *Beroso* ἐκ ταύτης τῆς ἀρχῆς *ab illo initio* regno suo adiecit, ut *Pharao* posthac extra *Ægyptum* pro-

[a] Herodot. I. c. 73. 74. coll. 16. & 103. [b] Calvisius ad annum Mundi 3343. [c] Herodot. I. c. 106. [d] Polyhistor. apud Syncell. p. 210. & in Græcis Scalig. p. 46. [e] In fragmento enim Berosi apud Joseph. L. X. Ant. c. 11. §. 1. pro ἐντ' Αἰγύπτῳ legendum ἐπ' Αἰγύπτῳ vid. Spicil. L. II. c. 4. §. 11—13. [f] Dan. I. 1. [g] Jer. XLVI. 2. [h] Jer. XXV. 1.

prodire ausus non fuerit[a]. Itaque victricia arma per *Cœle-Syriam* & *Phœniciam* circumferens, cum alias gentes tum *Judæos* in fidem & clientelam recepit. Sed in medio victoriarum cursu, nunciata morte patris, subito avocatus, *Babelem* rediit, paternumque solium occupavit[b].

A. 4000. Per. Jul. ad 4185. A. Christ. 714. ad 529.

§. 6. Hic patre multo clarior, bella longe maxima gessit, ac gentes plurimas vincendo peragravit. Cum enim primum tempus regiæ ornandæ, muniendæ dedisset[c], cœlesti viso anno regni secundo animatus[d], arma vertit in *Moschos* & *Tibarenos* gentesque ad septentrionem sitas[e], qua occasione *Judæi* post annos tres rebellare ausi[f], captis per vim *Hierosolymis* graves pœnas dedere: *Zedecia* tamen Rege constituto[g]. Tum sociatis cum *Cyaxare* armis *Assyrios* devicit, *Ninum*que evertit[h], mox & *Elamitas* subegit[i], iterumque *Ægyptiorum* fiducia rebellantes *Judæos* penitus devictos patria exuit[k], finitimasque gentes subegit[l], spoliisque dives *Babelem* redux auream statuam omnibus colendam proponit[m]. Mox bellica repetens consilia *Tyrum* longa tredecim annorum obsidione[n] premit, dum ipse, interiecto tempore, insolentiæ pœnas dans, ad bestias relegatur[o]: tandem convalescens, *Tyro* capta & eversa[p], *Ægyptum*, sibi divinitus præmii loco datam, *Pharaone Hophra* victo cæsoque, haud magno momento occupat[q], ac *Amasi* prorege constituto, in *Lybiam* progressus, *Africam* ad *Herculis* usque columnas victor peragrat[r]. Denique redux sub finem vitæ *Medos Persas*que in ius *Babyloniorum* concedere conpellit[s]. Atque ita, ubique victor, in magna gloria moritur, anno regni post parentis obitum tertio & quadrage-

Nebucadnezar rebus gestis clarus.

[a] 2 Reg. XXIV. 7. Berosus apud Joseph. Antiq. X. c. 11. §. 1. contra Apion. I. §. 19. & Antiq. L. X. c. 6. §. 1. [b] Berosus l. d. [c] Berosus apud Joseph. ll. dd. Abydenus apud Euseb. Præp. Euang. L. IX. c. 41. [d] Dan. II. coll. I. 5. 18. [e] Ezech. XXXII. 26—28. Jer. XXV. 26. [f] 2 Reg. XXIV. 1. [g] 2 Reg. XXIV. 10—18. [h] Nahum. II. III. Zeph. II. 13. Tobiæ XIV. 17. Herodot. I. c. 106. [i] Jer. XLIV. 34—39. coll. Ezech. XXXII. 17. 21. [k] Ezech. XVII. 15. supra Cap. III. [l] Jer. XXV. XLIX. Ezech. XXV. XXVIII. [m] Dan. III. 1. ibique LXX Interpretes [n] Philostratus apud Joseph. contra Apion. I. §. 21. [o] Dan. IV. [p] Ezech. XXVI. Es. XXIII. Philostr. l. d. [q] Ezech. XXIX. 17—19. XXX. 5. 6. [r] Abydenus apud Euseb. Præp. L. IX. c. 41. Strabo XV. p. 687. Ezech. XXX. 5. 6. [s] Jer. XXV. 25.

A. 4200. Per. Jul. ad 4185. A. Christ. 714. ad 529.

dragesimo[a], ante *Christum* 562, quo secundus iniit Olympiadis 54. Periodi *Jul.* 4152.

Evilmerodach.

§. 7. *Evilmerodachus* hunc filius excepit, qui statim, ut regnum adiit, *Jeboiacinem Judæum*, *Jeboiakimi* filium, ex carcere & squallore, in quo annum iam tricesimum septimum marcebat, liberatum, in contubernium accepit[b]. Sed inproba vita suis invisus post biennium a *Neriglissorooro*, qui sororem eius in matrimonio habebat, cæsus est[c].

Neriglissoroorus.

§. 8. Præmium cædis regnum fuit, quod *Neriglissoroorus* adiit anno primo Olymp. 55, illo ipso, quo *Astyage* mortuo *Cyrus* regno *Persarum* est potitus. Vir fortis & bellicosus rem habuit cum *Cyro*, a quo anno quarto regni in prælio cæsus est[d].

Laborosoarchodus.

§. 9. Succedente, filio *Laborosoarchodo*, quem tamen, perditis moribus iuvenem, post novem menses amici obtruncarunt[e].

Nabonidus sive Belsasar.

§. 10. Quo tempore de communi consilio ad regnum vocatus est *Nabonidus Babylonius* eodem genere natus[f]. Is qui *Belsasar* in Sacris dicitur, *Evilmerodachi* ex *Nitocride* filius, *Babyloniorum* Regum ultimus[g]. Hic septendecim annis, quibus regnum tenuit[h], perpetuo a *Medis* & *Persis* bello exercitus, tandem *Babele* capta in conpotatione cæsus est[i].

Darius Medus sive Cyaxares II.

§. 11. Atque ita imperium transiit ad *Medos* & *Persas*[k], quando *Darius Medus* sive *Cyaxares II*, *Assueri*, id est *Astyagis*, filius, a *Cyro* victore evocatus, regnum *Chaldæorum* accepit annos natus sexaginta duos[l], quod biennium tenuit, prius quam ei succederet *Cyrus*, qui novem post occupatam *Babelem*[m], septem autem annis post mortem avunculi *Cyaxaris* regnum tenuit[n]: de quo in rebus *Medo-Persicis* dicemus conmodius.

CA-

a In Canone Ptolem. *b* 2 Reg. XXV. 27—30. Jer. LII. 31—34. *c* Berosus apud Joseph. contra Apion. L. I. §. 20. Megasthenes apud Euseb. Præp. Euang. L. IX. c. 40. 41. Ptolem. Canone. *d* Euseb. l. d. Xenophon Cyrop. L. I. p. 22. L. III. p. 85—87. IV. 87. 88. Canon. Ptolem. *e* Berosus apud Euseb. Præp. L. IX. c. 40. & apud Joseph. contra Apion. I. §. 20. *f* Berosus ll. dd. *g* Jer. XXVII. 7. LII. 31. Dan. V. 1. 2. 30. VI. 1. Joseph. Ant. L. X. c. 11. §. 2. *h* Canon Ptolem. *i* Xenophon. Cyrop. L. VII. p. 190—192. Herodot. L. I. c. 191. Dan. V. Jer. L. & LI. *k* Dan. V. 28. 30. *l* Dan. VI. 1. IX. 1. coll. Xenophon. L. V. p. 145. & VIII. p. 227. E. *m* Canone Ptolem. *n* Xenoph. L. VIII. p. 233. Dan. I. 21. coll. X. 1.

CAPUT X.

De postremis Ægypti *Regibus, ab anno circiter Per. Jul.* 3960 *ad* 4188.

A. 3960. Per. Jul. ad 4188. A. Christ. 754. ad 526.

§. 1.

OMissis antiquioribus *Ægypti* Regibus, quorum res dubiæ sunt & fabulis adspersæ, eos tantum conmemoremus, de quibus certius constat. Ergo post *Sabaconem Æthiopem* [a] regnum adeptus est *Sethon Vulcani* sacerdos [b], qui *Sous* in Sacris dicitur [c], & bello cum *Sennacheribo Arabum, Assyriorum*que Rege inclaruit [d]. Sabaco & Sethon.

§. 2. Post *Sethonem* rebus turbatis duodecim viri Principes, regione in totidem partes divisa, regnarunt annos 15 [e]. Donec dissensione ex æmulatione orta, *Psammetichus*, qui primus *Ægyptum* exteris ad mercaturam aperuerat, *Græcorum* auxiliis, reliquis eiectis, solus regnavit annos 54 [f]. Ex quibus undetriginta in *Azoti* obsidione consumsit [g]. Initium illius cadit in annum ante *Christum* 671, Olympiadis 27 primum, Per. *Jul.* 4043. Psammetichus.

§. 3. Post hunc filius eius *Necos* præfuit, quem *Syros* ad *Magdolum* acie vicisse auctor est *Herodotus*. Idem *Assyrios* vicit ad *Euphratem*, sed clade ab *Nebucadnezare* accepta intra antiquos *Ægypti* limites redactus est, ac post annos sedecim mortuus est [h]. Necos.

§. 4. Quando regnum accepit *Psammis* eius filius; quem ab *Æthiopica* expeditione redeuntem post annos sex excepit filius *Apries* [i], qui ab *Jeremia* [k] *Pharao Hophra* vocatur, Rex potentissimus [l], in quo finitimæ gentes præcipuam spem contra invalescentem *Babyloniorum* potentiam ponebant [m]: sed tandem & ipse, cum regnasset annos 25, a *Nebucadnezare* victus, cæsusque est [n], anno *Per. Jul.* Psammis & Apries.

a Herodot. II. c. 137. Diod. L. I. p. 41. C. *b* Herodot. II. 141. *c* 2 Reg. XVII. 4. *d* Herodot. l. d. *e* Diod. Sic. I. p. 42. B. *f* Diod. Sic. I. p. 42. 43. *g* Herodot. II. c. 157. *h* Herod. L. II. c. 159. & Supra C. III. *i* Herodot. II. c. 160. 161. *k* Jerem. XLIV. 30. *l* Diod. L. I. p. 43. C. Herodot. II. cap. 161. 169. *m* Ezech. XVII. 15. *n* Perizon. Orig. Ægypt. Cap. XXIV. Ezech. XXIX. 3—5. XXXII. 2—4. Jer. XLIV. 30.

A. 3960. Per. Jul. ad 4183. A. Christ. 754. ad 526. Amasis.

Jul. 4144, a quo tempore *Ægyptus*, miserrimum, in modum pervastata, 40 annis neglecta iacuit[a].

§. 5. Ita tamen ut interea temporis *Amasis*, plebeio genere ortus, & propterea suis initio contemptus[b], regioni præesset, donec sensim, recuperatis viribus, *Ægyptii*, hoc ipso duce, post mortem *Cyri* rebellionem sunt moliti. Ut adpareat *Ægyptiorum* sacerdotes ex veteri contra *Babylonios* æmulatione falsa omnia *Herodoto*[c] narrasse de felicissimo statu rerum *Ægyptiacarum* regnante *Amasi*: quem denique mortuum constat sex circiter mensibus ante quam *Cambyses* in *Ægyptum* inrueret[d]: de quo L. III. c. 1. §. 1. dicetur.

CAPUT XI.

De postremis Medorum *Regibus* & Cyro *maiore ab anno Per. Jul.* 4120 *ad* 4185.

§. 1.

Astyages.

POst *Cyaxarem*[e] *Medis* imperavit eius filius *Astyages* annis 35[f]. Huius ex *Mandane* filia nepos *Cyrus* fuit, de cuius initiis & bello contra avum gesto multa prodigiosa tradit *Herodotus*[g], sed *Xenophontem* audire satius: quocum consentit *Diodorus*[h], qui eum a patre regie institutum formatumque refert. Ut *Astyages* quidem, quantum constat, satis pacato usus fuerit imperio, donec postremis vitæ annis, a *Nebucadnezare* victus[i], regnum aliquamdiu pro more Orientalium clientelare tenuit. Cuius tamen memoria apud exteros scriptores oblitterata.

Cyaxares II.

§. 2. Idque, eo facilius, quia, qui ei in regno *Medorum* successit, filius *Cyaxares*, eius nominis secundus, statim sub initium imperii, *Babyloniorum* rebus cæde *Evilmerodachi* perturbatis, *Babyloniorum* iugum non tantum excussit[k], sed & *Cyro* duce, *Babylonios* ipsos subegit.

§. 3.

a Ezech. XXIX. 11. XXX—XXXII. Jer. XLIII. 10—13. *b* Herodot. L. II. c. 172. *c* Herodot. II. c. 172—182. *d* Herodot. III. c. 10. *e* De quo C. IX. §. 3. *f* Herodot. I. c. 130. *g* Herodot. L. I. c. 107—127. *h* In Excerp. Valef. p. 236. *i* Jer. XXV. 25. *k* Dan. X. 13.

§. 3. Convenit initium *Cyri*, qui 30 annis in *Perside* regnavit[a], in annum primum Olymp. 55[b]. U. C. 195. Periodi *Julianæ* 4155. *Cyrus* igitur ab avunculo *Cyaxare* summæ rei præfectus, quarto anno belli magno prælio victor, non tantum *Crœsum*, qui *Babyloniis* aderat, fugavit; sed & *Neriglissoroorum Babyloniorum*[c] Regem in prælio obtruncavit: mox *Hyrcanis* in fidem receptis[d], *Gobrya* atque *Gadate* in partes transeuntibus[e], accessione virium fortior in interiora penetrans, conciliato sibi *Abradate Susianæ* præfecto[f], *Susis Persarum* regiam constituit[g]: quod ad annum quartum vel quintum *Belsasaris* referre licet: constat enim tertio *Belsasaris* anno, cum *Danieli* aries bicornis, omnia proturbans conspiciendus dabatur, *Susas* adhuc in *Babyloniorum* manu fuisse[h].

A. 4120. Per. Jul. ad 4185. A. Christ. 594. ad 529.

Cyrus bellum suscipit contra Babylonios.

§. 4. Sede vero regni *Susis* posita, in dies magis magisque convalescentes *Medi* & *Persæ*, aries ille bicornis *Danieli* visus, adeo *Babylonios* acciderunt, ut suis diffisi viribus iterum *Crœsum Lydorum* Regem in auxilium vocare coacti fuerint[i]. Qui tamen & ipse alienæ cladis accessio factus, uno alteroque prælio victus, *Sardibus* captis in *Cyri* potestatem venit[k], honesteque habitus est[l]: nam quod de *Crœso* a victore *Cyro* ad rogum damnato, & ægre, inclamato *Solonis* nomine, liberato vulgo referunt[m], fabulam sapit, nec temporis rationibus convenit. *Lydorum* illa clades anno ultimo *Olympiadis* 58, Per. *Jul.* 4170 evenisse videtur[n]. Paulloque post iterum rebellantes *Lydi*, a *Mazare* in ordinem redacti, armis atque equis ademtis, cauponias ludicrasque artes exercere jussi sunt[o].

Crœsum vincit.

a Cic. I. de Divin. c. 23. *b* Euseb. L. X. Præpar. Euang. Petav. Doctr. Temp. L. X. c. 15. Ration. P. II. L. III. c. 8. *c* Xenoph. L. I. p. 22. II. p. 38. III. 78. 85—87. IV. 87—89. Ptolem. in Canone. *d* Xenoph. L. IV. p. 91. 92. *e* Xenoph. L. IV. p. 112. 113. 123. V. p. 127. *f* Xenoph. L. V. p. 152—157. *g* Æschylus in Persis. vs. 556. Strabo L. XV. p. 1058. *h* Dan. VIII. 1. 2. *i* Herodot. I. 28. Xenoph. VI. p. 158. VII. 183. *k* Xenoph. VI. p. 163—166. VII. 176—180. Polyæn. Stratag. L. VII. c. 8. Ex. 2. Herodot. I. c. 75—79. *l* Xenoph. VII. p. 181. *m* Herodot. I. c. 86—88. Plut. in Solon. p. 94. *n* Sosicrates apud Diog. Laërt. L. I. 95. *o* Herodot. I. c. 154. 157.

A. 4120. Per. Jul. ad 4185. A. Christ. 594. ad 529. Aſia perdomita. Phocæenſes in Gallia.

§. 5. Inde, *Lydia* ſubacta, maritimæ *Aſiæ* civitates, quas *Iones Æoles*que incolunt, *Harpago* duce anno ſecundo Olymp. 59[a] perdomitæ[b], *Phocæenſes* tamen, barbaricæ metu ſervitutis, rebus omnibus ſuis in naves inpoſitis, ac dira ſibi, ſi unquam redirent inprecati, ad *Corſicam* & *Italiam*, oramque *Gallicam* adpulere: & in hac nobile oppidum, quod *Maſſiliam* vocant, vel condiderunt[c], vel potius novis colonis auxerunt[d].

Babel capta.

§. 6. Interim *Cyrus* circum omnibus pacatis, exercitu in *Babyloniam* tranſportato, caput gentis *Babelem* poſt longam obſidionem cepit[e], anno viceſimo primo poſtquam bellum ſuſceptum fuerat[f]. Ac cæſo in conpotatione *Belſaſare* regnum accepit *Cyaxares*[g], qui *Danieli Darius Medus* dicitur[h], anno *Per. Jul.* 4176.

Cyaxares II. Aſſuerus Eſtheræ.

§. 7. Hic ille eſſe videtur, Rex *Medo-Perſa*[i], qui in libro *Eſtheræ*, communi cum patre nomine[k], *Aſſuerus* vocatur, & *Judæis Suſis*, urbe regia, totoque regno *Hamanis* odio extremum laborantibus ſaluti fuit, ac *Mordochæum Judæum* in pretio habuit. Id quod *Mordochæi*, ipſiusque reginæ *Eſtheræ* ætas, & ſtatus captivus *Judæorum* per *Medos* & *Perſas* ſparſorum perſuadent.

Cyrus Judæis æquus.

§. 8. Quemadmodum non ita diu poſt *Cyrus*, avunculo *Dario Medo* anno Per. *Jul.* 4178 in imperio ſuccedens, ſtatim primo anno imperii *Babylonici*, *Judæis*, ut ſupra[l] vidimus, in patriam redeundi poteſtatem fecit.

Imperat magna gloria.

§. 9. Poſt hæc *Cyrus* toti imperans *Aſiæ*, ſuis gratus & acceptus, pacem & otium ſubditis præſtitit[m]. Nam, quæ *Herodotus*[n] de ipſius contra *Maſſagetas* expeditione habet, fabulam redolent, maioreque fide nititur, *Cyrum*, poſt ſeptem annorum imperium[o], ſuo fato functum, *Paſargade* in *Perſide* ſepul-

a Euſeb. Chron. b Herodot. L. I. c. 141. 169. Xenoph. VII. p. 187. c Herodot. L. I. c. 163—169. d Athenæus XIII. c. 5. Harpocration v. Μασσαλια. e Herodot. I. c. 177. 188—191. Xenoph. VII. p. 188——190. f Dan. X. 13. g Xenoph. VIII. p. 227. h Dan. IV. 1. IX. 1. Joſeph. Antiq. L. X. c. 11. §. 4. i Eſth. X. vſ. 2. k Dan. IX. 1. l C. III. §. 10. m Æſchylus in Perſis vſ. 707 —714. n Herodot. L. I. c. 201—214. o Xenoph. VIII. p. 233.

pultum esse[a], anno Æræ *Nabonassari* 218, Periodi *Julianæ* 4184.

A. 3955. Per. Jul. ad 4186. A. Christ. 759. ad 528.

CAPUT XII.

De his quæ ab Olympiade quinta ad Cyri *mortem sparsim historiis prodita sunt; & de viris eruditione præstantibus ætatis illius, ab anno Per. Jul.* 3955 *ad* 4186.

§. 1.

Naxus & Syracusæ conditæ.

GRæcorum primi *Chalcidenses* ex *Eubœa* navigantes, *Thucle* coloniæ duce, *Naxum* condiderunt[b]. Insequenti anno *Archias Corinthius*, e stirpe *Bacchiadarum*, propter admissum facinus in *Actæonem*, *Melissi* filium, *Corintho* profectus, *Syracusas* condidit[c]: & quatuor expugnatis oppidis, *Achradine*, *Neapoli*, *Epipolis*, *Tyche*, unam ex omnibus urbem instituit[d], ad quam & *Ortygia*, quæ hactenus insula fuerat, accessit[e]. Id in marmore *Arundeliano* [f] ad annum XXI Archontis *Æschyli* refertur, qui est secundum *Eusebium* in Chronico tertius Olympiadis quintæ. Quamvis *Syracusarum* conditum *Eusebius*, a *Pontaco* editus, adsignet anno quarto nonæ Olympiadis. Editio *Scaligeri* in quartum annum undecimæ reiiciat.

§. 2. Circa idem tempus *Spartani* duas in *Italiam* colonias duxerunt; *Myscellus* enim, qui una cum *Archia Delphos* oraculum consultum venerat, *Crotonem* struxit[g], sub initium belli *Messeniaci* ut scribit *Pausanias*[h]. Croto.

Locros vero *Epizephurios Evanthes* deduxit, non multo post *Crotonem* & *Syracusas* conditas[i]. Locri.

Quemadmodum & *Chersicratem*, qui cum *Archia Corintho* profectus erat, colonos in *Corcyram* insulam duxisse *Strabo*[k] adtestatur. Corcyra.

 §. 3.

a Strab. XV. p. 730. Plut. Alex. p. 703. Curt. X. 1. Arrian. L. VI. p. 271. *b* Thucyd. L. VI. c. 3. Strab. L. VI. p. 267. Marcianus Periegesi vs. 275. *c* Thucyd. l. d. Strab. L. VI. p. 269. 270. Diodor. in Excerpt. Vales. p. 229. Plut. Amator. p. 772. *d* Schol. Pindari ad odam 2 Pythion. *e* Strab. l. d. *f* Mar. Arund. ep. 32. *g* Strab. L. VI. p. 262. 269. *h* Paus. L. III. c. 3. *i* Strab. L. VI. p. 259. Paus. III. 3. *k* Strab. L. VI. p. 269. Thucyd. I. c. 25.

A. 3955. Per. Jul. ad 4186. A. Chriſt. 759. ad 528. Leontium & Catana. Tarentus.

§. 3. Quinto etiam anno poſt *Syracuſas* conditas, *Naxo* profecti *Thucles* & *Chalcidenſes*, *Leontinos*, eiectis bello *Siculis*, condiderunt, & poſt ipſos *Catanam* [a].

§. 4. Nec ita diu poſt *Partheniæ*, anno, ut *Strabo* [b] auctor eſt, belli *Meſſeniaci* decimo, promiſcuo iuvenum concubitu ſuſcepti, annos ſecundum *Juſtinum* [c] nati triginta, ad ſedes novas quærendas ablegati, duce *Phalanto* in *Italiam* navigantes, *Tarentum* condiderunt [d]. Cœpit bellum *Meſſeniacum* anno ſecundo Olympiadis nonæ, ita *Partheniorum* migratio poſt annos 40 confertur in annum ſecundum Olympiadis decimæ nonæ. *Per. Jul.* 4011.

Chalcedon & Byzantium.

§. 5. Deinde & *Chalcedon* a *Megarenſibus* extructa eſt [e], quod *Euſebius* a *Pontaco* editus refert ad annum quartum Olymp. 22, *Scaligeri* vero ad ſecundum 26.

Byzantium vero e regione *Chalcedonis* eſt commodiore loco ſtructum [f] anno tertio Olympiadis triceſimæ [g], annis 17 poſt *Chalcedonem* [h].

Epidamnus & Cyrene.

§. 6. Olympiade 39, anno ante *Chriſtum* 624, *Epidamnus* a *Corcyræis* eſt condita [i].

Nec multo poſt Olympiade 41 *Battus Cyrenen* ſtatuit in *Libya* [k].

Draco.

§. 7. *Athenis* ſub Olympiadem 39 *Draco* leges edidit [l], quas ϑεσμοὺς vocarunt [m], admodum aſperas, quas propterea *Demades* ſanguine potius quam atramento ſcriptas aiebat. Has, præterquam quæ de ſicariis erant, poſtea *Solon* abrogavit [n].

Piaculum Cylonium, & Solon.

§. 8. Eadem civitas aliquamdiu ante, quam *Solon* anno tertio Olymp. 46 Archon fieret [o], *Cylonio* piaculo graviter concuſſa fuit [p]. *Cylone* enim eiusque ſociis,

a Thucyd. L. VI. c. 3. *b* Strab. L. VI. p. 279. *c* L. III. c. 4. *d* Strab. L. VI. p. 280. Pauſ. L. X. c. 10. Ariſtot. Polit. L. V. c. 7. *e* Strab. XII. p. 563. Mela I. 19. *f* Strab. VII. p. 320. Tacit. Ann. XII. 63. *g* Euſeb. Chron. Scal. *h* Herodot. IV. c. 144. *i* Thucid. I. c. 24. Strab. VII. p. 316. Euſeb. Pontaci. *k* Solin. c. 30. Strab. XVII. p. 837. Juſtin. XIII. c. 7. *l* Suidas v. δράκων. Clem. Alex. Strom. I. *m* Æl. Var. Hiſt. L. VIII. c. 10. *n* Plut. Solon. p. 88. Pauſ. V. 11. *o* Soſicr. apud Diog. Laërt. in Solon. L. I. c. 62. Clem. Strom. I. c. 14. Cyrill. contra Julian. I. p. 12. *p* Plut. Solon. p. 84. A.

A. 3955. Per. Jul. ad 4186. A. Christ. 759. ad 528.

ſociis, qui arcem & dominatum circa Olympiadem 43 occupare conati fuerant, contra fidem datam cæſis, cædis auctores & eorum poſteri pro ſacrilegis & piacularibus habiti fuerunt, ac poſtea ex urbe proſcripti[a]: urbs ab *Epimenide Cretenſi* anno 3 Olymp. 44 expiata[b], ac tandem *Solonis* prudentia pacata[c].

Cypſelus, Periander & Arion.

§. 9. Ut iſtorum de occupando patriæ dominatu conſilia fortuna deſtituit, ita conplures ea ipſa ætate, quaſi ex conpacto, idem adgreſſi, quod volebant, adepti ſunt. *Bacchiadis*, qua cæſis qua pulſis; *Cypſelus Eëtionis* filius *Corinthi* tyrannidem occupavit anno *Per. Jul.* 4055 tenuitque annis 30[d]; cui ſucceſſit filius *Periander*, qui annos quatuor & quadraginta dominatum exercuit, ac deceſſit anno quarto Olympiadis 48[e], ante *Chriſtum* 585. Celebris in primis ſive eruditione[f], ſive lite cum filio *Lycophrone*, quem cæde matris irritatum nulla ratione placare potuit[g]. Coluit hunc *Arion Methymnæus* fidicen, quem ex *Italia* redeuntem & a nautis in mare coactum ſe proiicere, a delphino revectum ferunt[h].

Thraſybulus.

§. 10. Fuit & *Thraſybulus Mileti* tyrannus, *Periandro* iunctus amicitia, qui bellum geſſit cum *Alyatte Sardium* Rege[i].

Phalaris.

§. 11. Non multo poſt *Periandri* obitum, hoc eſt circa Olympiadem 54[k], *Phalaris Agrigenti* in *Sicilia* callida arte[l] tyrannidem adripuit, quam per ſummam deinceps inmanitatem annis ſedecim exercuit[m].

Piſiſtratus.

§. 12. Æqualis huius fuit *Piſiſtratus*, qui *Athenas* primum occupavit anno quarto Olymp. 54[n]. Sed

a Herodot. V. c. 71. Plut. l. d. Pauſ. VII. c. 25. Thucyd. L. I. c. 126. Schol. Ariſtoph. Equit. vſ. 443. *b* Suid. v. Ἐπιμενίδης. Meurſ. in Solon. c. 9. *c* Plut. Solon. p. 84. 85. *d* Herodot. V. 92. Æl. Var. Hiſt. I. c. 19. Pauſ. II. 4. Polyæn. V. c. 31. *e* Soſicrates apud Diog. Laërt. L. I. c. 95. Ariſtoteles Polit. V. c. 12. *f* Bruk. P. II. L. I. c. 2. §. 9. *g* Herodot. III. c. 49—53. V. 92. Diog. Laërt. I. c. 94. 95. *h* Herodot. I. 23. 24. Æl. Hiſt. Anim. XII. c. 45. Suid. v. Ἀρίων. Gell. XVI. 19. *i* Herodot. I. c. 17—22. V. 92. Ariſtot. Polit. V. c. 10. 12. *k* Euſeb. in Chron. Dodwel. Exercit. de ætate Phalaridis ſect. 14. & 19. *l* Polyænus L. V. c. 1. *m* Euſeb. Chron. Val. Max. L. IX. c. 2. ex. 9. L. III. C. 3. ex 2. *n* Marm. Arundel. Epoch. 41. Perizon. ad Æl. Var. III. c. 21. Herodot. I. 59. Plut. Solon. p. 95. Polyæn. I. 21.

A. 3995. Per. Jul. ad 4186. A. Christ. 759. ad 528.

Sed paullo poſt *Megaclis* factione pulſus, anno quinto pactione nuptiarum per ſubornatam *Minervæ* ſpecie feminam in arcem introductus eſt. [a] Unde *Megaclis* conſpiratione rurſus eiectus undecimo demum anno recuperavit imperium [b], quod tenuit a primo principio annis 33, ſed ita ut ſedecim ex iis in exſilio fuerit [c]. Obiit ſucceſſore *Hippia* filio relicto, circa annum primum Olympiadis 63. Filii enim poſt ipſum regnarunt annis 18 [d]. & pulſi ſunt annis 20 ante pugnam *Marathoniam* [e].

Megacles. §. 13. Porro *Megacles* iſte *Alcmæonem* filium habuit, qui ab *Crœſo* locupletatus eſt, & cognominem patri filium genuit *Megaclem*, qui *Smyndyridi Sybaritæ* antelatus *Cliſthenis Sycionyorum* principis filiam *Agariſtam* duxit [f].

Archilochus, §. 14. Exſtiterunt illa ætate ingenii atque ſapientiæ laude inclyti: ex poëtis quidem *Archilochus Gygi* æqualis [g] & *Romulo* [h], qui ad Olympiadem 23 vixit [i] pugnacis *Jambi* auctor [k].

Alcman, *Alcman*, qui & *Alcmæon* dicitur, *Sardibus* ortus tempore *Ardyes*, *Spartæ* vixit Olympiade 27 [l], *Amatoria* carmina condidit [m].

Steſichorus, *Steſichorus*, qui naſcitur Olymp. 37 & moritur Olymp. 57. ait *Suidas*, *Bucolicorum* auctor [n].

Alcæus, *Alcæus Mitylenæus*, qui cum *Pittaco* graves inimicitias exercuit [o].

Sappho, Huic æqualis *Sappho* fuit circa Olymp. 44 [p], vixit ſub *Alyatte Crœſi* patre [q].

Theognis, *Theognis Megaris Atticis* oriundus, floruit Olympiade 58 [r].

Hipponax. *Hipponax Epheſius* mordacium ſcriptor Jamborum, quem *Plinius* [ſ] Olymp. 60 exſtitiſſe ait, alii anti-

a Herodot. I. 60. Meurſ. Piſiſtr. c. 4. *b* Herodot. I. 61—64. Polyæn. l. d. *c* Ariſtot. Polit. V. c. 12. *d* Ariſtot. l. d. *e* Thucyd. VI. c. 59. *f* Herodot. VI. c. 125—131. Æl. V. H. XII. 24. Diod. in Excerp. Valeſ. p. 230. *g* Herodot. I. 12. *h* Cic. Tuſc. I. c. 1. *i* Cyrill. contra Julian. I. p. 12. Tatian. Orat. in Græc. c. 29. *k* Clem. Strom. I. p. 365. coll. Ariſtot. de Poëtica c. 4. *l* Suid. v. Ἀλκμὰν. Perizon. ad Æl. XII. 50. n. 6. *m* Athen. L. XIII. p. 600. *n* Æl. V. H. X. 12. Dodwel. Exerc. de Phalar. Ætat. §. 23. *o* Strab. L. XIII. p. 617. Val. Max. IV. c. 1. *p* Strab. l. d. Euſeb. Chron. Olymp. 44. Marm. Arund. ep. 37. *q* Athenæus L. XIII. c. 8. p. 599. *r* Euſeb. Chron. Cyrill. contra Julian. I. p. 13. *ſ* Plin. XXXVI. c. 5.

antiquiorem faciunt[a], sed *Plinii* sententiam confirmat *Proclus* apud *Photium*[b], qui eum adhuc *Darii* temporibus floruisse confirmat. A. 3955. Per. Jul. ad 4186.

§. 15. In Philosophia porro claruerunt inprimis illi septem, qui *Sapientes* dicti sunt. Quibus ex aureo tripode, in orbem misso, maior accessit gloria[c]. Hos ex *Protagora Plato*, ex eoque *Pausanias*[d] ita recenset. A. Christ. 759. ad 528. Septem. Sapientes.

Primus fuit *Thales Milesius*, philosophorum princeps, a quo secta *Ionica* originem ducit[e], natus anno primo Olympiadis 35[f]. Obiit Olympiade 58, postquam in expeditione contra *Cyrum Crœso* adfuit[g]. Quare non 70 vel 90, ut *Diogenes* dicit, sed annos admodum 93 vixit, siquidem anno primo Olymp. LVIII, dum ludos spectat Olympicos æstu & siti confectus obiit[h]. Thales.

Secundus *Bias Prienensis*, qui eadem ætate vixit sub *Alyatte* & *Crœso*[i]. Bias.

Tertius *Pittacus Mitylenæus*, natus Olymp. 32[k], *Melanchrum Mitylenæorum* tyrannum *Lesbo* expulit Olymp. 42[l]. Ipse decem annos tyrannidem tenuit, ac decem alios privatus vixit; mortuus anno tertio Olymp. 52, Archonte *Aristomene*[m]. Pittacus.

Quartus *Cleobulus Lindius*, æqualis *Solonis*[n]. Cleobulus

Quintus *Solon Athenienfis*, qui anno tertio Olymp. 46 Prætor *Athenis* fuit, & eorum rempub. ordinavit & conposuit[o]. Mortuus est Archonte *Hegestrato*, anno post quam *Pisistratus Athenis* tyrannidem occupaverat[p]: quod anno quarto Olymp. 54 factum docet Marmor *Arundelianum*[q]. Solon.

L Sex-

[a] Cyrill. contra Julian. I. p. 12. Athen. L. XIII. p. 599. [b] Phot. Bibl. p. 983. & Marm. Arund. ep. 43. [c] Plut. Solon. p. 80. Val. Max. IV. c. 1. Diog. Laërt. in Thalete L. I. c. 28. paulo aliter Diod. Excerp. Valef. p. 237. [d] Pauf. L. X. c. 24. [e] Apuleius Florid. IV. p. 368. edit. Scriver. Cic. de Nat. Deor. L. I. c. 10. Plutarch. de placit. Phil. L. I. c. 3. [f] Diog. Laërt. L. I. fect. 37. Cyrill. contra Julian. I. p. 12. [g] Herodot. I. c. 75. Eustath. ad Dionyf. Perieg. vf. 784. [h] Diog. Laërt. L. I. fect. 38. coll. Pauf. L. X. c. 5. p. 811. [i] Diog. Laërt. I. c. 82. Herodot. I. 27. [k] Auctor Anagraphes Olympiadum & Suidas. [l] Suid. Laërt. I. c. 74. [m] Diog. Laërt. I. c. 75. 79. [n] Diog. Laërt. I. c. 93. [o] Diog. Laërt. I. c. 62. Clem. Strom. I. c. 14. p. 354. Cyrill. contra Julian. I. p. 12. Plut. Solon. p. 85. [p] Plut. Solon. p. 87. A. Æl. Var. H. VIII. c. 16. [q] Marm. Epoch. 41.

A. 5955. Per. Jul. ad 4186. A. Christ. 759. ad 528. Chilo. Myson.

Sextus *Chilo Lacedæmonius*, jam fenex Ephorus apud *Spartanos* fuit Olympiade 56[a].

Septimus *Myson Chenensis*, quem *Plato* pro *Periandro* adscribit[b], æqualis *Anacharsis*[c].

Alii aut *Periandrum* aut *Anacharsin*, quem *Crœsi* ætate vixisse[d] constat, septem Sapientibus adscribunt.

Æsopus.

§. 16. *Æsopus* quoque fabularum scriptor sæculo illo floruit Olympiade 52[e]: & *Delphis* necatus est Olymp. 54[f].

Epimenides.

Epimenides Cretensis, quem anno tertio Olymp. 44 *Athenas* a piaculo *Cylonio* expiasse vidimus. Dicitur annos 50 vel 57 in spelunca dormivisse, ac vixisse 154, vel 157 vel 298[g].

Anaximander.

Anaximander Milesius anno secundo Olympiadis 58[h] natus erat annos 64, ac paullo post obiit.

Anaximenes.

Anaximenes Milesius, *Anaximandri* discipulus[i], mortuus dicitur Olympiade 63[k], quod tamen male conciliatur cum eo, quod consensu traditur *Anaxagoram*, qui anno primo Olymp. LXX natus est[l], eius auditorem & in schola successorem fuisse: probabilius igitur videtur *Anaximenem* Olymp. LIII natum: circa Olymp. LXXVI mortuum esse[m].

Xenophanes.

Xenophanes Colophonius de cuius ætate dubia quæstio, probabilior *Eusebii* sententia: qui ipsum Olympiade LVI natum scribit[n], admodum longævus fuit[o].

Pherecydes.

Pherecydes Syrius ex insula *Syro* una *Cycladum*[p] natus Olymp. 45[q], magister *Pythagoræ*[r].

L I-

[a] Diog. Laërt. I. c. 68. coll. 72. [b] Pauf. X. c. 24. [c] Diog. Laërt. I. c. 106. [d] Diog. Laërt. I. c. 105. [e] Diog. Laërt. I. c. 72. [f] Euseb. in Chron. Schol. Aristoph. Vesp. vs. 1437. [g] Diog. Laërt. I. c. 110. Plut. an seni Resp. gerenda T. II. p. 784. [h] Diog. Laërt. L. II. c. 2. [i] Cic. IV. Acad. c. 37. Diog. Laërt. II. c. 3. [k] Diog. Laërt. l. d. [l] Diog. Laërt. II. c. 7. [m] Vid. Bruker. Hist. Philos. P. II. L. II. c. 1. p. 488. & 498. [n] V. Bruk. Hist. Phil. P. II. L. II. c. 11. §. 2. [o] Vid. Menag. ad Diog. Laërt. IX. c. 18—20. [p] Strab. X. p. 487. [q] Anonymus in Descript. Olympiadum. [r] Clem. Strom. I. p. 300.

LIBER TERTIUS

Annos continens 265, ab anno Periodi *Julianæ* 4185 *ad* 4450, sive ab initio *Cambysis* ab bellum *Punicum* primum.

CAPUT I.

A. 4185. Per. Jul. ad 4228. A. Christ. 529. ad 486.

De iis quæ sub Cambyse, Smerdi, *&* Dario *gesta sunt ab anno Per. Jul.* 4185 *ad* 4228.

§. 1.

Caussa belli Ægyptiaci.

C*Ambyses* anno 3 Olymp. 62, U. C. 225, ante *Christum* 529 regnare orsus in *Perside*, quinto anno, ut in *Chronico* scribit *Eusebius*, invadit *Ægyptum*. Caussam belli fuisse tradunt *Nitetin Apriæ* filiam, quæ sive *Cambysi*, ut *Herodotus* [a], sive *Cyro*, ut *Polyænus* [b], pro *Amasidis* filia ad coniugium missa, *Cambysem* ad vindictam patris sui exstimulaverit: sed quamvis forte *Cyrus Apriæ* filiam in matrimonio habuerit, iustiorem tamen bello caussam dedit *Ægyptiorum* defectio, qui, exactis 40 annis desolationis *Ægypti*, occasione mortis *Cyri* ad libertatem adspirarunt.

Bella a Cambyse gesta.

§. 2. Antequam in *Ægyptum Cambyses* proficisceretur, *Amasis* obierat, eique ante sex menses *Psammenitus* filius successerat [c], qui a *Cambyse* captus, necatusque est [d]. Subacta *Ægypto Libyes*, *Cyrenæi* & *Barcæi* deditionem fecerunt [e]. Sequenti anno contra *Æthiopas* exercitum ducens, ob commeatus inopiam, multis amissis, incepto destitit [f]. Dum alter exercitus 50 millium ad *Ammonios* diripiendos missus arenarum molibus obrutus periit [g]. Reversus in *Ægyptum* multa ibi crudeliter & inpie fecit [h]. Regnique anno septimo *Smerdin* fratrem per *Prexaspem* interfici curavit, sæviens in alios [i].

 §. 3.

a Herodot. III. 1. 2. *b* Polyæn. L. VIII. c. 29. Athen. L. XIII. p. 560 utramque sententiam proponit. *c* Herodot. III. c. 14. *d* Herodot. III. 15. *e* Herodot. III. c. 13. *f* Herodot. III. 17. 25. *g* Herodot. III. 25. 26. *h* Herodot. III. 27–29. 37. 38. *i* Herodot. III. 30–35.

A. 4185. Per. Jul. ad 4228. A. Christ. 529. ad 486.

§. 3. *Crœsum* porro amice, quæ officii erant, admonentem ad necem duci iubet. Sed *Persæ* clam eum subduxerunt, quo cognito, *Cambyses*, de illius salute gavisus, conservatores eius capitali adfecit supplicio [a].

Croeso necem molitur. Mors Cambysis.

§. 4. Ineunte vero anno regni sui octavo in *Persidem* reversurus *Ecbatanis Syriæ* obviam habuit caduceatorem nunciantem, *Smerdin* regnare [b], quem cum ulcisci cupit, in equum insiliens, exeunte e vagina gladio, in femore læsus [c], obiit, cum regnasset septem annos & menses quinque, nulla unquam prole suscepta [d].

Polycrates.

§. 5. Ægrotante *Cambyse* [e], *Polycratem Samiorum* tyrannum, ad id tempus felicissimum, & maris imperium tenentem, per fraudem necavit, atque in crucem egit *Orœtes Sardium* præfectus [f].

Magus imperium occupat.

§. 6. Per idem tempus, ante *Cambysis* obitum, *Magus* quidam *Smerdi* simillimus, eius sibi personam inposuit, ac, defuncto *Cambyse*, regnum mensibus septem tenuit, aliis facilis [g], in *Judæos* iniquus [h].

Darius tributa describit.

§. 7. Quo a septem principibus occiso [i], unus ex horum numero *Darius Hystaspis* filius, *Oebaris* stratoris sui opera & equi hinnitu regnum est adeptus [k], annum agens 28 [l], anno Per. *Jul.* 4193 [m]. Is *Orœtem* paullo post interfecit [n]. *Intaphernem*, unum de sex adiutoribus suis, cum omni familia sustulit [o]. Tributa certum ad modum redegit [p]. Horum summa ex *Asia* & *Ægypto* talentûm *Euboicorum* fuit 14560 [q]. Talentum habet sex mille denarios [r]. Itaque summa omnis erit more *Romano* ter millies, quadringenties nonagies quater sestertium, & quadraginta sestertia. Ære nostro florenorum 26208000.

§. 8.

[a] Herodot. III. c. 36. [b] Herodot. III. c. 62. [c] Herod. III. c. 64. [d] Herod. III. c. 66. [e] Herod. III. c. 120. [f] Herodot. III. 39. & seq. 120—125. Polyæn. I. 23. Cic. V. de Fin. 9. [g] Herodot. L. III. c. 61. 67. [h] Ezr. IV. 7—24. [i] Herodot. L. III. c. 68—79. Justin. I. c. 9. [k] Herodot. L. III. c. 80—88. Just. L. c. 9. Polyæn. VII. c. 10. [l] Herodot. I. c. 209. [m] V. Alph. Addend. ad Dan. P. III. c. 2. [n] Herodot. III. c. 126—128. [o] Herodot. III. c. 118. 119. [p] Herodot. III. 89. Polyæn. VII. c. 10. n. 3. [q] Herodot. L. III. c. 95. [r] Plin. XXXV. 11. Liv. XXXIV. 50. Cic. pro Rabir. c. 8.

§. 8. Idem *Judæis* templi instaurandi potestatem fecit, opusque perfectum est anno sexto Regis *Darii* [a]. *Sylosonti*, *Polycratis* fratri, patriæ suæ, *Sami* insulæ principatum dedit [b]. Eo tempore, quo *Babylon* defecit [c], quam 20 mensibus obsessam per *Zopyrum*, egregiæ fidei principem obtinuit [d], circa annum primum Olympiadis 66 Per. *Jul.* 4198.

A. 4185. Per. Jul. ad 4228. A. Christ. 529. ad 486. Judæis & Sylosonti favet: Babylonem occupat.

§. 9. Duplex ab eo insignis expeditio facta. Prior contra *Scythas*, contra *Græcos* altera. In priori, quæ circa nonum regni eius annum suscepta videtur, & *Bosporum* & *Danubium* ponte iunxit. *Scythas* per loca deserta fugientes, ultra *Tanaim* nullo fructu persecutus, omnium rerum inopiam metuens, amissis octoginta millibus hominum trepidus refugit, & per pontem, *Histiæi Milesii* opera in *Danubio* servatum, ægre evasit [e]. *Megabazo* cum 80 millibus in *Thracia* relicto [f]. Hic *Perintho* capta per *Thraciam* victricia arma circumtulit, maritimamque oram pacavit. *Pæones* victos in *Asiam* misit [g]. *Macedones* aquam & terram Regi dare coëgit, quo tempore tamen *Alexander*, *Amyntæ Macedonum* Regis filius, *Persarum* principes quosdam, petulantius in convivio domi suæ lascivientes, occidit [h].

Scythis infaustum bellum infert.

§. 10. Alterum contra *Græcos*, *Persis* funestum bellum haud ita gravibus de caussis ortum. *Darius* in *Persidem* rediens, *Histiæum Mileti* tyrannum secum per honoris speciem abduxerat invitum [i]. Qui *Aristagoram* generum suum civitati suo loco præfecit [k]. Hic quod promissa de *Naxo*, *Persis* vindicanda, præstare non potuerat, malum metuens, & ab *Histiæo* occulte monitus, defectionem moliens [l], *Milesiis* libertate restituta, ac tyrannis, quoad potuit, ubique sublatis, postquam, *Lacedæmoniis* frustra tentatis, viginti ab *Atheniensibus*, quinque ab *Eretriensibus* naves acceperat, aperte deficiens, *Sardes* captas incenderat [m], quod ut Rex cognovit, quotidie se

Caussa belli contra Græcos.

L 3 de

[a] Ezr. VI. 1—15. coll. IV. 5—7. 21. [b] Herodot. III. 139—149. [c] Herodot. III. c. 150. [d] Herodot. III. c. 151—159. Polyæn. VII. 12. Justin. I. 10. [e] Herodot. IV. 1. 83—142. Justin. II. c. 5. Polyæn. L. VII. c. 10. n. 4. [f] Herodot. IV. c. 143. [g] Herodot. V. 1. 2. 10. 14—16. [h] Herodot. V. c. 17—22. [i] Herodot. V. 11. 23—25. [k] Herodot. V. 30. [l] Herodot. V. 30—36. [m] Herodot. V. 37. 38. 51. 99—102.

A. 5185. Per. Jul. ad 4228. A. Christ. 529. ad 486.

de bello *Athenienſibus* inferendo admoneri iubet [a]. Interim duces eius in *Aſia* contra rebellantes *Iones* eorumque ſocios bellum proſpere gerunt, cæſoque *Ariſtagora* [b], captum *Hiſtiæum* in crucem agunt [c], *Miletum* ſexto ab *Ariſtagoræ* defectione anno expugnatam, incendio delent [d]. Atque ita quidem profligatum bellum videbatur; *Athenienſes* enim poſt *Sardes* incenſas plane ſocietate abſtinuerant [e].

Mardonius infecta re redit.

§. 11. Sed ſtimulabat Regis animum ulciſcendorum *Athenienſium* & *Eretrienſium*, eademque opera *Græcos* ſubigendi cupiditas [f], prætextus etiam ex eo ſumebatur, ut *Hippiam Piſiſtrati* filium, *Athenis* eiectum, ac ſibi ſupplicem, in tyrannidem reſtitueret [g].

Miſſus igitur ad rem gerendam *Mardonius* Regis gener, tyrannis ex urbibus *Ioniæ* ſublatis, pro iis popularia imperia inſtituit, *Thaſum* inſulam occupavit, *Thraciam*, *Macedoniam*que pacavit: ſed claſſe ad montem *Athon* tempeſtate iactata, amiſſis viginti hominum millibus infecta re rediit [h]. Poſt hæc legatos *Darius* miſit in *Græciam*, qui terram & aquam Regi peterent, cui cum alii tum *Æginetæ* paruerunt; ſed *Athenienſes* ad ſe miſſos in barathrum abiecerunt [i].

Pugna Marathonia.

§. 12. His commotus *Darius* claſſem prævalidam cum magnis copiis, quamvis de numero varie traditum ſit [k], ducibus *Dati* & *Artapherne* mittit in *Græciam*. Hi primum ad *Eubœam* delati *Eretriam* capiunt [l]. Inde in *Atticam* venientes, copias in campum *Marathonem* deducunt. *Athenienſes* decem contra illos Prætores creant, qui exercitui præeſſent, inter quos erat *Miltiades*; cuius auſpiciis perexigua manu (non enim plures decem millibus habebant, e quibus *Athenienſium* novem millia, *Platæenſium* mille fuerunt,) fuſi ſunt barbari [m]. Centum millia peditum cum equitum millibus decem in aciem pro-

a Herodot. V. c. 105. *b* Herodot. V. c. 108—126. *c* Herodot. VI. 1—5. 26—30. *d* Herodot. VI. c. 18. *e* Herodot. L. V. c. 103. *f* Herodot. VI. 44. *g* Herodot. V. 96. *h* Herodot. VI. c. 43—45. *i* Herodot. VI. 48. 49. VII. 133. *k* Herodot. L. VI. c. 94. 95. Lyſias in epitaphio. Juſtin. II. 9. Corn. Nepos Milt. c. 4. *l* Herodot. VI. 100. 101. 119. *m* Herodot. VI. c. 102. 103. 110. &c. Corn. Nep. Milt. c. 5. Juſtin. II. 9. Pauſ. IV. 25. Plut. Ariſtide p. 321.

produxisse *Datim*, adserit *Cornelius Nepos* [a]. Cæsi in eo prælio *Persarum* 6400: *Athenienses* 192 [b]. Pugnatum est anno 2 Olymp. 72, Periodi *Julianæ* 4223 [c], die *Boëdromionis* 6, ut ait *Plutarchus* [d], hoc est Septembris 29. A. 4185. Per. Jul. ad 4228. A. Christ. 529. ad 486.

§. 13. Post hanc cladem *Darius*, orta liberos inter de successione controversia secundum *Xerxem*, *Atossa* genitum, pronunciat [e]: bellum interim maiori cura contra *Græcos* instruit triennio toto; sed cum quarto anno etiam *Ægyptus* defecisset [f], ipse adhuc in belli adparatu occupatus, altero anno ab *Ægypti* defectione, moritur, cum regnasset annos sex & triginta [g], *Archonte Athenis Aristide* [h], non conpos voti, ut *Ægyptios* & *Athenienses* ulcisceretur [i]. Xerxem successorem designat.

CAPUT II.

De Pisistratidarum *imperio*, Demarato *pulso*, *&* Miltiadis *in* Chersoneso *dominatu: ab anno Per. Jul.* 4186 *ad* 4225.

§. 1.

Post *Pisistratum* eius filii *Athenis* dominati sunt annos 18 [k]. Quamvis enim post annos 14 *Harmodius* & *Aristogiton*, coniuratione inita, tempore *Panathenæorum Hipparchum*, *Hippiæ* fratrem, obtruncaverint; illi tamen oppressi excidere ausis, plerique alii torti & supplicio adfecti, inter quos *Leænæ* meretricis constantia celebratur [l]. Post *Hippias Athenis* tyrannidem tenuit annos tres, & quarto pulsus ad *Darium* confugit, anno vicesimo ante *Marathoniam* pugnam, qua contra patriam pugnans cecidit [m]. Quocirca *Hipparchi* nex contigit anno U. C. 240, tertio Olymp. 66: quo anno *Panathenæa* pentaëterica sacra *Athenis* indici solita, indidem colligitur. Fuit Pisistratidæ Athenis pulsi.

[a] Nep. Milt. c. 5. [b] Herodot. VI. c. 117. [c] Alphen. Addend. ad Dan. P. III. c. 3. [d] Plut. Camil. p. 138. A. [e] Herodot. VII. 2. 3. [f] Herodot. L. VII. c. 1. [g] Herodot. VII. c. 4. [h] Marm. Arund. ep. 63. [i] Herodot. VII. 8. [k] Aristot. Polit. V. c. 12. Perizon. ad Æl. V. H. L. VIII. c. 2. n. 1. [l] Thucyd. L. VI. c. 54—59. Herodot. L. V. c. 55. Æl. V. H. L. XI. c. 8. [m] Thucyd. L. VI. c. 59.

A. 4186. Per. Jul. ad 4225. A. Christ. 528. ad 489.

Fuit autem hic annus ante *Christum* 514. *Hippias* vero anno 2 Olymp. 67 est eiectus, Periodi *Julianæ* 4203.

Cleomenes fugit ad Persas.

§. 2. Quo tempore *Darius* per legatos aquam & terram a *Græcis* civitatibus petebat, *Æginetæ* mandata fecerant, cuius rei cognoscendæ caussa cum *Lacedæmone* venisset Rex *Cleomenes*, a collega suo *Demarato* in crimen adductus, huic ipsi regnum abrogari curavit, subornata *Pythia*, quæ legitimum *Aristonis* filium negaret esse *Demaratum*. Huic Olymp. 72[a] substitutus est *Leotychides*, a quo ille ludibrio perstrictus, ad *Persas* profugit[b].

Miltiades uterque.

§. 3. *Pisistrato Athenis* tyrannidem obtinente *Miltiades Cypseli* filius, nobili genere ortus, & tyrannidis pertæsus, a *Doloncis Thracibus* ex oraculo expetitus, in *Chersonesum Thraciæ* abiit, ibique principatum instituit, *Crœso* regnante, quocum & amicitiam coluit[c]. Is moriens, *Stesagoram* fratris *Cimonis* filium successorem reliquit. Quo a perfuga interfecto, *Pisistratidæ*, ait *Herodotus*, *Miltiadem Cimonis* filium, *Stesagoræ* fratrem, eo submittunt, qui rerum ibi potitus est[d]. In quo *Cornelii Nepotis*[e] animadversione dignus est error, qui priorem *Miltiadem* cum posteriore confudit. Tertio vero postquam venerat anno, *Scythæ*, quos *Darius*, expeditione in eos facta, provocarat, in *Thraciam* inrumpunt. Quos *Miltiades* fugiens *Chersonesum* reliquit, eodemque postmodum a *Thracibus* est restitutus. Iterumque tertio post anno, cum totum illud mare *Persica* classis obtineret, *Athenas* elapsus est. Hæc *Herodotus* [f]. Quæ ut vera sint, necesse est, post *Hipparchi* necem ab *Hippia* solo missum esse *Miltiadem*. Vix enim uno ante *Hippiæ* eiectionem anno *Scythica* suscepta expeditio.

Miltiadis infelix exitus.

§. 4. Domum redux *Miltiades* secundissimo ac gloriosissimo prælio contra *Persas* certavit in campo *Marathonio*. Sed quum ad belli reliquias persequendas cum classe missus, a *Paro* insula, qua rumore falso ingruentis *Persarum* exercitus, qua læsi corporis ægri-

[a] Vid. nota Wesselingi ad Simson. Chron. an. 3510. [b] Herodot. VI. c. 49—51. 61—70. [c] Herodot. VI. 35—37. [d] Herodot. VI. 38. 39. [e] Corn. Nep. in. Milt. c. 1. 2. [f] Herod. VI. c. 40. 41.

ægritudine depulsus, infecta re domum rediisset, iniquis civium suorum suffragiis grandi ære multatus est; cui solvendo cum non esset, in vinculis diem obiit supremum [a]. A. 4186. Per. Jul. ad 4225. A. Christ. 528. ad 489.

CAPUT III.

De quibusdam viris doctis, qui circa illud tempus exstiterunt.

§. 1.

HOc temporis intervallo, quod inde a *Cyro* ad *Xerxis* initium fluxit, plures doctrinæ laude celebres memorantur. Poëtæ quidem *Simonides Ceus* lyricus, quem Olympiade 56 natum, vixisse annos novem & octoginta ad Olympiadem 78 tradunt [b]. *Eusebius* ipsum una cum *Phocylide* Olymp. 61 adscribit, quem *Cyrillus* [c] ad Olymp. 59. refert. Simonides & Phocylides.

§. 2. Tum *Anacreon*, qui *Polycrati Sami* tyranno [d], ut & *Hipparcho Pisistrati* filio percarus fuit [e], floruit secundum *Eusebium* Olymp. 62. Anacreon.

§. 3. *Æschylus Atheniensis*, frater *Cynægiri* illius, qui in pugna *Marathonia* fortissime pugnavit, quocum & *Æschylus* in acie stetit, natus est anno 3 Olymp. 63 [f], insignis tragicus, sed a *Sophocle* victus, abiit in *Siciliam* ad *Hieronem*, ubi mortuus est [g] archonte *Callia*, anno 1 Olymp. 81 [h]. Æschylus.

§. 4. Sed nihil *Pythagora Samio* nobilius ætas illa tulit, de cuius tamen tempore dubia quæstio est [i], vero propior videtur veteris historici *Antilochi* sententia apud *Clementem Alexandrinum* [k], secundum cuius rationes ἡλικία eius repetitur ab anno 2 Olymp. 49: & ita *Diodorus* [l] ipsum maxima sapientiæ laude flo- Pythagoras.

M

[a] Herodot. VI. c. 132—136. Corn. Nep. Milt. c. 7. [b] Schol. Aristoph. Vesp. vs. 1402. & Suidas. Marm. Arund. ep. 73. [c] Cyrill. contra Julian. p. 13. [d] Herodot. III. c. 121. [e] Plato in Hipparcho p. 228. [f] Marmor. Arund. ep. 62. [g] Plut. Cimon. p. 483. F. Pauf. I. c. 2. [h] Schol. Aristoph. Achar. vs. 10. Diod. L. XI. p. 285. C. Marm. Arund. ep. 74. Dodwel. Ann. Thucyd. p. 90. [i] Vid. Clericus Bibl. Selecta T. X. p. 96. Bruk. Hist. Philos. in vita Pythagoræ T. I. p. 994. & seqq. [k] Clem. Strom. I. p. 366. [l] Diod. in Excerpt. Valesf. p. 241.

A. 4160. Per. Jul. ad 4228. A. Christ. 554. ad 486.

floruisse ait Olympiade 61. Etiam, si *Syncello* [a], fides a *Cambyse* ex *Ægypto* captivus in *Persidem* translatus est, quod Olymp. 63 anno 3 evenisse oportet. Post longam peregrinationem domum redux, cum patriam tyrannide oppressam inveniret, *Crotonam* in *Italia* petiit, ibique discipulos conplures habuit, ac *Crotoniatis* leges scripsit [b]: quod *Gellius* [c] *Tarquinio Superbo Romæ* regnante, *Cicero* [d] temporibus iisdem, quibus *L. Brutus* patriam liberavit, factum scribunt. Inde *Pherecyde* magistro suo apud *Delum* gravissime ægrotante *Delum* adiit, & postquam magistro iusta persolverat in *Italiam* rediit [e]. Postea *Matopontum* abiit, ibique decessit [f], anno 4 Olymp. 70, ut notat *Eusebius*. Cum *Phalaride* tyranno & *Abaride Hyperboreo*, *Apollinis* sacerdote, versatum, atque ab hoc mirifica sagitta, qua fretus flumina transmittebat, urbes pestilentia liberabat, ac alia pleraque stupenda faciebat, donatum tradit *Jamblichus* [g]. *Tertullianus* [h] vero *Pythagoram* apud *Thurios* tyrannidem adfectasse scribit.

Crotoniatæ Sybaritas vincunt.

§. 5. *Pythagoræ* præceptis *Crotoniatæ* rempub. suam instituerunt: ac non moribus tantum, sed etiam virtute bellica adeo profecerunt, ut centum eorum millia, duce *Milone*, trecenta *Sybaritarum* millia prostraverint, urbem solo æquarint [i].

Heraclitus & Zeno.

§. 6. *Heraclitus Ephesius* floruit Olympiade 69 [k]. *Zeno Eleates* Olympiade 79 [l], vel 78 secundum *Suidam*.

CA-

a Sync. p. 210. Jamblic. Vita Pithag. c. 4. *b* Diog. Laërt. VIII. c. 2. 3. *c* Gell. XVII. 21. *d* Cic. IV. Tusc. c. 1. *e* Diod. Excerp. Vales. p. 242. Apulei. Florid. p. 352. *f* Justin. XX. 4. *g* Jambl. Vita Pythagoræ c. 19. *h* Tertull. in Apol. c. 46. *i* Diod. Sic. XII. p. 294. Strab. VI. p. 263. Herodot. V. 45. Æl. Hist. Anim. XVI. 23. Eustath. ad Dionys. Perieg. vs. 373. *k* Diog. Laërt. L. IX. c. 1. & Suidas. *l* Diog. Laërt. L. IX. c. 29.

CAPUT IV.

A. 4205. Per. Jul. ad 4229. A. Christ. 509. ad 485.

De eiectis Roma *Regibus, ac bellis deinceps a* Romanis *gestis ab anno Per. Jul.* 4205 *ad* 4229.

§. 1.

Primi Consules.

REgnatum est Romæ, ait *Livius*[a], ab condita urbe ad liberatam annos 244. Itaque anno U. C. 245. *Tarquinio* abrogatum est regnum[b] 6 Kal. *Martias*, quo die *Regifugium* notatur in Kalendario *Romano*. Erat is annus quartus Olymp. 67. Per. *Julianæ* 4205, ante *Christum* 509. Quo pro Regibus Consules duo Comitiis centuriatis creati sunt *L. Junius Brutus* & *L. Tarquinius Collatinus*, quorum hic *Tarquiniorum* propinquus erat, a *Demarato* oriundus[c]. Qui post detectam conspirationem, in qua filii *Bruti*, & ipsius *Tarquinii* sororum filii deprehensi fuerant, cum se mollius gereret, adnitente *Bruto*, redactus in ordinem, exsulare coactus est, eique *P. Valerius Poplicola* subfectus[d]. Post *Tarquinio* Rege bellum inferente, in ipso conflictu *Brutus* occubuit[e]: eiusque loco primum *Sp. Lucretius* Consul est factus: mox *M. Horatius Pulvillus*[f]. Institutumque, ut deinceps quotannis nova Consulum paria reipub. præessent.

Bellum cum Porsena.

§. 2. Anno tertio a parta *Romæ* libertate[g] *Porsena Clusinorum* Rex ad reducendos *Tarquinios* bellum *Romanis* intulit; quo bello quamvis virtus *M. Horatii Coclitis*, qui hostes per pontem sublicium ingruentes sustinuit[h], & *C. Mucii Scævolæ*, qui Regem ad tribunal interficere conatus est, audacia celebretur[i]; graviores tamen *Romani* pacis conditiones subire coacti sunt, ferri usu ademto, obsidibusque traditis[k], e quibus *Clœlia* cum suis, elusa custodia, trans flumen ad suos equitavit[l]:

 §. 3.

a Lib. I. c. 60. Dionys. IV. p. 277. b Liv. I. 58. 59. Dionys. Halyc. L. IV. p. 263—276. c Liv. I. 60. Dionys. IV. p. 276. d Dionys. L. V. p. 279—287. Liv. II. c. 2—4. Plut. Popl. p. 97—100. e Liv. II. 6. 7. Dionys. V. p. 288—290. Plut. Popl. p. 101. f Liv. II. c. 8. g Dionys. V. p. 293. h Dionys. V. 295. 296. Liv. II. 10. Polyb. L. VI. p. 496. i Dionys. V. 297—300. Liv. II. 11—13. k Plin. Hist. Nat. XXXIV. 14. Dionys. V. p. 301. Flor. L. I. c. 10. n. 8. l Liv. II. 13. Flor. l. d.

A. 4205. Per. Jul. ad 4229. A. Christ. 509. ad 485.

Bellum cum Latinis.

§. 3. Placatis *Hetruscis* vehemens ab *Latinis* bellum increbuit, quos *Octavius Mamilius*, *Tarquinii* gener, *Latinus* ipse, concitabat[a]. Quo tempore anno U. C. 253 primus *Romæ* Dictator creatus est *T. Lartius* Consul, eo maxime consilio, ut plebem, quæ ære alieno pressa, nomen adversus *Latinos* dare detrectabat, sacramento adigeret[b]. Præcipuum tamen confecti belli decus tulit *A. Postumius*, qui anno U. C. 258 Dictator factus, insigni ad lacum *Regillum* reportata victoria cum *Latinis* debellavit[c]. Tum enim pulsis *Tarquiniis* finitum est bellum, quod annos quatuordecim *Romani* pro libertate gesserant[d].

Bellum contra Volscos.

§. 4. Sequenti anno bellum contra *Volscos* susceptum, quod per intervalla sæpe repetitum in plures annos propagatum fuit[e]. Memorabilis eo bello *C. Marcii Coriolani* fortuna fuit, qui anno urbis 263, damnatus absens, in *Volscos* abiit[f]; iisque auctor fuit instaurandi belli, cui gerendo dux ipse cum *Tullo Accio* delectus, *Romanos* graviter infestavit, tandem a matre increpitus cœpto destitit[g], quod anno U. C. 266 evenit.

Contra Æquos & Hernicos.

§. 5. Eo sive extincto sive averso[h], *Volsci* nihilominus bellum perseverarunt facere, quibus *Æqui* & *Hernici* accesserant, sed a *C. Aquilio* & *T. Siccio* Consulibus victi anno 267. Sequenti *Sp. Cassio* ter Consule in deditionem venerunt, *Cassio* triumphus decretus[i].

Sp. Cassius.

§. 6. Sed ea gloria insolens, primus *Romæ* post eiectos *Tarquinios* regnum adfectare, primus etiam leges agrarias promulgare ausus, in ipso conatu oppressus, de rupe *Tarpeia* præcipitatus est anno U. C. 269[k]: Olymp. 73 anno quarto.

Secessio plebis.

§. 7. At anno conditæ Romæ 261, cum ob creditorum inpotentiam ac fœnebre malum plebs trans *Anienem* in montem sacrum secessisset, ægre *Menenii*

a Dionys. L. V. p. 326. Liv. II. 18. *b* Dionys. V. p. 334—338. Liv. d. l. *c* Dionys. L. VI. p. 342—350. Liv. II. 19. 20. Flor. I. 11. *d* Dionys. L. VI. p. 358. *e* Dionys. L. VI. p. 359. *f* Dionys. L. VII. p. 433. Liv. II. 34. *g* Liv. II. 35—40. Dionys. VIII. p. 489—526. *h* Dionys. VIII. p. 527. 528. Liv. II. 40. *i* Dinoys. VIII. p. 531—537. Liv. II. 41. *k* Dionys. L. VIII. p. 537—546. Liv. II. 41.

uii Agrippæ prudenti consilio, & novo magistratu ad plebis tutelam instituto, revocata est. Ii Tribuni plebis appellati sunt [a]. A. 4205. Per. Jul. ad 4229. A. Christ. 509. ad 485.

CAPUT V.

De Xerxis *expeditione in* Græciam, *&* Carthaginiensium *in* Sicilia *clade: deque rebus memoria dignis, quæ inter* Persicum *&* Peloponnesiacum *bellum in* Græcia *&* Perside *contigerunt ab anno Per. Jul.* 4229 *ad* 4283.

§. 1.

Xerxis contra Græcos expeditio.

DArius rerum in *Perside* potitus est annos 36 [b], *Ctesias* [c] tantum 31 tribuit, quia eo anno *Xerxem* successorem designavit, quem propterea *Lysias* [d] & *Julianus* [e] annis decem bellum contra *Græcos* adparasse scribunt; cum certum sit ex *Thucydide* [f], ipsum decimo anno post pugnam *Marathoniam*, sive 28 post Consules *Romæ* institutos [g], contra *Græcos* expeditionem suscepisse: atque adeo quinto post mortem patris [h], qui erat Per. *Julianæ* 4233, sive quartus Olymp. 74, in *Asiam* venisse; unde, hieme *Sardibus* exacta, primo vere traiecit in *Græciam* [i]. *Herodotus* [k] scribit, in illius exercitu fuisse capitum amplius quinquagies & bis centena octoginta tria millia. *Plutarchus* [l] quinquagies: *Theodoretus* [m] tricies centena millia: *Justinus* [n] decies centena: *Ælianus* [o] septingenta millia: *Cornelius Nepos* [p] peditum septingenta millia, equitum quadringenta. Classis porro ut *Nepos*, *Isocrates* & *Lysias* [q] referunt, fuit navium 1200, *Theodoretus* [r] 3200 fuisse ait.

Leonidas ad Thermopylas.

§. 2. *Lacedæmonii* duce *Leonida* cum trecentis *Spartanis*, & ceterorum *Græcorum* millibus quatuor,

a Dionys. VI. p. 367—410. Liv. II. 23. 27—33. *b* Herodot. L. VII. c. 4. Ptolem. in Canon. *c* Ctes. in Persicis c. 19. *d* Lysias Orat. XXXI. §. 9. *e* Julianus Orat. I. p. 42. *f* Thucyd. L. I. c. 18. *g* Polyb. L. III. p. 176. D. *h* Herodot. VII. c. 20. Justin. II. c. 10. n. 12. *i* Herodot. VII. 37. confer Alphen. Addend. ad Dan. P. III. c. 4. 5. *k* Herodot. VII. c. 187. *l* Plutar. in Paralel. p. 305. D. *m* Theod. Orat. X. contra Græc. p. 140. *n* Justin. II. c. 10. *o* Æl. Var. Hist. XIII. c. 3. *p* Nep. Themist. c. 2. n. 5. *q* Lysias Orat. XXXI. §. 9. *r* Theodor. l. d.

A. 4229. Per. Jul. ad 4283. A. Christ. 485. ad 431.

tuor, in *Thessaliæ* faucibus, quas *Thermopylas* vocant, ingentem illius exercitum circa tempus ludorum *Olympicorum* aliquamdiu represserunt [a]. Donec, via per arcta ad *Ephialte* monstrata, dilapsis aut dimissis aliis, soli *Lacedæmonii*, a *Persis* circumventi perierunt [b].

Pugna ad Salaminem.

§. 3. *Athenienses*, auctore *Themistocle*, se suaque omnia in naves imponunt [c]; erat autem classis communis *Græciæ* trecentarum navium, in qua ducentæ erant *Atheniensium* [d], *Herodotus* [e] 271 numerat. Primum ad *Artemisium* media æstate mari certatum [f]. *Xerxes Atticam* ingressus *Athenas* incendit [g]. Secuta navalis ad *Salaminem* pugna, in qua victi sunt *Persæ Boëdromionis* die 20 [h], qui in *Septembris* 23 incidit. Fugit *Xerxes* & ad *Hellespontum* pervenit, die post pugnam 45 [i], relicto in *Græcia Mardonio* cum 300000 peditum [k]. Hoc navale prælium contigit ineunte anno primo Olymp. 75, ante *Christum* 480.

Ad Platæas & Mycalem.

§. 4. Anno insequente *Mardonius* a *Græcis*, duce *Pausania Lacedæmonio*, & *Aristide Atheniensi* vincitur ad *Platæas* [l] & occiditur *Boëdromionis* tertio [m], *Septembris* 25. Qua eadem die *Græci* ad *Mycalem* navali prælio *Persas* superarunt [n].

Ad Himeram.

§. 5. Per idem tempus, quo cum *Persis* certatum, *Carthaginienses*, quos ad invadendam *Siciliam Xerxes* incitarat, victi sunt ad *Himeram* a *Gelone* [o].

Athenæ instauratæ.

§. 6. Depulso periculo belli *Persici*, *Græcia*, duabus nobilissimis civitatibus, *Athenis* & *Lacedæmone*, de principatu certantibus, paullatim bellis civilibus misceri cœpit.

Prima, constitutis rebus, *Athenienses* cura tenuit instaurandorum mœnium, quæ *Persæ* diruerant, quod *Themistoclis* industria, nequicquam *Lacedæmoniis* obluctantibus, perfectum est anno Per. *Jul.* 4236.

a Herodot. VII. c. 201. 202. 206. 210—212. *b* Herodot. L. VII. 216—228. *c* Nepos Themist. c. 2. *d* Nep. Themist. c. 3. n. 2. *e* Herodot. VIII. c. 1. 2. *f* Herodot. VIII. c. 4. 12. 15. *g* Herodot. VIII. 50—54. *h* Plut. Camillo p. 138. B. Themist. p. 117—119. Herodot. VIII. 56—70. 75—96. Diod. Sic. XI. p. 250. *i* Herodot. VIII. c. 97. 115. *k* Herodot. VIII. c. 113. *l* Herodot. IX. c. 58—69. Diod. Sic. XI. p. 257—259. *m* Plut. Camill. p. 138. *n* Herodot. IX. c. 96—106. *o* Diod. Sic. L. XI. p. 255. Justin. IV. 2. Herod. VII. c. 166.

4236. Eiusdemque consilio *Athenienses* in *Piræeo* portum fecerunt, cum *Phalerico* hactenus uterentur[a]. A. 4229. Per. Jul. ad 4283.

§. 7. Postea *Lacedæmonii*, penes quos ex bello *Persico* summum erat in omnes *Græcos* imperium[b], *Pausaniam*, cui *Aristides* & *Cimon* parebant[c], cum classe miserunt in *Cyprum* & *Hellespontum*[d]. Verum hac expeditione, cetera felici, *Pausanias* superbia sociorum animos, quos *Aristides* sibi suisque adiunxit, a *Lacedæmoniis* alienavit[e], ac, capto *Byzantio*, moras ibi faciens, occulta cum *Persis* consilia de prodendis *Græcis* iniit, quibus patefactis, domum revocatus, ac denique capitis damnatus periit[f]. A. Christ. 485. ad 431. Pausanias damnatus.

§. 8. A quo tempore *Athenienses* imperium, quod decem annos *Spartani* tenuerant[g], ultro fere a sociis sibi delatum, stabiliverunt, & communi ærario in insula *Delo* constituto[h], *Naxiisque* subactis[i], obtinuerunt annos 65[k]. Athenienses imperio potiti.

§. 9. Inter hæc *Themistocles* a *Lacedæmoniis* proditionis accusatus fugit ad *Persas*, quo tempore *Naxum* obsidebant *Athenienses*, litterasque *Epheso* dedit ad *Artaxerxem* Regem, qui nuper, *Xerxe* mortuo, imperium auspicatus fuerat[l]. Eam *Themistoclis* a *Spartanis* accusationem & fugam ad Regem *Diodorus*[m] refert ad annum secundum Olym. 77, qui cœpit Per. *Jul.* 4243 & desinit media æstate anni 4244. Id quod confirmatur ex *Thucydide*[n], qui *Naxum* captam fuisse docet ante victoriam ad *Eurymedontem*, quæ a *Diodoro*[o] refertur ad annum 3 Olymp. 77. Themistoclis fuga.

§. 10.

a Thucyd. L. I. c. 89—93. Plut. Themist. p. 121. Corn. Nep. Themist. c. 6. 7. b Plut. Themist. p. 115. Herodot. VIII. c. 2. 3. c Thucyd. I. 94. Plut. Cim. p. 481. F. Diod. L. XI. p. 265. d Thucyd. I. c. 94. Nepos Pauf. c. 2. e Plut. Arist. p. 332. 333. Thucyd. I. c. 95. Diod. Sic. L. XI. p. 265. B. 266. C. f Thucyd. I. c. 128—134. Nepos Pauf. c. 2—5. Diod. Sic. L. XI. p. 265. g Isocrat. Panathen. p. 476. h Diod. Sic. XI. p. 266. C. D. Thucyd. I. 95. 96. Plut. Aristid. p. 333. C. D. Nep. Arist. c. 3. i Thucyd. I. 97—99. k Isocrat. l. d. Demosth. Olynthiac. III. p. 12. Lysias tamen Orat. XXXI. §. 16. annos 70 imperii Atheniensibus tribuit, nempe ab eo tempore, quo primum Spartanorum imperium aversari cœperunt socii. l Thucyd. I. c. 137. Dodwel. Ann. Thucyd. p. 78. 79. m Diod. Sic. XI. p. 269. n Thucyd. I. c. 98. 100. o Diod. Sic. XI. p. 273.

A. 4229. Per. Jul. ad 4283. A. Christ. 485. ad 431. Pax cum Persis.

§. 10. Sequente igitur anno, *P. Jul.* 4245, ***Cimon*** *Miltiadis* filius eodem die & classem & terrestres ***Persarum*** copias in ***Pamphylia*** ad flumen ***Eurymedontem*** cecîdit[a]. Qua adeo fregit Regis ***Artaxerxis*** animum, ut pacem faceret, qua nulla *Græcis* ad hanc diem gloriæ, *Persis* ignominiæ plus adtulerat. Iis enim conditionibus est accepta, ut curriculum equi, hoc est juxta *Isocratem*[b] ultra *Halym* fluvium, terrestribus copiis a mari abstinerent: intra *Cyaneas* autem & *Chelidonias* longa navi vel rostrata non inveherentur; & ut *Græci* omnes non minus in *Asia*, quam ***Europa*** liberi sint[c].

Simultas inter Athenienses & Spartanos.

§. 11. Post hæc Athenienses *Thasios*, frustra ***Spartanorum*** opem inplorantes, triennali obsidione perdomuerunt[d]. Quo tempore, *Lacedæmone* vehementi terræ motu concussa, *Helotes* & *Messenii* deficientes, ***Lacones*** gravi decem annorum bello exercuerunt. Qua occasione *Spartani*, suspecta ***Atheniensium*** auxilia dimittentes, eorum a se alienarunt animos, quod simultatis initium fuit[e].

Mycenæ eversæ.

§. 12. Ineunte Olympiade 78, Per. *Jul.* 4246. ***Argivi***, veteri stimulante odio & ambitione, *Mycenas* captas everterunt[f].

Hiero & Thrasybulus.

§. 13. Anno sequenti *Hiero*, qui *Geloni* fratri in *Syracusarum* imperio successerat, cum regnasset annos 11, diem obiit supremum[g], successore relicto fratre *Thrasybulo*, quem post annum *Syracusani Locros* in exilium ire coëgerunt[h], ac deinceps ad *Dionysium* usque annis 60 in summa tranquillitate vixerunt[i].

Xerxe cæso res turbatæ in Perside.

§. 14. In *Perside* vero *Xerxes* post annos a primo initio 20[k], a morte patris 15, paullo ante fugam *Themisto-*

a Thucyd. I. c. 100. Plut. Cimon. p. 486. Nep. Cim. c. 2. Diod. Sic. XI. p. 273. *b* Isocrat. Panathen. p. 476. *c* Plut. Cimon. p. 486. 487. Lycurg. Orat. in Leocrat. p. 145. Demosth. de falsa legat. p. 287. Suidas v. Κίμων & Καλλίας. Diod. Sic. L. XII. p. 292. 293. qui tamen refert ad annum 4 Olym. 82, renovatum pactum cum nunc inito confundens. *d* Thucyd. L. I. c. 100. 101. Diod. XI. p. 278. *e* Thucyd. L. I. c. 101—103. Diod. Sic. L. XI. p. 274. 275. Pauf. I. c. 29. p. 72. 73. III. c. 11. p. 233. IV. 24. p. 339. *f* Diod. Sic. L. XI. p. 275. 276. Pauf. II. c. 16. p. 146. *g* Diod. Sic. XI. p. 262. D. 276. C. *h* Diod. Sic. XI. p. 276. 277. *i* Diod. Sic. XI. p. 277. D. *k* Diod. Sic. XI. p. 278. C. Euf. Chron. Alphen. addend. ad Dan. P. III. c. 6.

mistoclis in *Asiam*, secundo Olymp. 77, Per. *Jul.* A. 4229.
4243 occisus est ab *Artabano*, cui septem mensium Per. Jul.
regnum *Eusebius* in *Chronico* tribuit, quæ caussa esse ad 4283.
potest, cur in *Canone Ptolemaico* anni *Xerxi* tribuan- A. Christ.
tur 21. *Artabani* enim artibus aliquamdiu res tur- 485.
batæ fuerunt, donec eo cæso, fratreque *Hystaspi* ad 431.
victo, solus rerum est potitus *Artaxerxes ὁ μακρόχειρ*[a].

§. 15. Hoc regnante, anno 2 Olymp. 79. U. C. 291, *Ægyptii Inarum*, in *Libya*, *Ægypto* proxima, regnantem, sibi Regem optant, cæsoque *Achæmene Darii Hystaspis* filio, Regis patruo, grave concitant bellum[b], quo *Inarus*, *Atheniensium* classe adiutus, anno 3 Olymp. 79 *Persas* navali prælio vincit, sequente vero *Memphim* fugientes obsidet[c]. Sed versa fortuna, *Athenienses*, ab *Ægyptiis* destituti, a *Megabazo* æquis dimissi conditionibus, discesserunt post annos sex quam in *Ægyptum* venerant[d]. *Inarus* in crucem actus est, *Ægyptus* recuperata[e].

Artaxerxis cum Inaro bellum.

§. 16. Idem ille *Artaxerxes* sive *Artasasta* anno regni sui septimo *Esram* sacerdotem & legis peritum misit *Hierosolyma*[f]: anno vero vicesimo Per. *Jul.* 4263, *Nehemia* in *Judæam* misso, *Hierosolymorum* instaurandorum potestatem fecit[g], quem cardinem observari iusserat angelus, ut inde septem & sexaginta duas hebdomades numerarent ad *Messiam* principem[h].

Judæis urbis instaurandæ potestatem facit.

§. 17. Interim *Lacedæmonios* inter & *Athenienses* velitationes aliquot, & atrocissimorum, quæ deinceps consecuta sunt, bellorum orta sunt initia. *Lacedæmonii*, bello adhuc occupati *Messeniaco*, *Peloponnesios*, *Corinthios* & *Epidaurios* in *Athenienses* inmittunt anno 2 Olymp. 80[i]; sed victis ad *Cecryphaleam* sociis[k], eopse anno *Æginetas* invadunt *Athenien-*

Conliduntur Spartani & Athenienses.

N

a Diod. Sic. XI. p. 278. Ctesias Pers. c. 29—31. Justin. III. c. 1. *b* Herodot. VII. 7. Thucyd. I. c. 104. Ctes. in Pers. c. 32. Diod. Sic. XI. p. 279. Schol. Aristoph. Pluto vs. 178. *c* Diod. L. XI. p. 280. 281. Thucyd. l. d. *d* Thucyd. I. c. 109. 110. Ctes. Pers. c. 33. 34. Diod. L. XI. p. 282. *e* Ctes. Pers. c. 35. Thucyd. I. c. 110. *f* Esræ VII. 1. 7. 8. 12. *g* Nehem. II. 1. 5. 8. Alphen. ad Dan. Add. P. III. c. 11. *h* Dan. IX. 25. *i* Diod. L. XI. p. 282. D. Justin. L. III. c. 6. n. 5. *k* Thucyd. I. c. 105. Diod. l. d.

A. 4229. Per. Jul. ad 4283. A. Christ. 485. ad 431.

nienses, ac *Leocrate* duce victos post menses novem in deditionem accipiunt[a]: *Corinthios* in *Megarensem* agrum excurrentes semel iterumque vincunt[a] anno 3 Olymp. 80. Ipsamque *Laconiam*, antea nemini tentatam, *Tolmida* duce populantur anno 1 Olymp. 81[b].

Renovatum contra Persas bellum.

§. 18. Postea *Cimonis* opera quinquennales induciæ factæ[c], bellique contra *Persas* conversus est impetus; *Cimon* cum classe ducentarum navium in *Cyprum* profectus, sexaginta ad *Amyrtæi* auxilium in *Ægyptum* missis, cum reliquis *Citium* obsidebat; sed *Cimone* in ea obsidione vita functo, *Græci* in reditu *Persas* ad *Salaminem* maritimo terrestrique prælio vincunt[d]. Quam victoriam renovata cum *Persis* pax secuta videtur[e].

Bella quæ Peloponnesiaco occasionem dedere.

§. 19. Subinde *Græcorum* inter se recrudescentibus odiis repetitum est bellum, quod tricennalium induciarum pactione utcunque sopitum est anno 3 Olymp. 83[f]. Sexto vero anno *Samii Milesios* infestantes, mox rebellantes, a *Pericle* perdomiti sunt anno 4 Olymp. 84[g]. Non multis post hæc annis[h] *Corinthii* contra *Corcyræos* & eorum socios *Athenienses* bellum movent, ac sub annum 2 Olymp. 86 navali certamine superantur[i]. Ergo anno 14, quam factæ erant induciæ, *Lacedæmonii* & eorum socii eas ab *Atheniensibus* violatas esse pronunciant[k]. Ita bellum de integro conflatum est, quod *Peloponnesiacum* appellant.

CA-

a Diod. L. XI. p. 282. D. 283. Thucyd. l. d. *b* Thucyd. I. c. 105. 106. Diod. L. XI. p. 283. B. *c* Diod. L. XI. p. 285. D. Thucyd. I. c. 108. *d* Thucyd. I. c. 112. Diod. L. XI. p. 286. C. Dodwell. Ann. Thucyd. p. 96. 98. *e* Thucyd. I. c. 112. Plut. Cim. p. 490. 491. Dodwell. Ann. Thuc. p. 99. 100. *f* Diod. Sic. L. XII. p. 292. 293. *g* Thucyd. I. c. 115. Diod. Sic. L. XII. p. 293. D. Dodwel. l. d. p. 103. 104. *h* Thucyd. I. c. 115—117. Diod. L. XII. p. 301. D. 302. Plut. Peric. p. 165. A. 166. 167. *i* Thucyd. I. c. 118. *k* Thucyd. I. 24—55. Diod. Sic. L. XII. p. 303. 304. *l* Thucyd. I. c. 87.

CAPUT VI.

A. 4231. Per. Jul. ad 4283. A. Christ. 483. ad 431.

Romanorum *res gestæ ab A. U. C.* 271 *ad* 323, *sive Per. Jul.* 4231. *ad* 4283, *& initium belli* Peloponnesiaci.

§. 1.

VEiens bellum anno U. C. 271 initum [a], *Fabiorum* ad *Cremeram* clade funestum fuit anno U. 277 [b], quarto anno post pugnam *Salaminiam* ait *Gellius* [c]. Sed anno sequenti cum *Veientibus* debellatum est ab *Servilio* Consule [d]. Fabii ad Cremeram.

§. 2. Cum *Volscis* & *Æquis* quoque bellum perseveravit, & aliquamdiu dubia fortuna gestum, donec anno U. C. 286 insigniter a *T. Quinctio Capitolino* Consule victi sunt *Volsci*, *Antium* captum [e]. Anno vero 296 adversus *Æquos L. Quinctius Cincinnatus*, ab aratro ad dictaturam vocatus, *Minucium* Cos. ab illis circumsessum, eripuit, hostesque sub iugum misit [f]. Volsci & Æqui victi.

§. 3. Anno U. C. 303 [g], ante *Christum* 451, Olymp. 82 anno primo, mutata *Romæ* est reipub. forma. Decemviri, superiori anno [h] legibus scribendis rogati, pro Coss. inierunt suprema cum potestate. Sed cum iidem potestate sua ad tyrannidem abuterentur, & eorum unus *Appius Claudius Virginiam* per vim sibi ad stuprum vindicare vellet, altera plebis secessione Decemviri in ordinem redacti sunt [i], Tribuni plebis & Consules restituti, quod anno Urbis 305, sexagesimo post partam libertatem incidit [k]. Ita tertium annum adtigere Decemviri. Decemviri creati.

§. 4. Censores *Romæ* constituti anno 411 [l], quorum imperium, quod initio quinquennale fuerat, *Mamercus Æmilius* Dictator anno 320 in sequiannum contraxit [m]. Censores.

N 2 §. 5.

a Liv. II. 42. *b* Liv. II. 48—50. Dionys. L. IX. p. 572. 577—580. Perizon. Animad. Histor. c. 5. *c* Gell. XVII. c. 20. *d* Liv. II. c. 51. *e* Liv. II. 53. 64. 65. Dionys. IX. p. 613—615. *f* Liv. III. 26—29. Dionys. L. X. p. 648—652. *g* Dionys. L. X. p. 680. *h* Liv. III. c. 33. *i* Liv. III. 36—38. 44—56. Dionys. L. X. p. 682. XI. 709. *k* Cic. II. de Fin. c. 20. *l* Liv. IV. 8. *m* Liv. IV. 24.

A. 4231. Per. Jul. ad 4283. A. Christ. 483. ad 431.

Mælius cæſus. Veientes victi.

§. 5. Anno U. C. 315. *Sp. Mælius* aditum ſibi parans ad regnum iuſſu *L. Quincti Cincinnati* Dictatoris a *C. Servilio Abala* magiſtro equitum eſt occiſus[a]. Sequenti vero *Fidenates* ad *Lartem Tolumnium Veientium* Regem deficiunt, & legatos populi *Romani* trucidant. His in foro ſtatuæ poſitæ. *Veientes* proximo anno U. C. 317 a *Mamerco Æmilio* Dictatore victi: qua occaſione *A. Corn. Coſſus* tribunus militum, *Tolumnio* ſua manu cæſo, altera *Jovi Feretrio* opima ſpolia tulit[b].

Æqui & Volſci victi.

§. 6. Anno vero 323 contra *Æquos* & *Volſcos* Dictator *A. Poſtumius* proſpere rem geſſit[c].

CAPUT VII.

De viris excellenti doctrina præditis, qui inter tempus expeditionis Perſarum *in* Græciam *&* Peloponneſiacum *bellum floruerunt ab anno Per. Jul.* 4229 *ad* 4310.

§. 1.

Anaxagoras.

EMinentes ingenio fuere hoc intervallo Philoſophi, *Anaxagoras Clazomenius*, natus Olymp. 70, ætatis anno viceſimo philoſophari *Athenis* cœpit *Archonte Calliade*, quo tempore *Xerxes* traiecit in *Græciam*[d]; ſub initium belli *Peloponneſiaci*, inpietatis poſtulatus, ſenex obiit Olymp. 88[e].

Parmenides.

§. 2. *Parmenides Eleates* floruit Olymp. 69[f]: huius iam ſenis auditorem *Socratem* fuiſſe tradit *Plato*[g].

Socrates.

§. 3. Natus eſt & philoſophiæ moralis parens *Socrates* anno tertio deſinente Olymp. 77 *Targelionis* 6 die[h]. Hic eſt annus Per. *Jul.* 4245. Vixit annos 70, mortuus eſt anno primo Olymp. 95[i].

§. 4.

a Liv. IV. 13—16. Val. Max. V. 3. n. 2. *b* Liv. IV. c. 17—20. Perizon. Anim. Hiſt. c. 7. *c* Liv. IV. 26—29. Gell. XVII. 21. *d* Diog. Laert. L. II. c. 7. *e* Diod. Sic. XII. p. 306. D. Plut. Pericle p. 162. Meurſ. Lect. Attic. L. III. c. 27. Bruk. P. II. Lib. II. c. 1. p. 497. & ſeqq. *f* Diog. Laert. IX. 23. conferatur Gundl. in Gund. P. XV. Diſſ. I. *g* Plato in Theæteto. *h* Diog. Laërt. L. II. c. 44. Æl. Var. Hiſt. II. c. 25. Dodwel. Ann. Thucyd. p. 63. *i* Diog. Laërt. l. d. Marm. Arund. ep. 80.

§. 4. *Democritus* anno ante *Socratem* natus, ut ait *Thrasyllus* apud *Diogenem* [a], vixit annos 109 [b]. Ita moritur anno 4 Olymp. 104. Sed est de eius ætate varie traditum [c].

A. 4220. Per. Jul. ad 4310. A. Christ. 485. ad 404.

Democritus.

§. 5. *Empedocles Agrigentinus* floruit circa Olympiadem 84 [d]: qua eadem celebres fuerunt *Protagoras Abderita* [e], & *Melissus Samius* [f]. Item *Gorgias*, *Hippias*, *Prodicus*, quos ad Olymp. 86. adscribit *Eusebius*.

Empedocles & alii.

§. 6. Quo eodem tempore floruit *Hippocrates* medicus: & Astronomus *Meto Atheniensis*, cuius cyclus novendecim annorum [g] ab ineunte Olymp. 87 ducitur.

Hippocrates & Meto.

§. 7. Poëtæ vero celebres habiti sunt, *Pindarus*, qui, anno quo *Xerxes* transitum fecit in *Græciam*, annos natus erat 40. Olymp. 65 in lucem editus [h], obiit Olympiade 86 [i]: Item *Bacchylides*, qui cum *Pindaro* apud *Hieronem* vixit [k], & ab *Eusebio* ad Olymp. 82. refertur.

Pindarus & Bacchylides.

§. 8. Vigebant tum & Tragici insignes, *Æschylus*, de quo ante dictum est. *Sophocles* natus est anno 2 Olymp. 71 [l]; sed in Marmore *Arundeliano* [m] dicitur natus fuisse annos 28 archonte *Apsephione*, id est Olymp. 77 tertio: ita natus erat anno 3 Olymp. 70, obiit autem annos natus 90, anno tertio Olymp. 93, Per. *Jul.* 4308, ut scribit *Diodorus* [n]; qui & *Apollodorum* in chronicis referre ait, *Euripidem* eodem anno esse defunctum. Natus autem est *Euripides* anno primo Olymp. 75 [o], & mortuus cum annos 77 [p] vixisset.

Æschylus. Sophocles & Euripides.

§. 9. Comici quoque *Cratinus*, *Plato*, *Aristarchus* Olympiade 81 consignantur ab *Eusebio*.

Cratinus & alii.

§. 10. Nec negligendus *Herodotus Halycarnassensis*, qui usque ad belli *Peloponnesiaci* tempora vixit, & historiam a *Gyge Lydorum* Rege orsus, rem *Persicam* usque ad *Xerxis* fugam persequitur [q].

Herodotus.

N 3 CA-

[a] Diog. Laërt. IX. c. 41. [b] Diog. Laërt. IX. c. 43. [c] v. Bruk. P. II. L. II. c. 11. §. 19. [d] Diog. Laërt. VIII. c. 74. [e] Diog. Laërt. IX. c. 56. [f] Diog. Laërt. IX. 24. [g] Censorin. c. 18. [h] Suidas V. Πίνδαρος. [i] Vita Pindari. Dodw. Ann. Thucyd. p. 87. 88. [k] Æl. Var. IV. 15. Schol. Pind. 2 Pyth. p. 211. [l] Anonym. in eius vita & alter in descript. Olymp. [m] Marm. ep. 72. [n] Diod. Sic. XIII. p. 387. [o] Diog. Laërt. II. c. 45. [p] Marm. Arund. ep. 77. [q] Fabric. Bibl. Gr. L. II. c. 20.

A. 4283. Per. Jul. ad 4310. A. Christ. 431. ad 404.

CAPUT VIII.

De bello Peloponnesiaco, *&* *ceteris*, *quæ per id tempus in* Græcia *&* Perside *contigerunt: ab anno Per. Jul.* 4283 *ad* 4310.

§. 1.

Origo belli Peloponnesiaci.

ANno post initas tricennales inducias quinto decimo, *Pythodoro* archonte [a], hoc est exeunte primo Olymp. 87, U. C. 323. Per. *Jul.* 4283, erupit longe atrocissimum bellum *Athenienses* inter & *Peloponnesios*. Caussa belli fuit invalescens *Atheniensium* potentia & *Laconum* æmulatio [b]: occasionem dedit *Pericles*, qui septem millibus talentum expensis, ne rationes cogeretur reddere, omnia permiscere maluit [c].

Fortuna belli ad inducias.

§. 2. Huius belli multiplex fortuna fuit, ac summa rerum varietas [d]. *Pericles* post biennium & sex menses, quam bellum cœperat, moritur [e]. *Potidæa* eadem hieme capitur [f]. *Lesbii* & præcipue *Mitylenæi* ab *Atheniensibus* deficiunt anno quarto belli, sed sequente a *Pachete* duce recepti, ægre ab internecione servati sunt [g]. Eodemque anno *Lacedæmonii Platæas* funditus everterunt [h]. Anno eius belli decimo, cum ad *Amphipolim Cleo*, dux *Atheniensium*, & *Brasidas Lacedæmoniorum* in acie cecidissent [i], utrimque quinquaginta annorum induciæ factæ sunt [k]: at eæ octavo post anno dissolutæ [l].

Recruduit in Sicilia.

§. 3. Anno vero belli 16, Olymp. 91, induciarum tempore, ab *Ægesthanis* in auxilium vocati *Athenienses*, sequenti copias in *Siciliam* miserunt, ut *Ægestanis* & *Leontinis* contra *Syracusanos* opem ferrent [m]. Inter duces erat *Alcibiades*, qui, absens sacrilegii postulatus, & domum revocatus, aufugit *Lacedæmonem*, & ad auxilia *Syracusanis* inportanda *Lacedæmonios* hortatus est [n]. Itaque misso *Gylippo* duce,

a Thucyd. L. II. c. 2. *b* Thucyd. I. c. 23. *c* Diod. L. XII, p. 306. 307. Thucyd. I. c. 140—144. Val. Max. III. c. 1. ex. 1. ext. *d* Thucyd. II. 10—69. *e* Thucyd. II. c. 65. *f* Thucyd. II. c. 70. *g* Thucyd. III. 1—6. 36—50. Diod. Sic. XII. p. 314. 315. *h* Thucyd. III. c. 52—68. Diod. Sic. XII. p. 315. *i* Thucyd. V. c. 6—10. *k* Thucyd. V. 14—20. *l* Thucyd. V. 25. VI. 93. Dodwel. Ann. Thucyd. p. 197. 198. *m* Thucyd. L. V. 6—8. 30. *n* Thucyd. VI. 27. 53. 61. 88. 89. Plut. Alcib. p. 199—203.

duce, *Athenienses*, quibus adhuc res ex voto successerant, terra marique victi, omnes in potestatem venerunt hostium, a quibus occisi sunt *Demosthenes* dux fortissimus & *Nicias*[a]; id anno belli 19 contigit, ante *Christum* 413, atque ita recte *Justinus*[b] huic bello *Siculo* biennium tribuit.

A. 4283. Per. Jul. ad 4310. A. Christ. 431. ad 404.

§. 4. Hac clade secutaque sociorum defectione[c] res *Atheniensium* ruere cœperunt, quas tamen altero anno *Tissaphernis* opera utcunque erexit *Alcibiades*[d]: quo tempore, quadringentorum imperio, quod quadrimestre fuerat[e], abrogato, & populari regimine constituto, *Alcibiades* patriæ restitutus res magnas gessit[f].

Alcibiades rem utcumque restituit.

§. 5. Postremo ab *Araco* & *Lysandro* ducibus, victis ad *Ægos Potamon*, is locus e regione *Lampsaci* est, *Atheniensibus*, urbeque ipsa in deditionem accepta, finis bello est inpositus[g], anno vicesimo octavo ineunte, *Aprilis* circiter 18, hoc est *Munychionis* 16[h]. Tenuit itaque bellum annos solidos 27, ad usque *Athenarum* ἅλωσιν. Et sequenti solem defecisse notat *Xenophon*[i], quod anno primo Olymp. 94 U. C. 350. Per. *Jul.* 4310 *Septembris* 3 accidisse constat.

Victoria Laconum ad Ægos Potamon.

§. 6. Ceterum anno belli huius septimo[k], atque adeo desinente Periodi *Julianæ* 4289, mortuus est *Artaxerxes Longimanus*[l], cum regnasset annos 46. Cui successit unicus legitimus filius *Xerxes*, quem post dies 45 in convivio ebrium interfecit frater spurius *Sogdianus*[m], sed & hunc, postquam menses 6 & dies 15 regnaverat, e medio sustulit *Ochus* eius frater, qui postea *Darius Nothus* dictus est, & regnum tenuit

Res Persicæ.

a Thucyd. VI. c. 93. 104. VII. 1. 47. 50—56. 60—87. Diod. Sic. XIII. p. 335—347. Dodwel. Ann. Thuc. p. 208—211. b Justin. V. c. 1. Dodw. l. d. p. 213. 214. c Thucyd. VIII. c. 1. 5. Diod. XIII. p. 349. Plut. Alcib. p. 203. F. d Isocrat. Orat. περί Ζεύγους p. 684. Thucyd. VIII. c. 45. Plut. Alcib. p. 204. e Harpocration V. τετρακόσιοι Dodw. Ann. Thucyd. p. 225. f Isocrat. l. d. p. 686. Plut. Alcib. p. 204—207. Diod. Sic. L. XIII. p. 366. g Xenophon. Hist. Græc. L. II. p. 454. C—460. Plut. Lysand. p. 440. 441. Diod. Sic. XIII. p. 389. XIV. p. 396. h Plut. Lysand. p. 441. C. i Xenop. H. Gr. L. II. p. 461. k Thucyd. IV. 50. 51. l Dodw. Ann. Thucyd. p. 147. 223. m Ctesias Pers. c. 43. 44.

A. 4283. Per. Jul. ad 4310. A. Christ. 431. ad 404.

tenuit annos 19[a]. Huius anno decimo tertio, belli *Peloponnesiaci* 20, *Tissaphernes* fœdus cum *Lacedæmoniis* iniit [b]: itaque mortuus est illo ipso anno, quo, *Athenis* captis, finitum est bellum *Peloponnesiacum* [c]; successore designato filio *Artaxerxe*, qui a felici memoria *Mnemon* dictus est [d].

Hannibal in Sicilia. Dionysius tyrannus.

§. 7. Per idem belli tempus, profligatis in *Sicilia Atheniensium* opibus, *Ægesthani* anno 3 Olymp. 92, ut auctor est *Diodorus* [e], ad *Carthaginienses* confugiunt, a quibus sequenti anno missus *Hannibal* intra tres menses *Selinuntem* & *Himeram* captas evertit [f]. Eo reverso *Hermocrates*, *Syracusanus* exsul, rem strenue gerit [g]: idem tamen reditum sibi in patriam per vim parans *Syracusis* in foro occiditur anno primo Olymp. 93 [h]. Post biennium tamen *Dionysius*, qui inter *Hermocratis* socios fuerat, eodem, quo olim *Pisistratus*, astu *Syracusis* tyrannidem obtinuit, anno ultimo belli *Peloponnesiaci* [i].

CAPUT IX.

De iis quæ post Peloponnesiacum *bellum inter* Græcos *&* Persas *ad tempora* Philippi Macedonis, *hoc est ab anno* 4310 *ad annum Per. Jul.* 4354: *In* Sicilia *vero sub utroque* Dionysio *memoratu digna gesta sunt ab anno Per. Jul.* 4310 *ad* 4378. *sive mortem* Philippi Macedonis.

§. 1.

XXX Tyranni.

POst *Athenas* a *Lysandro* captas XXX viris rerum illic summa permissa fuit [k], sed, cum hi imperium in tyrannidem verterent, a *Trasybulo* ejecti sunt, ac libertas *Athenis* restituta anno ineunte 4 Olymp. 94 [l], quarto ab eadem urbe capta. Per. *Jul.* 4313.

§. 2.

[a] Ctesias Pers. c. 46. 47. Diod. Sic. XII. p. 322. C. [b] Thucyd. VIII. c. 58. [c] Diod. XIII. p. 389. D. Justin. V. 8. [d] Plut. Alex. p. 341. & Artax. p. 1012. Diod. Sic. L. XIII. p. 389. D. [e] Diod. Sic. XIII. p. 352. [f] Xenoph. Hist. Gr. L. I. p. 483. A. Diod. XIII. p. 359—364. Barbeir. Ant. Fœd. P. I. §. 184. [g] Diod. XIII. p. 364. [h] Diod. XIII. p. 371. [i] Diod. XIII. p. 380—383. Xenoph. Hist. Gr. L. II. p. 460. E. [k] Xenoph. Hellen. L. II. p. 461. Diod. L. XIV. p. 396. [l] Xenoph. Hell. L. II. p. 462—479. Diod. XIV. 413. D. 414. Justin. V. 8—10. Nepos. Thrasyb. c. 2. 3.

§. 2. Quo ipso *Cyrus* iunior, *Darii* filius, *Artaxerxis Mnemonis* frater, *Græcorum* & in primis *Lacedæmoniorum* fretus auxiliis, contra fratrem pugnans in prælio cecidit[a]. *Græci* auxiliares, ad quinque millia ex decem redacti, duce inter alios *Xenophonte*, admirabiliter per infestas regiones Regisque exercitus in *Græciam* evasere, anno primo Olymp. 95[b]. A. 4310. Per. Jul. ad 4378. A. Christ. 404. ad 336. Cyrus Iunior & Artaxerxes.

§. 3. Interim ab *Artaxerxe Pharnabazus* & *Thissaphernes* mittuntur in *Asiam* eius regionis pacandæ caussa: id reveriti *Græci* in *Asia Laconum* inplorant auxilium; mittitur *Dercyllidas*, qui adversus *Pharnabazum* rem gerit: hic Regi persuadet, ut *Cononem Atheniensem* classi regiæ præficeret[c], Inde anno primo Olymp. 96 Rex ipse *Agesilaus* in *Asiam* missus res magnas intra biennium gerit[d]; sed *Thissapherne* Regis iussu cæso, cum *Tithraustes Græcos* corrupisset pecunia, iamque *Bœoti*, *Athenienses*, *Corinthii* & *Argivi* contra *Lacedæmonios* conspirassent, revocatus in patriam adversus *Bœotos* ad *Coroneam* victor pugnavit[e] anno 3 Olymp. 96[f]. Cum paullo ante *Conon*, classi *Persicæ* præfectus, insignem navali certamine victoriam ad *Cnidum* reportasset, qua maris imperium amiserunt *Lacedæmonii*[g]. Cuius est eo certius tempus, quia nuncius huius cladis venit ad *Agesilaum* in *Bœotiæ* introitu, quo tempore sol defecit[h]: id autem contigit anno Per. *Jul.* 4320 *Augusti* 14. Agesilaus & Conon.

§. 4. Post hæc bellum omne terrestre ad *Corinthum* conlatum, propptereaque *Corinthiacum* appellatum est; ibi terra marique varia fortuna certatum[i], donec anno 2 Olymp. 98 Per. *Jul.* 4328 *Antalcidæ* *Spar-* Bellum Corinthiacum.

O

[a] Xenophon. de Expedit. Cyri L. I. toto. Diod. Sic. XIV. p. 401. D. 405. D—409. [b] Xenophon. de Exped. Cyri L. II—VII. Diod. XIV. p. 409—413. [c] Xenoph. Hellen. L. III. p. 480. 481. 483—490. Diod. Sic. XIV. p. 416. 417. [d] Xenoph. Hellen. L. III. p. 493. 496. 498—500. IV. p. 507. 513. In Agesil. p. 652. & seqq. Plut. Ages. p. 599. & seqq. 603. C. Diod. Sic. XIV. p. 438. 439. [e] Xenoph. L. III. p. 501. 502. 517—519. & in Agesil. p. 659. 660. Diod. Sic. XIV. p. 439. 441. Paus. L. IV. c. 17. [f] Dodwell. Ann. Xenoph. p. 249—251. [g] Andocides Orat. de Pace. p. 26. Lysias Orat. pro Aristoph. bonis c. 8. Diod. Sic. L. XIV. p. 441. 442. Xenoph. Hist. Græc. L. IV. p. 518. [h] Xenoph. Hellen. IV. p. 518. [i] Diod. Sic. XIV. p. 442. 444. C. D. 445. C. p. 446. D. Xenoph. Hellen. L. IV. p. 520. 528. & seqq. p. 534.

A. 4310. Per. Jul. ad 4378. A. Christ. 404. ad 336.

Spartani opera pax cum *Artaxerxe Persarum* Rege, minus *Græcis* honesta, cui tamen & *Athenienses* subscripserunt, convenit [a].

Bellum Bœoticum.

§. 5. Sed cum post annos quatuor bello contra *Olynthios* orto [b], *Lacedæmonii Phœbida* duce *Cadmæam Thebarum* arcem fraudulenter occupassent [c], nova bellorum inter *Græcos* semina sparsa. Quum enim anno post quarto *Thebani Pelopidæ* consilio & arte libertatem cum arce recuperassent, iunctis in unum viribus civitates *Græciæ*, ducibus *Atheniensibus*, adversus *Lacedæmonios* conspirant, atque ita conflatum bellum *Bœoticum* [d]. Quod tamen tertio post annno, Olymp. 101 secundo, interventu *Artaxerxis Mnemonis* est conpositum [e].

Bellum Thebanum.

§. 6. Sed non diuturna fuit illa *Græcorum* concordia. Statim enim recrudescente bello acrius inter se dimicarunt: *Thebani* ad *Græciæ* imperium adspirantes, sumtis contra *Athenienses* armis, *Platæas* veteri inducti odio subverterunt [f].

Epaminondas victor ad Leuctra.

§. 7. Post hæc cum *Lacedæmoii Thebanos* armis peterent, ad *Leuctra Bœotiæ* longe plures a paucioribus *Thebanis*, *Epaminonda* duce, superati sunt, *Cleombroto* etiam cæso [g]. Ea clades anno secundo Olymd. 102 contigit *Diodoro* [h] teste, annis 34 post captas *Athenas* secundum *Eratosthenem* [i].

Epaminondas Peloponnesum vastat.

§. 8. Ita fractis *Laconum* viribus, post biennium rursum ab *Arcadibus* vincuntur [k]: mox & *Thebani*, *Epaminonda* duce, in *Laconiam* inrumpunt, & *Spartam* obsident [l]. *Lacedæmonii Atheniensium* inplorant opem: sed utrisque frustra repugnantibus, iterum *Lace-*

a Diod. Sic. XIV. p. 452. D. Xenoph. Hellen. L. IV. p. 537. 538. L. V. p. 549. 550. Plut. Agesil. p. 608. Artax. p. 1022. D. Dodwel. Ann. Xenoph. p. 262. 263. *b* Xenoph. Hellen. V. p. 554. 559—562. 565. D. Diod. XV. p. 467. 468. 469. *c* Xenoph. Hellen. V. p. 556—558. Diod. XV. p. 467. D. 468. Plut. Pelop. p. 280. *d* Diod. Sic. XV. p. 469. B. 470. Xenoph. Hellen. V. p. 566—569. Plut. Pelop. p. 281—285. *e* Diod. Sic. XV. p. 476. D. 477. Xenoph. Hellen. VI. p. 583. E. 584. Dodw. Ann. Xenoph. p. 273. *f* Diod. Sic. XV. p. 477. 480. 481. Xenoph. Hellen. p. 584. 590. *g* Xenoph. Hellen. VI. p. 594—597. Diod. L. XV. p. 483—486. Plut. Pelop. p. 288. *h* Diod. XV. p. 487. Dodw. Ann. Xenoph. p. 276. 277. Marm. Arund. ep. 84. *i* Apud Clem. Strom. p. 336. *k* Xenoph. Hellen. L. VI. p. 603—606. Diod. Sic. L. XV. p. 488. B. 489. *l* Diod. XV. p. 489—492. Xenoph. Hellen. L. VI. p. 607.

Lacedæmoniorum agrum populatus est *Epaminondas*[a], tandem quinto post *Leuctricam* pugnam anno pax interventu Regis *Persarum* conciliata[b], anno tertio Olymp. 103.

A. 4310. Per. Jul. ad 4378. A. Christ. 404. ad 336.

§. 9. *Thebani* a *Thessalis* in auxilium vocati contra *Alexandrum Pheræum Tyrannum* arma vertunt, adversus quem pugnans *Pelopidas*, victor occubuit[c]: quemadmodum sequenti anno, secundo Olymp. 104. alter *Thebanorum* dux *Epaminondas* ad *Mantineam* cum *Lacedæmoniis* & *Atheniensibus* postremo prælio conflixit, in quo dubia victoria paullo post ex vulnere occubuit[d].

Pelopidas & Epaminondas cadunt.

§. 10. *Agesilaus* autem, annum agens 84, regni 41, ex *Ægypto*, in quam *Tachoni* Regi contra *Persas* opem laturus venerat, rediens, in *Cyrenaica* obiit anno 3 Olymp. 104[e].

Agesilaus moritur.

§. 11. At in *Sicilia Dionysius*, statim sub initium imperii pace cum *Carthaginiensibus* anno 4 Olymp. 93 conposita[f], sequenti rebellantes *Syracusanos* conpressit, dominatumque *Laconum* opibus stabilivit[g]. Inde auctus viribus bella fere perpetua cum *Carthaginiensibus* gessit. Qui & *Imilcone* duce *Syracusas* obsidentes, pestilentia pariter & hostili classe terra marique oppressi sunt, anno, ut ait *Diodorus*[h], primo Olympiadis 96. Sed iidem rursus *Magone* duce ex integro, meliori fortuna, *Siciliam* adorti sunt anno 1 Olymp. 97[i]. Quo bello conposito, satis felici fortuna rem gessit in *Italia* contra *Rheginos*[k]. Iterumque Olymp. 99 anno 2 cum *Pœnis* bellavit[l]. Ac tandem, cum bellum denuo facere vellet, in ipso adparatu obiit, postquam *Lenæis* ludis victorem se renunciatum *Athenis* audisset[m]. Duodequadraginta annos *Syracusanorum* tyrannus fuit, cum quinque & viginti natus

Dionysii maioris res.

a Xenoph. L. VI. p. 609—613. VII—613—617. Diod. XV. p. 493. b Diod. XV. p. 497. Xenoph. Hell. L. VII. p. 634. c Plut. in Pelopid. p. 295. 297. C. Diod. Sic. XV. 498. D. 499. d Diod. XV. p. 500—504. Xenoph. Hellen. L. VII. p. 638—647. Plut. Agesil. p. 616. e Plut. in Agesil. p. 616—619. Nepos in Agesf. c. 8. Diod. XV. p. 504—507. Xenophon in Agesf. p. 663. Periz. ad Æl. L. V. c. 1. f Diod. Sic. L. XIII. p. 390—393. g Diod. XIV. p. 398—400. h Diod. XIV. p. 418—437. i Diod. XIV. p. 445. 446. k Diod. XIV. p. 448—451. 453. l Diod. XIV. p. 465. 466. m Diod. XV. p. 495. 496. Plut. Dion. p. 960. Nepos in Dion. c. 2.

A. 4310. Per. Jul. ad 4378. A. Christ. 404. ad 336.

annos dominatum occupavisset[a]. Mortuus est ineunte Olymp. 103. anno ante *Christum* 368. Archonte *Athenis Nausigene*[b].

Fortuna Dionysii iunioris.

§. 12. Successorem habuit cognominem filium, contra quem, iam 12 annum regnantem, *Dio*, *Hipparini* filius, cuius sororem *Aristomachen* superior *Dionysius* habuit in matrimonio, duabus onerariis instructus, exeunte æstate anni 4 Olymp. 105, e *Græcia* proficiscitur, & per absentiam Tyranni *Syracusas* occupat[c]: mox & ad suorum auxilium venientem in *Italiam* redire cogit[d]. Interim *Dio* quarto anno, quam ex *Peloponneso* venerat, interficitur anno 3 Olymp. 106[e]: post cuius mortem res turbatæ fuerunt, ut etiam *Dionysius* decimo, postquam eiectus fuerat, anno *Syracusas* recuperaverit, secundo Olymp. 108[f]. Postremo *Timoleon Corinthius*, a *Syracusanis* expetitus, *Dionysium* exuit regno, & *Corinthum* mittit, ubi in summa inopia vitam finiit[g]. Factum illud est anno secundo Olymp. 109. ante *Christum* 343.

Timoleon.

§. 13. Secundum hæc *Timoleon* tyrannidis sublatis reliquiis[h], *Pœnos* memorabili ad *Crimessum* pugna superavit *Thargelionis* 7, quæ in *Maii* diem 26 incidit, exeunte primo Olymp. 110[i]. Atque ita pacata *Sicilia*, quod reliquum vitæ habuit, ibidem placidissime vixit[k].

CA-

a Cic. V. Tusc. c. 20. *b* Marm. Arund. ep. 36. *c* Diod. XIV. p. 513. 515. Plut. in Dion. p. 968. A. 969. Nepos in Dion. 2—5. Wesselingius in addendis ad Diodorum. *d* Diod. XV. p. 516—519. Plut. Dion. p. 971—974. *e* Diod. XV. p. 526. D. Plut. Dion. p. 982. 983. Nepos in Dion. c. 8—10. *f* Diod. XVI. p. 534. Plut. Timol. p. 236. *g* Diod. XVI. p. 544. 547. Plut. Timol. p. 237. 238. 242. Justin. XXI. c. 6. *h* Diod. XVI. p. 548. Plut. Timol. p. 243—246. Nepos Tim. c. 3. *i* Diod. XVI. p. 548. D. 550—552. Plut. Timol. p. 248—250. *k* Diod. XVI. p. 552. 553. Plut. Timol. p. 253. Nepos Timol. c. 3.

CAPUT X.

A. 4354. Per. Jul. ad 4378. A. Christ. 360. ad 336.

De bello sociali Græcorum, *& sacro, ac* Philippi Macedonis *rebus gestis: ab anno Per. Jul.* 4354 *ad* 4378.

§. 1.

Succeſſio regni Perſici.

CIrca hoc tempus *Artaxerxe Mnemone*, cui *Diodorus* annos 34, *Canon Ptolemaicus* 46 tribuit, mortuo, regnavit in *Perside Artaxerxes Ochus*, & poſt eum *Arſes*, de quorum annis etiam non eodem modo traditum, conſentiunt tamen in id veteres Scriptores ab initio *Artaxerxis Mnemonis* ad *Darium Codomannum* annos eſſe 69 [a].

Bellum Sociale.

§. 2. In *Græcia* porro *Chii*, *Rhodii*, *Coi* & *Byzantini*, cum *Mauſolo Cariæ* Rege conſpirantes, ab *Athenienſibus* defecerunt anno 3 Olymp. 105, Ex quo *Sociale* bellum triennale conflatum, quo *Chabrias* cecidit [b].

Bellum Sacrum.

§. 3. Vixdum eo conpoſito bellum alterum in *Græcia* concitatum eſt, quod *ſacrum* nominarunt. *Amphictyones* (Judices hi ſunt e communi *Græcia* delecti) *Lacedæmoniis* & *Phocenſibus* mulctam dixerant, illis quod *Cadmeam Thebarum* arcem occupaſſent, his quod *Chirrhæam* agri ſacri partem opere ruſtico exercuiſſent. *Philomelus*, re cum *Archidamo Spartano* Rege clam conparata, *Phocenſibus* ſuis auctor eſt, ut *Delphis* occupatis *Amphictyonum* decreta reſcindant; ita gravius concitatum bellum, quo aliquamdiu contra *Locros* & *Thebanos* ſecundo marte pugnarunt *Phocenſes* [c]: ſed tandem anno decimo bellum hoc a *Philippo*, *Macedoniæ Rege*, ad cuius auxilium *Thebani* confugerant, eſt confectum, & admiſſum piaculum ultima gentis clade expiatum [d]. Cœptum eſt hoc bellum, ut ait *Diodorus* anno 2

O 3 Olymp.

a Alphen. Comm. in Danielem P. III. c. 9. p. 217. *b* Diod. Sic. XVI. p. 513. D. 523. Demoſth. Orat. de Rhodior. Libert. p. 78. 81. Corn. Nep. Chab. c. 4. Iphic. c. 3. *c* Diod. Sic. XVI. p. 522—526. 527. 529—531. Æl. V. Hiſt. L. XII. c. 53. Juſtin. VIII. c. 1. Marm. Arund. ep. 87. *d* Diod. Sic. XVI. p. 541. 542. 544. Juſtin. VIII. c. 2.

A. 4354. Per. Jul. ad 4378. A. Christ. 360. ad 336.

Olymp. 106, a conditu *Romæ* 399, finitum est exeunte 2 Olym. 108, Per. *Jul.* 4368. Quod etiam ex *Demosthene* [a] confirmatur, qui eodem anno, quo *Phocensium* urbes a *Philippo* eversæ sunt, *Pythicos* ludos celebratos esse docet.

Philippus Macedo.

§. 4. Hæc victoria *Philippo* gratiam & auctoritatem apud *Græcos*, ac postremo dominationem peperit. Hic *Amynta* genitus, a fratre *Alexandro Pelopidæ* obses traditus, *Thebis* apud *Epaminondam* aliquamdiu vixit: ac mortuis fratribus, eorumque novissimo *Perdicca*, rebus admodum turbatis regnum obtinuit anno 1 Olymp. 105 [b]. Per. *Jul.* 4354. Mox re cum finitimis conposita, *Atheniensibus* sequenti anno ad *Methonem* victis *Amphipolim* restituit, ut eo liberius finitimos sibi subiugare posset. Tum *Pæones* & *Illyrios* vincit. *Amphipolim* anno 3 Olymp. 105 capit [c]. Postea anno 1 Olymp. 106 superatis Regibus tribus *Thraciæ*, *Pæonum* & *Illyriorum* [d], *Methone*que *Thraciæ* urbe, in cuius oppugnatione alterum oculum amisit, excisa [e], & *Lycophrone* victo [f], *Olynthum* præpotentem in *Thracia* civitatem proditione capit ineunte Olymp. 108 [g]. Mox renovato cum *Atheniensibus* fœdere, bello sacro finem inponit.

Alexander Rex Molossorum.

§. 5. Anno tertio Olymp. 109 mortuo *Arymba*, Rege *Molossorum*, *Alexandrum* uxoris suæ *Olympiadis* fratrem, excluso *Æacida*, *Arymbæ* filio, *Pyrrhi* patre, Regem facit [h].

Victoria ad Cheroneam.

§. 9. *Byzantium* oppugnans, *Atheniensium* aliorumque *Græcorum* consensu territus, ab incœpto destitit, pacemque cum *Atheniensibus* facit anno 1 Olymp. 110 [i]. qua anno tertio dissoluta cum iisdem *Atheniensibus* & *Bœotis* ad *Cheroneam* conflixit, ac victoria moderate usus, hortatu *Demadis* pacem

a Demosth. de Ementit. Legat. p. 208. *b* Diod. Sic. XVI. p. 510. 511. & L. XV. p. 492. Plut. Pelop. p. 291. F. Justin. L. VII. c. 5. *c* Diod. XVI. p. 511. 512. 514. Æschin. de Ementit. Legat. p. 251. Polyæn. Stratag. IV. c. 2. n. 17. Barbeir. Antiq. Fœd. T. I. cap. 239. *d* Diod. XVI. p. 522. A. *e* Diod. XVI. p. 528. Suidas. V. Καρανος. *f* Diod. XVI. p. 528. 529. *g* Diod. XVI. p. 538. D. Justin. VIII. 3. Barbeir. Ant. Fœd. P. I. c. 250. *h* Diod. XVI. p. 548. B. Plut. Pyrr. p. 383. Justin. VII. 6. VIII. c. 6. *i* Diod. XVI. p. 549. 550. Demost. Orat. pro Corona p. 325. 326. Plut. Demost. p. 853. D.

pacem cum *Atheniensibus* societatemque renovavit [a].

A. 4354. Per. Jul. ad 4378. A. Christ. 360. ad 336.

§. 7. Denique anno 4 Olymp. 110 dux contra *Persas Græci* nominis electus [b], cum se ad bellum compararet, in ipsa celebritate ludorum, quos *Ægis* in *Macedonia* peragebat, a *Pausania* stipatore corporis sui ex inproviso confoditur, ineunte Olympiade 111, U. C. 418. ante *Christum* 336. regnavit annos 24 [c].

Philippus dux contra Persas confoditur.

CAPUT XI.

Romanorum *res ab initio* Peloponnesiaci *belli fere ad obitum* Philippi, *id est ab U. C.* 323. *ad* 418, *Per. Jul.* 4283 *ad* 4378.

§. 1.

Veientes & Falisci devicti.

CÆsis, ut supra notavimus [d], a *Postumio* Dictatore *Æquis* & *Volscis*, undique otium fuit *Romanis*, sed paullo post turbarunt *Veientes*, quos, eorumque socios *Fidenates* anno 326 repressit *Mamercus Æmilius* Dictator [e]. *Veientibus* viginti annorum induciæ datæ [f]: sed recrudescente bello *Veios* oppugnatum ivere *Romani*, qua occasione & stipendium ex publico datum [g], & hiems sub pellibus agi cœpta [h], obsideri urbs cœpit anno U. C. 349, capta anno 358 a *Camillo* Dictatore [i]. Idem *Faliscos* non tam armis, quam iustitiæ opinione, in deditionem recepit anno 360 [k]. Olym. 96 anno tertio.

Post cladem ad Alliam Roma a Gallis capta.

§. 2. Sed a *Gallis* victrix ipsa *Roma* propemodum est deleta. Qui, cum anno 363 *Clusium* obsedissent, irritati quod tres *Romani* legati *Fabii* in ipsos pugnassent, sequenti anno *Romam* ducunt, fusi fugatique ad *Alliam Romani* [l]. Urbs deinde capta & incensa [m]: Capitolium obsessum, & absque *Manlio* fuisset,

a Diod. XVI. p. 554. 555. Plut. Demosth. p. 854. 855. Justin. IX. c. 3—5. Æl. V. Hist. VIII. c. 15. Polyb. L. V. p. 359. B. *b* Diod. XVI. p. 556. C. D. Justin. IX. c. 5. *c* Diod. XVI. p. 557—559. Justin. IX. c. 6—8. *d* Cap. VI. §. 6. *e* Liv. IV. c. 30—34. *f* Liv. IV. 35. *g* Liv. IV. 59. *h* Liv. V. 2. *i* Liv. IV. 61. V. 19—22. Flor. I. c. 12. n. 8. 9. *k* Liv. IV. 26. 27. Flor. I. 12. n. 5. 6. Aurel. Victor. Cap. 23. n. 1. 2. *l* Liv. V. 33. 36—38. Diod. XIV. p. 453. D. 454. Plut. Camillo p. 138. D. E. *m* Liv. V. 39. 42. Diod. XIV. p. 455. Plut. Cam. p. 139. E. Flor. I. c. 13.

A. 4283. Per. Jul. ad 4378. A. Christ. 431. ad 336.

fuisset, clam invadentibus barbaris captum foret [a]; tandem subigente fame pax post menses septem redemta, ea lege, ut mille pondo auri *Gallis* penderent *Romani*, ipsi urbe & agro *Romano* excederent [b]. Vulgo aiunt *Camillum*, qui *Ardeæ* degens, absens Dictator dictus erat, *Gallos* urbe eiecisse [c]. Id constat, utilem in eo operam navasse, quod plebem conpescuit, ne, relictis *Romæ* ruinis, *Veios* migraret, effecitque ut patriam urbem instauraret [d].

Manlius.

§. 3. *M.* vero *Manlius* ob servati Capitolii decus, a quo & *Capitolini* cognomen acceperat, elatus arrogantia, dum anno U. C. 370 per ambitionem ac popularem gratiam regnum adfectat, ex illo ipso, quod erat tutatus, *Tarpeio* saxo deiicitur anno 371 [e].

Consulatus cum plebe communicatus.

§. 4. Magna deinde patricios inter & plebeios de altero Consule ex plebe creando contentio fuit. Legem ea de re *C. Licinius Stolo* & *L. Sextius* Tribuni plebis promulgarunt anno U. C. 377, cui cum acerrime resisterent patres, nullum curulem Magistratum passi sunt fieri Tribuni. Ita *Romæ* quinque annorum ἀναρχία fuit. Ac demum pervicit plebs anno 387. ut anno sequente primus e plebe Consul esset *L. Sextius*. Nobilitati Prætor datus, qui ius in urbe diceret [f].

M. Curtius.

§. 5. Anno U. C. 392 dicitur *M. Curtius* iuvenis bello egregius, armatus & equo insidens se pro publica salute in hiantem medio foro specum inmisisse [g]: quod tamen ab aliis aliter explicatur [h].

Bellum cum Tiburtibus.

§. 6. Inde post bellum contra *Hernicos* [i], cum *Tiburtibus*, quibus se *Galli* iunxerant bellatum est anno 393, quibus anno 396 *Tarquinienses* & sequenti *Falisci* accesserunt [k], parumque abfuit, quin anno 398 vanis terriculamentis victi fuissent *Romani* [l]; sed restituta re, anno 400 cum *Tiburtibus* ad deditionem pug-

[a] Liv. V. 47. Diod. XIV. p. 456. [b] Liv. V. 48. Diod. L. XIV. p. 456. A. Justin. XLIII. c. 5. Polyb. L. I. p. 5. E. L. II. p. 106. C. Plut. Cam. p. 144. B. [c] Liv. V. 49. Diod. XIV. p. 455. D. 456. D. Plut. Cam. p. 140. D—144. Barbeir. Fœd. Ant. P. I. c. 203. [d] Liv. V. 49—55. Plut. Cam. p. 144. D. 145. [e] Liv. VI. 11. 14—20. Plut. Camil. p. 147. 148. Flor. I. c. 26. n. 8. [f] Liv. VI. 34—42. [g] Liv. VII. 6. Oros. III. 5. [h] Varro de Ling. Lat. L. IV. c. 32. Liv. I. c. 12. [i] Liv. VII. c. 6—9. [k] Liv. VII. 9. 12. 16. [l] Liv. VII. c. 17.

pugnatum [a]; *Faliscis* & *Tarquiniensibus* anno 403 inducias in annos 40 concessæ [b]. A. 4283. Per. Jul.

§. 7. Sed nullum gravius aut diuturnius, quam *Samniticum* bellum accidit, quod ad annos 70 vel uno amplius extensum est [c]. Quo tempore sexies rupto fœdere vicies quater de *Samnitibus* triumphatum [d]. Caussa belli a *Campanis* intervenit. Qui a *Samnitibus* victi, *Romanis* deditionem fecerunt A. U. 411 [e]. Itaque pro dedititiis sumta arma, *Samnites* tribus præliis victi, in fœdus recepti anno 413 [f]. ad 4378. A. Christ. 431. ad 336. Bellum Samniticum.

§. 8. Quo *Latini* novi hostes successerunt. Sed ii sequenti anno *Coss. T. Manlio* & *P. Decio*, quorum alter filium, quod iniussu suo pugnarat, securi percussit; alter se pro exercitu devovit; deditionem & ipsi faciunt [g]. Mox rebellantes iterum, anno 416 penitus subacti sunt [h]. Per. *Jul.* 4376. Latinum.

CAPUT XII.

Qui ingenii gloria præstiterunt circa idem tempus.

§. 1.

IN *Græcia*, claruerunt ingenii commendatione ex Philosophis primum *Plato Atheniensis*, natus Archonte *Aminia*, *Targelionis* septima [i], septem post *Isocratem* annis [k], adeoque exeunte anno quarto Olymp. 87 [l], Per. *Jul.* 4286, decessit natali suo, cum implevisset annum unum atque octogesimum [m], anno primo Olymp. 108 [n]. Plato.

§. 2. *Platonis* scholam excepit sororis eius filius *Speusippus*, cui octo annos præfuit, a centesima octava Olympiade initium sumens [o]. Hunc in adulterio deprehensum obiisse auctor est *Tertullianus* [p]. Speusippus & Xenocrates.

 Speu-

[a] Liv. VII. 19. [b] Liv. VII. c. 22. [c] Liv. XXXI. c. 31. VII. 29. Epit. L. XIV. [d] Flor. I. c. 16. n. 7. 8. [e] Liv. VII. 29—32. [f] Liv. VII. c. 32—38. VIII. 1. 2. [g] Liv. VIII. c. 1—11. Flor. I. c. 14. [h] Liv. VIII. 12—14. [i] Diog. Laërt. L. III. c. 3. [k] Plut. Vitis x Orat. p. 836. E. [l] Dodw. Ann. Thucyd. p. 111. [m] Senec. Epist. 58. Hieron. epist. ad Nepotianum. [n] Diog. Laërt. L. III. c. 3. Plut. de x Orat. c. 8. p. 845. D. [o] Diog. Laërt. L. IV. c. 1. [p] In Apol. c. 46.

A. 4283. Per. Jul. ad 4378. A. Christ. 431. ad 336.

Speusippo successit *Xenocrates*, *Chalcedone* ortus, qui scholæ præfuit annos 25, orsus anno 2 Olymp. 110, & mortuus est anno ætatis octogesimo secundo [a], Olymp. 116 tertio.

Aristoteles. §. 3. *Aristoteles Stagirites*, sectæ *Peripateticæ* conditor, auctore *Apollodoro* apud *Diogenem*, natus est anno 1 Olymp. 99, anno ætatis 17 ad *Platonem* accessit, & cum eo annis viginti vixit. *Pythodoto* Archonte anno 2 Olymp. 109 venit ad *Philippum*, ubi octo annos præceptor *Alexandri* fuit: dein *Athenas* concessit anno 2 Olymp. 111, ac annos 13 in Lyceo docuit, denique *Chalcidem* veniens anno 3 Olymp. 114 morbo periit, cum esset annorum ferme 63 [b].

Eudoxus. §. 4. *Eudoxus Cnidius*, Astrologus, Geometra & Medicus, floruit Olymp. 103, mortuus annum agens tertium & quinquagesimum [c].

Thucydides. §. 5. Historici quoque præstantes hoc sæculum illustrarunt, quorum princeps *Thucydides Atheniensis*, natus 40 annis ante bellum *Peloponnesiacum* [d], res gestas huius belli annorum 21 descripsit [e].

Xenophon. §. 6. Quem excepit *Xenophon*, & ipse *Atheniensis*, natus Olymp. 82, floruit maxime anno 4 Olymp. 94, quo cum *Cyro* iuniore contra eius fratrem *Artaxerxem* profectus est, anno ante mortem *Socratis* [f], finitoque bello *Græcos* auxiliares incolumes reduxit in patriam: obiit provecta ætate anno 1 Olymp. 105 [g]. Per. *Jul.* 4354.

Philistus. §. 7. *Philistus Syracusanus*, *Dionysii* utriusque tyranni familiaris, obiit Olymp. 106, cum pro *Dionysio* iuniore classi præesset [h].

Theopompus. §. 8. *Theopompus* Chius, *Isocratis* discipulus [i], floruit tempore *Alexandri* magni, a quo patriæ suæ restitutus est anno ætatis quinto & quadragesimo. Dein venit in *Ægyptum* ad *Ptolemæum* [k]: ita circa Olymp. 100 natum fuisse oportet.

§. 9.

a Diog. Laërt. L. IV. c. 14. Bruck. Hist. Phil. T. I. p. 732. *b* Diog. Laërt. L. V. c. 9. 10. Dionys. Halyc. epist. ad Ammæum p. 121. *c* Diog. L. VIII. c. 86. 90. *d* Gell. XV. 23. *e* Marcellinus in ipsius vita. *f* Diog. Laërt. L. II. c. 55. *g* Diog. Laërt. II. c. 56. *h* Plut. in Dione p. 973. 974. Diod. XVI. p. 518. Dionys. epist. ad Pompei. p. 131. *i* Dionys. l. d. *k* Photius in Bibl. cap. 176. p. 392.

§. 9. Huic æqualis *Ephorus Cumæus* ex *Æolide* A. 4383.
Isocratis discipulus [a], ab *Alexandro* magno invitatus Per. Jul.
eius convictu uti noluit [b]. ad 4378.

§. 10. *Ctesias* quoque *Cnidius* Medicus, qui *Artaxerxis Mnemonis* & *Cyri* iunioris tempore floruit [c]. A. Christ. 431. ad 336. Ephorus. Ctesias.

§. 11. *Isocrates* vero, eloquentiæ magister, natus Olymp. 86, Archonte *Lysimacho*, quinque annis ante bellum *Peloponnesiacum*, uti *Dionysius* [d] & *Plutarchus* [e], in eius vita referunt. Obiit post paucos dies quam ad *Chæroneam* victi sunt *Athenienses* Archonte *Charonida* sive *Charonda* undecentesimo ætatis anno [f]. Isocrates,

§. 12. Huius auditor *Demosthenes* anno ante centesimam Olympiadem natus est, auctore *Dionysio* [g]. *Plutarchus* [h] tamen scribit, ipsum annum ætatis egisse 38, quum *Plato* moreretur, ita natus erit anno 3 Olymp. 98. Vitam finiit sumto veneno, cum vixisset annos sexaginta duos [i], anno 3 Olymp. 114 [k]. Demosthenes.

§. 13. Inter Poëtas nobiles fuerunt *Aristophanes* comicus, circa tempora belli *Peloponnesiaci*, qui *Plutum* edidit anno 4 Olymp. 97 [l]. *Eupolis*, atque *Cratinus* [m] itidem Comici: *Philoxenus Cythereius* [n], *Timotheus* & *Telestes* [o] dithyrambici. Sed & *Dionysius* Tyrannus maior tragœdias scripsit [p]. Aristophanes & alii.

a Strab. XIII. p. 622. *b* Plut. de Stoicorum Repugn. p. 1043. D. *c* Xenophon. de Expedit. Cyri L. I. p. 266. *d* Dionys. p. 94. *e* Plut. Vitis x Orat. p. 836. *f* Dionys. l. d. & Plut. p. 837. Cic. in Bruto c. 52. *g* Dionys. Epist. ad Ammæum p. 120. *h* Plut. Vitis x Orat. p. 845. D. *i* Suidas. Paus. Attic. c. 8. Plut. l. d. p. 847. *k* Diog. Laërt. L. V. c. 10. *l* Vetus didascalia & Petitus Miscell. I. c. 16. *m* Horat. Sat. I. sat. 4. Suidas. *n* Diod. Sic. XV. 461. Æl. X. 9. Marm. Arund. ep. 82. *o* Diod. XIV. p. 421. D. *p* Diod. XV. p. 461. 495. D. Suid.

A. 4378. Per. Jul. ad 4391. A. Christ. 336. ad 323.

CAPUT XIII.

De Alexandro Magno, *rebusque eius tempore & ab ipso in* Græcia & Oriente *gestis: de morte* Darii & *occasu imperii* Persici: *ab anno Per. Jul.* 4378 *ad* 4391.

§. 1.

Alexander Magnus. ALexander *Philippi* filius ob magna, quæ in *Asia* exercuit latrocinia, *Magni* cognomen adeptus, natus est anno 1 Olymp. 106[a], Urbis 398, ante *Christum* 356, Per. *Jul.* 4358, die *Hecatombæonis* sexto, qua eadem nocte *Ephesi Dianæ* templum deflagravit[b]. Anno vero 2 Olymp. 109, cum ageret annum ætatis 13, *Aristoteli* in disciplinam traditus est[c]. Anno porro vicesimo, Olymp. 111 primo, patre *Philippo*, circa 24 *Septembris* anni Per. *Jul.* 4378, U. C. 418 occiso[d], in regno successit, *Pythodoro Athenis* Archonte, qui & *Pythodemus* appellatus est[e].

Res in Thracia & Græcia gestæ. §. 2. Eodemque illo anno, paullo ante mortem *Philippi*, *Darius Codomannus*, postremus *Persarum* regnum auspicatus est[f]. Contra quem communibus *Græciæ* suffragiis, præter *Lacedæmonios*, imperator *Alexander* eligitur[g]. Sed ut erant mobilia *Græcorum* ingenia, dum in *Thracia* bellum gerens, *Syrmum Triballorum* Regem fundit *Alexander*[h], ab eo deficiunt. Eo cum opinione celerius cum exercitu venisset, ab *Atheniensibus* ceterisque placatus, *Thebanos* pacem adspernantes vincit, urbem illorum evertit *Boëdromionis* die 15, qui in *Octobris* quartum incurrebat, secundo anno Olymp. 111. Cæsa *Thebanorum* sex millia, triginta millia sub corona vendita[i].

§. 3.

[a] In ἀναγραφῇ ὀλυμπιάδων. [b] Plut. Alex. p. 465. F. 466. [c] Diog. Laërt. V. c. 10. ibique Menagius. [d] Usserius in Ann. h. a. [e] Arrian. L. I. c. 1. p. 2. Plut. Alex. p. 670. A. Diod. L. XVI. p. 557. & seqq. [f] Diod. L. XVII. p. 565. B. [g] Diod. L. XVII. p. 563. 564. Arrian. L. I. c. 1. p. 3. [h] Plut. Alex. p. 670. B. C. & de Virt. Alex. p. 342. C. Arrian. L. I. c. 1—6. p. 3—16. Diod. L. XVII. p. 566. A. [i] Diod. L. XVII. p. 566—569. Arrian. L. I. c. 8—10. p. 16—23. Plut. Alex. p. 670. Æl. V. Hist. XIII. c. 7. ibique Periz. Justin. L. XI. c. 2—4.

§. 3. Dehinc *Macedoniæ* reliquæque *Græciæ* cura *Antipatro* commissa, primo vere cum exercitu, non magno illo quidem, sed veteranorum ad *Hellespontum* movet [a], anno regni sui tertio, ut ait *Zosimus* [b], Per. *Jul.* 4380. Et die vicesimo, postquam e *Macedonia* moverat, *Seston* attigit [c]. Primum ad *Granicum*, amnem *Phrygiæ*, prælium commissum, quo victi *Persæ*. Victoriæ præmium fuit *Asia* pene omnis, *Græcorum* frequentata coloniis [d]. *Memnone* interim *Græco*, *Darii* duce præstantissimo, insulas populante [e]. A. 4378. Per. Jul. ad 4391. A. Christ. 336. ad 323. Victoria ad Granicum.

§. 4. Inde *Paphlagonibus Cappadocibus*que in deditionem acceptis, dum per *Ciliciam* pergit, in periculosum morbum incidit; sed *Philippi* medici ope cito convaluit [f]. Mox secunda pugna fit ad *Issum* anno 4 Olymp. 111, Archonte *Athenis Nicostrato*, mense *Mæmacterione* [g], qui in autumnum cadit. Victi denuo *Persæ*, castra capta, *Darii* mater, uxor ac liberi in *Alexandri* potestatem venerunt [h], anno Per. *Jul.* 4381. Victoria ad Issum.

§. 5. Post hanc victoriam *Cœle-Syrii* & *Phœnices* certatim deditionem faciunt præter *Tyrios*, qui etiam legatos *Alexandri* ad pacem hortantes in mare proiecerunt. Hac ille exacerbatus iniuria urbem obsedit, & iactis in altum molibus, omnique machinarum genere septimo post mense expugnavit [i], mense *Hecatombæone*, qui circa solstitium incidit, *Niceto Athenis* magistratum obtinente, anno ineunte primo Olymp. 112 [k], Per. *Jul.* 4382. Inde *Gazam* post difficilem duorum mensium obsidionem per vim capit [l]. Tyrum Gazamque expugnat.

a Arrian. I. c. 11. p. 23. *b* Zosim. L. I. c. 4. *c* Arrian. I. c. 11. p. 24. *d* Plut. Artax. p. 672. 673. Arrian. L. I. c. 13. & seqq. Diod. Sic. XVII. p. 571—576. *e* Arrian. L. II. c. 1. Diod. L. XVII. p. 577. 578. *f* Arrian. L. II. c. 4. Plut. Alex. p. 674. C. 675. Curt. III. c. 4—6. Justin. XI. c. 8. *g* Arrian. L. II. c. 11. p. 80. Diod. XVII. p. 577. A. *h* Arrian. L. II. c. 5—12. Plut. Alex. p. 675. 676. Diod. L. XVII. p. 579—581. Curt. III. c. 7—12. Justin. IX. c. 9. *i* Arrian. L. II. c. 13—24. Diod. L. XVII. p. 583—586. Plut. Alex. p. 678. 679. Justin. XI. c. 10. Curt. IV. c. 2—4. *k* Arrian. L. II. c. 24. p. 100. Diod. L. XVII. p. 587. A. Meurs. de Archont. IV. c. 13. *l* Curt. IV. c. 6. Arrian. L. II. c. 25. 26. Joseph. Ant. L. XI. c. 8. n. 3. 4. Plut. Alex. p. 679. B.

A. 4378. Per. Jul. ad 4391. A. Christ. 336. ad 323.

§. 6. Addit *Josephus*[a] *Alexandrum*, capta *Gaza*, *Hierosolyma* adiisse, sibique occurrentem *Jadduam* pontificem adorasse, in templo ex præscripto sacerdotis sacrificasse, variaque *Judæis* privilegia concessisse.

Hierosolyma adit.

§. 7. Post hæc septimo die, quam *Gaza* movit, *Pelusium* venit, totaque *Ægypto* sine *Martis* discrimine potitur[b]. A quo initio, & anno *Nabonassari* 417, qui cœpit 14 *Novembris*, anni Per. *Jul.* 4382 *Ptolemæus* in Canone, *Ægyptios*, ut videtur, secutus, regnum *Alexandri* in *Perside* repetit.

Ægypto potitur.

Alexandria condita.

§. 8. Mox, pacata *Ægypto*, *Jovis Ammonis* oraculum adiit, indeque reversus *Alexandriam* condidit[c].

Victoria ad Gaugamela.

§. 9. Demum ultimo prælio ad *Gaugamela* cum *Dario*, tum decies centena millia ducente, debellavit, die undecimo postquam luna mense *Boëdromione*, sive 20 *Septembris*, defecerat, Archonte *Athenis Aristophane*, anno secundo Olymp. 112[d], ante *Christum* 331. Urbis conditæ 423. P. *J.* 4383.

Persepoli direpta, cadit Darius.

§. 10. *Darius* ex hoc prælio fugit in *Mediam*, loca omni rerum copia referta *Alexandro* aperta relinquens, qui *Babylonia*, *Susiana*que potitus, recta in *Persidem* profectus, *Persepolim* caput gentis diripit, regia quoque *Persarum* inibi succensa[e]. *Darius* autem bellum reparans a *Besso Bactrianorum* præfecto indigne perimitur[f], anno altero post *Arbelicam* cladem mense *Hecatombæone*[g], qui circa solstitium incipit; ut *Diodorus*[h] recte cædem *Darii* ad ineuntem annum quartum Olymp. 112, Per. *Jul.* 4385 referre videatur.

Lacedæmonii ab Antipatro victi.

§. 11. Nec minus in *Græcia* secundo *Marte* contra *Lacedæmonios* pugnavit *Antipater*, quo in certamine Rex *Agis* occubuit[i].

§. 12.

a Joseph. Ant. L. XI. c. 8. *b* Arrian. L. III. c. 1. Curt. IV. c. 7. n. 1—5. Diod. Sic. L. XVII. p. 588. B. *c* Arrian. L. III. c. 2—4. Diod. L. XVII. p. 588—590. Plut. Alex. p. 679. 680. Curt. L. IV. c. 7. n. 6. & seqq. *d* Arrian. L. IV. c. 6—15. Plut. Alex. p. 683. Diod. L. XVII. p. 591—594. Curt. IV. c. 9—16. Justin. XI. c. 12—14. *e* Arrian. L. III. c. 16—18. Plut. Artax. p. 685. C. 686. C. Diod. L. XVII. p. 596—600. Curt. L. V. c. 1—5. *f* Curt. V. 6—13. *g* Arrian. L. III. c. 22. p. 136. *h* Diod. L. XVII. p. 601. C. *i* Diod. L. XVII. p. 595. Curt. L. VI. c. 1. Justin. XII. 1. n. 6.

A. 4378. Per. Jul. ad 4391. A. Christ. 336. ad 323.

§. 12. At in Oriente victoriis magis quam passibus omnia peragrans *Alexander*, *Hyrcanos*, *Bactros* *Paropamisadas*, *Caucasi* incolas vel subiugavit, vel in fidem recepit [a]. Inter hæc *Bessum* sibi deditum iusto supplicio punivit anno primo Olymp. 113 [b]. Denique & *Indos*, victo prius & capto illorum Rege *Poro*, subegit anno 2 Olymp. 113 [c].

Bessus & Porus.

§. 13. Ad postremum fortunæ magnitudinem non ferens, elatus animo, primum Deo se genitum haberi voluit [d]: tum adulatione, luxu & crapula versis moribus, conplures amicos, optime de se patreque suo meritos, occidit. In his *Philotam* eiusque patrem *Parmenionem*, virum fortissimum, *Clitum* aliosque [e]. Biennio fere ante mortem amisit *Hephæstionem*, amicorum summum, cuius non tantum funus magnificentissime adparari iussit, sed & mortuum pro Deo haberi voluit [f].

Luxu corruptus Alexander.

§. 14. Tandem anno regni sui decimo tertio, hoc est duodecim integris annis ac mensibus octo exactis, *Babylone* obiit, ætatis annum agens tricesimum tertium [g]. Et quidem, ut putat *Usserius* [h], die 22 *Maii* anni Per. *Jul.* 4391.

Moritur.

CA-

[a] Diod. Lib. XVII. p. 601. 602. 605. 606. Plut. Alex. p. 690. C. Arrian. L. IV. Curtius. L. VII. c. 3. & seqq. [b] Diod. L. XVII. p. 1606. C. D. Arrian. L. IV. c. 7. Curt. VII. c. 10. n. 10. [c] Diod. L. XVII. p. 607—610. 612. Arrian. L. IV. c. 22. & seqq. & L. V. Plut. Alex. p. 698. 699. [d] Arrian. L. III. c. 3. [e] Arrian. L. IV. c. 7—14. III. c. 26. Curt. L. VI. & VII. Diod. L. XVII. p. 604. Plut. Alex. p. 692. [f] Diod. L. XVII. p. 621. B. 623. B—624. Arrian. L. VII. c. 14. Plut. Alex. p. 704. E. [g] Arrian. L. VII. c. 28. Plut. Alex. p. 706. 707. Diod. L. XVII. p. 625. Athen. L. X. c. 11. XII. 18. [h] Usser. in Ann. ad an. Per. *Jul.* 4391.

A. 4391. Per. Jul. ad 4434. A. Christ. 323. ad 280.

CAPUT XIV.

Quæ in Oriente *ac* Græcia *memoria digna gesta sunt, post mortem* Alexandri *ad* Pyrrhum *usque: ab anno Per. Jul.* 3491 *ad* 4434.

§. I.

Divisio imperii inter duces.

ALexander desinente anno primo Olymp. 114, U. C. 431 moriens, successorem sibi non designaverat, hinc gravi inter duces altercatione orta tandem convenit, ut *Aridæus*, mutato nomine *Philippus* appellatus, ex *Philinna Thessala*, *Philippi* scorto genitus, Regis titulo ornaretur, sed ut ei, itemque *Alexandri* ex *Roxane* nascituro filio curator, regnique moderator adderetur *Perdiccas* [a]: tum satrapiæ præfecturæque omnes in principes distributæ. *Ptolemæo*, *Lagi* filio, *Ægyptus*: *Laomedonti Mitylenæo Syria*: *Philotæ Cilicia*: *Pithoni Media*; *Eumeni Cappadocia* & *Paphlagonia*, quæque *Ponto* adiacent usque *Trapezuntem*: *Pamphylia*, *Lycia* & magna *Phrygia Antigono*: *Caria Cassandro*: *Lydia Meleagro*: *Leonnato Phrygia* minor, quæ ad *Hellespontum* est. *Asiæ* superioris provinciæ iis, qui tum præerant, permissæ: in *Europa Thracia* cum *Chersoneso Lysimacho*: *Macedonia*, *Epirus* cum omni *Græcia Antipatro* atque *Cratero*, iam ante ab *Alexandro* cum 10000 emeritorum in *Ciliciam* misso, data. *Seleucus* sociorum equitibus præfectus [b].

Bellum Lamiacum.

§. 2. Interim *Græci*, nunciato *Alexandri* obitu, ubique tumultuati sunt; in primis *Athenienses*, qui *Leosthene* duce *Græcos* ad libertatem vocarunt. *Antipatrum* victum *Lamiæ*, quod *Thessaliæ* oppidum est, obsederunt, unde *Lamiaco* bello nomen impositum est. In quo *Leosthenes* & *Leonnatus* cecidere [c]. Sed insequenti anno, cum se ad *Antipatrum Craterus* adiunxisset, victi sunt ad *Cranonem Athenien-*

[a] Plut. Alex. p. 707. Diod. L. XVIII. p. 627. 628. Curt. X. c. 5. Justin. XII. c. 15. Appian. Syr. p. 120. Excerpt. Gr. Scal. 58. 59. [b] Dexippus apud Photium cod. 82. & Arrian. Ib. cod. 92. Diod. L. XVIII. p. 628. Appian. Syr. p. 121. [c] Diod. L. XVIII. p. 631: C—635. C. Pauf. Attic. c. 1. Justin. XIII. c. 5.

nienses, *Metagitnione* mense, qui in *Augustum* incidit, ac *Boëdromione*[a], hoc est *Septembri*, *Macedonum* præsidium in *Munychiam* acceperunt[b].

A. 4391. Per. Jul. ad 4434. A. Christ. 323. ad 280.

Perdiccas.

§. 3. At in Oriente *Perdiccas* regnum cogitans, ducta *Cleopatra Alexandri* magni sorore *Ptolemæo* minabatur: ille fœdus cum *Antipatro* sancit; mox & *Antigonus* in *Græciam* veniens, *Antipatro* & *Cratero* persuadet, ut iam devictis *Græcis*, in *Asiam* exercitum traducant ad *Perdiccam* opprimendum[c]. *Perdiccas* igitur, *Eumene* ad *Hellespontum* ire iusso, tendit in *Ægyptum*: *Eumenes Craterum*, *Neoptolemumque* vincit[d]; *Perdiccas* in ipso *Nili* transitu conspiratione suorum, quibus ob superbiam invisus erat, occiditur, necdum biennio a morte *Alexandri* exacto, anno 3 Olymp. 114 ante *Christum* 322[e].

Bellum contra Eumenem.

§. 4. *Perdicca* cæso, *Eumenes* & *Alcetas Perdiccæ* frater proscribuntur, *Antipatro* rerum summa, *Antigono* cura belli contra *Eumenem* committitur: novaque Satrapiarum divisio, qua *Seleuco Babylonia* data, instituitur[f].

Antigonus Eumenem in *Cappadocia*, *Alcetam* anno sequente 4 Olymp. 114 in *Pisidia* vincit[g]. *Ptolemæus Phœniciam* & *Cœle-Syriam* eiecto *Laomedonte* in potestatem redigit[h].

Cassander & Polysperchon.

§. 5. Sed, *Antipatro* eopse anno tertio a morte *Alexandri* mortuo, res magis turbatæ sunt: cum enim *Cassander* supremum patris *Antipatri* iudicium, quo *Polysperchontem* Regis *Aridæi* & *Eurydices* eius coniugis tutorem constituerat, vituperans in *Asiam* transmitteret, ut sibi *Antigonum* principatum cogitantem, & *Ptolemæum* adiungeret[i]; *Polysperchon* firman-

a Plut. in Demosth. p. 859. A. *b* Diod. L. XVIII. p. 636. B. 637. Plut. Phocion p. 753. A. Arrian. apud Photium p. 217. Pauf. I. c. 25. *c* Diod. L. XVIII. p. 635. A. 640. C. D. 641. C. Plut. Eum. p. 585. C. Arrian. apud Phot. p. 217. f. *d* Diod. L. XVIII. p. 643. C—644. D. Plut. Eum. p. 585—587. Arrian. apud Phot. p. 220. 221. Nepos Eum. c. 3. 4. Justin. XIII. c. 8. *e* Diod. L. XVIII. p. 641. D. 645—647. Arrian. apud Phot. p. 221. *f* Diod. L. XVIII. p. 647. D. 648. C. D. 649. A. Arrian. apud Phot. p. 222. 223. Plut. Eum. p. 587. F. *g* Diod. L. XVIII. p. 649—652. Plut. Eum. p. 588—590. Arrian apud Phot. p. 224. 225. *h* Diod. L. XVIII. p. 650. D. Joseph. Antiq. L. XII. c. 1. *i* Diod. L. XVIII. p. 653. 654. 656. C. D. Plut. Phoc. p. 755. E.

A. 4391. Per. Jul. ad 4434. A., Christ. 323. ad 280.

mandis partibus & *Græciæ* civitates liberas esse iubet[a], & *Eumenem* sibi conciliat[b], *Olympiadem* quoque *Alexandri* matrem, quæ *Antipatri* metu in *Epirum* fugerat, in *Macedoniam* revocat. Quæ, ut restituta est, *Philippum Aridæum* eiusque coniugem *Eurydicen* interficit[c]. Postquam *Aridæus* sex annis & mensibus quatuor Regis nomine usus fuerat[d].

Demetrius. Phalereus.

§. 6. Interim *Eumenes* in *Asia* cum *Antigono* bella gerebat[e]; *Cassander* in *Graciam* redux *Athenienses*, qui paullo ante *Phocionem*, capitis damnatum, cicutæ haustu necaverant[f], in potestatem suam redigit, sublatoque populari dominatu, ipsis *Demetrium Phalereum* præficit[g]. Ea mutatio reipub. incidit *Archippo* Archonte, anno 3 Olymp. 115. Post hæc, cognita *Aridæi* cæde, idem *Cassander* in *Macedoniam* veniens anno 1 Olymp. 116 Per. *Jul.* 4398. *Olympiadem* obtruncat, *Thessalonicen Alexandri* magni sororem, coniugem ducit[h].

Eumenes proditus.

§. 7. In *Asia* vero *Eumenes*, fatigato aliquamdiu *Antigono*, tandem veteranorum militum *Argyraspidum* perfidia proditus, ab *Antigono* sublatus est anno 1 Olymp. 116[i].

Antigonus, Seleucus.

§. 8. Ab eo tempore opibus ac potentia auctus *Antigonus* regnum adfectat, *Pithone* cæso, provincias Orientis describit[k], sed elapsus fuga *Seleucus Ptolemæum*, *Lysimachum* & *Cassandrum* ad fœdus secum contra *Antigonum* ineundum inpellit[l]. *Antigonus* in *Phœniciam* descendens *Tyrum* post annum & tres menses expugnat[m]. Verum anno 1 Olymp. 117 filius eius *Demetrius*, ad provinciæ tutelam relictus,

a Diod. XVIII. p. 656. D. 657. Plut. Phoc. p. 756. A. *b* Diod. Sic. XVIII. p. 658. Plut. Eum. p. 590. 591. *c* Diod. Sic. p. 658. A. L. XIX. p. 676. Justin. XIV. c. 5. *d* Diod. Sic. L. XIX. p. 676. E. Excerp. Gr. Scal. p. 58. 61. 63. *e* Diod. Sic. L. XIX. p. 658—661. L. XIX. p. 677. 682—688. 692—694. Plut. Eum. p. 591—593. *f* Diod. L. XVIII. p. 662. D. Plut. Phoc. p. 756—758. *g* Diod. L. XVIII. p. 663—667. Plut. Demetr. p. 892. B. Athenæus L. XII. c. 11. p. 542. *h* Diod. L. XIX. p. 689—691. 697—699. Justin. XIV. c. 6. Dexippus Excerp. Gr. Scal. p. 58. *i* Diod. L. XIX. p. 693. 694. Plut. Eum. 593—595. Nepos Eum. c. 7—10. Justin. XIV. 3. Polyæn. IV. c. 6. n. 14. *k* Diod. L. XIX. p. 695. D. 696. 701. *l* Appian. Syr. p. 121. Diod. L. XIX. p. 702. *m* Diod. L. XIX. p. 702. 704. C. Appian. Syr. p. 122.

lictus, vincitur a *Ptolemæo*, qua occasione paucis comitatus *Seleucus*, qui *Nicator* dicitur, *Babylonem* recuperat[a]. Quod Æræ *Seleucidarum*, quæ ab anno Per. *Jul.* 4402 ducitur, occasionem dedit. A. 4391. Per. Jul. ad 4434. A. Christ. 323. ad 280.

§. 9. Anno vero 2 Olymp. 118 ante *Christum* 307 a patre in *Græciam* missus *Demetrius Poliorcetes*, cum alias urbes tum inprimis *Athenas*, quinto decimo anno, postquam *Lamiaco* bello in servitutem venerant, libertati restituit[b]. Eodemque anno *Antigonus* & *Demetrius*, eorumque exemplo alii, regium sibi nomen & insignia sumsere[c]. Duces regium nomen sumunt.

§. 10. Sub hæc invalescente magis *Antigoni* potentia, anno 3 Olymp. 119 in fœdus coëunt *Cassander*, *Lysimachus*, & *Seleucus*[d], rebusque utrimque magna cura paratis, sequenti anno ad *Ipsum Phrygiæ* oppidum decretalis pugna committitur. Victus *Antigonus* in acie cadit[e]. *Demetrius* eius filius, in *Græciam* fugiens ab *Atheniensibus* excluditur[f]. Regnum *Antigoni* socii inter se dividunt[g]. Pugna ad Ipsum.

§. 11. Verum paullo post *Demetrius*, *Seleuci* adfinitate sublevatus, recuperata *Cilicia*, *Athenas* annua obsidione vallatas, pulso *Lachare*, obtinet anno 1 Olymp. 121, lenique verborum castigatione contentus omnia *Atheniensibus* præter libertatem restituit[h]. Mox versis in *Spartanos* armis, parum ab urbe obtinenda abesse videbatur, cum nova eum spes in *Macedoniam* avertit[i]. Mortuus ibi paullo ante anno 3 Olymp. 120 *Cassander* fuerat, cum regnasset annos 19, filios ex *Thessalonica* tres relinquens. Quorum maximus *Philippus* uno anno regnavit. Reliqui duo *Antipater* & *Alexander* de imperio certabant. *Antipater*, interemta matre *Thessalonica*, pul- Demetrius Polyorcetes.

Q 2

a Diod. L. XIX. p. 715—718. 720. Plut. Demet. p. 891. Joseph. contra Apion. L. I. c. 22. p. 455. Appian. l. d. Norisius Differt. II. c. 1. de Epochis Syro-Macedonum. *b* Diod. L. XX. p. 756. Plut. Demet. p. 892. *c* Diod. L. XX. p. 757—761. Plut. Demet. p. 895. 896. App. Syriac. p. 122. Justin. XV. c. 2. *d* Diod. Sic. L. XX. p. 787. 788. Plut. Demet. p. 901. Justin. L. XV. c. 2. *e* Diod. L. XX. p. 785—791. & Eclog. L. XXI. p. 862. Plut. Demet. p. 901. E. 902. Appian. Syr. p. 122. Lucian. in Macrob. p. 823. Excerpt. Gr. Scal. p. 61. *f* Plut. Demet. p. 903. *g* Plut. Demet. p. 902. F. Polyb. L. V. p. 410. *h* Plut. Demet. p. 903—905. Pauf. I. c. 25. p. 60. 61. *i* Plut. Demet. p. 905. C—E.

A. 4391. Per. Jul. ad 4434. A. Christ. 323. ad 280.

pulsus, a *Lysimacho Thraciæ* Rege, cuius filiam duxerat, interficitur. *Alexander Pyrrhum* ex *Epiro*, *Demetrium* ex *Peloponneso* in auxilium vocat. *Demetrius*, *Pyrrho* & *Antipatro* pulsis, *Alexandro* interfecto, *Macedonia* potitur anno secundo Olymp. 121 [a]. Per. *Jul.* 4419, U. C. 459.

Excidit ausis.

§. 12. Sed cum ad imperium *Asiæ*, quod pater eius olim obtinuerat, recuperandum ingentem adpararet exercitum, *Seleucus*, *Lysimachus*, *Ptolemæus* & *Pyrrhus* communibus eum consiliis oppugnant. Ibi destitutus a suis, *Macedonia*, quam septem annos tenuerat, eiectus [b], tandem se *Seleuco* tradere cogitur [c]. Apud quem inter luxum & delicias vitam inglorius anno post tertio finiit, tertio Olymp. 123 [d]. Hic ille *Seleucus* est, qui *Stratonicen Demetri* filiam, aliquamdiu in matrimonio habitam, filio suo *Antigono*, eam perdite amanti, concessit [e].

Ptolemæus, Lysimachus, Seleucus & Ceraunus mortui.

§. 13. Nec multo postea victores primi tres extincti sunt. *Ptolemæus Lagi* filius, translato in filium natu minorem *Philadelphum* regno, moritur natus annos 80 anno 1 Olymp. 124, regni a morte *Alexandri* 40 [f]. *Lysimachus* anno secundo Olymp. eiusdem, ante *Christum* 282 in *Asiam* contra *Seleucum* veniens, in pugna cecidit [g], natus annos 80 [h]. *Seleucus* vero annos natus 73, & *Alexandri* commilitonum ultimus, post menses admodum septem, *Ptolemæi Ceranni*, *Philadelphi* fratris, insidiis oppressus, regnum *Macedoniæ*, quod *Lysimacho* eripuerat, cum vita pariter amittit [i]. *Ceraunus* eiusdem Olymp. 124 anno quarto exeunte cadit [k] Per. *Jul.* 4434. U. C. 474.

Post

a Dexippus in Excerpt. Gr. Scal. p. 58. & Porphyr. Ib. p. 63. Justin. L. XVI. c. 1. Pauf. L. IX. c. 7. Plut. Demet. p. 905. E. 906. & in Pyrrho p. 386. Euseb. Chron. *b* Plut. Demetr. 907. E. 909. E—911. Pyrrho p. 388. C. 389. Justin. XVI. c. 2. *c* Plut. Demet. p. 911. C—914. Dexipp. in Excerpt. Gr. Scal. p. 58. *d* Plut. Demet. p. 915. A. *e* Plut. Demet. p. 906. F. 907. Justin. XVI. c. 2. Diod. Excerp. Valef. p. 262. Excerpt. Gr. Scal. p. 66. *f* Porphyr. Excerp. Græc. Scal. p. 59. Joseph. Ant. L. XII. c. 2. n. 1. Lucian. in Macrobiis p. 823. 824. Pauf. I. c. 6. p. 17. Justin. XVI. c. 2. *g* Justin. XVII. 1. 2. Appian. Syr. p. 128. Pauf. I. c. 10. Memnon apud Phot. c. 9. p. 714. Dexipp. Exc. Gr. Scal. p. 58. *h* Lucian. de Longævis p. 832. *i* Memnon apud Photium c. 13. p. 716. 717. Pauf. L. I. c. 16. Appian. Syr. p. 128. 129. Justin. XVI. 2. Dexipp. Excerp. Gr. Scal. p. 58. *k* Polyb. L. II. p. 128.

Post cuius mortem *Antigonus Gonatas*, reliquique posteri *Demetrii Poliorcetæ* in *Macedonia* regnarunt, usque ad *Persen Philippi* filium [a], de quo postea dicetur.

A. 4391. Per. Jul. ad 4434. A. Christ. 323. ad 280.

§. 14. Atque ita vastum, quod *Alexander Macedo* quæsiverat imperium, in quatuor regna, secundum ea quæ olim *Daniel* [b] Propheta designaverat, divisum est. Horum principes fuere *Ptolemæus Lagi* filius in *Ægypto* finitimisque locis: *Seleucus Babylone* & in Oriente: *Lysimachus* in *Thracia*: *Demetrius Poliorceta* eiusque posteri in *Macedonia* & *Græcia*.

Imperium Alexandri in quatuor regna divisum.

§. 15. *Ptolemæorum Alexandriæ* & in *Ægypto* regnum nomenque pervasit ad posteros ab eius conditore *Lagi*, sive ut *Pausanias* [c] refert, filio *Philippi*, patris *Alexandri* magni. Qui tametsi annis demum septendecim [d] post *Alexandri* obitum titulum Regis usurpaverit, initium tamen regni eius ab eo, quo mortuus est *Alexander*, ducitur. Atque ita ad mortem *Cleopatræ*, quam *Cæsar Octavianus* devicit, regnatum est annis 294.

Ptolemæi in Ægypto.

CAPUT XV.

De Agathocle, Pyrrho *&* Gallorum *in* Græciam *expeditionibus variis ab anno Per. Jul.* 4375 *ad* 4442.

§. 1.

SYracusanos, a *Timoleonte* anno exeunte primo Olymp. 110 libertati restitutos, *Agathocles*, *Carcini* figuli *Rheginensis* filius, cæsis sexcentis, quibus reipub. cura commissa fuerat, denuo sub iugum misit anno 4 Olymp. 115. Per. *Jul.* 4397 [e]. Imperiumque ad annos circiter octo & viginti [f], admirabili fortunæ varietate tenuit. Domitis non semel *Siculis*, a *Carthaginiensibus* ad *Himeram* fluvium magno

Agathocles.

[a] Plut. Demet. p. 915. D. Memnon apud Phot. c. 14. 15. p. 717. Pauf. X. c. 19. Justin. XXIV. c. 4—6. Dexipp. Excerp. Græc. Scal. p. 58. & Porphyr. Ib. p. 63. [b] Dan. VIII. 8. 21. 22. XI. 3. 4. [c] Pauf. L. I. c. 6. [d] Porphyr. Excerpt. Græc. Scal. p. 59. [e] Diod. Sic. L. XIX. p. 670—675. Justin. XXII. c. 1. 2. Polyæn. L. V. c. 3. n. 7. [f] Diod. Eclog. L. XXI. p. 865.

A. 4375. Per. Jul. ad 4442. A. Christ. 339. ad 272.

magno prælio victus [a], mira prorsus audacia bellum in *Africam* transfert anno regni sui septimo, Olymp. 117 tertio [b], qui annus insigni solis defectione notatus est a *Diodoro* [c] & *Iustino* [d], quæ *Augusti* 15 hora octava matutina *Syracusis* accidit anno Per. *Jul.* 4404, ante *Christum* 310. Ibi re ex sententia gesta *Carthaginem* ipsam obsidet [e], *Carthaginienses* prope ad desperationem adducti, *Saturno* liberos suos inmolant [f], & *Hamilcarem* ducem e *Sicilia* revocant. At is *Syracusas* obsidens ab obsessis ipsis interficitur [g]. *Agathocles* regium nomen & insigne sumit [h]; & corruptis paullo post per absentiam eius in *Africa* rebus [i], rem anno 3 Olymp. 118 cum *Carthaginiensibus* conponit [k]; tandemque anno 4 Olymp. 122, ante *Christum* 289, cum in *Bruttios* transfretasset, ab *Archagatho* nepote interficitur [l].

Pyrrhus.

§. 2. Non minus stupenda fortunæ varietas in *Pyrrho*, sed maior, ut in legitimo principe, virtus enituit. Hic *Æacida* patre, *Arymbæ* filio, Rege *Molossorum* natus, anno ætatis 17 a *Neoptolemo* regno pulsus, ad *Demetrium Poliorcetam*, cui soror eius *Deidamia* nupserat, se recepit, & sub eo prima militiæ tirocinia in pugna ad *Ipsum* posuit [m]. Post hæc obses in *Ægyptum* veniens, ducta *Antigone*, filia *Berenices*, uxoris *Ptolemæi Lagidæ*, ea adfinitate & opibus fultus, regnum recuperavit [n]. Cuius initium *Velleius* [o] adtribuit anno illi, quo Consules erant *Q. Fabius* quintum & *Decius Mus* quartum, qui est urbis 459, Olymp. 121 secundus, Per. *Jul.* 4419, ante *Christum* 295. Quo eodem anno ab *Alexandro*, *Cassandri* filio, vocatus in *Macedoniam*, partem eius auctoramentum accepit [p], Ac dein bellum varium gessit cum *Demetrio Poliorceta*,

a Diod. L. XIX. p. 728. B—730. Justin. XXII. c. 3. b Diod. L. XIX. p. 671. A. coll. XX. p. 734. A. Justin. XXII. 5. c Diod. XX. p. 735. C. d Just. XXII. c. 6. e Diod. L. XX. p. 734—740. Just. XXII. c. 4—6. f Diod. L. XX. p. 739. D. g Diod. L. XX. p. 747. 748. Justin. XXII. 7. h Diod. L. XX. p. 761. i Diod. L. XX. 767—769. Justin. XXII. c. 8. k Diod. L. XX. p. 773. 774. l Diod. Eclog. L. XXI. c. 12. p. 864. 865. Justin. XXIII. c. 1. 2. m Plut. Pyrr. p. 383. 384. Justin. L. XVII. c. 3. Pauf. L. I. c. 11. n Plut. Pyrr. p. 385. Pauf. L. I. c. 11. p. 28. o Vell. L. I. c. 14. n. 6. p Plut. Pyrrho p. 386.

erceta, cuius præmium occupata septem haud amplius mensibus *Macedonia* fuit [a]. Mox *Tarentinis* opitulatum veniens anno U. C. 474, in *Italia* & *Sicilia* varia fortuna bellavit [b]. Ac post sex annos spe sua frustratus in *Epirum* rediit [c]. Hinc *Macedonia* rursus potitus est, eiecto *Antigono Gonata Demetrii* filio [d]. Inter hæc a *Cleonymo Spartano*, contra *Areum*, fratris eius filium, evocatus in *Peloponnesum*, apud *Argos* oppetiit, primo anno Olymp. 127 [e], ante *Christum* 272, regni ut adparet tertio ac vicesimo, siquidem anno Urbis 459 regnare cœpit.

A. 4373. Per. Jul. ad 4442. A. Christ. 339. ad 272.

Galli in Thracia, Macedonia, & Græcia.

§. 3. *Gallorum* quoque in *Thraciam* & *Græciam* expeditio in idem intervallum incidit. Ea triplex a *Pausania* describitur. Primo, *Cambaule* duce, in *Thraciam* usque penetrarunt, eiusque populatione contenti domum redierunt [f]. Secundo tripartito agmine, alii *Cerethrio* duce in *Thraces* & *Triballos*: alii *Brenno* & *Acichorio* ducibus in *Pannoniam*: alii *Bolgio* duce in *Macedoniam* & *Illyricum* effunduntur: atque *Ptolemæo Cerauno*, postquam annum & quinque menses regnaverat, in prælio cæso, anno 4 Olymp. 124, ingentem stragem edunt [g]. Desperatas *Macedoniæ* res *Sosthenis* virtus erexit, qui exsultantes victoria barbaros repressit, & regnum *Macedoniæ* biennium tenuit. Donec tertia *Gallorum*, ducibus *Brenno* & *Acichorio*, irruptione cecidit [h]. *Galli* ad *Thermopylas* victi [i], in *Græciam* penetrant, *Delphicum* templum spoliant [k], iterumque victi discedunt e *Græcia* Archonte *Anaxicrate*, hiemis tempore, hoc est anno secundo Olymp. 125 [l]. Atque ita pars eorum duce *Commontorio* ad *Hellespontum* venit, & *Byzantios* vectigales habuit [m], pars, forte captivorum, in *Ægyptum* delata [n].

§. 4.

a Plut. Pyr. p. 386. 388. 389. 390. B. Justin. XVI. 2. Pauf. L. I. c. 10. Dexip. Exc. Gr. Scal. p. 58. *b* Plut. Pyrr. p. 390—399. Justin. XVIII. 2. XXIII. 3. Pauf. I. c. 12. 13. *c* Plut. Pyrr. p. 400. A. *d* Plut. Pyrr. p. 400. Pauf. I. c. 13. Justin. XXV. c. 3. *e* Plut. Pyrr. p. 400. C—406 Pauf. I. c. 13. Justin. XXV. 4. 5. *f* Pauf. L. X. c. 19. p. 843. *g* Pauf. l. d. Dexipp. Excerpt. Gr. Scal. p. 58. & Porphyr. Ib. p. 63. Polyb. II. p. 128. A. Justin. XXIV, 5. *h* Dexipp. & Porphyr. ll. dd. Justin. l. d. *i* Pauf. L. X. c. 19—22. *k* Lucan. V. vf. 134. Strab. L. IV. p. 188. Diodor. Eclog. L. XXII. c. 13. p. 879. Justin. L. XXV. c. 3. n. 9—11. *l* Pauf. L. X. c. 23. *m* Polyb. L. IV. p. 313. *n* Callim. Hymno in Delum vers. 184. ibique Spanhemius.

A. 4375. Per. Jul. ad 4442. A. Christ. 339. ad 272.

Galli in Asia.

§. 4. Insequente vero anno, *Democle Athenis* Archonte, *Galli*, interventu *Nicomedis* Regis *Bithyniæ*, duce *Leonorio*, in *Asiam* transiere, sedesque ibi nacti regionem de nomine suo *Galatiam* dixerunt [a].

CAPUT XVI.

Res a Romanis *ab anno U. C.* 419. ad 496 *gestæ*, *Per. Jul.* 4379 *ad* 4450.

§. 1.

Romana aucta potentia.

DUm in *Asia* atque *Græcia* ab *Alexandro M.* eiusque successoribus bellis ac tumultibus omnia miscentur, graviora *Romani* bella cum *Samnitibus* & *Gallis* gesserunt, quibus se *Romana* virtus ad orbis terrarum dominatum exercuit.

Alexander Epirota in Italia.

§. 2. *Alexander* Rex *Epiri*, *Alexandri* Magni avunculus, anno U. C. 414 [b] a *Tarentinis* accitus [c], traiecerat in *Italiam*, bellum, si res prospere cessissent, facturus *Romanis* [d]. Sed cum, post multa cum *Bruttiis*, *Lucanis* & *Samnitibus* prœlia [e], parum proficeret, pace anno U. C. 422 cum *Romanis* conposita [f], tandem ad *Acheruntem* fluvium a *Lucanis* cæsus est anno U. C. 428 [g], tertio Olymp. 113, superstite *Alexandro* magno, quem eius ulciscendi prætextu, si vixisset, exercitum in *Italiam* traducere voluisse auctor est *Plutarchus* [h].

Palæpolitani devicti.

§. 3. Interim *Palæpolitani* origine *Græci*, haud procul inde habitantes, ubi nunc *Neapolis* est, ausi *Romanis* inferre bellum, altero anno, qui fuit U. C. 428, a *Publilio* Proconsule, cui populi suffragio prorogatum imperium erat, domiti sunt [i].

Caudinæ furcæ.

§. 4. Diuturnum præ ceteris maximeque formidolosum *Samniticum* bellum fuit, quod hoc intervallo aliquoties repetitum, acerrime gestum est: maxi-

a Pauf. L. X. c. 23. p. 857. Memnon apud Phot. p. 720. cap. 20. Liv. XXXVIII. c. 16. Strab. L. XII. p. 566. 567. *b* Liv. VIII. c. 3. *c* Strab. L. VI. p. 280. *d* Gell. XVII. c. 21. Liv. VIII. c. 3. Pauf. I. c. 11. *e* Liv. VIII. 17. 24. Justin. XII. 2. *f* Liv. VIII. 17. Justin l. d. *g* Liv. VIII. c. 24. Strab. L. VI. p. 256. Suidas V. Τόνον. *h* Plut. de Fortuna Romanorum p. 326. B. *i* Liv. VIII. 22. 23. 25. 26.

maximeque *Caudinæ* furcæ *Romanorum* dedecore nobiles factæ sunt, anno U. C. 433, tertio post *Alexandri M.* obitum, quando *Romanus* exercitus cum utroque Consule sub iugum missus [a]. Sed eam infamiam sequente anno, maiori *Samnitium* clade, ac pari ignominia, rependit *Papyrius*, imperator fortissimus [b]. A. 4379. Per. Jul. ad 4450. A. Christ. 335. ad 264.

§. 5. Cum bellum *Samniticum* prospere gereretur, ac fere profligatum videretur, anno 442 novi hostes accessere *Hetruscorum* duodecim populi, in perniciem *Romani* nominis concitati, sed ii anno U. C. 444 a *Fabio* Consule ingenti prælio victi, inducias triginta annorum impetrarunt [c]. Iterum cum anno 462 *Q. Fabius Maximus Gurges* male pugnasset contra *Samnites*, rem restituit eius pater filio legatus datus, qua occasione *C. Pontius Samnitium* imperator in triumphum ductus securique percussus est [d]. Bellum Hetruscum.

§. 6. *Galli*, quod *Veneti* ipsorum fines cum infesto exercitu erant ingressi, pace cum *Romanis* facta & urbe ipsis anno 364 restituta, domum redierant, ibi aliquamdiu intestino bello exerciti [e], post annos 29 denuo *Romanos* infestare cœperunt: Sed tum quidem cum via *Salaria* ad tertium ab urbe lapidem castra haberent *T. Manlii Torquati* fortitudine aversi sunt [f]. Sequenti *Tiburtibus* iuncti *Albam* usque processerunt, nec obsisti potuit secundum *Polybium* [g]: *Livius* [h] tamen anno isto U. C. 394 Dictatore *Servilio Ahala* haud procul *Collina* porta prospere pugnatum scribit. Duodecimo post anno, qui fuit U. C. 405, rursus a *Camillo* cæsi, quo tempore *Valerius Corvus Gallum* provocantem superavit [i]. Post annos tredecim pacem cum *Romanis* ac fœdus faciunt, in quo annos triginta perseverarunt [k]. Bellum cum Gallis varium.

§. 7. Itaque sub annum U. C. 450 *Cisalpini Galli* cum *Transalpinis* & *Etruscis Romanorum* agros popu- Galli Hetruscis & Samnitibus iuncti.

a Liv. IX. c. 1—12. Flor. I. c. 16. n. 9. Eutrop. L. II. c. 7. b Liv. IX. c. 13—15. c Liv. IX. c. 28—33. 35—37. Flor. I. c. 17. d Liv. L. X. c. 47. & Epit. L. XI. Eutrop. L. II. c. 7. Zonar. L. VIII. p. 367. 368. Oros. L. III. c. 22. e Polyb. II. p. 106. C. f Liv. L. VII. c. 9. 10. g Polyb. L. II. p. 106. D. h Liv. L. VII. c. 11. i Polyb. L. II. p. 106. E. 107. Liv. L. VII. c. 26. k Polyb. L. II. p. 107. A.

A. 4379. Per. Jul. ad 4450. A. Christ. 335. ad 264.

populati sunt, sed in reditu inter se de præda digladiati, magnam exercitus sui partem amiserunt [a]. Anno dehinc quarto cum *Samnitibus Etruscis*que iuncti *Romanos* cædunt; sed paucis interiectis diebus, cum *P. Decius* Consul caput pro exercitu devoveret, magna strage deleti sunt *Galli* [b]. Vix decem elapsi erant anni, cum iterum *Galli Senones* a *Lucanis*, *Bruttiis*, *Samnitibus* ac *Etruscis* exciti *Aretium* obsederunt, *L. Cæcilium* Prætorem cum exercitu occiderunt: sed eam cladem ultus est *Dolabella* profligatisque *Gallis*, *Sena* capta, coloniam eo deduxit [c]. Eo irritati *Boii* arma in *Romanos* vertunt, sed bis victi, ac tantum non deleti, pacem a *Romanis* impetrant anno U. C. 472, tertio ante quam *Pyrrhus* in *Italiam* veniret [d].

Tarentini & Pyrrhus.

§. 8. Quo eodem tempore, *Tarentini Græca* levitate, *Romana* classe direpta, pulsatisque eorum legatis, gravius in se concitarunt bellum. Ad quod gerendum missus *L. Æmilius Barbula Tarentinos*, & qui cum ipsis stabant, *Samnites*, *Lucanos*, *Bruttios*, *Etruscos* & *Salentinos* acie devicit [e]. Qua clade permoti *Pyrrhum* ex *Epiro* in auxilium vocant. Qui anno U. C. 474. in *Italiam* traiecto exercitu cum *Romanis* bellum gerit. Primo prælio, *Lævino* duce, victi *Romani*. *Pyrrhus* ultro *Cineam* de pace acturum *Romam* mittit, quam *Appius Cæcus* fieri prohibuit: *C. Fabricio* autem captivos reposcente *Pyrrhus* omnes sine pretio remisit [f]. Inde bis ancipiti *Marte* cum *Romanis* congressus [g], a *Syracusanis* invitatus, postquam duos annos & menses quatuor in *Italia* bellaverat, copias contra *Pœnos* traducit in *Siciliam*: sed nec ibi rebus ex voto fluentibus, in *Italiam* redit anno U. 479 [h], ac victus, castrisque exutus, *Ta-*

[a] Polyb. L. II. p. 107. B. C. Liv. L. X. c. 10. [b] Polyb. L. II. p. 107. C. D. Liv. L. X. c. 26—29. [c] Polyb. L. II. p. 107. 108. Liv. Epit. L. XIII. Orof. III. 22. [d] Polyb. L. II. p. 108. B. C. [e] Liv. Epit. L. XII. Flor. I. 18. Orof. IV. 1. Zonar. L. VIII. c. 2. 3. Eutrop. L. II. c. 8. [f] Plut. Pyrr p. 390—396. Justin. L. XVIII. c. 1. 2. Zon. L. VIII. c. 3. 4. Liv. L. XIII. Epit. Flor. Orof. ll. dd. [g] Plut. Pyrr. p. 396. D. 397. Zon. L. VIII. c. 5. [h] Diod. Eclog. L. XXII. c. 11. & 14. Plut. Pyrr. p. 397. 398. Justin. XVIII. 2. XXIII. c. 3.

Tarento pulſus redit in *Epirum*, cum ſex annos in *Italico* & *Siculo* bello poſuiſſet [a]. A. 4379.

§. 9. Fugato *Pyrrho*, *Tarentini* cum *Samnitibus*, *Bruttiis* & *Carthaginienſibus*, qui contra fœdus iſti bello intervenerant, acie victi ſunt. *Milo Pyrrhi* præfectus, ſalutem pactus, diſcedit anno U. C. 482. *Tarentinis* deditionem facientibus libertas reſtituitur [b]. Secutum eſt, anno U. C. 486 quaſi prioris acceſſio bellum *Picens* ac *Salentinum*, quo feliciter confecto *Italia* omnis *Romanorum* facta eſt [c].

Per. Jul. ad 4450. A. Chriſt. 335. ad 264. Finis bellorum in Italia.

CAPUT XVII.

De viris doctrina præſtantibus.

§. 1.

EOdem quo *Alexander* magnus anno, adeoque primo Olymp. 114, eademque die vita exceſſit *Diogenes Cynicus* annos natus fere nonaginta [d]: & biennio poſt *Ariſtoteli* in ſchola *Peripateticorum* regenda ſucceſſit *Theophraſtus Ereſius* [e], quem *Hieronymus* [f] annos centum & ſeptem vixiſſe teſtatur [g].

Diogenes Cynicus, & Theophraſtus.

§. 2. *Xenocrati* anno 3 Olymp. 116 mortuo in *Platonicorum* ſchola ſucceſſit *Polemo Athenienſis*, *Xenocratis* diſcipulus [h]. Cui æqualis fuit *Crantor Solenſis*, philoſophus & poëta, ſed tamen ante *Polemonem* mortuus eſt [i]. *Polemoni* vero ſucceſſit eius diſcipulus *Crates Athenienſis* [k]. Poſt quem celebre nomen nactus eſt, mediæ Academiæ auctor, *Arceſilaus*, *Pitana Æolidis* ortus, *Theophraſti* & *Crantoris* diſcipulus [l], qui floruit circa Olympiadem 120 [m], & mor-

Polemo Crantor, Crates, Arceſilaus.

a Plut. Pyrr. p. 399. 400. Pauſ. I. c. 13. Oroſ. IV. 2. Eutrop. Flor. II. dd. Zon. VIII. c. 6. *b* Epit. Liv. XIV. XV. Oroſ. IV. c. 3. Zon. L. VIII. c. 6. p. 379. Frontin. III. c. 3. ex. 1. *c* Flor. I. c. 19. 20. Oroſ. IV. 4. Epit. Liv. XV. Eutrop. II. 9. Frontin. Stratag. L. I. c. 12. ex. 3. Polyb. L. I. p. 6. C. *d* Diog. Laërt. L. VI. c. 79. Plut. Sympoſ. L. VIII. c. 1. *e* Diog. Laërt. L. V. c. 36. *f* Hieron. in epiſtola ad Nepotianum. V. Caſaub. ad Præf. Charact. Theophraſti. *g* Laërt. L. V. c. 157. annos natum 85 obiiſſe ſcribit. *h* Diog. Laërt. IV. c. 16. *i* Diog. Laërt. IV. c. 24. 27. *k* Diog. Laërt. IV. c. 21. *l* Diog. Laërt. IV. c. 23. 29. *m* Diog. Laërt. IV. c. 45.

A. 4391. Per. Jul. ad 4434. A. Christ. 323. ad 280.

& mortuus est annos natus 75[a], Olympiadis 134 anno quarto, quando ei *Lacydes* successit[b].

Epicurus. Zeno.

§. 3. *Epicurus Gargettius*, natus anno 3 Olymp. 109[c], obiit anno secundo Olymp. 127, natus annos 72[d].

§. 4. Celebris etiam hoc tempore fuit *Zeno Cittiéus* ex *Cypro*, *Cratetis* Cynici discipulus & *Stoicæ* sectæ conditor, vixit annos 98, ex quibus 58 scholæ præfuit[e], & secundum *Eusebium* obiit Olymp. 129: sed *Diogenes* refert epistolam eius ad *Antigonum* Regem Olympiade 130 datam, in qua se octogenarium esse scribit[f], ita diutius vixisset. *Suidas* sub *Antigono Gonata* floruisse scribit: is cœpit Olymp. 125, quo tempore si epistolam scripsit ad *Antigonum* congruit cum *Eusebio* ratio.

Demetrius Phalereus.

§. 5. *Demetrius* item *Phalereus*, *Theophrasti* discipulus, Philosophus & Orator[g], nec minus reipub. tractandæ peritus, *Athenis* decem annos præfuit[h]. Cœpit autem anno 3 Olymp. 115, quo *Cassander Athenis* potitus est[i], At anno 2 Olymp. 118 *Demetrio Poliorceta Athenas* obtinente *Thebas* concessit[k]. Ac post *Cassandri* necem, metu *Antigoni* se in *Ægyptum* recepit ad *Ptolemæum Soterem*[l]. A cuius filio *Philadelpho* relegatus, aspidis morsu periit, anno circiter primo Olymp. 124[m].

Menander.

§. 6. *Menander Theophrasti* discipulus[n], Poëta Comicus, natus Archonte *Philippo*, id est anno tertio Olymp. 109, mortuus est Archonte *Sosigene* anno 3 Olymp. 122 natus annos 52[o].

Timæus & Callias.

§. 7. Historiam scripsit *Timæus*, *Siculus Tauromenita*, & *Callias Syracusanus*, qui ambo *Agathoclis* tempore floruerunt[p].

§. 8.

a Diog. Laert. IV. c. 44. *b* Diog. Laërt. IV. c. 61. *c* Diog. Laërt. L. X. c. 14. *d* Diog. Laërt. L. X. c. 15. *e* Diog. Laërt. L. VII. c. 1. 2. 28. Clem. Alex. Strom. L. I. c. 14. p. 353. Edit. Potteri. *f* Diog. Laërt. L. VII. c. 8. coll. 6. *g* Diog. Laërt. V. 75. Cic. III. de Leg. 6. I. de Officiis c. 1. *h* Diog. Laërt. L. V. c. 75. *i* Diod. Sic. XVIII. p. 667. *k* Diod. Sic. XIX. p. 756. *l* Diog. Laërt. V. c. 78. Cic. V. de Fin. c. 19. Æl. Var. Hist. III. c. 17. *m* Diog. Laërt. l. d. Cic. pro C. Rabirio Postumo c. 9. *n* Diog. Laërt. V. c. 36. *o* Inscript. apud Grut. p. 1027. n. 2. Græca Proleg. Aristophanis περὶ κωμῳδίας pag. xii. *p* Diodor. Excerpt. Vales. p. 258. 261.

§. 8. At *Alexandro* magno regnante *Berosus Chaldæus* & *Chaldaicarum* rerum scriptor [a], sub eius vero successoribus *Ptolemæis*, *Lagida* & *Philadelpho*, *Manetho Diospolitanus* floruerunt [b].

A. 4391. Per. Jul. ad 4434. A. Christ. 323. ad 280.
Berosus & Manetho.

[a] Tatian. apud Euseb. Præp. 289. Tertull. Apolog. c. 19. Syncellus p. 54. [b] Joseph. contra Apion. L. I. n. 14. Antiq. L. I. c. 3. §. 9. Syncell. p. 40.

LIBER QUARTUS

Continens historiam rerum ab anno Per. *Jul.* 4450 *ad* 4714 sive annum primum æræ vulgaris.

CAPUT I.

A. 4450. Per. Jul. ad 4494. A. Christ. 264. ad 220.

Romanorum *res ab anno U. C.* 490 *ad* 534 *sive Per. Jul.* 4450 *ad* 4494 *ac potissimum de bello* Punico *primo*, *&* Gallico.

§. 1.

Res Romanæ.

ITalia subacta in dies magis se efferre *Romana* potentia cœpit. Itaque fatiscentibus *Græcorum* rebus maior deinceps rerum seges ex *Italia* quam *Oriente* nascetur. Ideo *Romana* bella primo loco memorabimus.

Caussa belli Punici I.

§. 2. *Hiero* anno secundo Olymp. 126 a *Syracusanis* primum Prætor creatus [a], deinde quarto Olymp. 127 Rex salutatus [b], *Mamertinos*, qui *Messanam* occuparant, bello vexabat [c]. Hi pressi, alii *Romanorum*, alii *Carthaginiensium* inplorant opem. *Romani* metuentes, ne *Carthaginienses* tota potirentur *Sicilia*, auxilia *Mamertinis* addicunt, copiasque *Appio Claudio* Consule traducunt in *Siciliam*, bellandique initium cum *Hierone Pœnis*que faciunt [d] anno U. C. 490, Olympiadis 129 anno primo [e], ante *Christum* 264. Caussa belli fuit utriusque civitatis ambitio ac mutuo suspecta & formidolosa potentia: Fortuna diu anceps; Quamvis enim *Hiero*, *Romana* arma expertus, statim sub initium pacem conposuerit [f], *Pœni* tamen mari, *Romani* terra vincebant.

§. 3.

a Pauf. L. VI. c. 12. Polyb. I. p. 8. Justin. XXIII. c. 4. *b* Regnavit enim secundum Polyb. Excerpt. Valef. p. 10. annos 54. & obiit 2 Olymp. 141. *c* Polyb. I. p. 8. 9. Diod. Eclog. L. XXI. c. 13. & XXII. 15. *d* Polyb. I. p. 9. B—10. C. *e* Polyb. I. p. 16. B. *f* Polyb. I. p. 15. Diod. Ecl. XXIII. c. 5. Pauf. VI. c. 12.

§. 3. Anno belli quarto U. C. 493. primum rem nauticam adtigerunt *Romani* [a], ac sequenti *C. Duilius* primus *Romanorum* navalem victoriam reportavit [b]. Post hunc *M. Atilius Regulus* maritimo terrestrique prælio victor, cum pacem petentibus, nisi iniquis conditionibus, dare nollet [c], a *Xanthippo Lacedæmonio* duce victus captusque est anno Urbis duodequingentesimo [d]. Sed cum post hæc anno belli decimoquarto *L. Cæcilius* Cos. *Asdrubale* ad *Panormum* victo, rem restituisset [e], missus idem *Atilius* a *Carthaginiensibus Romam*, ut de permutandis captivis paceque ageret, id ne fieret intercessit, & *Carthaginem* rediit, ubi male excarnificatus dicitur [f]. Dein, *Claudio Pulchro* Cos. anno U. 505 victo [g], bellum aliquamdiu ductum, donec *C. Lutatius* anno belli 23 ad *Ægatem* insulam cum *Pœnis* debellavit [h]. Pax data iis legibus, ut *Sicilia* omnibusque insulis, quæ inter *Italiam* & *Siciliam* sunt, decedant, captivos sine pretio restituant, intra decem annos bis mille & ducenta talenta, mille sine mora pendant [i]. Id actum anno U. C. 513, ante *Christum* 241. Per. *Jul.* 4473.

A. 4450. Per. Jul. ad 4494. A. Christ. 264. ad 220. Bellum Punicum I.

§. 4. Perfunctos externo bello *Pœnos* maius domi periculum excepit. Nam mercenarii milites, quo plurimum usi fuerant *Pœni*, quod stipendia & militiæ præmia, exhausto ærario, præstari non possent, *Spendio* & *Mathone* ducibus, truculentissimum concitarunt bellum, quo parum abfuit, quin imperium patriamque amitterent [k]; tandem anno quinto post pacem cum *Romanis* conpositam [l], postquam annos tres mensesque quatuor bellatum fuerat [m], huic bello finis est inpositus.

Bellum cum mercenariis.

§. 5.

a Polyb. I. p. 20. B. *b* Polyb. I. p. 22. D—24. Liv. Epit. L. XVII. Flor. L. I. c. 2. §. 5—11. Frontin. Strat. L. II. c. 3. 24. *c* Polyb. I. p. 26. B—33. Liv. Epit. L. XVIII. *d* Polyb. I. p. 33—37. Frontin. Strat. II. c. 3. 10. Flor. L. II. c. 2. §. 17—23. Appian. Punic. p. 2. 3. Zon. VIII. c. 13. *e* Polyb. L. I. p. 40. D—43. A. Zon. L. VIII. c. 14. *f* Liv. Epit. L. XVIII. Appian. Pun. p. 3. ubi conferatur Palmerius. Flor. II. c. 2. n. 23—25. Gell. VI. 4. Zon. L. VIII. c. 15. Oros. IV. c. 10. *g* Polyb. I. p. 51—53. Val. Max. I. c. 4. ex. 3. *h* Polyb. I. p. 59—62. *i* Polyb. I. p. 63. 64. & III. p. 182. Zon. VIII. c. 17. *k* Polyb. L. I. p. 72—89. Diod. in Excerpt. Vales. p. 277. Appian. Punic. p. 3. Diod. Eclog. L. XXV. p. 882. *l* Liv. XXI. c. 2. *m* Polyb. L. I. p. 88. D.

A. 4450. Per. Jul. ad 4494. A. Christ. 264. ad 220.

Sardinia & Corsica.

§. 5. Mox *Romani*, adversa *Pœnorum* fortuna in rem suam usi, *Sardiniam*[a] *Corsicam*que[b] occuparunt. Bellum etiam contra *Ligures* gestum[c].

Jani templum clausum.

§. 6. Tum bellis ubique conpositis anno U. C. 519 *Jani* templum altera vice clausum[d].

Teuta victa.

§. 7. Cum *Illyriis* deinde ac *Teuta* Regina anno Urbis 524 bellum initum, tertio post anno confectum est[e]. Ac tum primum legati victoriæ nuncii per *Græciam* missi, *Romani* a *Corinthiis* in societatem *Isthmiorum* accepti[f].

Tumultus Gallicus.

§. 8. *Gallorum* præterea formidolosa irruptio. Caussa tumultus hæc fuit, *C. Flaminius* tribunus plebis, Consule, ut *Polybius*[g] ait, *Lepido*, hoc est U. C. 522, sive, ut *Cicero*[h], *Carvilio* Cos. U. C. 526 agrum *Picenum*, *Senonibus Gallis* ademtum, plebi diviserat, eo conmoti *Galli Insubres* & *Boii*, accitis *Transalpinis Gallis Gæsatis*, ita mercenarios vocant, *Romanos* oppugnant anno U. C. 529[i]. Contra hos ex omni *Italia* peditum millia septingenta, equitum septuaginta conscripsere[k]. Victi *Galli*, ac anno 530 primum trans *Padum* copiæ ductæ, sequenti *Insubres* domiti[l]. Anno vero 532 *Virdumarus Gæsatarum* Rex, a *C. Marcello* Cos. trucidatus opima de se spolia dedit[m]. Ad hoc bellum *Hiero* Rex *Siciliæ* maximam vim frumenti *Romanis* misit, cuius pretium, confecto bello, recepit[n].

CA-

a Polyb. I. p. 88. E. 89. II. p. 166. B. L. III. p. 170. F. Liv. XXI. c. 1. *b* Zon. L. VIII. c. 18. Festus V. *Sardi venales*. *c* Liv. Epit. L. XX. Flor. II. c. 3. n. 4. Zon. l. d. *d* Eutrop. L. III. in init. Liv. I. c. 19. Plut. Numa p. 72. Vell. Paterc. II. c. 38. Oros. IV. c. 12. *e* Polyb. L. II. p. 96—100. Epit. Liv. L. XX. Eutrop. L. III. c. 1. *f* Polyb. II. p. 101. A. *g* Polyb. L. II. p. 109. C. *h* Cic. de Senect. c. 4. *i* Polyb. II. p. 101. D. 109—111. *k* Polyb. L. II. p. 113. B. Oros. IV. c. 13. *l* Polyb. L. II. p. 113—119. Oros. l. d. Liv. Epit. L. XX. *m* Polyb. L. II. p. 121—123. Eutrop. L. III. c. 2. Plut. Marc. p. 300—302. Flor. L. II. c. 4. *n* Diod. Eclog. L. XXV. c. 4.

CAPUT II.

A. 4421. Per. Jul. ad 4475. A. Christ. 293. ad 239.

De Pyrrhi *in* Laconiam *excursione*, Pergamenorum, Achæorum *&* Parthorum *initiis*, *ab anno Per. Jul.* 4421 *ad* 4475.

§. 1.

Cleonymus & Pyrrhus.

L*Acedæmonii* domestica vexati seditione, prope sub *Pyrrhi* venerunt dominatum. *Cleomenes*, annis in regno sexaginta & mensibus decem exactis, obiit, *Diodoro* teste [a], Prætore *Athenis Demetrio Phalereo*. Is est quartus Olympiadis 117. Hic filios genuit duos *Acrotatum* & *Cleonymum*. *Acrotatus*, patre superstite mortuus, filium reliquit *Areum*. Nata de successione controversia, Senatus *Areum* antepofuit *Cleonymo* [b]. *Cleonymus*, ne quid contra rempub. consilii caperet, *Tarentinis* petentibus cum copiis mittitur in *Italiam*, ubi & in *Corcyra* insula varias res gessit Olymp. 119, U. C. 451. & 452 [c]. Domum postea redux, cum repulsæ memor, tum nova provocatus iniuria, quod *Acrotatus*, *Arei* filius, coniugem suam *Chelidonidem*, quam iuvenculam præter ætatem suam duxerat, corrupisset, *Pyrrhum* excivit in *Laconicam* anno eodem, quo ex *Italia* reversus, pulso *Antigono Macedoniam* occupavit, qui est U. C. 481 [d]. Sequente igitur anno *Pyrrhus*, in *Laconicam* inpressione facta, pene urbem defensoribus vacuam occupavit: sed mulierum constantia, & oppidanorum virtute pulsus [e], contendit *Argos*, quam urbem ingressus, contra *Antigonum* pugnans, inlisa capiti tegula; ab muliere peremtus est [f], ineunte Olymp. 127, is est annus ante *Christum* 272.

§. 2, *Pergami*, *Phrygiæ* maioris oppido, ad *Caycum* amnem, circa annum U. C. 461, Olymp. 121, novi — Principia regni Pergameni.

S

[a] Diod. L. XX. p. 747. A. [b] Plut. in Agid. p. 796. Pauf. L. III. c. 6. [c] Diod. L. XX. p. 787. Liv. X. 2. Athen. XIII. p. 605. D. [d] Plut. in Pyrr. p. 400. F. 401. Pauf. L. I. c. 13. [e] Plut. Pyrr. p. 401—403. B. Justin. XXV. 4. [f] Plut. Pyrr. p. 403—406. Pauf. I. c. 13. Justin. XXV. 5. Val. Max. V. 1. ex. 4. Ælian. Hist. Anim. L. X. c. 37.

A. 4421. Per. Jul. ad 4475. A. Christ. 293. ad 239.

novi regni fundamenta iacta sunt. *Philetærus* spado, *Pergami* ærario præfectus ab *Lysimacho*, aliquamdiu in eius fide mansit, postea necem filii eius *Agathoclis*, quem pater, ab *Arsinoë* coniuge falsis criminibus accusatum, veneno sustulerat, ægre ferens ab eo defecit Olymp. 124, ac novi apud *Pergamum* principatus auctor fuit[a]. Cui *Strabo* sub sex principibus inde a primo *Philetæri* initio ad *Attalum*, qui populum *Romanum* anno U. C. 621 heredem scripsit, annos tribuit 160[b]. *Philetæro* post annos 20 successit *Eumenes*, ex *Eumene Philetæri* fratre natus, quem post annos 22, Olymp. 135 anno 2 excepit *Attalus*[c], & ipse ex *Attalo Philetæri* fratre genitus[d]. Hic primus regium nomen usurpavit, & senex obiit cum regnasset annos 43[e].

Initia reipub. Achæorum.

§. 3. *Achæorum* respublica *Macedonum* Regum artibus dissoluta, paullatim iterum coaluit, cuius fundamenta posita sunt Olympiade 124 sub *Pyrrhi* transitum in *Italiam*. Primi *Dymæi*, *Patrenses*, *Tritæenses* & *Pharæenses* concordiam inierunt, ad quos se reliqui deinceps adplicarunt[f]. Hi principio Scribam unum & Prætores duos in orbem constituerunt. Post annos quinque & viginti unicum Prætorem placuit eligere. Is circa *Pleiadis* exortum creari solebat[g]. Ac primus singulorum Prætorum *Marcus Carynensis* fuit. Cuius anno quarto *Aratus Sicyonius* patriam urbem a iugo tyranni liberatam *Achæorum* reipub. adiunxit[h]. Initium igitur huius Reipub. repeti debet ab anno ultimo Olymp. 124, ante *Christum* 280, Urbis 474. Eo enim *Pyrrhus* in *Italiam* traiecit.

Initia regni Parthici.

§. 4. Anno primi belli *Punici* decimo quarto, *L. Manlio Vulsone*, *Atilio Regulo* Coss.[i], qui fuit U. C. 504, secundus Olymp. 132[k], in Oriente, præfecto

[a] Strab. L. XIII. p. 623. Pauf. Attic. c. 3. 10. Appian. Syr. p. 129. Lucian. in Macrob. p. 824. [b] Strab. L. XIII. p. 623. 624. [c] Ἱστορίων συναγωγὴ a Scalig. edita p. 332. [d] Strab. L. XIII. p. 624. [e] Strab. l. d. Polyb. Excerpt. Valef. p. 100. 102. Spanh. Diff. VIII. de Usu Numism. p. 511. 512. & apud Scalig. l. d. [f] Polyb. L. II. p. 129. [g] Polyb. V. p. 350. [h] Polyb. L. II. p. 130. Pauf. L. VII. c. 7. [i] Polyb. L. I. p. 43. A. coll. 41. B. [k] Ἱστορίων συναγωγὴ a Scaligero edita p. 332.

fecto *Antiochi Dei* cæso, fundamenta imperii *Parthici*, quod *Romani* quondam æmulum futurum erat, posuit *Arsaces* [a]. Quod initio tenue, per bella eo tempore in *Syria* gesta tantum brevi convaluit [b], ut, cum *Seleucus Callinicus*, qui *Antiocho Deo* successerat, contra eos profectus, victus & novis motibus in *Syriam* revocatus esset, plane sibi libertatem adseruerint *Parthi*, quem diem deinde solemnem, ut initium libertatis observarunt [c]. Atque id vetus apud *Suidam* [d] auctor factum scribit annis 93 post quam *Persis* imperaverant *Macedones*. Ut adeo duplex cum *Valesio* [e] statuenda sit regni *Parthici* epocha. A. 4421. Per. Jul. ad 4475. A. Christ. 293. ad 239.

§. 5. Ab *Arsace* deinceps *Parthorum* principes nomen acceperunt [f]. Horum imperium ad annos circiter 476 perstitit ab anno ante *Christum* 250 ad 226 post *Christum*, & quintum usque *Alexandri*, *Mammeæ* filii, quo *Artaxerxes*, genere *Persa*, *Artabano Parthorum* Rege occiso, rerum summam in *Persas* transtulit [g]. Duratio eiusdem.

§. 6. *Theodotus* quoque *Bactrianorum* præfectus, paullo ante quam *Arsaces*, novi factus est regni conditor [h], quod ipsum minime diuturnum fuit, atque in *Parthorum* ditionem concessit [i]. Bactrianorum regnum.

a Justin. XLI. c. 4. Arrian. in Parth. apud Phot. cod. 58. p. 52. Herodian. L. VI. c. 2. Excerp. Gr. Schal. p. 68. *b* Strab. L. XI. p. 515. Appian. Syr. p. 130. *c* Just. L. XLI. c. 4. 5. Syncell. Chronog. p. 284. *d* Suid. V. Ἀρσάκης ut emendat Simsonus in Chron. ad an. 3769. *e* Valef. ad Amm. Marc. L. XXIII. c. 6. Barbeir. Antiq. Fœd. T. I. §. 360. *f* Justin. XLI. c. 5. n. 6. Strab. L. XV. p. 702. Dio L. XL. p. 127. *g* Agathias L. IV. c. 11. *h* Strabo L. XI. p. 515. *i* Justin. XLI. 4. n. 5. c. 6. n. 3.

A. 4464. Per. Jul. ad 4495. A. Christ. 250. ad 219.

CAPUT III.

Res in Græcia *gestæ ab anno ante* Christum 250 *ad* 219, *fervente bello* Punico *primo ad initium belli* Punici *secundi*, *sive ab anno Per. Jul.* 4464 *ad* 4495.

§. 1.

Achæorum duce Arato incrementa.

ACHæorum in *Peloponneso* respublica *Arati Sicyonii* virtute magnis auctibus excrevit. Hic ætatis anno vicesimo, undetricesimo a fundata *Achæorum* republica, qui quartus erat Præfecturæ *Marci Carynensis* [a], *Græcas* urbes, quæ ab Tyrannis pleræque per id tempus obtinebantur, ab eorum nec non *Macedonum* iugo extricare adgressus est. Cuius rei a patria fecit initium, quam, expulso *Nicocle* Tyranno, reductis exsulibus, & agrorum ante divenditorum dissoluto pretio, libertate donatam ad *Achæorum* consilium adiunxit, anno ante *Christum* 251, U. C. 503 [b]. Septimo post anno primum Prætor factus est, & sequente iterum eum magistratum adeptus, deiecto ex arce *Macedonum* præsidio, cui *Persæus Stoicus* præerat, *Corinthum* liberavit, mox & *Megaram*, anno ante *Romanorum* ultimam de *Pœnis* victoriam [c], sive belli *Punici* prioris secundo & vicesimo, Urbis 511. Id exemplum valuit ad alios, itaque *Trœzenii* & *Epidaurii Achæis* adscripti [d]. Tum vero *Antigono Gonata* mortuo, anno primo Olymp. 135 [e], Urbis conditæ 514. Filio eius *Demetrio* regnum obtinente, *Megalopolitani* ad fœdus accesserunt [f]. *Demetrio* vero post decem regni annos [g], U. C. 524, exstincto, in idem *Græciæ* liberandæ studium incumbens *Aratus*, *Athenas* primum iugo *Macedonum* exsolvit, *Diogene*, qui illi præerat, ad arcem prodendam magnis præmiis inlecto.

a Polyb. L. II. p. 130. A. *b* Polyb. l. d. Plut. Arato p. 1027—1033. Pauf. L. II. c. 8. *c* Polyb. L. II. p. 130. Plut. Arato p. 1034. A. 1035—1037. Pauf. L. II. c. 8. p. 130. Athenæus L. IV. p. 162. D. *d* Plut. Arat. p. 1038. B. *e* Porphyr. apud Euseb. p. 63. *f* Polyb. L. II. p. 131. C. Pauf. L. VIII. c. 27. p. 657. Plut. Arat. p. 1041. A. *g* Polyb. L. II. p. 131. coll. p. 99. A. Porphyr. l. d.

lecto[a]. Mox & *Æginetæ*, *Hermionenſes*, *Argivi* A. 4464.
& *Phliaſii*, abdicato unius dominatu, in *Achæorum* Per. Jul.
fœdus recepti ſunt[b]. Verum tam ſecundis *Achæo-* ad 4495.
rum rebus *Ætoli* & Rex *Lacedæmoniorum Cleo-* A. Chriſt.
menes moras obiecere, illi invidia & calliditate, hic 250.
aperta vi & armis[c], concitato bello, quod *Cleome-* ad 219.
nicum dicitur. Verum hæc res paullo repetenda altius.

§. 2. *Lacedæmone* tumultus orti erant *Agide* & *Leonida* regnantibus. *Agis*, ex *Eurypontidarum* familia, ſextus a magno illo *Ageſilao*, qui in *Aſia* contra barbaros præclaras res olim geſſerat, nondum viceſimo ætatis anno conlapſam *Lycurgi* diſciplinam inſtaurare cupiens, adiutorem conſiliorum nactus *Lyſandrum* Ephorum, ab novis tabulis & agrorum diviſione id adgreſſus eſt facere[d]. Verum cum ipſi civitatis principes, & inter eos *Leonidas*, Rex alter, filius *Cleonymis*, quem *Pyrrhum* in *Laconicam* exciviſſe vidimus, reſiſterent; *Leonidæ*, per *Lyſandrum* in ius vocato, regnum abrogari, & in generum eius *Cleombrotum* transferri curat[e]. Inter hæc cum *Lyſander* exacto tempore magiſtratu abiiſſet, novi, qui ei ſucceſſerunt, Ephori *Lyſandrum*, aliosque fautores *Agidis* ad cauſſam dicendam vocant, id reveriti Reges cum amicis in forum deſcendunt, Ephoros in ordinem redigunt, alios ſuarum partium ſubſtituunt, inter quos & *Ageſilaus* fuit, late arans, ſed ære obrutus alieno. Is *Agidi* perſuadet, ut ante legem agrariam novas ad deliniendam plebem tabulas proponat: dein, ubi ad agrorum partitionem ventum eſt, omni modo Regibus adverſatur[f]. Quæ res ab *Agide* civium alienavit animos. Igitur conſpiratione inimicorum illius revocatur ab exſilio *Leonidas*, ac regno reſtituitur. *Cleombrotus*, per *Chelonidem* uxorem, *Leonidæ* filiam, vita impetrata, ſolum vertit, concomitante uxore[g]. *Agis* in *Minervæ Chalciœcæ* templum ſe recipit, paulloque poſt ab Ephoris conprehenſus, capitisque damna-

Agis rex Spartanus.

 tus,

a Plut. Arato p. 1043. Pauſ. L. II. c. 8. p. 130. *b* Plut. Arat. p. 1043. Polyb. L. II. p. 131. *c* Polyb. L. II. p. 131. D—133. A. *d* Plut. Agide p. 796. C—800. A. *e* Plut. Agid. p. 800. *f* Plut. Agid. p. 800. C—801. *g* Plut. Agid. p. 802. B—803.

A. 4464. Per. Jul. ad 4495. A. Christ. 250. ad 219.

tus, laqueo vitam finiit, eodemque supplicio mater eius *Agesistrata*, & *Archidamia* avia sunt exstinctæ [a], *Archidamus* frater fuga necem evasit, & postea *Cleomenis* artibus periit [b]. *Agiatis*, *Agidis* uxor, *Leonidæ* filio *Cleomeni*, adhuc puero, coacta nubere, eum ad persequenda *Agidis* cœpta, suapte concitatum sponte, vehementius accendit [c].

Clemenes Achæos premit.

§. 3. *Cleomenes* igitur, *Leonida* aliquanto post vita functo, regnum sub annum, uti suspicamur, ante *Christum* 235, U. C. 519, adeptus, ingentis sed ferocis animi iuvenis, statim ad *Agidis* cœpta persequenda, & res novandas animum adiecit, quod cum se facilius bello quam pace adsecuturum iudicaret, corruptis pecunia Ephoris, sibi belli contra *Achæos* curam conmitti impetrat [d]. Quod bellum post mortem *Demetrii* Regis, *Antigono*, qui Δώσων dicitur [e], regnum in *Macedonia* obtinente, susceptum videtur. In quo *Cleomenes*, haud semel prælio victor, *Achæos* ad *Lycæum* & *Megalopolim* profligavit [f]: iudicans tamen, sibi magis omnia prona fore, si suo arbitratu bellum gerere liceat, imperium in tyrannidem vertens, armata manu *Spartam* veniens, occisis Ephoris, imperium occupat, agros dividit, fratremque sibi *Euclidam* novo exemplo ad societatem imperii adsciscit [g], mox veteri frugalitate *Spartam* revocata [h], bellum contra *Achæos* persequens, aliquot interceptis urbibus, magnoque ad *Hecatombæum* prope *Dymen* prælio victor, eo *Aratum*, qui iam tres & triginta annos principatum obtinuerat [i], adegit, ut *Antigoni* Regis *Macedoniæ*, qui pro *Philippo* inpubere *Demetrii* filio regnum procurabat [k], opem inplorare, eamque magno auctora-

a Plut. Agid. p. 803. 804. Cic. II. de Offic. c. 23. *b* Plut. Agid. p. 805. A. 807. A. Polyb. L. V. p. 383. VIII. p. 511. *c* Plut. Agid. p. 805. *d* Plut. Agid. & Cleom. p. 806. E. 807. A. 809. B. Polyb. L. III. p. 133. A. Pauf. L. II. c. 9. *e* Plut. in Æmil. p. 258. E. Ætymologus magnus. *f* Polyb. L. II. p. 137. A. Plut. Cleom. p. 806. F. 807. & in Arato p. 1043. F. 1044. *g* Plut. Cleom. p. 807. E. 809. Arato p. 1044. E. Polyb. L. II. p. 133. Pauf. L. II. c. 9. *h* Plut. Cleom. p. 810. *i* Plut. Cleom. p. 811. D. *k* Plut. in Æmil. p. 258. D. Dexippus in Excerpt. Gr. Scal. p. 58. Justin. XXVIII. c. 3. Pauf. I. c. 7.

toramento, *Corinthi* arce *Macedonibus* tradita, redimere debuerit [a].

A. 4464. Per. Jul. ad 4495. A. Christ. 250. ad 219.

Ex quo gravius bellum Cleomenicum.

§. 4. Venere in communionem illius fœderis *Macedones*, *Achæi*, *Epirotæ*, *Phocenses*, *Bœoti*, *Arcades* & *Thessali* [b]. *Cleomenes* inrumpenti cum ingentibus copiis *Antigono* cum ad *Isthmum* occurrisset, *Argivorum* defectione territus, ad defendendam patriam retro pedem retulit [c]. Ita *Macedones*, prohibente nemine, *Poloponnesum* adiere anno U. C. 531, quo secundus iniit Olymp. 139, ac sequente multi oppidis potiti sunt: sed dimissis domum ad hiberna *Macedonibus Cleomenes* ex inproviso *Megalopolim* capit, funditusque evertit, quod cives profugi, ita suadente *Philopœmene*, qui tunc annorum triginta erat [d], societatem inire secum recusaverant [e]. Postremo anno U. 533, ante *Christum* 221, quo quartus incepit Olymp. 139, conmisso prælio ad *Selasiam*, *Laconicæ* oppidum, ab *Antigono* victus est *Cleomenes*, cum hic viginti, ille triginta millia in aciem eduxisset. Elapsus fuga *Cleomenes* ad *Ptolemæum Euergetem* transfretavit in *Ægyptum*. *Antigonus Sparta* potitus, libertatem & avita omnia iura concedit [f]. Ac postridie certior factus incursari a finitimis barbaris *Macedoniæ* fines, eo quam celerrime contendit, profligatisque barbaris, haud multo post morbo exstinguitur, regnum relinquens *Philippo*, *Demetrii* filio [g], qui adversus *Romanos* postea bellavit, & regnare cœpit ineunte Olymp. 140 [h], aut vero desinente Olymp. 139. *Polybius* enim [i] docet, sociale bellum post mortem *Antigoni* conmotum fuisse, ultimo anno Olympiadis 139.

§. 5.

a Polyb. L. II. p. 137. 138. 139. C. Plut. Cleom. p. 811—813. Arato p. 1045. B—1047. A. Pauſ. L. VI. 16. & VII. 7. *b* Polyb. L. IV. p. 279. A. *c* Plut. Cleom. p. 813. E—814. D. Arato p. 1045. B. 1047. 1048. Polyb. L. II. p. 138. 139. *d* Plut. Philop. p. 358. C. *e* Polyb. L. II. p. 139. 140. 147. 149. Plut. Cleom. p. 815. D—817. Pauſ. L. II. c. 9. IV. c. 29. p. 351. VIII. c. 27. p. 657. c. 49. p. 699. *f* Polyb. L. II. p. 150—154. V. 359. Plut. Cleom. p. 818. 819. A. *g* Polyb. L. II. p. 154. C. 155. Plut. Cleom. p. 819. A. B. Pauſ. L. II. c. 9. VIII. c. 49. Juſtin. XXVIII. c. 4. *h* Porphyr. in Exc. Gr. Scal. p. 63. *i* Polyb. L. IV. p. 272. B. coll. 284. A.

A. 4464. Per. Jul. ad 4495. A. Christ. 250. ad 219.

Cleomenes in Ægypto cadit.

§. 5. *Cleomenes* a *Ptolemæo Euergete* perhonorifice & amanter exceptus, eo paullo post mortuo, in suspicionem venit apud *Euergetis* successorem *Philopatorem*; qui illum redire properantem in *Græciam*, de *Sosibii* consilio, cuius auctoritate regnum administrabatur, custodia sepsit; e qua tandem cum paucis erumpens, ac districtis gladiis tota urbe discursans, *Alexandrinos*que nequicquam ad libertatem vocans, sibi ipsi manus adtulit[a], tertio, quam *Ægyptum* adierat, anno[b], regni confecto decimo sexto[c]. Quippe statim post *Cleomenis* necem *Cœlen Syriam* ab *Theodoto* proditam esse *Antiocho*, testis est *Polybius*[d]. Quod anno conditæ Urbis 535, secundo Olymp. 140 contigit. Ita confirmatur *Cleomenem* regnare cœpisse anno U. C. 519. Nam ab eo ad Urbis 535 pleni sedecim intercurrunt.

CAPUT IV.

De rebus in Oriente, ab anno ante Christum 280 *ad* 220 *Per. Jul.* 4434 *ad* 4494.

§. 1.

Antiochus Soter & Antiochus Deus.

SEleuco *Nicatori*, quem exeunte anno 3 Olymp. 124 a *Ptolemæo Ceranno* necatum vidimus[e], in regno *Syriæ* successit filius *Antiochus*, qui bello cum *Nicomede Bithyniæ* Rege gesto[f], *Gallis*que in *Asia* profligatis, Σώτηϱ cognomine dictus est[g]: Huic post annos regni 19[h] successit filius *Antiochus* II, Θεὸς cognomine dictus[i]. Hic uxorem habuit *Laodicen*, sororem eodem patre natam[k], sed post bella maxima cum *Ptolemæo Philadelpho* gesta, eam pacis legibus dimittere iussus, *Berenicen Philadelphi* filiam duxit[l]. Hoc *Philadelpho*, an patre eius imperante, *Græca*

a Polyb. L. V. p. 381—385. Plut. Cleom. p. 819—822. *b* Polyb. L. IV. p. 304. A. *c* Plut. Cleom. p. 823. A. *d* Polyb. L. V. p. 385. C. *e* Supra L. III. c. 15. *f* Memnon apud Phot. c. 16. 17. 19. p. 718. 719. *g* Appian. Syriac. p. 130. *h* Eufeb. in Chron. & Exc. Gr. Scal. p. 66. *i* Appian. Syr. p. 130. *k* Poliæn. Stratag. L. VIII. c. 50. *l* Hieron. in Daniel. c. XI. vs. 5. Poliæn. VIII. c. 50. Athen. II. p. 45. B.

A. 4434. Per. Jul. ad 4494. A. Christ. 280. ad 220.

Græca S. Codicis versio [a], aut certe quinque librorum *Mosis* [b], instituta est.

§. 2. Verum *Philadelpho* post regnum 38 annorum mortuo anno Æræ *Nabonassari* 501 [c], qui erat ante *Christum* 247. U. C. 507, *Antiochus* amore victus *Laodicen* revocat, quæ, viri levitatem verita, veneno ei vitam eripuit. Mox *Berenice* eiusque filio infante cæsis, filium ex se natum *Seleucum*, quem *Callinicum* vocant, ad regnum evehit [d].

Caussa belli Syriaci.

Ptolemæus Energetes.

§. 3. *Ptolemæus Euergetes*, qui *Philadelpho* successerat, id ultum veniens, levi negotio, *Cœle-Syriam*, *Ciliciam*, ipsam regiam urbem *Seleuciam* capit, ac domestico tumultu revocatus, *Syrorum* spoliis dives, in regnum revertitur [e], ac magnis rebus gestis cum regnasset annos 25 [f], moritur Olympiade 139 [g]. U. C. 533. *Polybius* eum morbo extinctum ait; *Justinus* [h] vero filii parricidio sublatum adserit; cui propterea per ludibrium *Philopatris* cognomen inpositum esse scribit.

Seleucus Callinicus.

§. 4. *Seleucus Callinicus* ab *Euergete* male vexatus, paullo post cum fratre *Antiocho Hierace* de regno *Syriæ* digladiatur [i], qua occasione *Parthi* se in libertatem vindicarunt. Denique amisso regno ex equo præceps periit [k], cum regnasset annos 20 [l].

Colossus Rhodiorum.

§. 5. Per idem tempus, superstite *Seleuco Callinico*, atque adeo circa annum ante *Christum* 228, *Rhodiorum* urbs ingenti terræ motu concussa est, quo inter alia ingens colossus nobile *Charetis Lindii* opus conruit. Quam iacturam Regum & civitatium profusa in eos liberalitas facile pensavit [m].

T CA-

a Irenæus L. III. c. 25. Clem. Strom. L. I. p. 341. Aristæas in epistola Eleazari pag. m. 17. Epiphan. de Mens. & Ponder. c. 33. Excerp. Gr. Scal. p. 65. *b* Joseph. Antiq. L. XII. c. 1. Hieron. Comm. in Michæ cap. 11. *c* Ptolem. in Canon. & Exerpt. Gr. Scal. p. 59. *d* Hieron. ad Dan. C. XI. vs. 6. App. Syr. p. 130. Val. Max. L. IX. c. 14. ex. 1. exter. Justin. XXVII. c. 1. Plin. H. N. L. VII. c. 12. *e* Hieron. l. d. Polyb. L. V. p. 402. 403. Justin. XXVII. c. 1. Joseph. contra Apion. L. II. §. 5. Monumentum Adullitanum. apud Barbeir. Fœd. Antiq. P. I. §. 363. *f* Ptolem. in Canon. Excerpt. Gr. Scal. p. 59. *g* Polyb. L. II. p. 155. *h* Justin. L. XIX. 1. XXX. 1. *i* Justin. XXVII. 2. 3. Poliæn. L. IV. c. 17. Plut. de Fraterno Amore p. 489. Strab. L. XVI. p. 754. *k* Justin. L. XXVII. c. 3. *l* Euseb. in Chron. *m* Polyb. L. V. p. 428. D—430. Strab. L. XIV. p. 652. Plin. L. XXXIV. c. 7.

A. 4496. Per. Jul. ad 4512. A. Christ. 218. ad 202.

CAPUT V.

Bellum Punicum *secundum ab anno Per. Jul. 4496 ad 4512.*

§. 1.

Caussa belli Punici II.

P*Unicum* inde bellum alterum secutum est anno a prioris fine quarto & vicesimo U. C. 536 [a]. Quod temporis spatio brevius, utpote septemdecim annis gestum [b], sed cladium atrocitate terribilius fuit [c]. Belli caussa fuit gentis utriusque æmulatio, maximeque *Carthaginiensium* animos stimulabat amissa *Sicilia*, *Sardinia* iniuste ademta & vectigal insuper impositum [d], facem subiecit *Hannibal*, *Hamilcaris* filius, eius, qui bello priore *Carthaginiensium* imperator, pacis leges mœrens acceperat [e].

Hamilcar & Hasdrubal in Hispania.

§. 2. Hic ab initio bellum cum *Romanis* cogitans, conpositis in *Africa* rebus, anno U. C, ut ex *Polybio* [f] colligitur, 517, missus in *Hispaniam*, *Hannibalem* novem annos natum secum duxerat, cum prius ad aram adductum iurare iussisset, nunquam se in amicitia cum *Romanis* [g] fore, ibique novem annis res magnas gesserat. Huic qui successit *Hasdrubal* eius gener rem *Pœnorum* in *Hispania* multum auxit, & post octo annos a *Gallo* quodam cæsus successorem habuit *Hannibalem* [h], qui iam triennium sub ipso meruerat [i].

Hannibal Saguntum evertit.

§. 3. Erat is, cum anno U. C. 533 dux constitueretur, annos admodum viginti sex natus [k], ac intra biennium omni, quæ cis *Iberum* est, *Hispania* pacata [l], anno U. C. 535 *Saguntum*, sociam *Romanorum* urbem, oppugnans magnum bellum orsus est. *Saguntini* octavo mense, frustra exspectato *Romanorum* auxilio, partim hostili gladio, partim

a Polyb. L. III. p. 171. Liv. XXI. c. 6. XXX. 44. *b* Polyb. L. III. p. 165. A. *c* Flor. II. c. 6. n. 1. Liv. XXI. 1. *d* Polyb. L. III. p. 162—168. Liv. l. d. *e* Polyb. L. III. p. 165. D. *f* Polyb. L. II. p. 90. *g* Polyb. L. III. p. 167. Liv. XXI. 1. Nepos Hann. c. 2. n. 3. 4. alii. *h* Polyb. L. II. p. 90. 91. 101. 123. Liv. XXI. 2. 3. Appian. Hannib. p. 314. *i* Liv. XXI. c. 4. *k* V. Sigon. ad Liv. XXI. c. 3. *l* Liv. XXI. c. 5. Polyb. L. III. p. 168. 169.

tim suapte manu ceciderunt [a]. Itaque cum *Pœni* *Hannibalem* [b] noxæ tradere recusarent, bellumque acciperent, conflatum est bellum *Punicum* II, quod anno U. C. 536, *P. Cornelio Scipione*, *T. Sempronio Longo* Coss, initium, decimo septimo exitum habuit, *Coss. M. Servilio Gemino*, *T. Claudio Nerone*, U. C. anno 552.

A. 4496. Per. Jul. ad 4512. A. Christ. 218. ad 202.

Hannibalis in Italia victoriæ.

§. 4. *Hannibal* primo vere anni U. C. 536 *Carthagine* nova movens, 90 peditum, 12 equitum millia *Iberum* transduxit, mox omni, quæ trans *Iberum* est, *Hispania* pacata, parteque copiarum ibi relicta, 50 peditum, 9 equitum millia per *Pyrenæos* duxit [c], ac per infestas gentes, intra quinque menses confecto itinere, in *Italiam* descendit, numerans ex omni exercitu peditum 20, equitum sex millia [d], de quo tamen numero varie prodit *Livius* [e]. Primo impetu uterque Consulum *P. Cornelius* ad *Ticinum* [f], *Sempronius* ad *Trebiam* victus [g]. Sequente anno U. C. 537 maior ad *Thrasumenum* lacum a *Flaminio* Cos. clades accepta [h]. Ideo *Q. Fabius Maximus* Prodictator dictus, cunctando rem utcunque sustentavit [i]. Sed omnium atrocissima clades *Cannensis* anno U. C. 538 alterius temeritate Consulis *Terentii Varronis* accidit. In ea pugna cæsa *Romanorum* 40 millia [k]. Captivos tamen redimi non placuit [l]. Victoriam secuta est sociorum defectio, *Hannibal* & magna *Græcia* & *Capua* potitur [m].

Res Syracusanæ. De Hierone, Hieronymo, Marcello, Archimede.

§. 5. Paulloque post turbari res in *Sicilia* cœperunt. *Hiero*, ex privata fortuna regnum anno U. C. 485.

a Polyb. L. III. p. 170. 172. Liv. L. XXI. c. 6—15. Flor. L. II. c. 6. n. 3. *b* Polyb. L. III. p. 175. C. 176. 184—137. Liv. XXI. 16. 18. Flor. L. II. c. 6. n. 7. *c* Polyb. L. III. p. 187. C. D. 189. C—190. B. L. V. p. 350. Et in Excerpt. Valef. p. 33. 34. Liv. XXI. 23. *d* Polyb. L. III. p. 209. A. B. *e* Liv. XXI. 38. *f* Polyb. L. III. p. 212—220. Liv. XXI. c. 39—47. Appian. p. 316. Flor. L. II. c. 6. n. 10. *g* Polyb. L. III. p. 220—227. Liv. XXI. c. 48. 51—57. Flor. L. II. c. 6. n. 12. *h* Polyb. L. III. p. 231—239. Liv. XXII. c. 3—7. Plut. Fabio p. 175. *i* Polyb. L. III. p. 239—245. 250—255. Liv. XXII. 8—18. 23—30. Plut. Fabio p. 176—181. Appian. p. 320. *k* Polyb. L. III. p. 255—267. Liv. XXII. c. 35—53. Plut. Fab. p. 182. 183. Appian. Hannib. p. 323—328. *l* Polyb. L. VI. p. 499. 500. Liv. XXXII. 58—61. Plut. Marc. p. 304. E. Cic. III. de Offic. c. 32. Appian. p. 329. 330. *m* Polyb. III. p. 268. Plut. Fabio p. 184. Barbeir. Antiq. Fœd. T. I. §. 375.

A. 4496. Per. Jul. ad 4512. A. Christ. 218. ad 202.

C. 485. Olymp. 127 anno 4 ineunte *Syracusis* adeptus, statim sub initium belli *Punici* I, relictis *Carthaginiensium* partibus, societatem cum *Romanis* inierat, eamque amicitiam annos fere quinquaginta magna fide coluerat; nec minus civibus comitate & clementia gratus regnum quatuor & quinquaginta annos obtinuerat[a]: tandem, *Gelone* filio paullo ante extincto, moriens anno U. C. 539. Olymp. 141 anno secundo[b], regni aviti heredem reliquit nepotem *Hieronymum*, ex *Nereide Pyrrhi Epirotarum* Regis filia susceptum[c]. Hic iuvenili ætate & pessima indole, diversam ab avo viam ingressus, fœdus cun *Hannibale* iniit[d] & quamvis ille post tredecim menses suorum coniuratione cæsus fuerit[e], *Syracusani* tamen, idem institutum secuti, rebellarunt[f]. Itaque in *Siciliam* missus *Marcellus* Consul *Syracusas* obsedit anno Urbis 540. Quam tamen urbem a vehementi illius oppugnatione, unius hominis *Archimedis* solertia, & in machinis bellicis struendis industria ita tutata est, ut anno demum tertio U. C. 542 capi *Syracusæ* potuerint[g]. *Archimedem* in tanto tumultu nihil sentientem, & studiis suis intentum, ab ignoto milite interfectum, *Marcellum*que ex eius morte magnum dolorem cepisse referunt[h].

Sciplones in Hispania. Tarentum ab Hannibale. Capua a Romanis capta.

§. 6. Interim *Philippum*, *Macedoniæ* Regem, qui pacta cum *Hannibale* societate, *Italiæ* inminebat, *Lævinus* Prætor conpressit, de quo infra[i] dicemus. At in *Hispania P.* & *Cn. Scipiones* fratres, post magnas ibi res gestas, a *Celtiberis* mercenariis destituti, deleto exercitu ambo ceciderunt, anno septimo, postquam in *Hispaniam* venerat *Cn. Scipio*[k]. Sed res fere perditas restituit *L. Marcius* Eques *Romanus*, cuius ductu una nocte ac die bina hostium expugnata sunt castra anno U. C. 542[l]. Eo-

[a] Polyb. Excerpt. Valef. p. 10. ibique Valesius. Et Histor. L. I, p. 15. 16. Liv. XXIV. 45. [b] Polyb. Excerp. Valef. p. 10. [c] Pauf. L. VI. c. 12. Iustin. L. XXVIII. c. 3. [d] Polyb. Excerp. Legat. p. 781—784. Liv. XXIV. c. 47. [e] Polyb. Excerpt. Valef. p. 10. [f] Liv. XXIV. c. 21—33. [g] Liv. XXIV. c. 33—35. XXV. 24. & feqq. Polyb. L. VIII. p. 515—518. Plut. Marc. p. 305—307. [h] Liv. XXV. 31. Val. Max. L. VIII. 7. ex. 7. Plut. Marc. p. 308. E. [i] Cap. VII. §. 5. [k] Liv. L. XXV. c. 32—37. coll. XXI. 32. [l] Liv. XXV. 37—39.

Eodemque *Tarentum* præter arcem captum ab *Hannibale* [a]. Sed *Capua* a *Romanis* obsessa, nequicquam *Hannibale Romam* ducente, sequenti anno expugnata, & in Præfecturam redacta est [b]. A. 4496. Per. Jul. ad 4512. A. Christ. 218. ad 202.

§. 7. Post receptam *Capuam* non maior *Romanos Italiæ* quam *Hispaniæ* cura tenuit: sed edictis comitiis proconsuli creando, recenti cladis memoria territis omnibus, subito *P. Cornelius*, *Publii*, qui in *Hispania* ceciderat, filius, quatuor & viginti ferme annos natus, se petere professus est, eoque pro Consule est missus anno U. 543 [c]. Ibi *Carthagine* nova occupata [d], maximisque rebus gestis, *Hasdrubale Hannibalis* fratre anno 545 trans *Pyrenæos* cedere coacto [e], iterumque *Magone* & altero *Hasdrubale Gisconis* filio superatis, anno quinto, quam venerat, *Carthaginienses* tota eiecit *Hispania* [f]. Inde in *Africam* profectus *Syphacem Masæsulorum* Regem adiungit sibi. Gesta hæc sunt anno U. 548 [g]. Scipio Pœnos Hispania eiicit.

§. 8. Interim in *Italia C. Marcellus* quintum Consul, postquam aliquot ante secundis præliis cum *Hannibale* depugnaverat [h], eius circumventus insidiis opprimitur anno U. 546 [i]. Sequente vero a duobus Consulibus, *Claudio Nerone* & *Livio Salinatore*, *Asdrubal Hannibalis* frater, qui cum novo exercitu in *Italiam* pervenerat, antequam se cum fratre coniungeret, cum suis copiis deletus est [k]. De cæsorum numero non satis constat [l]. Caput *Hasdrubalis* ante stationes *Pœnorum* ab *Nerone* proiectum, triste acceptæ cladis indicium *Hannibali* fuit [m]. C. Marcellus & Hasdrubal cadunt.

§. 9. At *P. Scipio*, pacatis in *Hispania* rebus, Consulatum anno U. 549 adeptus, bellum in *Africam* transportare statuit. Sed initio, cum id temerarium consilium haberetur, nihil neque pecuniæ Scipio bellum in Africam transfert.

T 3 neque

a Liv. XXV. 7—11. Polyb. VIII. p. 529—539. *b* Polyb. L. IX. p. 542—546. Liv. XXV. 13—22. XXVI. 1—16. *c* Liv. XXVI. c. 18—20. *d* Liv. XXVI. 41—50. Polyb. L. X. p. 579—594. *e* Polyb. L. X. p. 604—611. Liv. XXVII. 17—20. *f* Polyb. L. XI. p. 638—650. Liv. XXVIII. 1—4. 12—16. *g* Liv. L. XXVIII. c. 17. 18. *h* Liv. XXVII. c. 1. 2. 12. seqq. Plut. Marcello p. 302—304. 312. 313. *i* Liv. XXVII. 25—27. Plut. Marc. p. 314. 315. *k* Polyb. L. XI. p. 622—625. Liv. XXVII. 18. 19. 36—48. *l* Polyb. L. XI. p. 625. Liv. XXVII. c. 49. *m* Liv. XXVII. 51.

A. 4496. Per. Jul. ad 4512. A. Christ. 218. ad 202.

neque militum publice suppeditatum est. Ita nemine, nisi voluntario milite conscripto, & accepta mutuo conrogataque pecunia, primum ad *Siciliam* Consul[a], inde in *Africam* anno U. 550, belli decimo quinto, cum classe Proconsul adpulit[b]. Quo anno simulacrum *Idææ* matris *Pessinunte Phrygiæ* ex oraculo *Romam* devectum, a *P. Scipione Nasica*, *Cnei* filio, quem adolescentem Senatus virum optimum iudicarat, exceptum est[c].

Syphax & Masanissa.

§. 10. Interim in Africa *Syphax*, *Sophonisba* filia *Hasdrubalis*, filii *Gisconis*, quæ *Masanissæ Massylorum* Regulo ante desponsata fuerat, in matrimonium accepta, amicitiæ, quam cum *Scipione* iunxerat, renunciat, *Masanissa*, conmotus iniuria, totum se *Romanis* addicit[d].

Scipio victor in Africa.

§. 11. *Scipio*, postquam *Uticam* eodem anno U. 550 quadraginta dies nequicquam obsederat, *Syphace* & *Hasdrubale* in auxilium venientibus, discesserat[e]; sed per hiemem captata occasione amborum castra uno die delet[f], iterumque redintegratis copiis redeuntes altero prælio vincit; *Syphax* a *Lælio* & *Masanissa* Rege vivus capitur anno 551[g]. *Masanissa* *Sophonisbam* ducit, sed increpitus eo nomine a *Scipione*, venenum ad eam mittit[h].

Pœnos pacem accipere cogit.

§. 12. *Hannibal* a *Carthaginiensibus* revocatus, *Italia* relicta, decimo sexto belli anno, Urbis 551, rediit in *Africam*[i], sociis, qui sequi nollent, qua occisis, qua in servitutem abductis[k]: ibi tentata frustra per colloquium pace[l], congressus acie ab *Scipione* vincitur[m], mox & *Vermina*, *Syphacis* filius, qui auxilio *Pœnis* venerat[n]. *Scipio* pacis leges *Carthaginiensibus* dixit, ut liberi suisque legibus vivant, ele-

a Liv. XXVIII. c. 38—46. Appian. Pun. p. 5. *b* Liv. XXIX. c. 24—27. *c* Liv. XXIX. 10. 11. 14. Val. Max. L. VIII. c. 5. ex. 3. Herodian. L. II. c. 11. *d* Liv. XXIX. c. 23. 29—33. Appian. Pun. p. 6. Hisp. p. 275. *e* Liv. XXIX. 34. 35. *f* Polyb. L. XIV. p. 677—682. Liv. XXX. c. 3—6. Appian. Pun. p. 11. 12. *g* Polyb. L. XIV. p. 683—685. Liv. XXX. c. 7—9. 11. 12. Appian. Pun. p. 13. 14. *h* Liv. XXX. c. 12—15. Appian. Pun. p. 14. 15. *i* Liv. XXX. 9. 25. 28. *k* Diod. Excerpt. Vales. p. 290. *l* Polyb. L. XV. p. 693—697. Liv. XXX. c. 28—31. *m* Polyb. L. XV. p. 697—703. Liv. XXX. c. 32—35. Appian. Pun. p. 22—27. Nepos Hann. c. 6. *n* Liv. XX. c. 36.

elephantos navesque bellicas præter decem tradant, bellum extra *Africam* nemini inferant, ac ne in *Africa* quidem sine consensu populi *Romani* gerant, decem mille talenta intra quinquaginta annos pendant, & *Masanissæ* sua restituant[a]. A. 4496. Per. Jul. ad 4512. A. Christ. 218. ad 202.

§. 13. Finitum est bellum anno septimo decimo, Urbis 552. Coss. *M. Servilio Gemino*, *T. Claudio Nerone*, ac sequente pax, *Carthaginiensibus* data, a Senatu rata habita[b], *Scipio* triumphans in urbem invectus est, & primus nomine victæ a se gentis nobilitatus, *Africanus* dictus est[c]. Africanus dictus.

CAPUT VI.

De rebus quæ tempore belli Punici *secundi & paullo ante in Oriente gestæ sunt ab anno Per. Jul.* 4488 *ad* 4500.

§. 1.

PTolemæus Philopator anno 3 Olymp. 139 in *Ægypto* sceptrum tenere cœpit. Hic fratre *Maga*, ac matre *Berenice* interemtis, totum se ludis, comissationibus, luxuriæque tradidit. Quod eo licentius faciebat, quia cæde suorum domestico metu solutus, longam etiam sibi ab exteris pacem spondebat, quia *Antigono Macedoniæ* & *Seleuco Syriæ* Regibus exstinctis, in eorum locum pæne adhuc pueri venerant, *Philippus* & *Antiochus*[d]. Ptolemæus Philopator.

§. 2. Postquam enim *Seleuci Callinici* successor & filius *Seleucus Ceraunus* in bello contra *Attalum* suorum fraude extinctus erat anno regni tertio[e], *Antiochus*, *Seleuci* frater, *Callinici* filius, *Babylone* accitus est ad regnum capescendum propemodum puer[f], ineunte Olymp. 139, conditæ U. 530, qui ob res gestas, & recuperatam imperii partem haud modicam, *Magni* cognomen meruit. Ac statim Seleucus Ceraunus & Antiochus magnus.

a Polyb. L. XV. p. 705. 706. Liv. XXX. c. 37. Appian. Pun. p. 30. Barbeir. Ant. Fœd. P. I. §. 391. *b* Liv. XXX. c. 43—45. *c* Liv. XXX. 45. Polyb. L. XVI. p. 732. 735. *d* Polyb. L. V. p. 380. Plut. Cleom. p. 820. 821. Justin. XXX. c. 1. *e* Appian. Syr. p. 131. Polyb. L. IV. p. 135. *f* Polyb. L. IV. p. 271. D. & 315. V. p. 386. A. App. Syr. p. 131. Hieron. in Dan. XI. vs. 10. Eus. Chron.

A. 4488. Per. Jul. ad 4500. A. Christ. 226. ad 214. Molo. Alexander & Hermias.

tim sub initium regni quicquid cis *Taurum* amissum fuerat, *Achæo* duce recuperavit [a].

§. 3. Verum turbavit felicem fortunam defectio *Molonis*, qui, cum *Mediæ* præesset, una cum fratre *Alexandro*, *Persidis* rectore, metu maxime & odio *Hermiæ Caris*, hominis nequissimi, sed in aula omnium potentis, a Rege defecerunt; initioque re bene gesta Regis duces profligarunt, sed anno circiter quarto ab ipso Rege victi, rebellionis pœnas dederunt [b]: eodemque anno *Artabazanes*, regionem *Mediæ* proximam ad *Pontum* tenens, ad pacem petendam adactus. *Hermias* quoque, Regi suspectus redditus, eo jubente per insidias oppressus est anno U. C. 534 primo Olymp. 140 [c].

Achæus deficit.

§. 4. Sed interim dum hæc geruntur, *Achæus*, sumto diademate a Rege deficit duobus circiter annis postquam ditiones cis *Taurum* recuperaverat [d].

Antiochus Cœlæ-Syriam occupans cladem ad Raphiam accipit.

§. 5. Placuit tamen, prius quam in *Achæum* moveret, *Cœle-Syriam* adgredi [e]: quam provinciam ex antiquo *Ægypti* Reges obtinebant, eiusque possessionem pluris etiam, atque *Ægyptum* ipsam facere consueverant, quod adversus *Syriæ* regnum peropportunus eius situs esset [f]. Igitur anno U. C. 535, tertio ante *Raphiensem* pugnam, quod *Polybius* [g] indicat, in *Cœle-Syriam* duxit *Antiochus*, ac prius *Seleuciam* expugnavit [h]. Eodemque anno *Theodotus* genere *Ætolus*, *Cœle-Syriæ* a *Ptolemæo* præfectus, ad *Antiochi* partes transiens, *Ptolemaidem* ei & *Tyrum* tradidit [i]. *Ptolemæus* de pace legatos mittit, de qua cum per hiemem frustra actum esset [k], sequentem annum *Antiochus* in reliqua *Cœle-Syria* pacanda, *Arabibus*que in fœdus recipiendis posuit [l]. Denique proximo vere paratis utrimque rebus, Reges ad *Raphiam* in aciem procedunt, ubi *Antiochus* magno prælio victus est [m], anno U. C. 537, quo & *Ro-*

a Polyb. L. IV. p. 315. b Polyb. L. V. p. 386—388. 390—399. c Polyb. L. V. p. 399—401. d Polyb. L. IV. p. 315. V. p. 401. e Polyb. V. p. 378. 402. f Polyb. L. V. p. 380. C. & 428. A. g Polyb. L. V. p. 385. C. 402. B. 409. D. 411. B. 415. B. 421. C. h Polyb. L. V. p. 402—405. A. i Polyb. L. IV. p. 365. C. D. V. p. 390. C. 405. 406. k Polyb. L. V. p. 406. D—411. A. l Polyb. L. V. 411. B—415. B. m Polyb. L. V. p. 421. C—427. C. III. Maccab. c. 1. Hieron. ad Dan. XI. 10—12. Justin. XXX. c. 1.

Romani ad *Thrasumenum* in *Etruria* victi sunt ab *Hannibale* [a]. Annumque hunc insigniorem facit lunæ defectio, quæ, ut notat *Polybius* [b], autumno superiore antecessit, & incidit in Calendas *Septembres* anni U. C. 536, ante *Christum* 218. A. 4488. Per. Jul. ad 4500. A. Christ. 226. ad 214.

§. 6. Tanta præter spem ac meritum victoria uti *Philopator* nesciit, qui si ad fortunam animum & industriam adiunxisset, spoliare *Antiochum* regno poterat. Nunc, quæ amiserat, recuperare contentus, petenti pacem *Antiocho* dedit: tum in *Syria* & *Phœnicia* menses tres moratus est [c]: quo tempore, quum ad eum gratulatum *Judæi* misissent, *Hierosolyma* adiens, sanctius penetrale templi intrare voluit: verum eo prohibitus, iratus in *Ægyptum* rediens, *Judæos* omni modo adterere statuit [d]. Addit Scriptor Libri III *Maccabæorum*, ipsum *Judæos Alexandriam* coactos belluis obterendos obiicere voluisse, sed cum elephanti in furorem acti impetu in milites plebemque verso *Judæis* parcerent, ira in misericordiam versa postea *Judæos* honestius, liberaliusque habuisse [e]. Interim Rex ex *Cœle-Syria* reversus, antiquum obtinens, ad luxuriosum & perditum vitæ genus rediit, adeo ut maiestatis pudorisque omnis oblitus, dies & noctes in stupris flagitiisque consumeret [f]: ac denique *Arsinoë* sorore, eademque coniuge occisa, *Agathocleæ* meretricis blanditiis inretitus, ei fratrique eius *Agathocli* omnia committeret; a quibus inpotenter & libidinose dominatum [g]. Ptolemæus Philopator luxu perditus.

§. 7. At in *Asia*, quæ cis *Taurum* est, *Achæus* interim, dum de *Cœle-Syria* cum *Ptolemæo* contendit *Antiochus*, regni sui limites proferens, omnibus cis *Taurum* incolentibus gravis inminebat. Cui *Pergami* Rex *Attalus*, conductis *Gallorum* auxiliis, haud segniter resistebat. Quibus dein longius iter aversantibus & occasione lunæ deficientis, quod in religionem trahebant, missionem postulantibus de- Achæus. Attalus & Prusias.

a Polyb. L. V. p. 442. B. 444. B. *b* Polyb. L. V. p. 420. D. *c* Polyb. V. p. 427. D. 428. A. Justin. XXX. c. 1. *d* 3 Maccab. II. vs. 21—IV. *e* 3 Maccab. C. V—VII. Excerpt. Gr. Scal. p. 65. *f* Excerpt. Vales. p. 63. Justin. L. XXX. c. 1. *g* Vales. Excerpt. p. 65. 66. Polyb. L. XV. p. 719. D. Justin. XXX. c. 1. 2.

A. 4488. Per. Jul. ad 4500. A. Christ. 226. ad 214.

dit[a] anno tertio Olymp. 140, Urbis 536, nam eo anno luna Calendis *Septembris* obſcurata eſt. Eosdem poſtea *Gallos*, effuſe omnia populantes, *Prusias*, *Bithyniæ* Rex, haud procul *Helleſponto* ad unum concidit anno Urbis 538[b].

Achæus victus ab Antiocho.

§. 8. *Antiochus*, pace cum *Ptolemæo* conpoſita, ſtatim proximo vere, ſocietate cum *Attalo* inita, belli molem in *Achæum* vertit[c]. Quem & *Sardibus* obſeſſum, urbe altero anno capta, ſibi a *Boli Cretenſi* proditum, per ſummos cruciatus e medio ſuſtulit anno U. C. 539[d].

CAPUT VII.

De ſociali contra Ætolos *bello*, Philippo *Rege* Macedonum, *eiusque geſtis: ab anno Per. Jul.* 4494 *ad* 4514.

§. 1.

Philippus Rex.

ANtigonus, qui a liberalitate Δώσων cognominatus eſt, *Cleomene* anno 4 Olymp. 139 victo, pacem tota *Græcia* conſtituerat[e]. Huic paullo poſt vita functo ſucceſſit *Philippus*, *Demetrii* filius[f], pæne puer, nondum enim ſeptimum decimum annum exceſſerat[g], egregia indole, & ſummis a natura dotibus præditus[h], amor & deliciæ *Græcorum*, quamdiu *Arati Sicyonii* uſus eſt conſilio: ſed ſubinde improborum uſu, præſertim *Demetrii Pharii* & *Heraclidæ Tarentini* corruptus, tantas de ſe ſpes hominum evertit, ſibique magna concivit mala[i].

Cauſſa belli Socialis contra Ætolos.

§. 2. *Ætoli*, huius ætate ſpreta, pacis pertæſi, quod alioqui rapto vivere conſueſſent, auctore *Dorimacho*, qui ſibi *Scopam* adiunxerat, a *Meſſeniæ* populatione initium belli fecerunt. Quibus cum *Aratus* & *Achæi* fruſtra denunciaſſent, ut a *Peloponneſiorum* finibus arma ſua & iniurias abſtinerent, res ad bellum deduci-

a Polyb. L. V. p. 420. 421. A. B. *b* Polyb. L. V. p. 447. C. D. *c* Polyb. L. V. p. 428. D. 444. C, *d* Polyb. L. VII. p. 506—510. L. VIII. p. 522—528. *e* Polyb. IV. p. 272. D. & 276. *f* Supra C. VI. §. 1. *g* Polyb. L. IV. p. 274. D. 294. A. *h* Polyb. L. IV. p. 399. C. D. *i* Polyb. in Excerpt. Valeſ. p. 13—18. & Diod. Ib. p. 293.

A. 4494. Per. Jul. ad 4514. A. Christ. 200. ad 220.

ducitur, primum ad *Caphyas*, *Arcadiæ* oppidum, prælium conmittitur, quo *Achæi* victi sunt[a] exeunte Olymp. 139[b].

§. 3. *Ætolis* igitur tota *Peloponneso* grassantibus, *Philippus* evocatur, mox communi sociorum sententia, bellum, quod *Sociale* vocatum est, *Ætolis* indicitur[c], anno primo Olymp. 140, ante *Christum* 220, U. C. 534, eodem tempore quo *Hannibal*, devictis trans *Iberum* omnibus adversus *Saguntinorum* urbem se conparabat[d]. Eodem anno primo Olympiadis 140, sed ante *Christum* 219, vere iam adulto, hoc est sub *Vergiliarum* ortum, quo tempore *Achæorum* prætores magistratum inibant[e]; *Arato* iuniore, *Arati* filio, in patris locum subrogato, oppugnare *Ætolos* adgressus est *Philippus*[f]. Eodem tempore *Romani*, *Æmilio* Consule duce, U. C. 535, *Demetrium Pharium*, *Illyriorum* principem, victum ad *Philippum* fugere conpellunt[g]. Tum & *Spartani*, fœdere tumultuose cum *Ætolis* inito, per *Lycurgum* Regem, quem *Cleomeni* anno 2 Olymp. 149 mortuo subfecerant, *Achæos* infestant[h]. *Theodotus Ætolus Ptolemaidem* & *Tyrum Antiocho Cœle-Syriam* infestanti tradit[i]. *Rhodii*, adiuncto sibi *Prusia*, *Bithyniæ* Rege, contra *Byzantios* certant[k]. *Sinopenses* adversus *Mithridatem*, *Ponti* Regem, *Rhodiorum* se præsidio defendunt[l]. Tot illa bellorum initia anno eodem primo Olymp. 140 contigisse *Polybius*[m] observat, eorumque caussam eo reiicit, quod tunc orbis fere totius cogniti regna & imperia novi principes adirent.

Varia alia per id tempus bella orta.

Bellum sociale conpositum.

§. 4. Bellum sociale *Philippus* ad annum tertium fortiter administravit[n]. Sed cum Regi apud *Argos*, *Nemeos* ludos, qui sub finem anni tertii *Olympici*, prope solstitium conmitti solent[o], celebranti nunciatum esset de *Romanorum* clade ad lacum *Thrasume-*

a Polyb. L. IV. p. 272—282. *b* Polyb. L. IV. p. 284. A. *c* Polyb. L. IV. p. 283. A. 284. 292—296. *d* Polyb. L. IV. p. 295. D. 297. C. *e* Polyb. L. V. p. 350. *f* Polyb. L. V. p. 305.. C. 306. A. *g* Polyb. L. III. p. 271. E. 273. 274. *h* Polyb. L. IV. p. 285. C. 292—294. p. 302—305. *i* Polyb. L. IV. p. 305. D. *k* Polyb. L. III. p. 158. C. IV. p. 306. 313. D—319. *l* Polyb. L. IV. p. 321. *m* Polyb. L. II. p. 155. IV. p. 271. & 305. *n* Polyb. L. IV. p. 322—342. V. p. 350—377. 435—439. *o* Vid. Petavius ad Juliani epist. 35.

A. 4494. Per. Jul. ad 4514. A. Christ. 220. ad 200.

sumenum accepta, inpellente *Demetrio Phario*, pacem cum *Ætolis* conposuit[a], anno tertio desinente Olymp. 140, Urbis 537[b]. Usus fuerat in hoc bello plurimum *Arato*, quem etiam, procerum suorum calumniis in suspicionem vocatum, mox ut, quantus vir esset, re ipsa cognovit, maiore habuit in pretio[c]: postea tamen rursus in invidiam adductum veneno tolli curavit, circa annum Urbis 541, quartum Olymp. 141[d].

Philippus bellum contra Romanos suscipit.

§. 5. Interim *Philippus*, pace cum *Ætolis* conposita, ut in partem victoriæ cum *Pœnis* veniret, proximo anno U. C. 538, in *Illyricum* invectus, *Romanorum* metu subito repressus ab incepto destitit[e]. Sequenti tamen anno, bis missis in *Italiam* legatis, fœdus cum *Hannibale* iniit[f]. Ex quo anno U. C. 540 apertum cum *Romanis* bellum erupit, quo Regem, *Illyrici* oram tentantem, *M. Valerius Lævinus* ita perterruit, ut incensis aut subductis navibus terra *Macedoniam* repeteret[g]. *Lævinus* cum *Ætolis* societatem contra *Philippum* facit anno 544[h], cui fœderi *Attalus Asiæ*, *Pleuratus Thracum*, & *Scerdilædus Illyriorum* Reges, *Elei* etiam & *Lacedæmonii* accesserunt[i]; a quibus *Macedones*, eorumque socii, quorum primarii *Achæi* erant, aliquamdiu vexati sunt[k].

Philopœmen. Machanidas. Nabis.

§. 6. Erat ætate ea *Achæorum* princeps *Philopœmen*, a quo *Lacedæmoniorum* tyrannus *Machanidas*, qui post *Lycurgum* tyrannidem obtinuerat, ad *Mantineam* oppressus est, circa annum U. 548[l]. Quem *Nabis* longe isto crudelior excepit[m]. Tandem, cum *Romani*, domestico bello occupati, biennio res in *Græ-*

a Polyb. L. V. p. 439. B—443. *b* Polyb. L. IV. p. 297. E. L. V. p. 442. E. *c* Polyb. L. IV. p. 338. D. 345—348. Plut. Arato p. 1049. C. D. *d* Polyb. L. VII. p. 505. 506. VIII. 519. Plut. Arato p. 1050. 1051. *e* Polyb. L. V. p. 434. 439. C. D. 445. 446. *f* Liv. XXIII. 33. 34. 38. 39. Polyb. L. VII. p. 502—505. Zonar. L. IX. c. 4. Barbeir. Fœd. Ant. T. I. §. 378. *g* Liv. XXIII. 38. XXIV. 10. & 40. Flor. L. II. c. 7. n. 3—6. *h* Liv. XXVI. c. 24. *i* Liv. XXVI. 25. 26. 37. XXVII. 29. Polyb. L. IX. p. 570. X. 612. 613. 627. *k* L. XXVII. 29—33. XXVIII. 5—8. *l* Polyb. L. XI. p. 629—637. Plut. Philop. p. 360. D—362. Pauf. L. VIII. c. 50. *m* Pauf. IV. c. 29. p. 351. 352. VIII. c. 50. p. 701. Polyb. L. XIII. p. 674. Diodor. Excerpt. Valef. p. 283.

Græcia neglexissent, *Ætoli* coacti sunt cum *Philippo* pacisci, paulloque post, *Epirotis* intervenientibus, pax quoque inter *Romanos* & *Philippum*, amborumque socios convenit anno U. C. 549 [a]. A. 4494. Per. Jul. ad 4514. A. Christ. 220. ad 200.

§. 7. Pacatis in *Europa* rebus ad *Ægyptum* occupandam *Philippus* intendit animum. Commodum, post 17 annorum regnum [b], e vivis excesserat *Ptolemæus Philopator* anno ante *Christum* 204, U. C. 550, relicto quinquenni filio *Ptolemæo Epiphane*. De huius regno inter se dividendo, rebus in *Ægypto* multum turbatis, consilium ineunt *Philippus* & *Antiochus*. *Ægyptii Romanis* tutelam Regis permittunt [c]. *Antiochus Cœle-Syriam* ac *Phœniciam* occupat [d]. Quod bellum post aliquot annos nuptiarum pactione diremtum [e]. Ptolemæus Epiphanes venit in clientelam Romanorum.

CAPUT VIII.

De præstantibus ingenio viris, qui ab Olympiade 124 *ad* 145, *sive ab anno U. C.* 470. *ad* 554 *exstiterunt.*

§. 1.

STrato Lampsacenus ab Olympiade 123 annis 18 scholæ *Peripateticæ* post *Theophrastum* præfuit [f], ac mortuus est sub finem Olympiadis 127 [g]. *Lyco Stratonem* excepit, & annis 44 scholam duxit, vixit autem annos 74 [h]. Strato & Lyco.

§. 2. *Lacydes Cyrenæus*, quem *Diogenes* [i] novæ sectæ auctorem facit: sed docet *Cicero* [k], *Lacydem* magistri sui *Arcesilæ* disciplinam retinuisse, ut & eius successores *Euandrum* & *Egesinum*, donec quartus Lacydes.

a Liv. XXIX. c. 12. *b* Canon Ptolemaicus. Porphyr. Excerpt. Scal. p. 60. Syncell. Chron. p. 288. *c* Polyb. L. XV. p. 707. 708. 712—722. Et Excerpt. Legat. Ursini n. 21. p. 358. 859. Hieron. in Dan. C. XI. vs. 13. Justin. L. XXX. c. 2. 3. Wesselingi nota ad Sims. Chron. an. 3805. *d* Polyb. Legat. LXXII. p. 893. A. Excerpt. Vales. p. 77. 78. Joseph. Antiq. XII. c. 3. §. 3. Justin. XXX. 1. Appian. Syr. p. 86. Liv. XXXIII. 19. *e* Appian. Syr. p. 88. Polyb. Legat. LXXXII. p. 908. Joseph. Antiq. XII. c. 4. §. 1. Hieron. ad Dan. C. XI. *f* Diog. Laërt. L. V. c. 58. *g* Diog. L. V. c. 68. *h* Diog. L. V. c. 68. *i* Diog. L. IV. c. 61. *k* Cic. IV. Acad. c. 6. & L. I. c. 12.

A. 4430. Per. Jul. ad 4514. A. Christ. 284. ad 200.

ab *Arcesila Carneades* novam Academiam instituit. *Lacydes* autem docere cœpit anno quarto Olymp. 134, ac 26 annis ludum tenuit[a].

Chrysippus.

§. 3. *Chrysippus* Stoicus, *Cleanthis* discipulus, quem *Diogenes*[b] Olympiade 143, natum annos 73, mortuum scribit, ut adeo sub initium Olymp. 125 in lucem prodierit, hoc tempore celebris fuit[c].

Eratosthenes.

§. 4. *Eratosthenes Cyrenæus* natus est Olymp. 126, & annos natus octoginta inedia vitam finiit[c].

Callimachus. Aratus.

§. 5. Inter poëtas *Græcos* celebratus est *Callimachus Cyrenæus*, *Ptolemæo Philadelpho* regnante quem *Suidas*[d] volumina plus quam octingenta reliquisse scribit. Tum *Aratus*, *Solis* in *Cilicia* ortus floruit sub *Antigono Gonata*[e].

Livius. Nævius. Plautus. Ennius. Cæcilius.

§. 6. *Romæ* vero *Livius* Poëta anno U. C. 514 primus fabulam docuit[f]. *Nævius* anno U. 520, & decessit Olymp. 144[g]. U. 550. *Plautus* mortuus anno U. C. 570[h]. *Q. Ennius* natus anno U. C. 515[i], vixit annos 70[k]. *Statius Cæcilius* Comœdiarum scriptor, mortuus uno anno post *Ennium*[l].

CAPUT IV.

Romanorum *res gestæ contra* Philippum Macedonum *Regem*, Antiochum Syriæ & Perseum Macedonum *itidem Reges: ab anno Per. Jul.* 4514 *ad* 4547.

§. 1.

Caussa belli Macedonici.

PAucis mensibus post pacem *Carthaginiensibus* datam, bellum cum Rege *Philippo* initum est *P. Sulpicio Galba*, *C. Aurelio* Coss. U. C. 554[m], quod decem ferme annis ante cœptum, ait *Livius*[n], triennio prius depositum erat. Nimirum ante annos fere tredecim, Urbis 540, a *Lævino* Prætore vexari *Philippus* cœperat. Anno vero U. C. 549 in

a Diog. L. IV. c. 61. *b* Diog. Laërt. VII. c. 184. *c* Suidas h. v. *d* Suid. h. v. Strab. L. XVII. p. 837. 838. *e* Vita Arati & Suidas. Cic. l. de Orat. c. 16. *f* Cic. l. Tusc. 1. in Bruto c. 18. de Senect. c. 14. Gell. XVII. c. 21. *g* Gell. XVII. c. 21. Euseb. Chron. *h* Cic. Bruto c. 15. *i* Gell. XVII. c. 21. *k* Cic. de Senect. c. 5. *l* Hieron. in Chron. ad Olymp. CL. *m* Liv. XXXI. 5. *n* Liv. XXXI. 1.

in concordiam redierant. Renovati belli cauſſæ fuerunt, veteres animum Patrum ſtimulantes iniuriæ, auxilia ante biennium *Pœnis* miſſa, ſociorum querelæ, præſertim *Athenienſium*, qui, ab Rege preſſi, ad *Romanos* confugerant [a].

A. 4514. Per. Jul. ad 4547. A. Chriſt. 200. ad 167.

§. 2. Interim *Philippus*, confiſus fœdere cum *Antiocho Syriæ* Rege inito, *Abydenos* oppugnabat, quos etiam ad *Saguntinam* rabiem adegit, cum *Æmilius Romanorum* legatus ipſum a bello contra *Græcos* abſtinere iuberet [b].

Abydus a Philippo capta.

§. 3. Bellum hoc quarto anno U. C. 557 a *T. Quinctio Flaminino* Proconſule finitum eſt, victo ad *Cynoſcephalas* in *Theſſalia Philippo* [c]. Tum enim Rege omnes conditiones admittente, pax eo magis maturata eſt, quod *Antiochum* bellum tranſitumque in *Europam* moliri conſtabat [d], Pretium victoriæ fuit libertas *Græcis* per ſolemne *Iſthmiorum* ludicrum præconis voce, incredibili omnium plauſu, pronunciata [e].

Confectum bellum Macedonicum.

§. 4. *Titi* frater *Lucius* eodem tempore fractos *Acarnanas* in deditionem accepit [f].

Acarnanes victi.

§. 5. Exinde *Nabidi Lacedæmoniorum* tyranno bellum movit *Quinctius*: ſed, *Argis* liberatis, pacem eidem dedit [g]. Ita *Græcis* ex Urbibus *Sparta* ſola in ſervitute relicta: quam anno U. 562 *Philopœmen*, *Nabide* ab *Ætolis* occiſo, ad *Achæorum* ſocietatem adiunxit [h]. Eosdemque anno poſt tertio, exſules infeſtantes, muris legibusque nudatos iugum pati coëgit [i].

Sparta Achæorum fœderi iuncta.

§. 6. Paucis poſt *Macedonicum* annis bellum cum *Antiocho* Rege geſtum eſt. *Antiochus Cœle-Syria* occupata, & *Ptolemæi Epiphanis* duce *Scopa* devicto [k], eo intenderat animum, ut & *Græcas* in *Aſia* urbes

Bellum Syriacum contra Antiochum.

[a] Liv. XXX. 26. XXXI. 1. 6. 7. Juſtin. L. XXX. c. 3. [b] Liv. XXX. 14. 16—18. Polyb. L. XVI. p. 735—739. Excerpt. Legat. c. 4. p. 787. [c] Liv. XXXII. 8—12. XXXIII. 7—10. Polyb. L. XVII. p. 754—762. Plut. in Flamin. p. 372. 373. [d] Liv. XXXIII. 11—13. 30. Polyb. Excerpt. Legat. VI. p. 788—792. & IX. p. 795. Plut. Flamin. p. 374. [e] Polyb. Legat. IX. p. 797. 798. Liv. XXXIII. 32. 33. Plut. Flamin. p. 374. 375. [f] Liv. XXXIII. 16. 17. [g] Liv. XXXIV. 22. & 41. Plut. Flamin. p. 376. Polyb. Ecl. XXII. p. 812. [h] Plut. Philop. p. 364. Liv. XXXV. 35—37. [i] Liv. XXXVIII. 30. 34. Plut. Philopœm. p. 365. Pauſ. L. VIII. c. 51. [k] Polyb. Legat. p. 893. Liv. XXXIII. 19. Joſeph. XII. Antiq. c. 3. §. 3. Excerpt. Peireſc. p. 77.

A. 4514. Per. Jul. ad 4547. A. Christ. 200. ad 167.

urbes pacaret, &, bello in *Europam* translato, *Thraciam* sibi vindicaret[a], neutrum placebat *Romanis*, itaque legatione missa & rebus *Ptolemæi*, & *Græcis* in *Asia* civitatibus *Europa*que abstinere iubebant[b]. Ita exasperatis animis *Ætoli* Regem ad arma in *Græciam* transportanda invitant[c], nutantem ad bellum suscipiendum concitat *Hannibal*, qui *Romanos* metuens ad Regem confugerat[d]. His inpulsus *Antiochus*, conposita cum *Ptolemæo* pace, cui *Cleopatram* filiam in matrimonium dedit, *Cœle-Syriam* in dotem pollicitus[e], *Romanis* intulit bellum[f], quod anno U C. 562 susceptum, triennium omnino tenuit. Siquidem anno Urbis 564 *L. Cornelius Scipio* Consul cum *P. Cornelio Africano* fratre legato in *Asiam* profectus, magno victum prælio *Antiochum* pacem petere conpulit, quæ data ea maxime lege, ut *Romanis* duodecim mille talenta penderet, omnique cis *Taurum* montem *Asia* cederet[g].

Bellum Ætolicum.

§. 7. Victo *Antiocho* mox *Ætoli* perdomiti sunt a *Fulvio* Consule anno U. C. 565[h]. Eodemque *Gallo-Græci* a *Cn. Manlio* altero Consule subacti[i].

Scipio Africanus. Hannibal & Philopœmen mortui.

§. 8. Olympiade 149 tres eximii imperatores obierunt, *P. Scipio Africanus*, *Hannibal* & *Philopœmen*. *Publius*, a *Petiliis* Tribunis postulatus, cum reus esse nollet, caussamque dicere, *Liternum in Campaniam* secessit[k]. *Lucius* frater eius peculatus est damnatus[l]. *Publius* auctore *Livio*[m], mortuus est ineunte anno illo, quo Coss. fuere *P. Claudius*, *L. Portius*, U. C. 570, idque ante quam *M. Cato* iisdem Consulibus censuram ageret. *Polybius* tamen

a Liv. XXXIII. 19. 20. 38. Appian. Syr. p. 86. 87. b Polyb. L. XVII. p. 769. 770. Liv. XXXIII. 39—41. Appian. Syr. p. 87. c Polyb. L. III. p. 163. C. D. Excerpt. Legat. p. 796. Liv. XXXIII. c. 49. Appian. Syr. p. 92. d Liv. XXXIII. c. 44. Appian. Syr. p. 88—90. Justin. XXXI. c. 3. Hieron. ad Dan. C. XI. e Joseph. Antiq. L. XII. c. 4. §. 1. Appian. Syr. p. 88. f Liv. XXXV. 42—47. g Liv. XXXVII. c. 34—45. XXXVIII. 38. Polyb. Eclog. XXII—XXIV. p. 812—817. 840—843. Appian. Syr. p. 104—112 h Polyb. Exc. Legat. XXVI—XXVIII. p. 825—834. Liv. XXXVIII. 1—11. i Liv. XXXVIII. c. 12—27. 40. Polyb. Exc. Legat. XXIX—XXXV. p. 834—838. Appian. Syr. p. 115. Suidas V. Γάλλαι. k Liv. XXXVIII. 50—53. l Liv. XXXVIII. 55—60. m Liv. XXXIX. 52.

A. 4514. Per. Jul. ad 4547. A. Christ. 200. ad 167.

men & *Rutilius* ad annum sequentem retulerunt[a]. Quo *M. Claudio Marcello* & *Q. Fabio Labeone* Coss. *Hannibal*, apud *Prusiam*, *Bithyniæ* Regem, a *Romanis* legatis quæsitus ad necem, veneno vitam finiit[b]. Sicuti & *Philopœmen*, *Achæorum* dux, a *Messeniis* captus & interfectus est anno U. C. 571[c].

Lycortas.

§. 9. Huius necem *Lycortas*, *Achæorum* prætor, ultus est, ac *Messenios Lacedæmonios*que in concilium *Achæorum* restituit. Quamvis multi ex *Spartanis* ægre obtemperarent, *Romanorum* freti potentia, qui *Achæorum* vires coalescere inviti videbant[d].

Philippus. Demetrius & Perseus.

§. 10. *Philippus*, a *Romanis* antiquis *Macedoniæ* finibus inclusus, omnem curam ad novi belli comparationem contulerat, &, si diutius vixisset, bellum gessisset[e]. Erant ei duo filii *Perseus* natu maior, & *Demetrius*, *Romanis*, apud quos aliquot annos obses vixerat, longe gratissimus: sed hunc pater, *Romanorum* amicitia, & fratris calumniis suspectum, morte adfecit[f] Olympiade desinente 149, Urbis conditæ anno 573[g]. Nec diu post pater ipse obiit, cum ab Olympiade 140 ad annum secundum Olymp. 150 regnasset annis ipsis quadraginta duobus[h], *L. Manlio* & *Q. Fulvio Flacco* Consulibus[i].

Perseus a Romanis victus.

§. 11. Anno igitur secundo 150 Olympiadis, U. C. 575. Per. *Jul.* 4535. *Macedonum* postremus Rex iniit *Perseus*. Hic, paterni in *Romanos* heres odii, bellum in eos gessit, quod anno quarto, *Macedonibus* ad *Pydnam* magno prælio ab *Æmilio Paulo Romanorum* Consule victis, finitum est anno 4. Olympiadis 152, U. C. 586[k]. Insignis ea victoria regnique *Macedonici* occasus fuit lunari defectione, quæ pridie eius diei, quo certatum est, accidit, ea nocte,

 quæ

a Liv. l. d. & nota Wesselingi ad Simf. Chron. an. 3821. *b* Liv. XXXIX. 51. Nepos Hannib. c. 12. *c* Plut. Philop. p. 366. 367. Liv. XXXIX. 50. 52. Pauf. L. IV. 51. VIII. 29. Diodor. Excerpt. Valef. p. 301. *d* Polyb. Excerpt. Legat. LII. LIII. p. 868—870. Pauf. VIII. c. 51. p. 704. *e* Liv. XXXIX. c. 23—29. *f* Liv. XXXIX. 47. 53. XL. 5—16. 20—24. Polyb. Exc. Legat. XLVI. & L. *g* Liv. XL. c. 18. 25. *h* Porphyr. in Excerpt. Scal. p. 63. *i* Liv. XL. 54. coll. 43. *k* Porphyr. Exc. Scal. p. 63. Liv. XLIV. 32—46. Plut. Æmilio p. 264—259. Excerpt. Valef. p. 313. 314. Vell. Pater. l. c. 9. Justin. XXXIII. c. 1.

A. 4514. Per. Jul. ad 4547. A. Christ. 200. ad 167.

quæ inter 4 & 5 *Romani Septembris* intercessit [a], quæ in *Juliano* Calendario inter *Junii* 21 & 22 media fuit, & congruit in annum ante *Christianam* æram 168, Per. *Jul.* 4546. Hoc igitur *Macedonum* imperium a *Romanis* exstinctum est, undecimo *Persei* Regis anno: regnavit enim annos decem menses octo [b]. Eademque illa victoria reliquis gentibus *Romanis* parendi necessitas inposita fuit [c].

Gentius victus.

§. 12. Belli *Macedonici* accessio fuit *Illyriorum* Rex *Gentius*, qui a *Perseo* per fraudem inductus in periculi societatem, a *Lucio Anicio* Prætore victus captusque est [d]. De utrisque anno U. C. 587 triumphatum [e]. *Macedones* & *Illyrii* a Senatu sub annuo tributo liberi esse iussi [f].

CAPUT X.

De rebus Syriacis *&* Ægyptiacis, *& de initio calamitatum, quas* Judæi *sub* Antiocho Epiphane *passi sunt: ab anno Per. Jul.* 4527 *ad* 4546.

§. 1.

Antiochi magni mors.

ANtiochus *Magnus*, omni cis *Taurum Asia* cedere iussus, cum *Jovis Beli* templum in *Elymaide* deprædari nititur, a barbaris occiditur [g], cum regnasset annos 37 [h], anno U. C. 567 *C. Flaminio* & *Æmilio Lepido* Coss. [i], qui fuit primus Olymp. 148, *Græcorum* 125.

Seleucus Philopator.

§. 2. Successit illi *Seleucus Philopator* annis duodecim, otiosus nec admodum potens, propter cladem quam pater acceperat [k]. Ab eo missus *Heliodorus* ad ærarium templi *Hierosolymitani* spoliandum male

[a] Liv. XLIV. 73. [b] Porphyr. Excerpt. Scal. p. 63. Liv. XLV. c. 9. [c] Polyb. L. III. p. 160. [d] Liv. XLIV. 23. 27. 31. 32. Plut. Æmil. p. 261. [e] Liv. XLV. c. 35. 40. 43. Plut. Æmil. p. 271—273. [f] Liv. XLV. 18. 26. 29. Plut. Æmil. p. 270. B. Diodor. Excerpt. Valef. p. 317. Dexippus Exc. Scal. p. 59. [g] Strab. L. XVI. p. 744. Diodor. Excerpt. Valef. p. 292. & 298. Justin. XXXII. c. 2. [h] Appian. Syr. p. 131. [i] Zonar. L. IX. c. 21. [k] Appian. Syr. p. 131. Excerpt. Gr. Scal. p. 62.

male mulctatus infecta re rediit[a]. Ac *Seleuco* paullo A. 4527.
post *Heliodori* insidiis interfecto[b], subfectus est eius Per. Jul.
frater *Antiochus Epiphanes* anno *Græcorum* 137[c], qui ad 4546.
est annus primus Olymp. 151. Urbis *Romæ* 578. A. Christ. 187. ad 168.

§. 3. Ab illo Rege sacra omnia profanaque *Hierosolymis* ac per totam *Judæam* pessumdata proculcataque sunt. Statim sub initium regni Pontificatum Maximum, *Oniæ* viro laudatissimo ademtum, in fratrem eius *Jasonem*, grandi ære mercantem, transtulit, qui gentiles ritus invexit, patriumque cultum vitiavit[d]. Sed ipsum triennio post *Menelaus* frater, ipso peior, loco movit, qui & *Oniam* apud *Antiochiam* occidi curavit[e]. Jason & Menelaus.

§. 4. Ante aliquot annos *Ptolemæo Epiphani*, *Philopatoris* filio, post regnum 24 annorum[f], filius *Ptolemæus Philometor* oppido puer sub tutela matris *Cleopatræ*, quæ soror *Antiochi* erat, successerat, anno ante *Christum* 180, U. C. 574, quarto Olympiadis 149. Frater huic erat *Ptolemæus Euergetes*, soror *Cleopatra*, ætate omnes infirma[g]. Sed cum, matre Regis mortua, tutores eius *Eulæus* & *Lenæus* *Cœle-Syriam*, quam a patre occupatam, tenebat *Antiochus Epiphanes*, reposcere ausi sunt, illum in se concitarunt[h]. *Antiochus* anno U. C. 582 caussam belli nactus, eo maiori spe *Ægypti* regno inminebat, quia *Romani* in bello *Macedonico* occupati erant[i]: misit tamen & *Romam* legatos[k], & *Apollonium* in *Ægyptum* Regi adultam ætatem gratulatum, re ipsa res exploratum[l]; mox cognito *Ægyptiorum* adparatu prior ipse descendit, & prope montem *Casium* reportata victoria, *Tyrum* redit[m]. Inde proximo anno reversus, altera eaque insigniori reportata victoria, *Philometora*, cum regnasset annos undecim, regia dignitate exuit. In *Palæstinam* redux *Hierosolyma* Ptolemæus Philometor ab Antiocho Epiphane victus.

X 2 capit,

[a] 2 Macc. c. III. Joseph. de Maccabæis §. 4. [b] Appian. Syr. p. 116. [c] 1 Macc. I. 11. [d] 2 Macc. IV. 7—17. Joseph. l. d. [e] 2 Macc. IV. 23—50. Joseph. Antiq. L. XII. c. 5. §. 1. [f] Euseb. Chron. & Excerpt. Gr. Scal. p. 60. [g] Hieron. ad Dan. C. XI. vs. 21. Excerpt. Gr. Scal. p. 60. [h] Hieron. in Dan. l. d. Liv. XLII. 29. Polyb. Legat. LXXXII. p. 908. B. [i] Liv. XLII. 29. [k] Polyb. Legat. LXXI. LXXII. [l] 2 Macc. IV. 21. Polyb. Legat. LXXVIII. p. 902. D. [m] 1 Macc. I. 17—20. Hieron. in Dan. XI. 22.

A. 4527. Per. Jul. ad 4546. A. Christ. 187. ad 168.

capit, expilatque anno *Græcorum* 143[a], U. C. 584. *Alexandrini Philometoris* fratrem *Energetem*, qui & *Physcon* dicitur, in solio regni conlocant[b].

Ægyptus Romanorum auctoritate eius manu erepta.

§. 5. Quod ut cognovit *Antiochus* per honestam speciem maioris *Ptolemæi* reducendi in regnum minori bellum infert, prælioque navali victor, *Alexandriæ* cum sorore *Cleopatra* obsessum *Romam* legatos auxilium petitum mittere cogit[c]. Ipse paullo post, ut fratres inter se committeret, exercitum in *Syriam* abducit, relicto *Memphi* maiore *Ptolemæo*, cui regnum quæri suis viribus simulabat: sed cum cognovisset, fratres inter se pepigisse, ut ambo regnarent, primo vere multo acrius infestiusque adversus duos, quam ante adversus unum, revertitur[d]. Interim tres legati, inter quos *M. Popilius Lænas* in *Ægyptum* ire iubentur. Hi *Roma* profecti mense *Martio*, ut ex *Livio*[e] colligas, (qui tum in *Decembrem* circiter nostrum cadebat, quod lunæ illa defectio ante prælium *Macedonicum*, cuius capite IX. §. 11. mentionem fecimus, conprobat) non nisi post *Romanorum* victoriam de *Perseo* Rege *Alexandriam* pervenerunt[f]: hoc est post æstatem anni ante *Christum* 168. Urbis 586, *Græcorum* 145. Ibi vero incumbentem in obsidionem urbis *Antiochum* & navali ad *Cyprum* parta victoria tumidum, unius legati *Romani Popilii* libertas & auctoritas adeo de gradu deiecit, ut non tantum se in senatus potestate fore confirmaret, sed & terrestres maritimasque copias ab *Ægypto* abduceret[g].

CA-

a Macc. I. 21—27. Diodor. L. XXXIV. Eclog. 1. p. 901. 2 Mac. V. 11—22. *b* Diodor. Exc. Valef p. 310. Porphyr. Excerpt. Scal. p. 60. Hieron. in Dan. XI. 24. 25. 2 Macc. V. 1. *c* Liv. XLIV. c. 19. Polyb. Excerpt. Legat. LXXXI. LXXXII. *d* Liv. XLV. c. 11. Porphyr. Exc. Scal. p. 60. *e* Liv. XLIV. 19. *f* Liv. XLV. 10. *g* Liv. XLV. 12. 13. Polyb. Exc. Legat. XCII. p. 916.

CAPUT XI.

A: 4546. Per. Jul. ad 4579. A. Christ. 168. ad 135.

De Judæorum *rebus a templi profanatione ad* Simonis *mortem: ubi de* Juda Maccabæo *&* Syriæ *Regibus ab anno Per. Jul.* 4546 *ad* 4579.

§. 1.

SPe *Ægypti* occupandæ falſus *Antiochus* ac furore amens, poſt annos duos a priore calamitate, anno *Græcorum* 145 [a], *Apollonium* ducem mittit *Hieroſolyma*, qui promiſcua cæde atque incendio vaſtatis *Hieroſolymis*, templum polluit, libros legis flammis aboleri, omnes Regiæ ditionis ſubditos eadem cum Rege ſacra profiteri iubet, ac die quintadecima *Caſleu*, qui in *Novembrem* incidit, *Jovis Olympii* ſimulacrum ſuper altare Dei conlocat, cives pleroſque ad eiurandam patriam religionem diris ſuppliciis conpellit [b]. Rex ipſe *Antiochiam* abreptum *Eleazarum* ſenem, & ſeptem fratres cum eorum matre, quod contra divinum interdictum ſuilla veſci renuerent, excarnificatos neci tradit [c]. Antiochus Epiphanes ſævit in Judæos.

§. 2. Id cum ferri amplius non poſſet, *Mattathias*, de ſtirpe *Joarib* ſacerdos, libertatis vexillum ſuſtulit, conlectaque *Judæorum* manu Regis minas contempſit [d]. Ac ſequenti anno *Græcorum* 146, U. C. 587 moriens [e], ſucceſſorem ſibi ac rei gerendæ ducem deſignavit *Judam*, qui *Maccabæus* cognomine dicitur [f]. Mattathias.

§. 3. Hic ſæpe fuſis parva manu magnis hoſtium copiis [g], *Antiocho* Rege in *Perſidem* profecto, templum repurgavit [h], ac divinum cultum, qui annis tribus intermiſſus erat, anno *Græcorum* 148, *Caſleu* 25 [i] reſtituit. Judas Maccabæus.

X 3 §. 4.

a 1 Macc. I. 30. 57. *b* 1 Macc. I. 30—67. 2 Macc. V. 24—26. VI. 1. 2. Joſep. Antiq. L. XII. c. 5. §. 4. Diodor. apud Phot. Cod. 244. p. 1150. 1151. *c* 2 Macc. VI. 18. & VII. Joſeph. de Maccab. c. 5—17. *d* 1 Macc. II. 1—48. Joſeph. Antiq. L. XII. c. 6. §. 1. 2. *e* 1 Macc. II. 70. *f* 1 Macc. II. 49—69. III. 1. Joſeph. Antiq. L. XII. c. 6. §. 3. 4. *g* 1 Macc. III. & IV. 1—35. 2 Macc. VIII. Joſeph. Antiq. L. XII. c. 7. §. 1—5. *h* 1 Macc. IV. 36—59. *i* 1 Macc. IV. 52. 54. coll. 1 Macc. I. 62. 2 Macc. X. 5. Joſeph. l. d. §. 6. 7.

A. 4546. Per. Jul. ad 4579. A. Christ. 168. ad 135.

§. 4. Interim *Antiochus Dianæ* in *Elymaide* ditissimum templum spoliare conatus, oppidanorum concursu eiectus, dum reditum parat, de clade suorum certior factus, mœrore amens & iracundia, gravem in morbum incidit, ex quo *Tabis* in *Perside* periit[a] anno *Græcorum* 149[b]. U. C. 590, cum inchoasset annum regni duodecimum.

Antiochus Epiphanes obit.

Antiochus Eupator. Menelaus. Alcimus. Onias.

§. 5. Successit ei filius novennis *Antiochus Eupator* curante *Lysia*[c], qui statim sub initium pace cum *Judæis* conposita[d], mox ea interturbata, anno sequente *Græcorum* 150[e], ut suis in arce obsessis opem ferret, *Hierosolyma* oppugnatum venit[f]; sed motibus a *Philippo*, cui *Epiphanes* moriens filii tutelam conmiserat, excitatis, denuo cum *Judæis* pactus redit *Antiochiam*[g], inpium *Menelaum*, anno decimo post occupatum pontificatum, necat, subrogato in ipsius locum *Alcimo*, qui a genere sacerdotali alienus erat[h]: qua propter *Onias*, *Oniæ* Pontificis filius, se exclusum dolens, in *Ægyptum* abiit, locoque a *Ptolemæo Philometore* impetrato templum *Hierosolymitani* æmulum in *Heliopolitana* regione struxit[i].

Demetrius Soter regnum Syriæ occupat.

§. 6. Interim *Demetrius Soter*, *Seleuci*, qui frater fuit *Epiphanis Antiochi*, filius, olim obses a patre pro *Antiocho Romanis* datus, cum ab iis *Epiphane* mortuo dimitti se frustra postulasset[k], clam ex urbe profugit in *Syriam* anno *Græcorum* 151[l], & *Antiocho Eupatore* ac *Lysia* iussu eius occisis, regnare cœpit annos natus tres & viginti[m].

Judas Maccabæus & Jonathas.

§. 7. Ad hunc veniens *Alcimus*, homo perditus, sacerdotium obtinuit; sed *Judas* ei acerrime resistens *Nicanorem* Regis ducem victum occidit exeunte anno

a Joseph. Ant. L. XII. c. 9. §. 1. 1 Macc. VI. 1—13. Polyb. Excerpt. Valesf. p. 145. Appian. Syr. p. 131. *b* Joseph. l. d. §. 2. 1 Macc. VI. 16. Dodwel de Cyclis Diss. IX. n. 45. *c* Joseph. Antiq. L. XII. c. 9. §. 2. 1 Macc. VI. 17. 2 Macc. X. 10. 11. Appian. Syr. p. 131. & 117. *d* 2 Macc. XI. 1—38. *e* 1 Macc. VI. 20. *f* 1 Macc. VI. 28—54. 2 Macc. XII. XIII. Joseph. Antiq. L. XII. c. 9. §. 3—5. *g* 1 Macc. VI. 55—63. 2 Macc. IX. 29. XIII. 23—26. Joseph. Antiq. L. XII. c. 9. §. 2. 6. 7. *h* Joseph. l. d. §. 7. 2 Macc. XIII. 4—7. *i* Joseph. Antiq. L. XII. c. 9. §. 7. & XX. c. 10. §. 1. *k* Polyb. Excerpt. Legat. CVII. Appian. Syr. p. 117. *l* 1 Macc. VII. 1. *m* Polyb. Excerpt. Legat. CXIV. Appian. Syr. p. 117. 131. 1 Macc. VII. 1—4. 2 Macc. XIV. 1. 2. Joseph. Ant. L. XII. c. 10. §. 1.

no *Græcorum* 151[a], ante *Christum* 161. Idem, legatis *Romam* missis, fœdus cum *Romanis* iniit[b]. Ac demum anno *Græcorum* 152 contra *Bacchidem* & *Alcimum* fortiter pugnans gloriosam mortem oppetiit, vir pietate ac fortitudine bellica nemini secundus[c]. Successit ei *Jonathas* frater, qui octodecim annis circiter præfuit[d]. *Alcimus* vero, dum templi opera demolitur, inflicto divinitus morbo periit, anno *Græcorum* 153[e].

A. 4546. Per. Jul. ad 4579. A. Christ. 168. ad 135.

§. 8. *Demetrius* porro, postquam auxiliante *Tiberio Graccho* Rex a *Romanis* appellatus erat, ut magis eorum promereret gratiam, *Leptinem* & *Isocratem* Grammaticum, quorum ille *Cn. Octavium*, legatum ad *Antiochum Eupatorem Roma* profectum occiderat anno *Græcorum* 150, iste factum probaverat, vinctos *Romam* misit anno *Græcorum* 152, ut ex *Appiano* f & *Polybio* g colligitur. *Ariarathem*, *Cappadociæ* Regem, mille talentum pactione ab *Oropherne* fratre eius adductus, regno expulit; quo *Romam* profecto, Senatus decrevit, ut ambo fratres simul regnarent[h]. Nec diu post tres Reges *Ptolomæus Ægypti*, *Attalus Asiæ*, & *Ariarathes Cappadociæ* in *Demetrium* conspirantes, subornant hominem incertæ originis, qui se in familiam *Seleucidarum* inserens pro *Antiochi Epiphanis* filio venditabat, & *Alexandrum* se nominans, cognomento *Balam*, anno *Græcorum* 160[i] *Ptolemaide* occupata, arma contra *Demetrium* conmovit, eidemque, conciliato sibi *Jonathane Judæorum* Pontifice, post biennium regnum & vitam eripuit[k]; cum regnasset annos 12[l].

Demetrii Soteris fata.

§. 9. *Alexander* ducta anno *Græcorum* 162 *Cleopatra*, *Ptolemæi Philometoris* filia[m], mox ex insperatis

Alexander Bala. Demetrius Nicator.

a 1 Macc. VII. 5—50. 2 Macc. XIV. 3—XV. 37. Joseph. Ant. L. XII. c. 10. §. 1—5. b 1 Macc. VIII. Joseph. Antiq. L. XII. c. 10. §. 6. Justin. XXXVI. c. 3. c 1 Macc. IX. 1—22. Joseph. Antiq. L. XII. c. 11. d Petavius Doct. Temp. L. X. c. 50. e 1 Macc. IX. 54—57. f Appian. Syr. p. 117. 118. g Polyb. Exc. Legat. CXX. & CXXII. Diodor. Sic. Excerpt. Legat. Ursini n. 25. p. 324. h Polyb. L. III. p. 161. C. Appian. Syr. p. 118. Diodor. apud Phot. Cod. 244. p. 1160. Justin. XXXV. c. 1. Zonar. L. IX. c. 24. p. 460. D. i 1 Macc. X. 1. k Athen. L. V. p. 211. Epit. Liv. L. LII. Appian. Syr. p. 131. Joseph. Antiq. L. XIII. c. 2. 1 Macc. X. 1—50. Justin. XXXV. 1. Strab. L. XIII. p. 624. l Polyb. L. III. p. 161. C. m 1 Macc. X. 51—57. Joseph. L. XIII. c. 4. §. 1.

A. 4546. Per. Jul. ad 4579. A. Christ. 168. ad 135.

ratis opibus in segnitiem prolapsus, vitam in regia luxu & inertia perditam egit[a]. Quo invitatus *Demetrius Nicator*, *Demetrii Soteris* filius, e *Creta* veniens, eum adgreditur anno *Græcorum* 165[b]. *Ptolemæus Philometor*, quasi genero auxilium laturus, descendit in *Syriam*, sed apud *Ptolemaidem Ammonii*, cui rerum summam *Alexander* conmiserat, insidiis adpetitus, mutatis partibus filiam *Cleopatram*, *Alexandro* ademtam, *Demetrio* conlocat[c]. Inde cum *Alexandro* acie congressus eum fugere conpellit in *Arabiam*: *Demetrius*, *Alexandro* a *Zabdiele* necato, *Syriæ* regnum obtinet anno *Græcorum* 167[d]. U. C. 608.

Ptolemæus Philometor & Physcon.

§. 10. *Philometor* triduo post obiit ex vulnere[e], relicto successore fratre *Euergeta Physcone*, quocum simultatem habuerat: postquam enim ambo *Alexandriæ* regnaverant annis sex, a 12 *Philometoris* ad 17, maior a minore pulsus obtinuerat, ut Senatus *Romani* auctoritate, *Philometoris* anno 18, *Græcorum* 150 ita regnum divideretur, ut *Philometor Ægyptum* & *Cyprum*; *Physcon Libyam* & *Cyrenaicam* teneret[f]. Sed cum *Physcon* sequenti anno sibi, eodem Senatu auctore, *Cyprum* quoque adiudicari curasset, ea inter fratres litium caussa fuit, qua occasione victus *Physcon Cyrenarum* regno contentus esse debuit[g]. Sed *Philometore* anno *Græcorum* 167 mortuo, excitus *Physcon*, ducta *Cleopatra* fratris uxore eademque sorore *Alexandriæ* regnavit, homo vultu deformis, sagina ventris animique crudelitate belluæ similior quam homini[h]. Itaque post infame 15 annorum regnum[i]; suis invisus, clam in *Cyprum* abit cum *Cleopatra* nepte, quam, repudiata matre eius, sibi coniugio

a Liv. Epit. L. Justin. L. XXXV. 2. Athen. L. V. p. 211. b 1 Macc. X. 67. Joseph. Antiq. L. XIII. c. 4. §. 3. c 1 Macc. XI. 1—13. Joseph. Antiq. L. XIII. c. 4. §. 5—7. Liv. Epit. Liv. L. d 1 Macc. XI. 15—19. Joseph. l. d. §. 8. Epit. Liv. LII. Diodor. Sic. Eclog. LXXXII. p. 396. Justin. XXXV. 2. e 1 Macc. XI. 18. f Porphyr. Excerpt. Gr. Scal. p. 60. & 68. Polyb. Exc. Legat. CVII. Epit. Liv. L. XLVI. Zonar. L. IX. p. 461. g Polyb. Excerpt. Legat. CXIII. CXV. CXVI. CXVII. CXXXII. Polyb. Excerpt. Valef. p. 197. h Justin. XXXVIII. c. 8. Joseph. contra Apion. L. II. c. 5. Athen. L. XII. p. 549. & IV. p. 184. Diodor. Exc. Valef. p. 353. i Diodor. Exc. Valef. p. 350. Excerpt. Scal. p. 68.

gio sociatat, inde bellum sorori pariter ac patriæ infert[a]: paulloque post, sorore *Cleopatra* in *Syriam* ad *Demetrium* profecta, *Alexandriam* redux, *Alexandrum Zebinum Demetrio* æmulum obiicit[b].

A. 4546. Per. Jul. ad 4579. A. Christ. 168. ad 135.

§. 11. Inter hæc *Demetrius*, recuperato paterno regno, in segnitiem & crudelitatem prolapsus, ab *Antiochensibus* seditione vexatus, hos quidem præsidio *Judæorum* militum conpescuit[c]. Sed, cum invisus esset omnibus, *Diodotus*, cognomento *Tryphon*, qui *Alexandri Balæ* satelles fuerat, *Antiochum* eius filium admodum puerum, ex *Arabia*, ubi educabatur, accitum, *Demetrio* victo ac *Seleuciam* fugere coacto, Regem constituit anno *Græcorum* 168[d].

Demetrius Nicator & Antiochus Balæ filius.

§. 12. Cum hoc fœdus iniit *Jonathan Judæus*, qui & fœdus cum *Romanis* & *Spartanis* instauravit[e]. Sed insequente anno *Tryphon* tyrannidem adfectans, ne qua per *Jonatham* mora suis consiliis esset, exceptum illum insidiis occidit[f]. Cuius loco *Simon* eius frater dux factus, statim fœdere cum *Demetrio* inito inmunitatem nactus est anno *Græcorum* 170, U. C. 611. quo ex tempore anni principatus *Simonis* numerari cœpti sunt[g]. Idem & sequenti anno *Gazaram* expugnavit & *Hierosolymitanam* arcem, qua eversa, montem templi & muniit & deinceps habitavit[h].

Jonathan & Simon.

§. 13. *Triphon* vero, sublato *Jonathane*, pupillum, iam quartum annum regnantem, interficit, diadema ipse sumit[i]. *Demetrius* vita aliquamdiu segniter *Laodiceæ* acta[k], a gentibus Orientis invitatus anno *Græcorum* 172 expeditionem in *Mediam* suscipit[l], ubi sub initium multis præliis victor, tandem

Tryphon. Demetrius & Antiochus Sidetes.

a Justin. L. XXXVIII. c. 8. Diodor. Exc. Valef. p. 374. 377. Epit. Liv. LIX. Oros. L. V. c. 10. Val. Max. L. IX. c. 2. ex. 5. *b* Justin. L. XXXVIII. 9. XXXIX. 1. *c* Justin. XXXVI. 1. Diod. Exc. Valef. p. 346. 349. 1 Macc. XI. 42—51. Joseph. Ant. L. XIII. c. 4. §. 9. c. 5. §. 3. *d* 1 Macc. XI. 39. 40. 54—56. Joseph. Antiq. L. XIII. c. 5. §. 1. 3. Liv. Epit. Lib. LII. Appian. Syr. p. 132. Strab. L. XVI. p. 752. *e* 1 Macc. XI. 57—XII. 38. Joseph. Ant. L. XIII. c. 5. §. 4—8. *f* 1 Macc. XII. 39—48. Joseph. Ant. L. XIII. c. 6. §. 1. 2. Bel. Jud. L. I. c. 2. §. 1. *g* 1 Macc. XIII. 1—42. Joseph. Antiq. L. XIII. c. 6. §. 3. 4. 6, *h* 1 Macc. XIII. 43—53. XIV. 7. 34. Joseph. L. XIII. c. 6. §. 6. *i* 1 Macc. XIII. 31. 32. Joseph. Antiq. L. XIII. c. 7. §. 1. Epit. Liv. LV. Justin. XXXVI. 1. *k* Diodor. Exc. Valef. p. 353. *l* 1 Macc. XIV. 1.

A. 4546. Per. Jul. ad 4579. A. Christ. 168. ad 135.

dem insidiis circumventus a *Parthis* capitur anno *Græcorum* 174[a]. Quo frater eius *Antiochus Sidetes* a *Cleopatra Demetrii* coniuge ad regnum & nuptias invitatus, armata manu veniens *Tryphonem* occidit, cum regnasset annos tres[b].

Simon & Johannes Hyrcanus.

§. 14. Regnum adeptus *Antiochus*, violato pacto, *Simoni* per *Cendebæum* bellum movet, qui a *Johanne*, *Simonis* filio, superatus est[c]. Verum prosperas *Judæorum* res *Ptolemæi* (is *Simonis* gener erat) perfidia conturbavit; convivio quippe exceptum socerum cum duobus filiis interfecit, tertius *Johannes* cognomento *Hyrcanus*, *Simonis* filius evasit[d]. Ea clades incidit in finem anni *Græcorum* 177, mense undecimo[e] *Schebat*, qui fuit U. C. 618, Per. *Jul.* 4578, annus *Sabbaticus* & octavus principatus *Simonis*[f].

Johannes Hyrcanus cum Rege paciscitur.

§. 15. *Antiochus Sidetes*, ultro a *Ptolemæo* invitatus, anno regni sui quarto, *Hyrcani* primo, *Hierosolyma* arctissima obsidione vallat, anno scilicet *Græcorum* 178 ante *Christum* 135. Sed per festum *Scenopegiæ* septem dierum inducias dare rogatus, mox & pacem æquis conditionibus concedit[g].

C A-

a Justin. XXXVI. 1. XXXVIII. 9. Joseph. Ant. L. XIII. c. 5. §. 5. 1 Macc. XIV. 1—3. Nummus Demetrii cusus anno 174. apud Vaillant Imp. Seleuc. p. 160. *b* 1 Macc. XV. 10—14. 39. Joseph. Ant. L. XIII. c. 7. §. 1. 2. Strab. L. XIV. p. 668. *c* 1 Macc. XV. 1—9. 27—36. 38—41. XVI. 1—10. Joseph. Antiq. L. XIII. c. 7. §. 2. 3. *d* 1 Macc. XVI. 11—22. Joseph. Ant. L. XIII. c. 7. §. 4. *e* 1 Macc. XVI. 14. *f* Joseph. Ant. L. XIII. c. 7. §. 4. & c. 8. §. 1. *g* 1 Macc. XVI. 13. Joseph. Ant. L. XIII. c. 8. §. 2. 3. Plut. Apoptheg. p. 184. E. Diodor. apud Phot. p. 1152.

CAPUT XII.

A. 4546. Per. Jul. ad 4582. A. Christ. 168. ad 132.

Romanorum *res gestæ: bellaque varia* Punicum 3, Macedonicum 3, Achaicum, Numantinum, Servile *ab anno Per. Jul.* 4546 *ad* 4582.

§. 1.

Gentes Romanis obnoxiæ. Eumenes Rex Asiæ.

PErseo *Macedonum* Rege post *Antiochum Magnum* devicto, servire deinceps *Romanis* neminem puduit[a]. Itaque non tantum ab eo tempore frequentes *Roma* legationes missæ ad ipsorum res inspiciendas, sed etiam ipsorum obsequio certatim se populi ac Reges addixerunt, ab iisque pacis inter se ac belli arbitria sumserunt. Ex Regibus duo præ ceteris illorum gratiam promereri conati sunt *Eumenes Asiæ*, & *Prusias Bithyniæ*, qui *Venator* cognominatus est. *Eumenes Attali* filius propter operam in bello contra *Antiochum* præstitam *Asia* cis *Taurum* donatus[b], dein occulti in *Perseum* favoris suspectus, purgandi sui gratia *Attalum* fratrem *Romam* misit, quod anno Urbis 587 factum esse *Livius* ostendit[c].

Prusias Bithyniæ.

§. 2. *Prusias*, qui, quod *Persei* sororem matrimonio habebat, neutras partes foverat, cum *Nicomede* filio *Romam* profectus servilem in modum Patribus adulatus est, indeque discedens filium *Romæ* alendum reliquit, anno Urbis eodem[d].

Attali cum Prusia bellum.

§. 3. *Eumene* vero, *Pergami* Rege, cum regnasset annos 49, circa annum Urbis 596 mortuo, cum filium *Attalum* inbecilla adhuc ætate reliquisset, regnum pro eo obtinuit *Attalus*, *Eumenis* frater, qui *Philadelphus* dictus est, annos 21[e]. Hunc *Prusias* gravi bello exercuit, quod anno U. C. 601 *Romanorum* iussu conpositum est[f].

Y 2 §. 4.

[a] Polyb. L. III. p. 160. [b] Strab. L. XIII. p. 624. Polyb. Excerpt. Legat. XXXVI. [c] Liv. XLIV. 25. XLV. 19. 20. Polyb. Exc. Legat. XCIII. p. 918—920. [d] Liv. XLV. 44. Polyb. Exc. Legat. XCVII. p. 927. Appian. Mithr. p. 172. [e] Strab. L. XIII. p. 624. Plut. de Fraterno Amore p. 488. 489. Polyb. Exc. Valef. p. 166. Nota Wesselingi ad Simf. Chron. an. 3847. [f] Polyb. Legat. CXXVIII. CXXIX. CXXXIII. CXXXV. CXXXVI. Polyb. & Diodor. Excerpt. Valef. p. 169. & 337. Appian. Mithr. p. 172.

A. 4516. Per. Jul. ad 4582. A. Christ. 168. ad 132.

Rhodii multati.

§. 4. Liberorum populorum *Rhodii* maxime iram *Romanorum* veriti, & vero commeriti fuerant: nam & *Perseo* studuerant, & superbe pacem *Ramanis* non tam suadere quam imperare ausi; eos in se irritarunt. Itaque *Perseo* victo, parum abfuit, quin contra eos bellum decerneretur. Quod cum infimis precibus avertissent, *Caria* tamen & *Lycia* multati sunt[a].

Carthago deleta.

§. 5. At non simplici rerum suarum damno, sed exitio, *Romanorum* odia expiarunt *Carthaginienses*, *Macedones* & *Achæi*. *Punico* bello ex *Masanissa* Rege quæsitus color: nec tantum in ipsius gratiam pecunia agroque multati sunt *Pœni*[b], sed etiam de sententia *Marci Catonis Censorii*, qui sententiis in senatu omnibus adiicere solebat, *Delenda Carthago*, nequicquam renitente *Scipione Nasica*, decretum, funditus delere *Carthaginem*[c]. Igitur, cum frustra, idem quod *Uticenses* fecerant, *Romanis* se dedissent[d], anno Urbis 605 a duobus Coss. *Manilio* & *Marcio Censorino* oppugnari cœpti sunt *Carthaginienses*. Iussi extemplo, urbe sua diruta, decem ab mari passuum millibus sedem ponere, in rabiem desperationemque versi, supra vires restiterunt, donec anno quarto a *P. Cornelio Scipione* Proconsule, qui *Paulo Æmilio* genitus, a *Scipionis Africani* filio adoptatus erat, capta & incensa *Carthago* est, penitusque subversa[e] U. C. 608. Sub initium belli *Masanissa* per annos sexaginta fere (verba sunt *Eutropii*[f]) amicus populi *Romani*, anno vitæ suæ 97 vel ut alii 90[g], mortuus est, 44 filiis relictis. Cuius rogatu *Scipio*, missus a *Manilio* Cos, extremum morientis spiritum excepit, ac regnum in eius filios divisit[h].

§. 6.

[a] Polyb. Exc. Legat. LXXXVI. XCIII. p. 920—924. Liv. XLII. 45. XLIV. 14. XLV. 20—25. Gell. VII. 3. Diodor. apud Phot. p. 1156. [b] Polyb. Exc. Legat. CXVIII. Appian. Pun. p. 37—41. [c] Appian. Pun. p. 38. 41. 42. Plut. in Caton. Maiore p. 352. Epit. Liv. XLIX. Vell. Pater. L. I. c. 12. [d] Polyb. Exc. Legat. CXLII. [e] Appian. Pun. p. 43—82. Epit. Liv. XLIX. L. LI. Vell. Pater. L. I. c. 12. n. 5. Flor. II. c. 15. Oros. L. IV. c. 22. 23. [f] Eutrop. L. IV. c. 5. n. 5. [g] Plut. an seni sit Respub. gerenda p. 791. Diodor. apud Phot. p. 1162. Appian. Pun. p. 64. Val. Max. L. VIII. c. 13. ex. 1. [h] Appian. Pun. p. 63. 64.

§. 6. In *Macedonia Andriscus* quidam, infimæ sortis homo, pro *Philippo Persei* filio se gerens, regnum occupaverat anno U.C. 605. Qui anno 606, *Sp. Posthumio* & *L. Pisone* Coss[a], a *Q. Cæcilio Metello* Prætore devictus est, desinente anno quarto Olymp. 157[b]: *Metello Macedonici* cognomen inditum[c].

A. 4546. Per. Jul. ad. 4582. A. Christ. 168. ad 152.

Macedonia in provinciæ formam redacta.

§. 7. Eodem tempore *Achæis*, quorum potentia *Romanis* suspecta evaserat, lis mota: cum enim *Lacedæmonii* a Senatu petiissent, ut sibi a societate *Achæorum* seiunctis suas res sibi habere liceat, legati anno U. C. 606, Per. *Jul.* 4566 in *Græciam* missi, qui non solum *Lacedæmonem*, sed etiam *Corinthum*, *Argos*, *Heracleam* & *Orchomenios Arcadas* ab suo corpore iuberent divellere[d]. Hæc illis edicentibus, *Critolao* potissimum instigante, tanta repente orta seditio est, ut peregrinos omnes, maxime *Lacedæmonios* interficerent, *Romanos* legatos contumelia adficerent[e]. Quibus de caussis bellum iis denunciatum anno U. C. 607, ac primum a Prætore *Metello* duobus præliis ad *Thermopylas* & *Chæroneam* victi sunt[f]. Sequenti *Diæus* ad *Isthmum* a *L. Mummio* Cos. qui tertio post die *Corinthum* ingressus, urbem direptam funditus evertit, incendioque delevit[g]. Clades urbis nobilissimæ, *Plinio*[h] id diserte testificante, contigit anno tertio Olympiadis 158, Urbis 608[i], ante *Christum* 146. Ita *Achaia* in deditionem accepta, de legatorum decem sententia, sublatis *Græcorum* conciliis, ac tributi forma descripta, constitutum est, ut quotannis Prætor iuris dicundi caussa mitteretur, quo ex tempore & Olympiade 160 *Græcia* omnis *Achaiæ* nomen accepit, ut testis est *Pausanias*[k].

Achaia in provinciæ formam redacta.

 §. 8.

a Jul. Obsequens de Prodigiis. *b* Porphyr. Exc. Scal. p. 63. *c* Vell. Pater. I. c. 11. Pauf. VII. 13. Epit. Liv. L. XLIX. L. LII. Flor. II. c. 14. Eutrop. L. IV. c. 6. n. 2. *d* Pauf. L. VII. c. 12—14. Justin. XXXIV. 1. Polyb. Excerpt. Legat. XLII. Liv. XXXIX. 48. — *e* Polyb. Exc. Legat. CXLIII. CXLIV. Pauf. L. VII. c. 14. Strab. L. VIII. p. 381. *f* Pauf. L. VII. c. 15. Flor. L. II. c. 16. n. 2—4. *g* Pauf. L. VII. c. 16. Flor. L. II. c. 16. n. 5—7. Epit. Liv. LII. Polyb. Excerpt. Valef. p. 185. 186. *h* Plin. H. Nat. L. XXXIV. c. 2. *i* Vell. Pater. L. I. c. 13. n. 1. *k* Pauf. L. VII. c. 16.

A. 4546. Per. Jul. ad 4582. A. Christ. 168. ad 152.

Bellum cum Viriatho.

§. 8. Per idem tempus in *Hispania Lusitani* fœda clade *Romanos* adficiunt *Viriatho* duce: *L. Lucullus* Cos anno U. C. 603 *Caucæos*, qui in *Celtiberis* sunt, contra fidem datam fœda strage deleverat [a]; similique perfidia paullo post contra *Lusitanos* usus erat prætor *S. Servilius Galba* [b]; ea occasione usus *Viriathus*, quem *Latini* [c] scriptores ex latrone imperatorem factum scribunt, *Lusitani* tanquam Servatorem suum commendant [d], gentem ad arma concivit, *Vetilium*que Prætorem, fusis eius copiis captum trucidavit, ut scribit *Appianus* [e], anno, ut ex *Fastis* constat, 604. Nec solus ille, sed plures alii a *Viriatho* victi [f]; contra quem primum *C. Lælius* Prætor anno 609 egregie pugnavit [g]. Post *Q. Fabius Maximus Æmilianus* Proconsul, restituta disciplina militari, eundem devicit. Tum *Q. Fabius Maximus Servilianus* Consul, alterius frater, fusum fugatumque in *Lusitaniam* conpulit anno 612. Sequente vero, cum a *Viriatho* circumventus opprimi posset, pacem præoptanti æquis conditionibus dedit [h]. Sed ea neglecta *Q. Servilius Cæpio* anno 614 repente *Viriathum* adortus, corruptis eius legatis dolo eum interemit, maiore populi *Romani* dedecore, quam operæ pretio [i].

Bellum Numantinum.

§. 9. Nam atrocius multo eoortum est in *Celeberia* bellum. *Numantini* socios & finitimos *Segidenses*, e *Romanorum* manibus elapsos, a *Metello* Proconsule dedere, arma ipsi deponere iussi, cum utrumque detrectarent, bello petiti [k]. Hi numero licet & opibus inpares multos annos fortiter restiterunt. Victus ab iis anno U. C. 615 *Q. Pompeius Aulus*, primus ex gente *Pompeia* Consul, sequente *M. Popilii* Proconsulis exercitus deletus [l]. Iterumque anno 617 *Mancinus* Cos superatus ignominiosam pacem

[a] Appian. Iber. p. 283. 284. [b] Appian. Iber. p. 288. [c] Flor. L. II. c. 17. n. 15. Diodor. apud Phot. p. 1161. 1164. Liv. Epit. Lib. LII. [d] Diodor. Excerpt. Valef. p. 346. [e] Appian. Iber. p. 288—290. [f] Liv. Epit. Lib. LII. Appian. Iber. p. 290. 291. Flor. L. II. c. 17. n. 16. Oros. V. c. 4. [g] Cic. II. de Offic. c. 11. [h] Appian. Iber. p. 291—294. Liv. Epit. LIV. [i] Appian. Iber. p. 294—296. Liv. Epit. LIV. Flor. L. II. c. 17. n. 17. Victor. de Viris Illust. c. 71. [k] Flor. L. II. c. 18. n. 3. 4. [l] Appian. Iber. p. 297—300. Epit. LIV. LV. Vell. II. c. 1.

cem fecit, quam Senatus ratam habere noluit. Itaque anno U. C. 618 *Mancinus Numantinis* deditus est ea lege, quam suasit ipse. Sed eum *Numantini* non acceperunt[a]. Tandem duce *Scipione*, qui *Carthaginem* exciderat, victi fugatique *Numantini*, & intra urbem suam obsessi, extrema desperatione mortem sibi consciverunt. *Numantia* solo æquata nono anno, postquam a *Romanis* defecerat[b]. Qui idem decimus quartus numeratur ab eversa *Carthagine*[c]. U. C. 622. A. 4546. Per. Jul. ad 4582. A. Christ. 168. ad 132.

§. 10. Dum in *Hispania Numantino* bello *Romani* distinentur, servilis in *Sicilia* tumultus ortus est. Bellum Servile. *Syrus* quidam, nomine *Eunus*, fanatico furore simulato, servos ad libertatem & arma, quasi numinum imperio concitat. Hinc regio nomine sumto, & magnis conlectis copiis, victis quatuor *Romanis* Prætoribus, tantum bellum movet, ut imperio Consulari dignum iudicaretur: itaque *Ser. Fulvio Flacco* Consuli anno U. 619 mandatum, quarto demum anno, Urbis 622 a *Rupilio* Cos. profligatum est[d].

CAPUT XIII.

Qui ingenii laude celebres habiti ab anno Urbis 554 ad 622. sive Per. Jul. 4514 ad 4582.

§. 1.

FLoruit hoc tempore gravissimus historicus *Polybius Megalopolitanus*, natus anno 4 Olymp. 143, ante *Christum* 205, mortuus Olymp. 164, anno ante *Christum* 124[e]. Polybius.

§. 2. *Terentius Afer Lælio* & *Scipioni* familiaris, decem post *Ennium* annis, hoc est U. C. 595 fato functus est, ut eius vita testatur. *Eusebius* anno tertio Olymp. 155, Urbis 590 mortuum scribit. Celebrati Terentius, & alii.

a Appian. Iber. p. 300. 302. Plut. in Gracchis p. 826. Liv. Epit. LV. Cic. III. de Offic. c. 30. Oros. V. c. 4. 5. b Appian. Iber. p. 302—311. Liv. Epit. LVI. LVII. LIX. Val. Max. L. VII. c. 6. ex. exter. 2. c Liv. Epit. LIX. Eutrop. L. IV. d Diodor. apud Phot. p. 1164—1169. Liv. Epit. L. LVI. Flor. L. III. c. 19. Oros. L. V. c. 9. e Fabrit. Bibl. Gr. L. III. c. 30. T. II. p. 752.

A. 4914. Per. Jul. ad 4582. A. Christ. 200. ad 132.

brati sunt & *Pacuvius* & *Attius*, quorum ille ab *Hieronymo* floruisse dicitur, circa annum Urbis 600, hic 614.

Carneades & alii.

§. 3. Ex Philosophis tres in primis ætatem illam exornarunt *Diogenes Stoicus* [a], *Carneades* novæ Academiæ auctor [b], & *Critolaus* Peripateticus, qui legati *Romam Athenis* missi sunt, ut sibi mulctam, propter *Oropi* vastationem inrogatam, remitti peterent [c], cuius legationis tempus *Cicero* [d] ad annum U. C. 599 refert.

Hipparchus.

§. 4. Eodem intervallo Astronomiæ princeps exstitit *Hipparchus*, cuius observatio prima æquinoctii autumnalis anno Per. *Jul.* 4552 U. C. 592 facta est, ut auctor est *Ptolemæus* [e].

CAPUT XIV.

Seleucidarum & Ægyptiorum *Regum bella*, *ab anno Per. Jul.* 4584, qui fuit Urbis 624, *ad Per. Jul.* 4625, Urbis 665.

§. 1.

Antiochus Sidetes bello Parthico perit.

ANtiochus *Euergetes*, qui a venandi studio *Sidetes* id est *Venator* dicitur [f], per speciem recuperandi fratris *Demetrii* [g], re ipsa ut occuparet bellum [h], expeditione contra *Parthos* suscepta, sub initium, *Judæorum* auxiliis ductu *Johannis Hyrcani* adiutus [i], res magnas gessit [k]. *Phraates*, *Parthorum* Rex, *Demetrium* in *Syriam* ad occupandum regnum mittit [l]. Ipse *Antiochum*, qui copias per hiberna late diviserat, ex inproviso adgreditur. *Antiochus* a suis desertus occumbit [m] anno regni nono [n], desinente *Græcorum* 182 [o].

§. 2.

[a] Cic. II. de Orat. c. 37. 38. IV. Tusc. c. 3. [b] Cic. IV. Acad. c. 6. & I. c. 12. Clem. Strom. L. I. c. 14. p. 353. [c] Gell. VII. 14. XVII. cap. ult. Pauf. Achaic. c. 11. [d] Cic. IV. Acad. c. 45. II. de Orat. 37. Bruck. Hist. Philos. P. II. L. II. c. 6. §. 2. T. I. p. 760. & seq. [e] Ptolem. L. III. c. 2. Plin. L. II. c. 26. [f] Plut. Apopht. p. 184. E. [g] Appian. Syr. p. 132. [h] Justin. XXXVIII. c. 10. [i] Joseph. Ant. L. XIII. c. 8. §. 4. [k] Justin. l. d. Oros. V. 10. [l] Justin. & Joseph. ll. dd. [m] Justin. Joseph. ll. dd. Appian. Syr. p. 132. Athen. L. X. p. 439. Æl. Hist. Anim. L. X. c. 34. [n] Euseb. Chron. [o] In nummo apud Vaillant.

A. 4584. Per. Jul. ad 4625. A. Christ. 130. ad 89.

Hyrcanus rem Judaicam auget.

§. 2. *Hyrcanus*, paullo ante dimiſſus, audita *Antiochi* nece, *Judæos* plane *Macedonum* imperio ſubducens[a], oppida quædam expugnat, inque his *Garizim Samaritanorum*, ibidemque templum, ante hos ducentos annos *Alexandri* magni tempore conditum, evertit. *Idumæos* circumciſionem accipere cogit, fœdus cum *Romanis* renovat[b].

Demetrius Nicator ab Alexandro Zebina victus.

§. 3. *Demetrius*, iterum regno *Syriæ* potitus, dum ſuperbe & crudeliter agit, ſuis inviſus, mox etiam *Ægypti* regnum adfectans[c], anno *Græcorum* 184, æmulum nactus eſt *Alexandrum Zebinam*[d] a *Ptolemæo* ſubornatum, a quo quarto anno, poſtquam redierat, victus, apud *Tyrum* occubuit[e]; quod accidit anno Per. Jul. 4587, *Græcorum* 186.

Antiochus Grypus Zebinam vincit, cum fratre Cyziceno bellum gerit.

§. 4. *Demetrio* ex *Cleopatra* filii nati ſunt duo *Seleucus* & *Antiochus Grypus*. *Antiocho Sidetæ* ex eadem *Antiochus Cyzicenus* f. *Seleucus*, quod iniuſſu matris diadema ſumſiſſet ab ea necatus[g]; *Grypus*, qui & *Epiphanes* cognomine dicitur, primum cum matre regnans, *Gryphinam*, *Tryphænam* alii vocant, *Ptolemæi* filiam ducit, *Alexandrum* victum occidit anno 3 Olymp. 164[h], qui *Græcorum* eſt 191. Matrem, venenum ſibi propinantem, bibere ipſam coëgit[i]. Regnum annos octo quiete tenuit[k]; verum cum fratrem *Cyzicenum*, cui *Philopatoris* nomen in nummis datur, veneno tollere parat, eius in ſe arma provocat[l] anno *Græcorum* 192, quo deſinunt anni regni duodecim, qui ei dantur in *Euſebii* Chronico.

Ptolemæi Physconis filii.

§. 5. Inter hæc *Ptolemæus*, *Grypi* ſocer, qui *Euergetes* & *Phyſcon* cognomine dicitur, moriens, ut Canon *Ptolemaicus* docet, anno Æræ *Nabonaſſari* 633, qui eſt Per. *Jul.* 4599, *Græcorum* 198, U. C. 639. regnum *Cleopatræ* coniugi reliquit, ſororis & olim

a Juſtin. L. XXXVI. c. 1. b Joſeph. Antiq. L. XIII. c. 9. §. 1. 2. c Juſtin. XXXIX. c. 1. Joſeph. Antiq. L. XIII. c. 9. §. 3. d De anno fidem facit nummus apud Vaillant Hiſt. Seleuc. p. 179. Juſtin. Joſeph. ll. dd. Porphyr. in Exc. Scal. p. 61. e Iidem. Liv. Epit. LX. Appian. Syr. p. 132. Euſeb. Chron. p. 148. f Appian. Syr. p. 132. g Appian. l. d. Liv. Epit. Lib. LX. Juſtin. L. XXXIX. c. 1. n. 9. h Porphyr. apud Euſ. p. 61. Appian. l. d. Juſtin. XXXIX. c. 1. 2. i Juſtin. & Appian. ll. dd. k Juſtin. XXXIX. c. 2. n. 9. l Juſtin. l. d. Vaillant Seleucid. Imp. p. 200. & ſeqq.

A. 4584. Per. Jul. ad 4625. A. Christ. 130. ad 89.

olim coniugis *Cleopatræ* filiæ, & ei ex liberis quem illa legisset [a]. Erant ii duo *Ptolemæus Lathurus*, qui & *Soter* [b] & *Philometor* [c] dicitur, & *Ptolemæus Alexander* [d]: item præter hos tertius ex pellice natus *Ptolemæus Appio*, cui pater *Cyrenarum* regnum testamento reliquit [e], qui sub annum U. C. 658 vita excedens populum *Romanum* fecit heredem [f].

Ptolemæus Lathurus. Antiochus Grypus & Cyzicenus.

§. 6. Pronior in minorem filium *Alexandrum* erat *Cleopatra*, sed a populo maiorem eligere coacta *Lathurum*, priusquam ei regnum daret, carissimam ei coniugem ac sororem *Cleopatram* ademit, pro qua minorem *Selenen* ducere iussit [g]. *Cleopatra*, in *Syriam* abiens, *Antiocho Cyziceno* nubit: sed, *Antiochia* a *Grypo* capta, iussu sororis suæ *Gryphinæ*, *Grypi* uxoris, occiditur [h]. Sequenti anno *Cyzicenus*, *Gryphina* vicissim interfecta, coniugi parentans, regno *Syriæ* potitur anno primo Olymp. 167 [i], *Græcorum* 201. Urbis 642. Verum fratre sequenti anno reverso regnum ita dividitur, ut *Cyzicenus Cœle-Syriam*, reliqua *Grypus* haberet [k].

Ptolemæus Lathurus & frater eius Alexander.

§. 7. In *Ægypto Ptolemæum Lathurum*, cum annos regnasset decem [l], *Cleopatra* mater expulit proque eo *Alexandrum* Regem constituit Urbis 649. Pulsus iste *Cyprum* obtinuit [m], & cum *Alexandro Judæorum* Rege bellavit [n]. Sed eum *Cleopatra* inplacabili odio persecuta *Judæa* fugavit [o], ac tandem ipsa ab *Alexandro* filio necata est [p]. Id indignati *Alexandrini Alexandrum* pellunt, cum regnasset annos 18 [q], & ipse sequenti a *Chærea* navarcho occiditur [r], relicto unico filio *Alexandro*, qui in insula *Coo* educatus est [s]. Tum vero revocatus *Lathurus* septem dein-

a Justin. XXXIX. c. 3. *b* Porphyr. Exc. Scal. p. 60. *c* Pauf. I. c. 9. Athen. L. VI. p. 552. *d* Porphyr. l. d. *e* Justin. XXXIX. c. 5. n. 2. *f* Justin. l. d. Appian. Mithr. p. 255. Epit. Liv. LXX. Julius Obsequens c. 47. Valesf. ad Amm. Marc. L. XXII. c. ult. in fine. *g* Justin. L. XXXIX. c. 3. Pauf. Attic. c. 9. *h* Justin. XXXIX. c. 3. Joseph. Antiq. L. XIII. c. 10. §. 1. *i* Porphyr. Excerpt. Scal. p. 62. *k* Porphyr. l. d. *l* Porphyr. Exc. Scal. p. 60. *m* Pauf. I. c. 9. Justin. XXXIX. 4. Porphyr. l. d. *n* Joseph. Ant. L. XIII. c. 12. *o* Joseph. L. XIII. c. 13. *p* Pauf. & Just. ll. dd. *q* Justin. XXXIX. 5. Porphyr. Exc. Scal. p. 60. *r* Porphyr. l. d. *s* Appian. Bel. Civ. I. p. 414.

deinde annos & ſex menſes exegit[a], atque ita adnumeratis annis 18, quibus exul fuit, regnavit annos 36[b], & mortuus eſt anno *Æræ Nabonaſſari* 667, U. C. 673, Per. *Jul.* 4633. Unica relicta filia legitima *Berenice*[c] & duobus filiis ſpuriis *Ptolemæo Aulete* & *Ptolemæo Cypri* Rege[d]. A. 4584. Per. Jul. ad 4625. A. Chriſt. 130. ad 89.

§. 8. *Judæorum* interea res ſub *Johanne Hyrcano* plurimum floruerunt, cum *Seleucidarum* potentia, parricidalibus odiis ac mutuis cædibus conſumta, paullatim exoleſceret. *Hyrcanus* itaque occaſione cædis *Antiochi Sidetis* non tantum *Judæos* in libertatem adſeruit, *Idumæos* devicit[e]; ſed & *Grypo* ac *Cyziceno* inter ſe certantibus, ſtabilita poteſtate, *Samariam* expugnavit & evertit[f], & cum annis triginta & uno præfuiſſet, obiit, relictis quinque filiis[g]. Johannes Hyrcanus magnis rebus geſtis moritur.

§. 9. Ex quibus natu maximus *Ariſtobulus* ſucceſſit, qui primus ex *Aſmonæis* diadema ac regium nomen ſumſit, matrem, fratremque *Antigonum* ſuſtulit, *Ituræos* ſubegit, ac poſt annum obiit[h]. Ariſtobulus Rex Judæorum.

§. 10. Eius uxor *Salome* ſive *Saalina*, quæ Græcis *Alexandra* dicitur, *Alexandrum* unum ex tribus viri fratribus, e cuſtodia protractum, regni ac coniugii ſui conpotem fecit[i]. Hic bella geſſit cum *Ptolemæo Lathuro*[k], dein, *Phariſæorum* odiis ac factionibus exagitatus, etiam cum *Demetrio Eucæro*, & tumultuantes crudeliter ultus eſt[l]. Ac denique, rebus conpoſitis, amplificatum regnum annos 27 tenuit[m]. Alexander Rex Judæorum.

[a] Porphyr. l. d. [b] Canone Ptolemaico. [c] Pauſ. Attic. c. 9. [d] Juſtin. Proleg. L. XXXIX. XL. Porphyr. l. d. Cic. pro Sextio c. 26. pro Domo c. 8. & Strab. L. XIV. p. 684. [e] Joſeph. L. XIII. Ant. c. 9. §. 1. [f] Joſeph. L. XIII. c. 10. §. 1—3. [g] Joſeph. L. XIII. c. 10. §. 7. [h] Joſeph. Ant. L. XIII. c. 11. §. 1—3. Bell. Jud. I. c. 3. [i] Joſeph. Antiq. L. XIII. c. 12. §. 1. [k] Joſeph. Antiq. L. XIII. c. 12. §. 2—6. Bell. Jud. I. c. 4. §. 1. 2. [l] Joſeph. Antiq. L. XIII. c. 13. §. 5. c. 14. §. 1. 2. B. Jud. L. I. c. 4. §. 3—6. [m] Joſeph. Antiq. L. XIII. c. 15. §. 3—5. B. Jud. L. I. c. 4. §. 8.

A. 4581. Per. Jul. ad 4622. A. Christ. 133. ad 92.

CAPUT XV.

Romanæ *res ab anno Per. Jul.* 4581, *Urbis* 621 *ad* 662. *Per. Jul.* 4622. *inprimis* Gracchorum *seditiones:* Marii *cum* Cimbris & Teutonibus *bella: nec non* Jugurthinum.

§. I.

Bellum cum Aristonico de Asia.

RES quoque *Romanæ* per id tempus vario motu concussæ. *Attalus Philometor*, *Eumenis* filius, patruo *Attalo* succedens, postquam truculentum imperium annos quinque tenuerat [a], *Mucio* Consule, hoc est anno Urbis 621, moriens, populum *Romanum* heredem instituisse dicebatur [b]. Id ægre ferens *Aristonicus*, *Eumenis* ex pellice filius, invadit *Asiam*, quinque *Romanorum* legatos & *Crassum* Consulem anno 623 delet. Post a Consule *Perperna* victus, captus, *Romam* missus est anno 624: belli reliquias *M. Aquilius* Consul sequente anno confecit, *Asia*que, in provinciæ formam redacta, *Romanorum* facta, cum opibus suis vitia quoque *Romam* transtulit [c].

Tumultus Gracchanus, initium bellorum civilium.

§. 2. Eodem anno, quo *Attalus* populum *Romanum* heredem fecit, Romæ atrox est orta seditio. Cum enim *Tib. Gracchus* Trib. pl. lege lata agraria, ne quis amplius quingenta possideret agri iugera, intercedenti collegæ *Octavio* magistratum abrogaret, ac præterea *Attali* Regis pecuniam dividi vellet, tribunatum in annum sequentem ambiret, conmotis ea re Patribus, *P. Cornelio Nasica* auctore in *Capitolio*, quo se receperat, interficitur anno U. C. 621. Quod initium fuit bellorum civilium, ab eo enim tempore discordiæ civium ferro dirimi cœperunt [d].

Alter gravior.

§. 3. Anno post quarto cum *Tiberii* frater *Caius*, *Fulvio Flacco* & *Carbone* adiutoribus, eandem sectam

a Strab. L. XIII. p. 624. Diodor. Exc. Valesii p. 370. *b* Liv. Epit. L. LVIII. Plut. Gracc. p. 830. Justin. XXXVI. 4. Epistola Mithridatis in L. IV. Fragm. Sallustii. Flor. II. c. 20. *c* Strab. L. XIV. p. 646. Justin. XXXVI. 4. Appian. Mithr. p. 212. Epit. Liv. LIX. Flor. l. d. *d* Plut. Gracc. p. 827—833. Appian. B. Civ. p. 354—357. 349. 350. Vell. Patr. II. c. 2. 3. Flor. L. III. c. 14.

A. 4581. Per. Jul. ad 4622. A. Christ. 133. ad 92.

tam sequitur, *Scipio Africanus* & *Numantinus* mane in lecto mortuus est repertus, non sine veneni ab uxore dati suspicione[a]. *Caius Gracchus*, dum maiora molitur ab *Opimio* Consule anno 633 est oppressus, cum eoque *Fulvius Flaccus* Consularis[b]. Mox *Opimius* sævissimam quæstionem exercuit, in qua tria millia hominum occisa sunt, ut refert *Augustinus*[c].

Romana arma in Gallia.

§. 4. Interea temporis primus *M. Fulvius Flaccus* Cos. anno U. C. 629 arma *Romana* trans *Alpes* in *Galliam* intulit, missus in auxilium *Massiliensibus* contra *Salluvios*[d]. Anno vero 633 *Q. Fabius Maximus* Consul *Allobroges* & *Arvernos*, qui in partes venerant, magno prælio vicit ad *Isaram*[e]. *Bituitus* ipse *Arvernorum* Rex *Romam* missus, *Albæ* in custodiam datus est[f]. Tum & *Narbonensis Gallia* provincia facta ac *Narbonem* deducta colonia est, anno, ut docet *Velleius*[g], U. C. 636. *Arverni* tamen & *Ruthen* liberi relicti[h].

Bellum Jugurthinum.

§. 5. Secutum est bellum *Jugurthinum*: cum enim *Jugurtha*, *Numidiæ* Rex, *Hiempsalem* & *Adherbalem*, *Micipsæ* filios, *Masanissæ* nepotes, ac patrueles suos, regno ac vita spoliasset, *Romani* duce *Calpurnio* Cos. anno 643 arma contra eum sumserunt[i]. Sed cum auro potius quam armis *Romanos* uno alteroque anno expugnasset[k], primum anno 645 a *Metello* Cos, antiquæ severitatis imperatore, fractus[l]; postremo a *Mario* Consule anno U. C. 647, ac sequenti anno Proconsule debellatus, proditione *Bocchi*, *Mauritaniæ* Regis, ad quem confugerat, in victoris potestatem venit; cuius cohonestato triumpho, in carcere necatus est[m].

§. 6.

a Vell. Pater. L. II. c. 4. Liv. Epit. LIX. Appian. B. Civ. p. 361. *b* Plut. Gracc. p. 840—843. Appian B. Civ. p. 362—366. Epit. Liv. LX. LXI. Vell. L. II. c. 6. Flor. III. c. 15. *c* Augustin. de Civit. Dei L. III. c. 24. *d* Liv. Epit. LX. Flor. III. c. 2. Inscript. apud Gruterum p. 192. n. 3. *e* Liv. Epit. LXI. Appian. Exc. Ursini n. 11. p. 351. 352. Vell. II. 10. Flor. l. d. Oros. V. 13. 14. *f* Val. Max. L. IX. c. 6. ex. 3. *g* Vell. I. c. 15. n. 4. 5. *h* Cæs. I. B. Gal. c. 45. *i* Sall. B. Jugurt. c. 16—27. Flor. III. c. 1. n. 1—7. *k* Sall. l. d. c. 28—39. Flor. III. c. 1. n. 7—10. Oros. V. 15. *l* Sall. l. d. c. 43—67. Flor. III. c. I. n. 10—12. Val. Max. II. c. 7. ex. 2. *m* Sall. Jug. c. 84—113. Plut. Mar. p. 409. 410. Sulla p. 4[illegible]. Vell. II. c. 12. n. 1. Flor. & Oros. ll. dd.

A. 4581. Per. Jul. ad 4622. A. Christ. 133. ad 92. Bellum cum Cimbris Teutonisque.

§. 6. Interim ac fere deinceps continuum cum *Germanis* certamen habuere *Romani*, a quibus multas maximasque clades acceperunt. *Cimbri Teutoni*que ab anno 640 præ ceteris terrori fuere [a]. *Cimbri*, gens vaga & prædas agere sueta, anno U. C. 641 *Carbonem* Cos fugarunt [b]. Agrum a *Romanis* cum non inpetrassent, *Silanum* Cos. anno U. 645 [c], sequente *Scaurum* fundunt [d]. Mox *Tigurinis Helvetiis* iuncti *L. Cassium* Cos: cum exercitu delent, *Romanos* ad turpem pactionem adigunt [e]. Sed memorabilior ceteris *Q. Cæpionis* calamitas fuit. Hic anno 648 *Tolosa* in *Tectosagis* capta, thesaurum templi *Delphici*, ibi quondam reconditum, magni pretii abstulerat, sed sequente Proconsul cum *Cn. Mallio* Cos, internecione *Romani* exercitus sacrilegium luit [f]. *Cimbri* vastatis omnibus, quæ inter *Rhodanum* & *Pyrenæum* sunt, ex *Hispania* a *Celtiberis* fugati in *Galliam* reversi, *Teutonis* se coniunxerunt [g].

Demum a *Mario* IV Consule *Teutoni* & *Ambrones* ad *Aquas Sextias* pene omnes trucidati Urbis anno 652. Idem sequente anno V Consul, cum *Catulo* Proconsule *Cimbros* per *Noricum* inrumpentes ad *Vercellas* cecidit [h].

L. Apuleius Saturninus.

§. 7. His bellis tumultibusque perfunctos *Romanos* fœdissimæ domi tempestates exceperunt: quarum ab Tribunis nata sunt initia. *L. Apuleius Saturninus*, agraria lege lata, ut, quem agrum *C. Marius* pulsis e *Gallia Cimbris* peperisset, populo divideretur, *Metellum Numidicum* in legem iurare recusantem multavit exsilio: sed sequente anno maiora ausus *Marium* sextum Cos: a se alienavit, & tumultu orto in curia trucidatus est [i] anno 654.

§. 8.

a Tacit. de Mor. Germ. c. 37. Vell. II. c. 12. n. 2. *b* Epit. Liv. L. LXIII. Strab. VII. p. 293. Plut. Mar. p. 411. *c* Liv. Epit. LXV. Flor. III. c. 3. Ascon. ad Orat. pro Corn. *d* Tacit. de Mor. Germ. c. 37. *e* Liv. Epit. LXV. Auctor ad Herenn. L. I. c. 15. Cæs. I. B. Gall. c. 12. Oros. V. 15. *f* Vell. II. c. 12. 2. Epit. Liv. LXVII. Justin. XXXII. 3. Plut. Lucul. p. 510. C. Oros. L. V. c. 15. 16. *g* Liv. Epit. L. LXVII. *h* Plut. Mar. p. 414—421. Flor. III. c. 3. Liv. Epit. LXVIII. Vell. L. II. c. 12. n. 4. 5. Val. Max. L. VIII. c. 15. ex. 7. *i* Appian. B. Civ. L. I. p. 367—370. Plut. Mar. p. 422. 423. Epit. Liv. LXIX. Vell. Pater. L. II. c. 12. n. 6. Flor. III. c. 16. Cic. I. in Catil. c. 2.

§. 8. Post hunc *M. Livius Drusus*, cum iudicia, quæ *C. Gracchus* cum Equitibus communicarat, ad Senatum transferre nititur, & multitudinis inescandæ caussa leges agrarias fert, mox & sociis spem civitatis obtinendæ facit, provocato virorum principum odio, domum e foro repetens, in atrio ædium confossus cecidit [a], anno Urbis 663. A. 4581. Per. Jul. ad 4622. A. Christ. 133. ad 92. M. Livius Drusus

CAPUT XVI.

Seleucidarum *in* Syria *postremæ res*, *&* *eorum occasus: tum* Ptolemæorum *in* Ægypto *ab anno Per. Jul.* 4618. *U. C.* 658 *ad Per. Jul.* 4667. *U. C.* 707.

§. 1.

SEleucidarum in Oriente regnum luxu Regum & discordia paullatim concidit. *Antiochus Grypus*, cum regnum, cum fratre *Cyziceno* divisum, annos tenuisset quindecim [b], insidiis *Heracleonis* occiditur anno ætatis 45, regni 29 ait *Josephus* [c], sive 26 a morte matris, quarto Olympiadis 170, ut *Porphyrius* [d] numerat. *Grypus* igitur circa annum Urbis 658 moritur, relictis quinque filiis *Seleuco*, *Antiocho* & *Philippo* geminis, *Demetrio Eucæro*, & *Antiocho Dionysio* [e]. Antiochi Grypi filii.

§. 2. Successit patri *Seleucus*, qui *Antiochum Cyzicenum* patruum victum occidit anno U. C. 659. Ipse anno sequente, ab *Antiocho Pio*, *Cyziceni* filio, pulsus, apud *Mopsuestiam* periit [f]. Seleucus Grypi filius.

§. 3. *Antiochus Pius Selenen*, quæ prius patruo eius *Grypo* (non patri eius *Cyziceno*, ut *Appianus* [g] ait) nupserat, uxorem duxit, ex eaque *Antiochum* suscepit, cognomento *Asiaticum*, & *Seleucum*. Idem *Antiochum Philadelphum* fratris *Seleuci* motem ultum Antiochus Pius Cyziceni filius.

[a] Vell. L. II. c. 13. 14. Epit. Liv. LXX. LXXI. Appian. B. Civ. p. 371. 372. Flor. III. c. 17. [b] Porphyr. Exc. Scal. p. 62. [c] Joseph. Antiq. XIII. c. 13. §. 4. [d] Porphyr. l.d. [e] Joseph. Ant. L. XIII. c. 13. §. 4. & c. 15. §. 1. B. Jud. L. I. c. 4. §. 7. Porphyr. l. d. [f] Joseph. Antiq. L. XIII. c. 13. §. 4. Porphyr. l. d. Appian. Syr. p. 132. Prolog. Trogi L. XL. [g] Appian. Syr. p. 133.

A. 4618. Per. Jul. ad 4667. A. Christ. 96. ad 47.

tum venientem devicit; sed a *Philippo*, *Antiochi* fratre, victus in *Parthiam* fugere coactus est [a].

Demetrius Eucærus Grypi filius.

§. 4. Interim *Demetrius Eucærus*, a *Ptolemæo Lathuro* adiutus, *Damascum* obtinet [b], qui post bellum cum *Alexandro Judæorum* principe gestum [c], dum fratrem *Philippum* oppugnat captus ad *Mithridatem Parthorum* Regem mittitur [d].

Antiochus Dionysus Grypi filius.

§. 5. Inter hæc e *Parthia* dimissus *Antiochus Pius* regnum, quod amiserat, recuperare nititur; eoque cum *Philippo* decertante, quintus *Grypi* filius *Antiochus Dionysus Damascum* occupat, nec diu post in prælio cadit [e].

Tigranes Rex Armeniæ Syria potitur.

§. 6. Tandem *Syri* tot civilium bellorum ac parricidiorum pertæsi, *Tigranem Armeniæ* Regem, eo tempore præpotentem advocant [f], a quo *Antiochus Pius* regno est exutus [g]. *Tigranes* annos, ut scribit *Justinus* 18, ut autem *Appianus* 14, *Syriam* tranquille tenuit. Eo victo, *Lucullus* anno U. C. 686 *Antiochum Asiaticum* Regem *Syriæ* salutavit [h]. Quare detractis annis 18 ab 686 colligitur annus 669, quo *Tigranes* ad regnum *Syriæ* vocatus est.

Syria provincia Romanorum facta.

§. 7. *Pompeius* anno U. C. 688, *Tigrane* in deditionem accepto, *Antiocho Asiatico Syriam* ademit, eamque in provinciæ formam redegit [i]. Regnatum est in *Syria* ab initio *Seleuci* primi, & anno Per. *Jul.* 4402 ad *Tigranis* exordium annis 228, ad ultimum *Asiatici* annis 247.

Alexander Rex Ægypti.

§. 8. In *Ægypto Ptolemæus Lathurus* obiit anno U. C. 673, regnumque, ducta eius filia, auctore *L. Sulla*, obtinuit *Alexander*, filius *Alexandri*, fratris *Lathuri*: sed hic, cum impotentius dominaretur, uxoremque interimeret, decimo nono die ab *Alexandrinis* pulsus [k], saucius *Tyrum* fugiens, populum *Romanum* heredem scripsit [l].

§. 9.

[a] Porphyr. Exc. Scal. p. 60. Josep. Antiq. L. XIII. c. 13. §. 4.
[b] Joseph. l. d. [c] Joseph. Ant. L. XIII. c. 13. §. 5. c. 14. §. 1. 2.
[d] Joseph. Antiq. L. XIII. c. 14. §. 3. [e] Joseph. Ant. L. XIII. c. 15.
§. 1. [f] Justin. XL. c. 1. [g] Appian. Syr. p. 118. 119. 132. [h] Justin.
XL. c. 2. Joseph. Ant. L. XIII. c. 16. §. 4. [i] Justin. XL. c. 2. Appian. Syr. p. 119. Mithr. p. 244. [k] Appian. B. Civ. p. 414. Porphyr. Exc. Scal. p. 60. Prolog. Justin. L. XXXIX. [l] Cic. II. in Rullum c. 16.

A. 4618. Per. Jul. ad 4667. A. Christ. 96. ad 47. Ptolomæus Auletes.

§. 9. *Alexandrini* tamen ad regnum vocant *Ptolemæum*, *Lathuri* filium nothum, qui a tibiarum studio *Auletes* dictus est [a]. Et regnum in varia fortuna annos 29 [b] tenuit. Litem primi de regno ipsi moverunt, *Romam* profecti, filii *Antiochi Pii* iure matris *Selenes*, quæ *Physconis* filia erat [c]. Postea *Romani* ex testamento *Alexandri Ægyptum* publicare voluerunt, sed reluctantibus bonis, ne populus *Romanus* regnorum omnium adpetens videretur, res exitu caruit [d]. Itaque *Ptolemæus*, & generis sui & testamenti *Alexandri* sibi conscius, anno Urbis 695 populi *Romani* societatem & amicitiam infinita pecunia redemit [e]. Ob quam caussam, cum subditos gravioribus tributis onerat, simul & *Cyprum*, per id tempus a *Clodio* publicatam, a *Romanis* repetere recusat, a suis pulsus anno U. C 697 *Romam* adit [f]. Eo absente, *Alexandrini* sceptrum ad filias eius deferunt, ac natu minore *Cleopatra* post annum mortua, *Berenicen* nubere cogunt *Seleuco*, fratri *Antiochi Asiatici*, homini fœdo, quem regina paucis post diebus interfecit [g]. Iterumque nupsit *Archelao*, *Comanorum* in *Ponto* sacerdoti [h]. *Auletes* biennio postea, U. C. 699 a *Gabinio* restitutus, filiam cum eius coniuge sustulit [i]. Mortuus est ante Kalendas *Sextiles* anni U. C. 703 *Æmilio Paulo* Cos. designato, ut *Cœlius* [k] ad *Ciceronem* scribens indicat.

Ptolemæus & Cleopatra.

§. 10. Successerunt ex testamento patris filius *Ptolemæus*, & filiarum natu maior *Cleopatra*, fratri connubio iuncta [l]; sed post annos tres, U. C. 706 discordia orta, *Ptolemæus* sororem eandemque coniugem regno expulit [m]. Paulloque post *Cæsar Pom-*

A a *peium*

a Strab. L. XVII. p. 796. Porphyr. l. d. Cic. pro Sext. c. 26. *b* Canon Ptolem. & Porphyr. l. d. Clem. Alex. Strom. I. p. 331. E. *c* Cic. IV. in Verr. c. 27—30. *d* Plut. Crasso p. 551. Cic. II. in Rull. c. 16. 17. Suet. Cæs. c. 11. *e* Suet. Cæs. c. 54. Cæsar III. B. Civ. c. 107. Dio L. XXXIX. p. 97. C. *f* Dio Cass. XXXIX. p. 97. Epit. Liv. CIV. *g* Dio L. XXXIX. p. 97. 117. Porphyr. Exc. Scal. p. 60. 62. Strab. L. XVII. p. 794. 796. *h* Strab. L. XII. p. 558. XVII. p. 796. Dio L. XXXIX. p. 117. Plut. Sull. p. 466. Cic. pro Rabirio Post. c. 8. *i* Dio & Strabo ll. dd. Plut. Anton. p. 916. 917. *k* Cœlius ad Cicer. L. VIII. ep. 4. *l* Porphyr. Exc. Scal. p. 62. Dio L. XLII. p. 201. E. *m* Cæs. III. de B. Civ. c. 103. Epit. Liv. CXI. Strabo L. XVII. p. 796. Appian. II. B. Civ. p. 480. Plut. Cæs. p. 730. E.

A. 4618. Per. Jul. ad 4667. A. Christ. 96. ad 47.

peium persequens in *Ægyptum* venit: contra quem sequente anno pugnans *Ptolemæus* in flumine periit, imperium *Cleopatræ*, alteri fratri nupturæ, traditum [a].

CAPUT XVII.

De Romanis *rebus ab anno Per. Jul.* 4623, *Urbis* 663 *ad* 692, *Per. Jul.* 4652. *De bello* Sociali, Mithridatico, Sullæ *&* Marii, Sertoriano, Servili, *&* *coniuratione* Cantilinaria.

§. 1.

Bellum Sociale sive Marsicum.

DIfficillima & formidolosissima bella *Romani* hoc tempore foris & in *Italia* gesserunt. In *Italia* *Sociale*, quod & *Marsicum* [b] dicitur, de iure civitatis concitatum est. Plerique enim *Italiæ* populi, *Druso* interemto, indigne ferentes, se, laborum ac periculorum participes, a communione imperii & honoris excludi, nec Senatum promissa præstare [c], quod iure non poterant, armis consequi studuerunt. Ac nova descripta reipub. forma, cum primum per *Latinas* ferias ambo Coss. *Philippum* & *Cæsarem* anno U. C. 663 interficere conati essent, re detecta, palam defecerunt [d]. *Q. Servilium* Proconsulem, *Fonteium* Legatum ac *Romanos* omnes *Asculi* peremerunt [e]. Post hæc vario eventu cum illis dimicatum est [f]. Præcipuum adversus eos victoriæ decus *Cn.* *Pompeius Strabo*, *Magni* pater, meruit; qui non tantum anno 664 Legatus *P. Rutilii* Cos, eruptione ex oppido *Firmo* facta, obsidentes *Italos* *Asculum* fugavit: sed etiam sequente Cos. *Asculum* cepit, *Vestinos* & *Pelignos* ad deditionem redegit, deque iis

a Cæs. III. de B. Civ. c. 107—109. Bel. Alex. c. 31—33. Dio L. XLII. p. 201—206 Epit. Liv. CXII. Suet. Jul. 35. Oros. L. VI. c. 26. *b* Strab. L. V. p 241. *c* Diodor. apud Phot. p. 1185. *d* Diodor. & Strab. ll. dd. Appian. B. Civ. I. p. 373—375. Vell. II. c. 15. Epit. Liv. LXXI. LXXII. Flor. III. c. 17. 18. Eutrop. L. V. c. 3. 4. Oros. V. c. 18. *e* Vell. L. II. c. 15. n. 2. Appian. B. Civ. L. I. p. 374. Epit. Liv. LXXII. *f* Vell. L. II. c. 16. n. 4. Appian. B. Civ. L. I. p. 376. 377. Epit. Liv. LXXIII.

iis triumphavit[a]. *Lucius* quoque *Sulla*, multis præliis magna laude confectis, Consul anno U. 666 belli socialis reliquias confecit[b]. Id bellum, observante *Velleio*[c], amplius CCC millia iuventutis *Italicæ* abstulit. Effecitque, ut partim fervente bello, partim paullo post *Latinis Italis*que ius civitatis *Romani* darent[d].

A. 4623. Per. Jul. ad 4652. A. Christ. 91. ad 62.

Bellum primum Mithridaticum.

§. 2. Alterum bellum in *Asia* contra *Mithridatem* susceptum est. Hic ab uno ex septem *Persis*, qui *Magum Smerdem* interfecerant, ortus[e], sextus[f], an octavus[g] ab eo *Mithridate*, qui paullo post obitum *Alexandri* a *Macedonibus* deficiens, *Ponti* regnum condidit, & Κτίστης propterea dictus est[h], post regnum insigniter auctum[i] cum *Romanis* bellavit. Origo mali fuit, quod non tantum inpuberi *Phrygiam* maiorem, patri eius datam, ademerant[k], sed & *Sulla* proprætore duce anno U. C. 663 *Ariobarzanem*, pulso *Gordio* & *Mithridatis* filio, *Cappadocibus* Regem dederant[l]. Cum enim paullo post *Ariobarzanes Cappadocia*, *Nicomedes Bithynia* opera *Mithridatis* expulsi ex Senatus auctoritate regna sua recuperassent[m]. Et iam ultro, conniventibus *Romanis*, *Mithridatem* armis lacesserent, provocatus iniuriis, simul & bello sociali, quo premebantur *Romani*, animatus, *Cappadociam* & *Bithyniam* invadit; *Romanos* exercitus profligat[n]. *Italos* omnes ad condictum diem per totam *Asiam* interficit[o]: mox, numerosissimis copiis in *Europam* transductis, *Macedoniam*, *Thraciam*,

a Appian. l. d. p. 378. 379. Diodor. apud Phot. p. 1185. Epit. Liv. LXXIV. LXXVI. Flor. III. c. 18. *b* Epit. Liv. LXXV. Appian. l. d. p. 380. 381. *c* Vell. L. II. c. 15. n. 4. *d* Spanh. Orbe Romano Diss. I. c. 10. *e* Polyb. L. V. p. 540. Diodor. L. XIX. p. 692. D. *f* Appian. Mithr. p. 176. *g* Appian. Mithr. p. 249. *h* Strab. L. XII. p. 562. Lucian. Macrob. p. 824. *i* Appian. B. Civ. L. I. p. 178. 180. Strab. L. XII. p. 540. 541. Justin. L. XXXVII. c. 3. Memnon apud Phot. cap. 32. p. 729. *k* Justin. XXXVII. 1. XXXVIII. 5. *l* Liv. Epit. LXX. Appian. Mithr. p. 176. & 208. Plut. Sulla p. 453. C. Justin. XXXVIII. c. 2. Vell. Pater. L. II. c. 15. n. 4. *m* Justin. XXXVIII. c. 3. Appian. Mithrid. p. 176—178. Epit. Liv. LXXIV. Memnon. l. d. *n* Appian. Mithr. p. 177—184. & 209. Justin. XXXVIII. c. 4. n. 13. Epit. Liv. LXXVI—LXXVIII. Memnon apud Phot. p. 729. Strab. L. XII. p. 562. Diodor. Excerpt. Vales. p. 400. *o* Appian. Mithr. p. 185. 186. Plut. Sulla p. 467. Val. Max. X. c. 2. ex. 3. Memnon l. d.

A. 4623. Per. Jul. ad 4652. A. Christ. 91. ad 62.

ciam, *Græciam* & *Athenas* in ditionem suam redigit [a]. Donec *Sulla* post consulatum contra eum profectus, anno U. C. 668 *Athenas* capit, cæsisque *Mithridatis* ducibus, ipsum anno U. C. 670 ad pacis conditiones adigit, ut *Asia*, *Bithynia* & *Cappadocia* cederet [b].

Bella civilia inter Sullam, Marium & Cinnam.

§. 3. Instabat enim bellum civile alterum, quorum prius etiam proficiscenti *Sullæ* Consuli moras iniecerat. Quippe ante hoc tempus anno U. C. 666 *Marius*, licet senio confectus, *Mithridatici* belli gerendi cupiditate flagrans, per *Pub. Sulpicium* Tribunum Plebis eam *Sullæ* provinciam eripuerat & in se transtulerat [c]. Qua re *Sulla* commotus Urbem occupat, & proscriptis seditionum auctoribus *Sulpicium* occidit, *Marium* fugat [d]. Eo vero absente, *Cinna* Consul anno 667 Rempub. perturbans, ab *Octavio* collega pulsus urbe, adiunctis sibi *Mario*, *Carbone* & *Sertorio*, quadrifariam partitis copiis, patriam oppugnat. Ceu Consul receptus multos neci dat [e]: *Marius* anno sequente morbo exstinguitur [f]. *Cinna* anno 670 a militibus confoditur [g]. *Sulla*, pace anno 670 cum *Mithridate* facta, in *Italiam* revertitur anno 671, ac civile bellum, *Norbano*, *Carbone*, iuniore *Mario*, aliisque profligatis, biennio conficit [h]. Mox proscriptionibus sæviens, Dictator renunciatur anno U. 672 [i]. Tum *Carbone* a *Cn. Pompeio* victo, cæsoque [k], *Metellus* contra *Sertorium* mittitur in *Hispaniam*, qui bellum annos aliquot pari virtute atque industria sustinuit [l]. *Sulla*, dictatura cum se anno

a Liv. Epit. LXXVIII. Plut. Sulla p. 458. Vell. II. c. 23. Oros. VI. c. 2. *b* Plut. Sulla p. 458—466. Appian. Mithr. p. 190—199. Epit. Liv. LXXXI—LXXXIII. Memnon apud Phot. c. 34—37. Vell. I. d. *c* Appian. B. Civ. L. I. p. 383. 384. Plut. Mar. p. 424. Sulla p. 456. Liv. Epit. L. LXXVII. Vell. Pater. L. II. c. 18. *d* Appian. B. Civ. L. I. p. 384—387. Plut. Mar. p. 425—428. Sulla p. 456. 457. Vell. Pater. L. II. c. 19. *e* Appian. B. Civ. L. I. p. 389—395. Vell. L. II. c. 20—22. Epit. Liv. LXXIX. LXXX. *f* Appian. B. Civ. I. p. 396. Vell. L. II. c. 23. Epit. Liv. LXXX. *g* Appian. B. Civ. L. I. p. 397. Epit. Liv. LXXXIII. *h* Appian. B. Civ. L. I. p. 398. 401—408. Vell. L. II. c. 24—28. Plut. Sulla p. 469—471. Epit. Liv. LXXXIV—LXXXVIII. *i* Appian. B. Civ. L. I. p. 409—412. Plut. Sulla p. 472 Vell. L. II. c. 28. Epit. Liv. LXXXIX. *k* Plut. Pomp. p. 623. Epit. Liv. LXXXIX. Appian. L. I. p. 399. *l* Appian. L. I. B. Civ. p. 418—422. Plut. in Sertor. p. 571. & seqq. Epit. Liv. XC—XCVI.

anno 675 abdicasset, sequenti obiit pediculari morbo annos natus 69[a].

A. 4628. Per. Jul. ad 4652. A. Christ. 91. ad 62.

§. 4. Post cuius mortem *M. Æmilius Lepidus* Cos, dum acta *Sullæ* rescindere tentat, bellum excitavit; quod in ipsius vertit perniciem, proximo enim anno 677 ad Urbem cum exercitu veniens, a *Catulo* & *Cn. Pompeio* victus, in *Sardiniam* fugit, ubi ex morbo interiit[b].

M. Æmilius Lepidus repressus.

§. 5. Interim *Mithridaticum* bellum secundum, vivo adhuc *Sulla*, a *L. Murena* anno U. C. 672 conmotum, tertio post anno interventu *Gabinii* compositum est[c].

Bellum secundum Mithridaticum.

§. 6. *Sulla* vero mortuo, *Mithridates* ægre ferens *Romanos Bithyniam*, quam *Nicomedes* anno 670 testamento populo *Romano* reliquerat, armis occupasse, fœdere cum *Sertorio* inito, tertium cum *Romanis* bellum instauravit[d]. *L. Lucullus* anno 680 Consul eo profectus, secundissimis præliis terra marique factis, *Mithridatem* in *Pontum* primum, indeque in *Armeniam* ad *Tigranem* fugere conpulit anno U. C. 683[e]. Ita *Ponto* subacto, ambos Reges insigni prælio devicit anno 685, quarto Olymp. 177[f]. Mox capta *Tigranocerta*, *Armeniæ* caput, dein & *Nisibis* urbes maximæ[g]. Sed a militibus suis postremo destitutus *Lucullus* tot laborum victoriarumque fructum *Cn. Pompeio* concedere coactus est anno 688[h]. *Pompeius*, lege a *C. Manilio* Trib. Pl. lata, anno, quem dixi, cum utroque Rege bellum suscepit. *Tigranem*, ad deditionem adactum, sola contentum *Armenia* esse iussit[i]. *Albanos* & *Iberos*, dum

Bellum tertium Mithridaticum, quo & Tigranes in deditionem venit.

a Plut. Sulla p. 473. 474. Appian. B. Civ. L. I. p. 415. 416. *b* Appian. B. Civ. L. I. p. 418. Plut. Pomp. p. 627. Epit. Liv. XC. Flor. III. c. 23. Oros. V. 22. *c* Appian. B. Mith. p. 214—216. Epit. Liv. LXXXVI. Memnon apud Phot. *d* Appian. Mithr. p. 216—218. Plut. Sertor. p. 580. 581. Epit. Liv. XCIII. *e* Plut. Lucul. p. 497—503. Appian. Mithr. p. 219—227. Epit. Liv. XCVII. Memnon apud Phot. c. 39—47. *f* Plut. Lucul. p. 504—511. Memnon l. d. c. 48. 55—58. Phlegon apud Phot. cod. 97. p. 268. Epit. Liv. XCVIII. Appian. Mithr. p. 228—230. *g* Plut. Luc. p. 511. 514. Appian. Mithr. p. 230. Dio Cass. L. XXXV. p. 1—3. *h* Plut. Luc. p. 512. 514—516. Dio L. XXXV. p. 5. 6. Epit. Liv. XCVIII. Vell. L. II. c. 33. *i* Dio L. XXXVI. p. 22—26. Plut. Pomp. p. 635. 636. Vell. L. II. c. 37. Appian. Mithr. p. 238. 242. 243. Epit. Liv. C. CI.

A. 4623. Per. Jul. ad 4652. A. Christ. 91. ad 62.

dum *Mithridatum* persequitur, victos anno 689 pacem petere cogit[a]. *Mithridates* denique anno 691, undique pulsus, desperatis domi rebus, dum expeditionem in *Italiam* meditatur, *Pharnacis* filii & exercitus defectione perterrefactus, sibi ipsi vitam eripuit[b]. Ita *Mithridaticum* bellum eo anno, quo Consul fuit *Cicero*, Urbis 691, terminatum est[c]. Vixit *Mithridates*, ut scribit *Appianus*[d], annos 68 vel 69, regnavit 57.

Bellum Servile.

§. 7. Flagrante *Mithridatico* bello *Servile* conflatum est. Anno U. C. 681 *Spartacus*, *Oenomaus* & *Crixus* gladiatores, effracto *Capuæ* ludo *Lentuli*, ac perditorum valida conlecta manu, *Romanos* non semel fuderunt exercitus, ac tertio demum anno U. C. 683 a *Crasso* Prætore & *Pompeio* profligati sunt[e].

Piratæ a Pompeio repressi.

§. 8. Piratas quoque, qui a *Mithridate* sollicitati maria omnia & oras infestabant, *Pompeius* anno 687 brevissimo tempore perdomuit, extraordinarium nactus imperium lege *Gabinia*[f].

Bellum Catilinarium.

§. 9. Dum foris a *Pompeio Romanum* amplificatur imperium, domi, duce *Catilina*, *Lentulo* Prætore, aliisque Senatoribus adiunctis, de *Ciceronis* Consulis nece, deque inflammanda ac diripienda Urbe, nefaria inita coniuratio. Sed horum conatus vigilantia Consulis elusit. Eiectus mœnibus *Catilina* ad paratum exercitum profugit: de *Lentulo* ceterisque coniuratorum principibus supplicium sumtum, ipso exeunte Consulatu *Ciceronis*, anno 691. Sequente a *Petreio*, *Antonii* Procos. legato, victus *Catilina* in pugna cecidit[g].

CA-

a Plut. Pomp. p. 637. 638. Dio L. XXXVI. p. 27. XXXVII. p. 28. 29. Epit. Liv. CI. b Appian. Mithr. p. 246—249. Plut. Pomp. p. 641. Dio L. XXXVII. p. 34. Vell. L. II. c. 40. Epit. Liv. CII. c Dio l. d. d Appian. Mithr. p. 249. e Plut. Crass. p. 547—550. Appian. B. Civ. L. I. p. 423—426. Vell. L. II. c. 30. n. 5. 6. Flor. L. III. c. 20. Epit. Liv. XCV. Oros. V. 24. Eutrop. VI. c. 2. f Plut. Pomp. p. 630. F—633. Appian. Mith. p. 233. 234. Vell. L. II. c. 31. 32. Epit. Liv. XCIX. Flor. III. c. 6. g Plut. in Cicer. p. 865—872. Appian. B. Civ. L. II. p. 428—431. Sallust. B. Catilinario. Dio L. XXXVII. p. 42—49. Vell. L. II. c. 34. 35. Cic. Orationibus in Catilinam.

CAPUT XVIII.

A. 4636. Per. Jul. ad 4675. A. Christ. 78. ad 39.

Quæ in Judæa *contigerunt sub* Hyrcano *&* Aristobulo, *utque libertate amissa* in Romanorum *potestatem redacti sint, ab anno Per. Jul.* 4636 *ad* 4675.

§. 1.

Hyrcanus & Aristobulus Alexandri Jannæi filii.

JUdæorum respub. ambitione Principum ac civilibus discordiis in extremam est adducta perniciem. *Alexander Jannæus* Rex, anno U. C. 676 moriens, duos reliquit filios *Hyrcanum* & *Aristobulum*, regnum vero uxori *Alexandræ*, quod illa, Pontificatum *Hyrcano* filio concedens, cum *Pharisæis*, quibus in omnibus obtemperabat, annos novem tenuit [a]. *Aristobulus* anno ineunte nono ab *Alexandri* morte, a matre deficiens, occupare per vim urbes adgreditur [b]. Et quum, defuncta matre, in regnum & sacerdotium succederet *Hyrcanus* anno tertio Olymp. 177, Consulibus *Hortensio* & *Metello Cretico* U. C. 685, fratrem ad *Jerichuntem* prælio victum tertio post mense regno & Pontificatu cedere, privatamque vitam colere conpulit [c].

Judæa Romanorum facta.

§. 2. Sed *Antipater Idumæus*, homo pecuniosus & novarum rerum adpetens, *Hyrcanum* aliquamdiu post inpulit, ut clam ad *Aretam* Regem *Arabum* confugeret, eiusque auxiliis fultus regnum repetitum iret [d]. Ita res turbatæ sunt, donec a *Pompeio*, captis *Hierosolymis*, Olympiade 179 Coss. *Cicerone* & *Antonio*, qui est urbis 691, *Hyrcanus* Pontificatum recepit [e]. Ex eo tempore *Judæa Romanorum* facta est, & *Judæi*, ademtis urbibus, quas antea in *Cœle-Syria* occupaverant, intra veteres terminos redacti, vectigal pendere iussi [f].

§. 3.

a Joseph. Antiq. L. XIII. c. 16. §. 1. 2. 6. XX. c. 10. B. Jud. L. I. c. 5. §. 1—3. b Joseph. Ant. L. XIII. c. 16. §. 5. B. Jud. I. c. 5. §. 4. c Joseph. Ant. L. XIV. c. 1. §. 1. 2. XV. c. 6. §. 4. B. Jud. L. I. c. 6. §. 1. d Joseph. Ant. L. XIV. c. 1. §. 3. 4. & c. 2. de B. Jud. L. I. c. 6. §. 2. 3. e Joseph. Antiq. L. XIV. c. 3. 4. §. 3. B. Jud. L. I. c. 6. §. 4—c. 7. §. 6. Oros. VI. c. 6. f Joseph. Ant. L. XIV. c. 4. §. 4. 5. I. de B. Jud. c. 7. §. 7. Cic. pro Flac. c. 28. Ammian. Marc. L. XV. c. 8.

A. 4636. Per. Jul. ad 4675. A. Christ. 78. ad 39.

§. 3. *Pompeius Aristobulum* cum duobus filiis *Alexandro* & *Antigono*, ac filiabus totidem *Romam* abduxit. Sed *Alexander* ex itinere clam dilapsus, contra *Hyrcanum* in *Judæa* tumultuari non destitit: donec *Gabinius* ipsum victum expulit, & *Hyrcano* Pontificatum restituit anno U. C. 698, simulque quinque iuridicos conventus in *Judæa* constituit [a].

Juridici conventus a Gabinio instituti.

§. 4. Idem *Gabinius Aristobulum* e vinculis elapsum & in *Judæa* turbantem *Romam* remisit [b]. Qui a *Julio Cæsare* anno U. C. 705 solutus carcere a *Pompeianis* veneno sublatus est [c]. *Alexander* vero *Pompeii* iussu a *Scipione* securi percussus [d].

Aristobulus necatus.

Antigonus Parthorum opera regno potitur.

§. 5. Demum *Antigonus Domitio Calvino* & *Asinio Pollione* Coss, qui est annus U. C. 714, *Parthorum* auxiliis captum patruum *Hyrcanum* auribus mutilavit, regnumque *Parthorum* opera occupavit [e]. Itaque recte *Josephus* [f] post capta a *Pompeio Hierosolyma* annos 24 *Hyrcano* Pontifici tribuit. Eodem tamen illo anno *Herodes*, *Parthorum* elapsus manibus, *Romæ* a Senatu Rex salutatur [g], de quo paullo post.

CA-

a Joseph. Antiq. L. XIV. c. 4. §. 5. & c. 5. §. 2—4. B. *Jud.* L. I. c. 7. §. 7. c. 8. §. 2—5. *b* Joseph. Ant. L. XIV. c. 6. §. 1. B. Jud. L. I. c. 8. §. 6. Dio L. XXXIX. p. 117. A. *c* Joseph. Ant. L. XIV. c. 7. §. 4. Bell. Jud. L. I. c. 9. §. 1. Dio L. XLI. p. 161. E. *d* Joseph. Ant. l. d. B. Jud. L. I. c. 9. §. 2. *e* Joseph. Antiq. L. XIV. §. 3—10. B. Jud. I. c. 13. Dio L. XLVIII. p. 373. A. coll. p. 365. D. *f* Joseph. Antiq. L. XX. c. 10. *g* Joseph. Antiq. L. XIV. c. 14. §. 5.

CAPUT XIX.

A. 4653. Per. Jul. ad 4670. A. Christ. 61. ad 44.

De Civili bello Pompeii & Cæsaris, usque ad huius cædem: ab anno Per. Jul. 4653 ad 4670.

§. 1.

Romana res magnitudine sua laborat.

JAm aucta inmensum *Romana* potentia, maxime postquam *Pompeius*, ut in concione gloriatus est [a], *Asiam* minorem, quam provinciarum ultimam acceperat, eandem *Tigrane* ac *Mithridate* victis mediam patriæ reddiderat; auctis etiam cum potentia ambitione & luxu, res diu eo, quem tenebat, gradu consistere non potuit. Itaque Principum ambitio; ex eaque conflata civilis discordia libertati exitio fuit.

Cæsar futuræ potentiæ fundamenta ponit.

§. 2. *C. Cæsar* ex urbana Prætura *Lusitaniam* nactus provinciam Urbis anno 693, rebus ibi præclare gestis triumphum meruerat. Sed huius certam spem Consulatus honori posthabuit [b], quem dum enixe anno U. 694 peteret, accidit, ut *Pompeio*, qui sua acta a Senatu rata haberi volebat, obstreperet *Lucullus*, aliique primores. Ea usus occasione *Cæsar Crassum Pompeio* conciliat [c], mox inito fœdere inter se pacifcuntur, ne quid agererur in Repub. quod displicuisset uni ex tribus [d]. Quod fœdus mutatæ reipub. & bellorum civilium initium fuit [e]. Ita *Cæsar* Consulatum est adeptus anno 695, quo & *Pompeii* acta per Senatum adprobavit, & agrum *Campanum* in cives divisit, & publicanos ex equestri ordine, remissionem petentes, tertia mercedum parte relevavit. Et *Julia* filia *Pompeio* conlocata, *Calpurniam Pisonis* ipse duxit [f].

Galliam subigit.

§. 3. His artibus & infinita largitione, cum sibi ordinum omnium gratiam parasset, *Galliam* provin-

a Plin. Hist. Nat. L. VII. c. 26. *b* Dio L. XXXVII. p. 53—55. Plut. Cæs. p. 713. Appian. B. Civ. L. II. p. 432. *c* Dio L. XXXVII. p. 55. 56. Plut. Lucull. p. 520. Crass. p. 551. C. App. L. II. B. Civ. p. 432. 433. *d* Dio L. XXXVII. p. 56. Suet. Cæs. c. 19. *e* Plut Cæs. p. 713. Cic. VI. Fam. ep. 6. Vell. II. c. 44. *f* Plut. Cæs. p. 713. D—714. B. Dio L. XXXVIII. p. 58—63. Vell. L. II. c. 44. Suet. Cæs. c. 20—22. Appian. B. Civ. L. II. p. 433—435.

A. 4653. Per. Jul. ad 4670. A. Christ. 61. ad 44.

ciam in quinquennium obtinuit [a], iterumque sibi prorogatam, ab anno Urbis 696 novem annis rexit [b]. Quo intervallo primus *Romanorum Germanos trans Rhenanos*, ponte super *Rhenum* inposito, lacessivit; *Britannos* quoque adiit, quo nullus antea penetrarat, ac totam denique *Galliam*, quæ a saltu *Pyrenæo Alpibus*que, *Rheno*, *Rhodano*que fluminibus continetur, subegit [c], eique quadringenties in singulos annos stipendii nomine inposuit [d].

Clodius Ciceronem in exilium agit. Cyprum publicat.

§. 4. Inter hæc *P. Clodius Pulcher*, adiuvante *Cæsare* Cos: a patriciis translatus ad plebeios, & Tribunus Pl. factus, *Ciceronem*, quod indicta caussa nobiles cives, *Catilinæ* socios, morte damnasset, multavit exsilio anno U. C. 696: sed is *Lentuli* Cos: & *Pompeii* opera honorifice revocatus, sexto decimo mense ab exilio rediit [e]. Idem *Clodius Cyprum* adiudicavit Populo *Romano*, ad quam possidendam misso *Catone*, *Ptolemæus*, eius insulæ Rex, voluntaria morte ignominiam antevertit [f]. *Cato* pecuniam longe sperata maiorem, fere septem millia talentum argenti anno U. C. 698 *Romam* retulit [g]. Præturam a Senatu citra comitia delatam accipere noluit, magis illam legitimis populi suffragiis inpetrare cupiens: sed eum spes fefellit. Nam *Pompeii* & *Crassi* factione eo, quem petebat, magistratu excidit, eique *Vatinius* antelatus est [h].

Crassus apud Parthos cadit.

§. 5. *Cæsar* vero anno Urbis 698 cum *Pompeio Crasso*que ita pactus est, ut sibi provincia *Gallia* prorogaretur, *Pompeius Hispaniam* & *Africam*, *Crassus Syriam* sortiretur [i]. *Crassus* in consulatu anno 699 in *Orientem* profectus [k], expilato *Hierosolymorum* tem-

a Dio Caff. L. XXXVIII. p. 63. *b* Suet. Jul. c. 25. Plut. Cæs. p. 714. F. Cæs. B. Civ. I. c. 7. *c* Cæs. de B. Gallico. Plut. Cæs. p. 714. D. 716. C—721. Dio LXXXVIII. p. 78—XXXIX. p. 95. & 109—115. L. XL. p. 121—125. p. 134—141. Vell. II. c. 47. *d* Suet. Cæs. c. 25. *e* Plut. Cicer. p. 874. E—873. Dio L. XXXVIII. p. 65. D. 69—70. XXXIX. p. 95—97. Vell. II. c. 45. App. B. Civ. L. II. p. 436. *f* Plut. Caton. Min. p. 776. Dio L. XXXIX. p. 78. D. Strab. XIV. p. 684. Vell. L. II. c. 45. n. 4. Cic. pro Sext. c. 26. pro Domo c. 8. 9. *g* Vell. II. c. 45. n. 5. Plut. Cat. p. 777. E. 781. D. Val. Max. IX. c. 4. *h* Plut. Cat. Min. p. 778. 779. *i* Plut. Cæs. p. 718. B. Caton. Min. p. 778. E. App. B. Civ. L. II. p. 437. Vell. L. II. c. 46. *k* Cic. IV. ad Attic. ep. 13. Plut. Pomp. p. 647. A.

templo, *Parthis* bellum inferens, tertio poſt anno miſerrime cum maiori exercitus parte periit[a]. *Parthos* tamen poſt eam cladem in *Syriam* inruentes *Caſſius* egregie propulſavit[b].

A. 4653. Per. Jul. ad 4670. A. Chriſt. 61. ad 44.

§. 6. *Romæ* vero in comitiis fervente ambitu ac fœde miſcentibus omnia candidatis, cum diu interregnum fuiſſet, *Cn. Pompeius*, novo more nec hactenus audito, Conſul ſine collega creatus eſt anno 702[c]: quo in magiſtratu cum de aliis criminibus ſeveriſſime quæſtionem inſtituit, tum de nece *Clodii*, quem *Milo* anno eodem interfecit, ideoque in exilium abiit[d].

Pompeius Conſul ſine collega.

§. 7. Interim *Julia Cæſaris* filia, dum ipſe in *Britannia* rem gerit, mortua[e], & *Craſſo* exſtincto, cum neque parem *Pompeius*, neque ſuperiorem ferre *Cæſar* amplius poſſet, civile bellum eſt exortum[f]. *Pompeianis* id agentibus, ut, expleto tempore, provincia *Cæſar* exercituque cederet, *Cæſarianis* viciſſim, idem ut *Pompeius* faceret, adnitentibus[g]. Tandem, controverſia ea per biennium ducta, anno U. 705, Coſſ. *C. Claudio Marcello* & *L. Cornelio Lentulo* urgentibus, Senatus decrevit, ut ante certum diem *Cæſar* exercitum dimittat; Tribuni pl. *Antonius* & *Caſſius*, nequicquam intercedentes, cum *Curione*, qui bello facem ſubiecit, fugere coguntur ad *Cæſarem*[h]. Qui ſubito *Arimino*, aliisque oppidis captis, cum copiis ad Urbem properans, ita *Pompeium* aliosque perterruit, ut ſine mora Urbe ac deinde tota *Italia* relicta, in *Græciam* navigarint[i].

Cæſar fugato Pompeio Italia Hiſpaniaque potitur.

a Plut. Craſſ. p. 552—564. Dio L. XL. p. 125—133. Appian. Parth. p. 137. & ſeqq. Joſeph. Antiq. XIV. c. 7. §. 1—3. Oroſ. L. VI. c. 13. Epit. Liv. CVI. *b* Dio L. XL. p. 133. 134. Oroſ. l. d. *c* Plut. Pomp. p. 648. Caton. Min. p. 782. App. B. Civ. p. 438. 441. Vell. L. II. c. 47. n. 3. Dio L. XL. p. 142. 144. *d* Dio L. XL. p. 143. 145. 146. Vell. II. c. 47. n. 4. Plut. Cic. p. 878. *e* Plut. Cæſ. p. 719. C. Senec. Conſol. ad Marc. c. 14. *f* Lucan. L. I. vſ. 98—128. Plut. Pomp. p. 647. *g* Dio Caſſ. L. XLI. p. 147—152. Plut. Pomp. p. 649. 650. Cæſ. p. 721. 722. Appian. L. II. B. Civ. p. 442. 443. Epit. Liv. CIX. *h* Dio L. XLII. p. 152. 153. Plut. Pomp. p. 651. Cæſ. p. 722. 723. Appian. B. Civ. L. II. p. 446—448. Cæſ. I. B. Civ. c. 1. 2. Vell. L. II. c. 48. 49. Suet. Cæſ. c. 28. 29. Liv. l. d. *i* Dio L. XLII. p. 154—159. Plut. ll. dd. Cæſar. I. de bello Civ. c. 8. & ſeqq. Suet. Cæſ. c. 31—34. Appian. L. II. B. Civ. p. 449—453. Lucan. I. vſ. 183. & ſeqq.

A. 4653. Per. Jul. ad 4670. A. Christ. 61. ad 44.

Cæsar tota *Italia* diebus sexaginta sine sanguine potitus, in *Hispaniam* profectus, *Afranium*, *Petreium* & *Varronem Pompeii* legatos superavit, & eorum exercitus in deditionem accepit [a]. Inde rediens, capta *Massilia* [b], primam dictaturam iniit, quam quidem quater, ac postremo perpetuam obtinuit, ut ex nummis constat [c].

Victo Pompeio, res in Ægypto & ad Bosporum constituit.

§. 8. Anno 706 in *Pharsalicis* campis victus a *Cæsare Pompeius* in *Ægyptum* abiit, ibidemque necatus est ætatis anno 59 [d]. Qua re *Romam* nunciata invidendi *Cæsari* decreti honores, annuaque dictatura novo exemplo data [e]. Interim *Cæsar Alexandriam* veniens, periculosissimo perfunctus bello, *Ægypti* regnum anno 707 *Cleopatræ* eiusque fratri natu minori committit [f]. Inde in Orientem profectus *Pharnacem Mithridatis* filium, cui *Pompeius* olim *Bosporanum* regnum concesserat, occasione bellorum civilium, animum in regnum paternum intendentem, victum regno exuit, cum regnasset annis 15 [g].

Cæsaris Dictatoris gesta.

§. 9. Anno 708 *Scipionem* & *Catonem* in *Africa* cum *Juba* Rege devicit. *Cato* apud *Uticam* voluntariam sibi necem adtulit. *Cæsar Romam* reversus quatuor duxit triumphos *Gallicum*, *Alexandrinum*, *Ponticum* & *Africanum* [h]. Eodemque anno Fastorum castigationi intentus annum *Romanum* ad solis cursum aptavit, unde anni *Juliani* orti sunt; quorum exordium ex Kalendis *Januariis* anni Urbis 709 duci

a Plut. Cæs. p. 725. Pomp. p. 653. D. Cæs. B. Civ. L. I. c. 30—37. Dio L. XLI. p. 160. 163. Appian. II. B. Civ. p. 454. Suet. Cæs. c. 34. Epit. Liv. CX. *b* Cæs. B. Civ. L. I. c. 33—36. II. 1—22. Dio L. XLI. p. 162. *c* Plut. Cæs. p. 725. D. 729. F. 754. C. Spanheim de Usu Numis. Diss. X. cap. VIII. p. 171. Petavius Doct. Temp. L. X. c. 57. *d* Plut. Pomp. p. 653. E—661. C. Cæs. p. 728. 729. Dio L. XLI. p. 178—186. Cæs. III. B. Civ. c. 42—104. Vell. L. II. c. 51—53. Epit. Liv. CXII. *e* Dio L. XLII. p. 194. Plut. Cæs. p. 729. F. *f* Dio L. XLII. p. 200—203. Hirt. B. Alex. Plut. & alii. Epit. Liv. CXII. *g* Dio Cass. L. XXXVI. p. 36. XLII. 189. 206. 207. Appian. B. Mithr. p. 250. 254. B. Civ. p. 434. 485. Hirt. B. Afric. c. 65. 69—78. Plut. Cæs. p. 731. & Apoph. p. 206. Suet. Cæs. c. 37. *h* Plut. Cæs. p. 732. 733. Dio L. XLII. XLIII. p. 211—213. Hirtius bello Africano. Suet. Cæs. c. 37. Vell. L. II. c. 55. 56. Epit. Liv. CXIII. CXV.

ci consuevit[a]. Quo etiam anno 709 *Pompeii* liberos maximo difficillimoque bello ad *Mundam Hispaniæ* cum vicisset[b], sequente, qui U. C. 710. *Julianæ* æræ secundus numeratur, magna quæque moliens[c] *Bruti* & *Cassii* aliorumque conspiratione in Senatu ipso confossus est[d], anno ætatis quinquagesimo sexto[e]. Quare natus est anno U. C. 654 *C. Mario* VI. & *Flacco* Coss.

A. 4658. Per. Jul. ad 4670. A. Christ. 61. ad 44.

a Dio L. XLIII. p. 227. Plut. Cæs. p. 735. Censorin. de die Natali c. 20. Suet. Jul. c. 40. Macrob. Satur. I. c. 14. *b* Hirt. B. Hispanico. Plut. Cæs. p. 733. F. 734. Dio L. XLIII. p. 227. D—233. Vell. L. II. c. 55. *c* Plut. Cæs. p. 735. B. C. *d* Plut. Cæs. p. 737—739. Bruto p. 958—992. Dio L. XLIII. p. 244—250. Suet. Cæs. c. 81. 82. Epit. Liv. CXVI. *e* Plut. Cæs. p. 740. E.

A. 4532. Per. Jul. ad 4670. A. Christ. 132. ad 44.

CAPUT XX.

De viris eruditione præstantibus, quos ætas illa tulit: *ab anno circiter Urbis* 622 *ad* 710.

§. 1.

L. Crassus. M. Antonius. Hortensius.

HOc tempore, velut translata cum imperio litterarum gloria, multo plures *Romæ* & in *Italia*, quam in *Græcia*, doctrina præstiterunt, ut *L. Crassus*, qui obiit anno U. 624[a], *M. Antonius*, a *Mario* necatus anno 667[b], aliique insignes Oratores, quos *Cicero*[c] recenset; interque ceteros *Hortensius*, mortuus anno 704[d].

M. Tullius Cicero.

§. 2. Verum unus *Græcorum* ac *Latinorum* omnium splendorem obscuravit eloquentiæ laude *M. Tullius Cicero*. Hic natus anno Urbis 648, tertio Nonas *Januarias*, ut ait *Gellius*[e] (novem mensibus maior *Pompeio*, quem pridie Kalendas *Octobres* natum esse testis est *Plinius*[f]) oppresso *Catilina*, primus pater patriæ salutatus[g], Triumvirali proscriptione periit anno ætatis sexagesimo quarto[h], Urbis 711.

M. Terentius Varro.

§. 3. Floruit & *M. Terentius Varro Romanorum* eruditissimus[i], natus anno primo Olymp. 166[k], U. C. 638 & octogesimum quartum ætatis annum adtigit[l]. Fuit & alius eiusdem nominis Poëta *P. Terentius Varro*, vico *Atace* in *Narbonensi* natus anno U. C. 672, tertio Olymp. 174[m]. Ut de *Cæsare* taceam, qui inter doctissimos & disertissimos numerari potuit, nisi imperii ac triumphi lauream, quam ingenii, serere maluisset.

Sallustius.

§. 4. Celebratus est & *L. Cælius Antipater* historiæ scriptor sub annum U. C. 630, *Gracchorum* scilicet

a Jul. Obsequens de Prodig. c. 26. Vell. II. c. 4. n. 1. Cic. Bruto c. 38. *b* Plut. Mar. p. 431. Anton. p. 915. Cic. Bruto c. 30. 37. *c* Cic. in Bruto. *d* Cic. in Bruto c. 1. 88. 93. 94. *e* Gell. XV. 28. *f* Plin. XXXVII. c. 2. *g* Plut. Cic. p. 872. C. Appian. B. Civ. L. II. p. 432. *h* Plut. Cic. p. 885. *i* Quintil. Instit. L. X. c. 1. p. 910. Cic. I. Acad. c. 3. *k* Euseb. in Chron. *l* Gell. L. III. c. 10. *m* Euseb. in Chron. Quintil. Instit. L. X. c. 1. p. 905.

get ætate[a]. Item *C. Crispus Sallustius* natus anno 3 Olymp. 173. U. C. 668[b], mortuus quadriennio ante bellum *Actiacum*. A. 4552. Per. Jul. ad 4670. A. Christ. 132. ad 44.

§. 5. Poëtæ vero in fama fuerunt *Turpilius* Comicus, & *Lucilius* Satyricus, quos *Hieronymus*[c] ait obiisse anno secundo Olymp. 169, U. C. 651. Nec non *T. Quintius Atta* Togatarum scriptor mortuus, eodem auctore, anno 3 Olymp. 175. *C. Valerius Catullus Veronæ* natus anno U. C. 667, mortuus *Romæ* ætatis anno tricesimo[d]. *Lucretius* præterea, qui sub annum secundum Olymp. 171 natus, necem conscivit sibi annos natus 44[e]. Catullus. Lucretius alii.

§. 6. *Vitruvius* quoque sub *Julio Cæsare* Architecturæ scientia clarus exstitit: quod ex eius scriptis adparet. Vitruvius.

CAPUT XXI.

Quæ a Cæsaris *obitu ad* Actiacam *victoriam*, Cleopatræque *mortem*, Romanis *rebus acciderunt: ab anno Per. Jul.* 4670 *ad* 4684.

§. 1.

CÆ*sare* anno U. C. 710, Idibus *Martiis* cæso, postquam auctore *Cicerone* ante actorum oblivio erat sancita, & percussores ex *Capitolio* descenderant[f], primus *Antonius* Consul, funus *Cæsaris* ducens, ita seditiosa concione populum conmovit, ut civium ædibus ferrum ac faces intentaret[g]. Post sedatis tumultibus Dictaturam abrogat[h]. Iterumque, corruptis *Cæsaris* actis, per vim & tyrannidem multa molitur[i]. *Octavius Cæsar*, *Atia*, sororis *Julii* filia, genitus[k], & testamento *Julii Cæsaris* adoptatus, M. Antonio resistit Octavianus.

[a] Val. Max. L. I. c. 7. ex. 6. [b] Hieron. in Chron. an. 3 Olymp. 173. & 2 Olymp. 189. [c] Hieron. in Chron. [d] Hieronym. Chron. an. 2 Olymp. 173. & 4 Olymp. 180. [e] Hieronym. Chron. an. 2 Olymp. 171. [f] Dio Cass. L. XLIV. p. 249—257. Appian. B. Civ. L. II. p. 502—518. Vell. II. c. 58. [g] Dio Cass. L. XLIV. p. 258—267. Appian. B. Civ. L. II. p. 518—521. Plut. Anton. p. 922. Bruto p. 993. [h] Dio L. XLIV. p. 267. D. Appian. L. III. p. 542. [i] Dio L. XLIV. p. 268. Vell. II. c. 60. Appian. B. Civ. III. p. 529. [k] Suet. Octav. c. 4.

A. 4670. Per. Jul. ad 4684. A. Christ. 44. ad 30.

tus, cum heredem se professus ab *Antonio* despiceretur, annos natus undeviginti [a] veteranorum cogit exercitum, seque tyrannidi illius opponit [b]. *Antonius* lege de permutatione provinciarum per vim lata, fratri *Caio Macedoniam*, sibi *Galliam* decernit; cuius ei aditum, occupata *Mutina*, *Decimus Brutus* intercludit: ideo ab *Antonio* ibidem obsidetur [c].

Victo Antonio consulatum init Octavianus.

§. 2. Anno U. C. 711 *Cicerone* classicum canente, adversus *Antonium*, hostem iudicatum, bellum suscipitur, & utrique Consuli *Hirtio* ac *Pansæ Octavius* cum Prætoria potestate adiungitur. Fit ad *Mutinam* XVII Kal. *Maii* [d] vehemens & cruentum prælium, in quo Prætoriani *Cæsaris* milites ad unum omnes occubuere. Sed victus *Antonius* trans *Alpes* se recepit ad *Lepidum*: *Brutus* obsidione solutus: Consules tamen ambo trucidati [e]. *Octavius* annum agens vicesimum Consulatum invadit *Sextili* mense [f].

Trebonius. Dolabella & M. Brutus.

§. 3. Dum hæc in *Italia* geruntur, *Dolabella*, ubi in *Asiam* pervenit, *Trebonium Smyrnæ* fraudulenter conprehensum, verberibus ac tormentis per biduum quæstione prius habita, capite multavit [g]. *Cassius* in *Syria* magnis confectis copiis ad legiones duodecim, obsessum *Laodiceæ Dolabellam* vicissim adegit ad necem [h]. In *Macedonia M. Brutus Caium Antonium*, *Marci* fratrem, insidias sibi struentem, interemit, ac firmum & ipse conparavit exercitum [i].

Triumviri proscriptionibus sæviunt.

§. 4. Senatus autem, statim post victum ad *Mutinam Antonium*, *Octavium*, ne altius adscenderet, in ordinem cogere, *Brutum* & *Cassium* evehere instituit [k]. Quod ille metuens cum *Antonio* & *Lepido* con-

a In tabula Ancyrana apud Gruter. p. ccxxx. *b* Dio L. XLV. p. 269—276. Appian. B. Civ. L. III. p. 531—535. 540. 542. 543—554. Vell. L. II. c. 60. 61. Plut. Anton. p. 922. D. E. Suet. Octav. c. 8. *c* Dio L. XLV. p. 274. D. Epit. Liv. CXVII. Appian. L. III. p. 558. *d* Galba Epist. ad Cic. X. ep. 30. *e* Cic. Philip. V. Plut. Anton. p. 923. Cic. p. 884. Dio L. XLVI. p. 310—316. Appian. L. III. p. 558—575. Epit. Liv. CXIX. Vell. L. II. c. 61. *f* Suet. Octav. c. 26. Plut. Brut. p. 996. C. Appian. B. Civ. L. III. p. 581—583. Vell. L. II. c. 65. Macrob. Satur. L. I. c. 12. *g* Cic. Philip. XI. c. 2. Appian. L. III. p. 542. 543. Dio L. XLVII. p. 344. *h* Appian. L. III. p. 579. IV. p. 623—625. Dio L. XLVII. p. 344. 345. Cic. XII. Fam. ep. 11. 12. Epit. Liv. CXXI. Vell. L. II. c. 69. *i* Dio L. XLVII. p. 339—341. Appian. L. IV. p. 630. *k* Vell. L. II. c. 62. Dio L. XLVI. p. 317. 318. Epit. Liv. CXIX.

A. 4670. Per. Jul. ad 4684. A. Christ. 44. ad 30.

conspirat[a]. Ita Triumviri Reipub. constituendæ *Novembris* 27 facti[b], provincias imperii *Romani*, præter transmarinas, quas *Brutus* & *Cassius* tenebant, partiuntur[c]: cives quamplurimos, equites bis mille, Senatores CCC proscribunt[d], in his *M. Tullium Ciceronem*, quem *Popilius* necavit 7 *Decembris*, ætatis quarto & sexagesimo[e]. In illa proscriptione multa & in utramque partem memorabilia exempla sunt edita: ac *fuisse in proscriptos uxorum fidem summam, libertorum mediam, servorum aliquam, filiorum nullam* scribit *Velleius*[f].

Brutus & Cassius ab Antonio & Octaviano victi.

§. 5. Sequente vero anno *C. Cæsar* & *Antonius* apud *Philippos Macedoniæ* vario eventu contra *Brutum* & *Cassium* pugnaverunt, ita ut dextra utriusque cornua vincerent, castra utrimque expugnarentur. Sed *Cassius*, qui in eo cornu erat, quod pulsum est, totum exercitum fusum ratus, mortem sibi conscivit. Altero deinde prælio victus *M. Brutus* vitam & ipse finiit, annum agens septimum & tricesimum[g].

L. Antonius ab Octaviano victus.

§. 6. Post victoriam *Antonius* abiit in *Asiam*, *Octavius Cæsar* in *Italiam* reversus veteranis agros divisit. Qua occasione *L. Antonius* Consul, Triumviri frater, & huius uxor *Fulvia*, virilis animi mulier, bellum concitant, sed pulsum urbe *Lucium*, inclusumque *Perusia*, *Cæsar* ad deditionem conpulit anno U. 714[h].

Parthi ex Syria pulsi.

§. 7. Interim *Parthi*, ab *Labieno Pompeianarum* partium exciti, in *Syriam* inrumpunt anno U. C. 714, quos sequente *Ventidius* cæso *Labieno* magna clade adfecit, iterumque anno 716, *Pacoro Orodis*

 Regis

a Appian. B. Civ. L. III. p. 568. 577. IV. p. 589. 590. Dio L. XLVI. p. 318—320. 325. 326. Vell. II. c. 65. *b* Inscriptio apud Grut. p. CCXCVIII. *c* Appian. L. IV. p. 590. Dio L. XLVI. p. 326. Plut. Anton. p. 924. *d* Dio L. XLVII. p. 327. & seqq. Appian. L. IV. p. 592. & seqq. Plut. l. d. Epit. Liv. CXX. Suet. Octav. c. 27. *e* Plut. Cic. p. 884. 885. Dio L. XLVII. p. 333. Appian. L. IV. p. 600. 601. *f* Vell. L. II. c. 67. *g* Plut. Bruto p. 1000—1009. Dio Cass. L. XLVII. p. 347—356. Appian. L. IV. p. 640. 650—668. Vell. L. II. c. 70—72. Epit. Liv. CXXIV. *h* Dio L. XLVIII. p. 357—365. Epit. Liv. CXXV. CXXVI. Appian. B. Civ. L. V. p. 672—699. Vell. L. II. c. 74. Suet. Octav. c. 13. 14.

A. 4670. Per. Jul. ad 4684. A. Christ. 44. ad 30.

Regis filio occiſo, occupatis locis expulit, *Syriam*que recuperavit [a].

Bellum cum Sexto Pompeio.

§. 8. Cum *Sexto Pompeio*, *Cnei* filio, *Italiam* claſſe infeſtante, populo poſtulante, pacem anno 715 conpoſuerant *Octavius* & *Antonius*, ea maxime lege ut *Siciliam Sardiniam*que teneret. Sed paullo poſt *Mena Pompeii* liberto, qui *Sardiniæ* præerat, ad *Cæſarem* deficiente, cum & *Pompeius* latrociniis mare infeſtum redderet, recruduit bellum, quod varia fortuna geſtum, donec anno 718 navali prælio victum *Pompeium* in *Aſiam* fugere conpulit [b]. Eodem *Lepidum*, qui ex *Africa* in *Siciliam* traiecerat, exutum imperio privatum vivere permiſit *Cæſar* [c]. *Pompeius* autem ſequenti anno *Antonii* iuſſu interfectus eſt annos natus 40 [d]. Cum idem, paullo ante hiemem adverſus *Parthos* ſuſcepta expeditione, magnam cladem accepiſſet *Antonius* [e].

Antonius ad Actium victus.

§. 9. Ad extremum, cum *Antonius*, repudiata *Octavia* ſorore *Cæſaris*, totum ſe *Cleopatræ* dediſſet, iamque *Lepido* remoto neuter parem ferret, bellum inter *Octavium* & *Antonium* ſumtum eſt anno U. 722, & ſequente victoria navali ad *Actium*, *Epiri* promontorium, IV Nonas *Septembris* [f] reportata, confectum. Anceps alioqui certamen *Cleopatræ* conſternatio in *Antonii* vertit exitium [g]. Fugientem in *Ægyptum* perſecutus *Octavius*, proximo anno *Alexandriæ* circumſeſſum, eo adegit, ut ferro ſemetipſum confoderet, quem mox conſecuta *Cleopatra*, ne ad victoris arbitrium viveret, mortem ſibi conſcivit [h].

C A-

a Dio L. XLVIII. p. 371—374. 380. 381. 403. 404. Plut. Anton. p. 927. F. 930. D. E. 931. A. Vell. L. II. c. 78. Epit. Liv. CXXVII. Appian. Part. p. 156. *b* Dio L. XLVIII. p. 367. 368. 374—376. 378—380. 384—389. XLIX. p. 392—398. Appian. B. Civ. L. IV. p. 637. 638. L. V. p. 712—714. 716—734. 739—741. Vell. II. 79. Epit. Liv. CXXVII—CXXIX. Suet. Octav. c. 16. *c* Dio L. XLIX. p. 398. 399. Appian. L. V. p. 741—743. Epit. Liv. CXXIX. *d* Dio L. XLIX. p. 402. 403. Appian. L. V. p. 747—753. Epit. Liv. CXXXI. Strabo L. III. p. 141. *e* Dio L. XLIX. p. 405. E—410. Appian. Parth. p. 157—165. Plut. Anton. p. 932. 983. Vell. L. II. c. 82. *f* Dio L. LI. p. 442. *g* Dio Lib. L. toto. Plut. Anton. p. 940—947. Vell. II. c. 82. n. 4—c. 85. Epit. Liv. CXXXII. CXXXIII. Flor. L. IV. c. 11. *h* Dio L. LI. p. 442—453. Plut. Anton. p. 950—955. Vell. II. c. 87. Suet. Octav. c. 17.

CAPUT XXII.

A. 4684. Per. Jul. ad 4714. A. Christ. 30. ad 1. Ær. Vulg.

De Romanis *rebus ab* Actiaca *victoria ad ortum* Christi. *Tum de eruditis viris, qui,* Augusto *rerum potiente, vixerunt: ab anno Per. Jul.* 4684 *ad* 4714.

§. 1.

Augustus rerum potitur.

MOrtuis *Antonio* & *Cleopatra* *Ægyptus* in provinciæ formam redacta[a] anno 294 post mortem *Alexandri* magni, quo tempore *Lagidæ* in ea dominati fuerant. *Cæsar* anno U. C. 725 tres egit triumphos *Dalmaticum*, *Actiacum* & *Ægyptiacum* eodem mense *Sextili*[b]. Eodemque anno Imperatoris nomen, summamque potestatem sumsit[c]. Eodemque tempore, serio, an simulate, de imperio deponendo cum *Agrippa* & *Mæcenate* deliberavit, illo suadente, hoc vero deterrente[d]: cum huius sequi consilium statuisset, biennio tamen post[e] ad Senatum de imperio abdicando retulit, atque hac arte perfecit, ut sibi a Senatu populoque firmaretur anno Urbis 727 [f]. Mox divisis cum populo provinciis, antiquis nominibus populo inludens, *Augusti*que titulo addito, sibi uni omnia vindicat[g].

Bella cum Cantabris. Parthis & Germanis gesta.

§. 2. *Cornelius Gallus*, eques *Romanus*, *Ægypto* præfectus, ob insolentiam damnatus exsilio, se ipsum occidit anno 728[h]. Cum *Cantabris* & *Asturibus* *Augustus* annis aliquot per se ducesque suos bellum gessit ab anno 729 ad 735, quo ab *Agrippa* perdomiti sunt[i]. *Phraates Parthorum* Rex anno 734 *Romana* signa *Crasso* erepta restituit[k]. Anno vero 739 *Rhæti* a *Druso* & *Tiberio* perdomiti[l]. Inter hæc

 anno

a Dio L. LI. p. 455. Suet. Aug. c. 18. b Dio L. LI. p. 458. 459. Epit. Liv. CXXXIII. Suet. Octav. c. 23. c Dio L. LII. p. 493. & 494. d Dio L. LII. p. 463—493. e Dio L. LIII. p. 497. D. f Dio L. LIII. p. 497—503. g Dio L. LIII. p. 503—508. 518. E. Epit. Liv. CXXXIV. h Dio L. LIII. p. 512. Suet. Aug. 66. Tacit. Hist. I. c. 11. i Dio L. LIII. p. 513. D. 514. LIV. p. 523. 528. Vell. II. 90. k Dio L. LIII. p. 519. LIV. p. 525. 526. Strab. L. VI. p. 288. XVI. p. 748. Epit. Liv. CXXXIX. Tacit II. Ann. c. 1. l Dio L. LIV. p. 536. Horat. Carm. L. IV. Ode 4. & 14.

A. 4684. Per. Jul. ad 4714. A. Christ. 30. ad 1. Ær. Vulg.

anno 738 gravius cum *Sicambris*, quibus aliæ se *Germaniæ* gentes iunxerunt, ortum bellum est [a], ad quod gerendum *Drusus* missus usque ad *Albim* penetravit [b], eique anno 745 mortuo *Tiberius* successit [c], quem excepit *Quintilius Varus* fœda clade, anno 763 accepta, nobilis, ea quippe factum, ut imperium, quod in litore Oceani non steterat, in ripa *Rheni* staret [d].

Familia Augusti.

§. 3. Duos *Augustus* præ ceteris amicos coluit, *Mæcenatem* & *M. Vipsanium Agrippam*. Ille equestri gradu contentus, obiit anno *Juliano* 38, U. C. 746, litterarum ac litteratorum omnium singulare præsidium [e]. *Agrippam Augustus* generum fecit, data in matrimonium *Julia*, quam e *Scribonia* susceperat [f]: ex *Livia* enim, quam prægnantem a priore marito *Tiberio Nerone* abduxit, prolem nullam habuit [g], cum ea ex *Nerone Tiberium*, qui postea imperavit, & *Drusum* peperisset, qui in *Germania* periit A. U. 745 [h]. *Julia* autem *Augusti* filia primum *M. Marcello*, *Octaviæ* filio, eoque sine prole mortuo, *M. Vipsanio Agrippæ* nupsit [i], cui anno *Juliano* 26 U. C. 734 peperit *C. Cæsarem* [k], & anno *Juliano* 29 *Lucium* [l], tum & *Agrippam* Postumum [m], filias duas *Agrippinam*, quæ *Germanico*, *Drusi* filio, *Liviæ* nepoti conlocata fuit [n], & *Juliam*, quam *L. Æmilius* duxit [o]. *Agrippa* vero anno *Juliano* 34 mortuo, *Julia* tertium nupsit *Tiberio Augusti* ex *Livia* privigno [p]. Qui tamen anno *Juliano* 40 Tribunitiam potestatem in quinquennium adeptus, mandata sibi *Armenia*, eopse anno circa autumnum in insulam *Rhodum* secessit, ubi septem consedit annis [q], sive ut

a Dio L. LIV. p. 535. Strab. L. VII. p. 291. *b* Dio L. LIV. p. 543. 544. Strab. l. d. Suet. Octav. c. 21. Flor. IV. c. 12. n. 22—28. *c* Dio L. LV. p. 548. 551. E—553. Vell. L. II. c. 97. 104. 108. *d* Dio L. LVI. p. 582—586. Vell. II. c. 118. 119. Tacit. I. Ann. c. 62. Flor. IV. c. 12. n. 30—39. Suet. Octav. c. 23. Gundlingiana P. XXIV. Diss. I. §. 24. & seqq. *e* Dio L. LI. p. 443. LIV. p. 522. LV. p. 552. 553. Vell. II. c. 88. conferatur Maecenas ab J. H. Meibomio scriptus, qui Lugd. Batav. prodiit 1653. *f* Tacit. Ann. I. c. 3. *g* Suet. Octav. c. 62. Claud. c. 1. Dio L. XLVIII. p. 383. D. *h* Dio L. LV. p. 548. *i* Vell. L. II. c. 93. Dio L. LIII. p. 515. C. LIV. p. 525. A. Tacit. I. Ann. c. 3. *k* Dio L. LIII. p. 526. B. *l* Dio L. LIV. p. 533. C. *m* Dio L. LIV. p. 542. B. *n* Dio L. LVII. p. 605. C. *o* Suet. Octav. c. 64. *p* Suet. Tib. c. 7. Dio L. LIV. p. 546. B. *q* Noris. Cenotaph. Pisan. Diss. II. c. 3. in fine.

ut *Caii* & *Lucii* conspectum vitaret, sive odio uxoris *Juliæ*, quæ per omnia flagitiorum genera vitam trahebat[a]: quam anno *Juliano* 44 U. C. 756 huius infamiæ compertam relegavit *Augustus*[b].

A. 4684. Per. Jul. ad 4714. A. Christ: 30. ad 1. Ær. Vulg.

Historici huius ævi.

§. 4. Huius Imperatoris ætas magnorum ingeniorum fœcunda fuit. Inter *Græcos* historiam insigniter inlustrarunt *Diodorus Siculus*[c], *Dionysius Halycarnassensis*[d]; & *Nicolaus Damascenus*, qui *Augusto* pariter atque *Herodi* carus in paucis fuit[e]. Ex *Latinis* Olympiade CLXXXV clarus fuit *Cornelius Nepos*[f]. *Sallustius*, qui quadriennio ante *Actiacum* prælium obiit[g]: *T. Livius Patavii* natus anno U. 695, moritur anno 770[h].

Grammatici.

§. 5. Grammatici *Didymus Alexandrinus* cognomento *Chalcenterus*[i], & *Romæ Hyginus* cognomine *Polyhistor*[k].

Poëtæ.

§. 6. Poëtæ quoque totius ævi clarissimi magno numero vixere: *Virgilius* natus Idibus *Octobris* anni U. C. 684, moritur natus annos 51 *Sentio Saturnino* & *Lucretio Cinna* Coss. U. C. 735[l]. *Horatius* natus VI Idus *Decembres L. Cotta* & *L. Torquato* Coss. anno U. C. 689, decessit V Kal. *Decembres*, *C. Marcio Censorino* & *C. Asinio Gallo* Coss. U. C. 746, cum fere 57 ætatis annum explevisset[m]. Elegorum scriptores *Tibullus*, qui anno U. C. 726 cum *Messala* in *Hispania* bellum gerens dona militaria tulit[n], & mortuus est prius quam *Ovidius* adolevisset[o]. *Propertius*, qui *Tibullo* successit[p]. Et *Ovidius* natus *Hirtio* & *Pansa* Coss.[q] vitam in exsilio finiit, anno *Christi* 17, Urbis 770, ætatis 60[r].

a Dio L. LV. p. 554. Suet. Tib. c. 10. 11. Tacit. Ann. I. c. 53. Vell. II. c. 99. *b* Vell. L. II. c. 100. Suet. Aug. c. 65. Dio L. LV. p. 555. A. Excerpt. Valef. p. 665. Tacit. Ann. I. c. 53. *c* Diodor. L. I. p. 3. 4. V. p. 208. Scal. ad Eufeb. p. 156. *d* Dionyf. Halyc. L. I. p. 6. *e* Phot. p. 469. Athen. L. VI. p. 249. Suid. h. v. *f* Hieron. Chron. p. 153. *g* Ibid. *h* Hieron. in Chron. p. 151. 157. *i* Suid. h. v. *k* Hieron. Olymp. CXCII. p. 156. Suet. de Illuft. Gram. c. 20. *l* Phlegon apud Phot. Cod. XCVII. p. 268. Donat. in vita Virgilii. Hieron. Chron. *m* Vita Horatii apud Suetonium. *n* Tibull. L. I. el. 8. vf. 8. Broekh. ad Tibullum L. III. el. 5. vf. 18. *o* Ovid. IV. Trift. el. 10. vf. 51. *p* Ovid. IV. Trift. el. 10. vf. 53. *q* Ovid. l. d. vf. 5. 6. *r* Hieron. Chron. p. 157.

A. 4667. Per. Jul. ad 4711. A. Christ. 47. ad 3.

CAPUT XXIII.

Herodis historia *ab anno Per. Jul.* 4667 *ad* 4711.

§. 1.

Christus in diebus Herodis natus.

CHristum Servatorem in diebus *Herodis* Regis, nec ita diu ante mortem eius[a] natum esse[b], ex Sacris constat, ad eius igitur ortum investigandum necessaria prorsus est *Herodis* historia.

Herodes Rex Judæorum.

§. 2. Fuit hic *Antipatri Idumæi*[c] filius, genere proinde *Idumæus*, sed professione *Judæus*, quo nomine omnes etiam alienigenæ, ea sacra professi, appellari consueverant[d]. *Antipater* in illa fratrum dissensione, de qua antea[e] diximus, ad *Hyrcanum* adhæsit, & *Pompeio* cæso, mutatis partibus, *Cæsari* studens, ab eo *Judææ* procurator constitutus anno U. 707, mox filium natu maiorem *Phasaëlum Hierosolymis*, *Herodem Galileæ* præfecit[f], natum tum annos 25[g], non 15, ut vitio scribarum apud *Josephum*[h] legitur. Idemque paullo post a *Sexto Cæsare*, *Syriæ* præfecto[i], *Cœle-Syriæ* præpositus est[k]. Post *Philippensem* pugnam anno *Juliano* 5, U. C. 713. una cum *Phasaëlo* fratre Tetrarchiam ab *Antonio* meruit[l]. Sequente anno, cum *Parthi*, ab *Antigono Aristobuli* filio in *Judæam* exciti, *Antigonum* Regem appellassent, *Herodes* ad *Antonium* profugit, per quem *Judææ* Rex a Senatu præter spem factus est *Calvino* & *Pollione* Coss. anno *Juliano* 6, ineunte Olymp. 185[m].

Hierosolyma capit. Finis Asmonæorum.

§. 3. Reversus in *Judæam*, cum *Antigono* biennio amplius certavit[n]. Demum *Sosio*, *Antonii* duce, opem

[a] Matth. II. vs. 1. [b] Matth. II. 21. 23. coll. Luc. II. 22. & 40. [c] Joseph. Ant. L. XIV. c. 1. §. 3. B. Jud. I. c. 6. §. 2. [d] Dio L. XXXVI. p. 37. [e] Cap. XVII. [f] Joseph. Antiq. L. XIV. c. 8. §. 4. 5. c. 9. §. 1. 2. B. Jud. I. c. 9. §. 3—5. c. 10. §. 1—4 [g] Noris. Cenot. Diss. II. c. 6. Joseph. Ant. L. XVII. c. 6. §. 1. [h] Joseph. Ant. L. XIV. c. 9. §. 2. [i] Hirt. B. Alex. c. 66. [k] Joseph. Antiq. L. XIV. c. 9. §. 5. B. Jud. L. I. c. 10. §. 5. 8. [l] Joseph. Antiq. L. XIV. c. 12. §. 2. c. 13. §. 1. B. Jud. I. c. 12. §. 4. 5. [m] Joseph. Ant. L. XIV. c. 13. §. 3—c. 14. §. 5. B. Jud. L. I. c. 13. 14. [n] Joseph. Ant. L. XIV. c. 15. §. 9—14. B. Jud. L. I. c. 15. §. 3—c. 17. §. 9.

opem ferente, *Hierosolyma*, post quinque mensium obsidionem [a], cepit anno Sabbatico [b], *M. Agrippa* & *Caninio Gallo* Coss. Olympiade 185 mense tertio, ieiunii solemnitate, hoc est die magnæ expiationis, anno vicesimo septimo postquam *Hierosolyma* a *Pompeio* capta fuerant [c], qui annus necessario est U. C. 717 *Julianus* nonus [d]. Itaque castigandus *Dio* [e], qui *Claudio* & *Norbano* Coss. adsignat, hoc est anno *Juliano* octavo. *Antigonus* ad palum adligatus, ac virgis cæsus, securi percussus est, ut *Dio* ac *Josephus* [f] referunt.

A. 4667. Per. Jul. ad 4711. A. Christ. 47. ad 3.

Atque ita *Asmonæorum* principatus desiit, ait *Josephus* [g], postquam annos 126 duraverat. *Judas* enim primus ex ea gente Pontifex creatus est anno Per. *Jul.* 4550, Urbis 590, a quo anni sunt 126 ad Urbis 717, Per. *Jul.* 4677.

§. 4. Hinc adparet, duplex fuisse initium regni *Herodis*, alterum ab anno *Juliano* 6, quo Rex a Senatu appellatus est, alterum ab anno *Juliano* 9, quo, sublato conpetitore, solus regnavit. A priore potitus est regno annos 37, a posteriore 34, ut utrumque terminum iungit *Josephus* [h], qui tamen ordinarie a posteriore annos regni eius numerare consuevit [i].

Duplex initium regni Herodis.

§. 5. *Mariamnem Hyrcani* ex *Alexandra* neptim, sibi ante *Parthorum* excursionem desponsatam, duxit illo ipso tempore, quo *Hierosolyma* obsidebat, anno U. C. 717 [k]. Fratrem eius *Aristobulum* Pontificem fecit, eundemque post annum, quod videret populo esse gratissimum, natum annos 18 in piscina præfocari curavit [l]. Idem bello contra *Cæsarem Octavianum* secutus *Antonii* partes, eo victo, occiso prius *Hyrcano*, *Rhodum* ad *Cæsarem* adiit, a quo confirmatus

Herodes in regno confirmatus.

[a] Joseph. B. Jud. L. I. c. 18. §. 2. [b] Joseph. Antiq. L. XIV. c. 16. §. 2. [c] Joseph. Antiq. L. XIV. c. 16. §. 4. [d] Pag. in Apparatu ad Ann. Baron. §. 80—96. [e] Dio L. XLIX. p. 405. [f] Dio l. d. Joseph. Antiq. L. XV. c. 1. §. 2. B. Jud. L. I. c. 18. §. 3. Plut. Anton. p. 932. C. [g] Joseph. Antiq. L. XIV. c. 16. §. 4. [h] Joseph. Antiq. L. XVII. c. 8. §. 1. B. Jud. L. I. c. 33. §. 8. [i] Joseph. Antiq. L. XV. c. 5. §. 2. c. 9. §. 1. c. 10. §. 3. c. 11. §. 1. [k] Joseph. Antiq. L. XIV. c. 12. §. 1. c. 15. §. 14. B. Jud. I. c. 12. §. 3. c. 17. §. 8. [l] Joseph. Antiq. L. XV. c. 2. §. 4—7. c. 3. §. 3.

A. 4667. Per. Jul. ad 4711. A. Christ. 47. ad 3.

matus in regno [a], ut *Hierosolyma* rediit, *Mariamnem* coniugem, eiusque matrem *Alexandram*, interficit [b].

Templum struit.

§. 6. Anno regni sui 18, qui est *Julianus* 28, annis 46 ante primum Domini Pascha [c], templum *Hierosolymis* vel a fundamentis instaurare cœpit, ut scribit *Josephus* [d], vel resarcire instituit.

Herodis regnum inter filios divisum.

§. 7. Postremo maiori in dies efferatus rabie, filios, quos ex *Mariamne* genuerat, præclaræ indolis adolescentes, *Alexandrum* & *Aristobulum*, falsis ab *Antipatro* fratre criminibus circumventos, occidit paucis ante obitum annis [e]. *Antipatrum* vero, ex priori coniuge *Doride* natum, perniciem sibi parantem interficit [f], quinque ante mortem diebus [g]; quæ incidit in desinentem annum Julianum 42. U. C. 750. Per. *Jul.* 4710, vel proximum inchoatum [h]. Regnum eius *Augustus* inter tres filios ita divisit, ut *Archelaus* Ethnarchæ titulo haberet *Judæam*, *Idumæam* & *Samariam*: *Philippus Trachonitidem*, *Batanæam* & *Auranitidem*, regiones ad *Libanum Jordanis*que fontes sitas: *Antipas*, qui & *Herodes* dicitur, *Galilæam* & *Peræam* [i].

H I-

a Joseph. Antiq. L. XV. c. 6. B. Jud. I. c. 20. Strabo L. XVI. p. 765. Tacit. I. Hist. c. 9. *b* Joseph. Antiq. L. XV. c. 7. *c* Joh. II. vs. 20. *d* Joseph. Antiq. L. XV. c. 11. §. 1. *e* Joseph. Antiq. L. XVI. c. 3. 4. 7. §. 2. c. 8. c. 10. & 11. B. Jud. L. I. c. 23. §. 1—3. cap. 24. 27. *f* Joseph. Antiq. L. XVII. c. 1—7. B. Jud. L. I. c. 28—33. *g* Joseph. B. Jud. L. I. c. 33. §. 8. *h* Videatur, si tanti, dissertatio nostra de vita Christi Cap. I. §. 3—10. Tillemontius Nota prima de ruina Judæorum. *i* Joseph. Ant. L. XVII. c. 9. §. 4. c. 11. §. 4. B. Jud. L. II. c. 6. §. 3.

HISTORIA NOVI TESTAMENTI.

LIBER QUINTUS

Continens historiam ab anno Per. *Jul.* 4714 *ad* 5019, hoc est a *Christi* anno 1 *ad* 306.

CAPUT I.

A. 4714. Per. Jul. ad 4750. Ær. Vulg. 1. ad 37.

De ultimis Cæsaris Augusti, Tiberii*que rebus Tum de* Christi *ortu*, *primisque* Christianorum *rebus ab anno* Christi *primo ad* 37.

§. 1.



Augustus princeps optimus moritur.

LUcio *Cæsare* anno U. C. 755 [a], fratreque eius *Caio* intra duodeviginti menses mortuo [b] IX Kal. *Mart. Sex. Ælio Cato* & *C. Sentio Saturnino* [c] Coss. anno *Christi* 4, *Augustus* eopse anno V Kal. *Julias Tiberium* adoptavit [d], eique Tribuniciam potestatem in decennium dedit [e]; dein & proconsulare imperium [f]: atque ita anno ætatis 76, cum annos a primo adito Magistratu vixisset 56, solus a victoria *Actiaca* imperium obtinuisset anno 44, mortuus est *Nolæ* in *Campania*, XIV Kal. *Sept.* anno U. C. 767 *Christi* 14 [g]. Princeps longe præstantissimus, qui *Romanam* Rempub. fortunæ non amplius capacem suæ, & in præceps ruentem sustinuit; ac tum optimis legibus, tum opibus atque omni rerum copia sic excoluit, urbe ipsa quoque magnificis ope-

D d ribus

a Vell. L. II. c. 102. Norisius ad Cenot. Pisana Diss. II. c. 15. p. 264. 265. Edit. Venet. 1681. *b* Vell. L. II. c. 103. Suet. Aug. c. 65. *c* Ut est in cenotaphio Caii, quod Norisius illustravit p. 342. *d* Vell. L. II. c. 103. Suet. Tib. 15. *e* Dio L. LV. p. 556. E. *f* Vell. Pater. L. II. c. 121. Suet. Tib. c. 20. 21. Pag. ad an. Christi 11. *g* Dio L. LVI. p. 589. 590. Vell. L. II. c. 123. Suet. Aug. c. 100. Tacit. I. Ann. c. 15.

A. 4714. Per. Jul. ad 4750. Ær. Vulg. 1. ad 37.

ribus exornata, ut secundus illius conditor, *Paterque patriæ* & *Augustus* iure diceretur [a].

Tiberius simulator sævus & libidinosus Germanicus tollitur.

§. 2. Cuius magnum per se desiderium auxit *Tiberii*, quem successorem habuit, inmanitas ac turpitudo. Hic *Livia* matre, patre *Nerone* post *Philippense* prælium XVI ante Kal. *Decemb.* anno U. C. 712 natus [b], ætatis annum agens 55, *Agrippa* Postumo interemto, imperium magna simulatione occupavit [c]. Sub initium principatus insita animi vitia mira arte dissimulavit *Germanici* metu [d], quem rerum gestarum laude & omnium gratia florentem maxime suspectum habebat [e]: proptereaque ex *Germania*, ubi maxima bella feliciter confecerat, anno U. C. 769 excitum in Orientem transtulit, ac *Parthis* opposuit; ubi anno 772 exstinctus est *Germanicus*, non sine veneni a *Cn. Pisone* dati suspicione [f]. Ob id *Romæ* iudicio postulatus ab *Agrippina*, *Germanici* coniuge, *Piso* voluntaria morte damnationem antevertit [g].

Ælius Seianus, & Macro.

§. 3. Post mortem *Germanici* truculentior factus *Tiberius*, magis eum concitante *Ælio Seiano* [h]. Hic equestri genere, Prætorio præfectus, post castra prætoria in urbem introducta, cum *Tiberius* anno imperii circiter 13, U. C. 779, in insulam *Capream* secesserat, omnium potens inpotenter dominabatur [i]. Donec post *Drusum Tiberii* filium veneno necatum, multaque scelera [k], summa quæque iam animo destinans, unis *Tiberii* litteris, contra ipsum datis ad Senatum, ex illo fastigio deiicitur, & carnificis manu cum omni sua stirpe necatus est anno *Tiberii* 18 *Juliano* 76 [l]. *Macrone* in potentiæ eius locum succedente [m].

Tiberius moritur.

§. 4. Biennio ante hoc tempus, hoc est U. C. 782, *Christi* 29. mater *Tiberii Livia* decesserat ætatis

[a] Tacit. I. Ann. c. 9. Dio l. d. [b] Suet. Tib. c. 5. [c] Suet. Tib. 22. 24. 25. Tacit. Ann. I. c. 6. 7. Dio LVII. p. 602. 603. [d] Tacit. Ann. I. c. 7. Suet. Tib. 26—32. Dio L. LVII. p. 605. D. 606. [e] Tacit. Ann. I. c. 33. [f] Tacit. Ann. II. c. 4. 5. 26. 41—43. 53—61. 69—72. Suet. Calig. c. 1. 5—7. Joseph. Ant. L. XVIII. c. 2. n. 5. Dio L. LVII. p. 615. [g] Tacit. Ann. III. c. 10—16. Dio l. d. [h] Suet. Calig. c. 7. Dio L. LVII. p. 618. 619. [i] Dio L. LVII. p. 616. & seqq. [k] Tacit. IV. Ann. c. 1—12. 67—70. V. 3. [l] Dio L. LVIII. p. 623—630. Tacit. V. Ann. 9. Suet. Tib. c. 65. [m] Dio L. LVIII. p. 636. 638. Tacit. Ann. VI. c. 15. 23. 29. 45. 48.

A. 4714. Per. Jul. ad 4750. Ær. Vulg. 1. ad 87.

tis anno 86[a], *Tiberio* adhuc in insula *Caprea* manente, in qua etiam sex post *Seiani* cædem annis hæsit, per omnia flagitiorum genera se volutans[b]. Donec, non magis omnibus aliis, quam sibi exsecratus ipsi, moritur XVII Kal. *Apr.* imperii anno 23, *Christi* 37, U. C. 790, vitæ agens octavum ac septuagesimum[c].

Jesus Christus Sospitator mundi.

§. 5. Paullo ante mortem *Herodis*, atque adeo desinente anno Per. *Jul.* 4710, *Augusto* rerum potiente, *Jesus Christus* Dei filius, e virgine *Maria* nascitur[d] sub Olympiadem 194. Mox ab Angelo Domini tanquam Sospitator mundi celebratus[e], a Magis ex Oriente adoratus, ad necem quæsitus, intra dies 40 ex *Ægypto* ad purificationis sacra redux, *Archelao* regnante, *Nazaretham* deductus, ibidemque educatus est[f]. Natus vero annos circiter triginta, hoc est Per. *Jul.* 4741, quo cœpit XV *Tiberii* annus[g], primus ministerii *Johannis*[h], a *Johanne* baptizatus[i], ad quintum usque Pascha[k], quod anno *P. J.* 4746 in Sabbathum cadebat, publico munere functus, pro recuperanda humani generis salute voluntarias crucis supplicio pœnas luit anno Ær. Vul. 33, U. C. 786, Per. *Jul.* 4746[l]. Tertio exinde die consurgens a mortuis, multis visus, quadragesimo quam revixerat, sub discipulorum oculis in cœlum revectus est[m].

Stephanus primus martyr.

§. 6. Post *Christi* necem & inlapsum in discipulos Spiritum Sanctum, audacter illis, quæ viderant, publice profitentibus, *Judæi* in eos acerbe sævierunt[n]. *Stephanum* in primis, unum ex septem Diaconis in *Christi* prædicandam gloriam ardentius incumbentem, urbe proturbatum, saxis obruunt[o].

Saulus conversus.

§. 7. Ex eo tempore, invalescente in dies *Christianorum* numero, *Judæorum* principes, quibuscunque poterant modis, *Christianum* nomen abolere conati sunt, *Saulo* etiam, qui vehementer in illos ex-

a Tacit. V. Ann. c. 1. 2. Dio L. LVIII. p. 621. C. 622. Suet. Tib. c. 51. *b* Tacit. IV. Ann. c. 57. 58. 67. VI. c. 1. Suet. Tib. c. 42—45. *c* Tacit. VI. Ann. c. 50. 51. Dio Cass. L. LVIII. p. 638. 639. Suet. Tib. 73. Calig. c. 12. *d* Matt. II. 1. Luc. II. 1. 4. 6. *e* Luc. II. 9—12. *f* Luc. II. 22. coll. Levit. XII. vs. 2—4. Matth. II. 21—23. coll. Luc. II. 22. 40. *g* Luc. III. 1—3. *h* Alphenus ad Dan. P. V. c. 2. *i* Luc. III. 1. 23. *k* Joh. II. 13. V. 1. Luc. VI. 1. Joh. VI. 4. Marc. XIV. 12. *l* Alphenus ad Dan. P. V. c. 5. *m* Luc. XXIV. 50. 51. Act. I. 3. 9. *n* Act. II—IV. *o* Act. c. VI. VII.

A. 4714. Per. Jul. ad 4750. Ær. Vulg. 1. ad 37.

exarserat, cum ampla potestate *Damascum* misso: verum ille, in itinere *Christi* voce adspectuque territus ac prostratus, totum se ad illius cultum adplicavit[a]. Id evenit altero a *Christi* morte anno Æræ vulgaris 34[b].

CAPUT II.

De Caio Caligula, Claudio, *ac* Nerone, *a* 37 Christi *ad* 68.

§. 1.

Caius Caligula Imperator.

Tiberius testamento successorem sibi designaverat cognominem sibi ex filio *Druso* nepotem[c], sed *Macronis* opera successit *Caius Cæsar*, *Caligula* dictus a militari calceamento[d]. Hic patre *Germanico* matre *Agrippina*, *Juliæ* filia, natus, annum tunc ingressus erat quintum & vicesimum, quippe natus *Antii* pridie Kal. *Sept.* (ait *Suetonius*[e]) patre suo & *Capitone* Coss. qui est U. C. 765, æræ *Christianæ* 12.

Homo crudelis, profusus, & vanus. Pro Deo coli voluit.

§. 2. Ad imperium pervenit magna omnium gratulatione, magna spe, cum sub initium haud pauca moderati ac civilis animi signa ederet[f]. Sed subinde in monstrum mutatus, *Tiberio* peior[g], per omnium ordinum cædes grassatus, *Macronem* quoque, *Prætorianis* præfectum, occidit[h]: Nuptiis & sororum stupris infamis[i], ea profusione fuit, ut immensas opes, vicies ac septies millies HS, quod *Tiberius* corraserat, (florenorum 202500000) non toto vertente anno absumserit[k]; tum vero ad proscriptiones & rapinas convertit animum[l]. Inter alia crudelitatis indicia, excepta vox eius est. *Utinam populus Romanus unam cervicem haberet*[m]. In exstructionibus ope-

a Act. VIII. IX. *b* Alphenus præparat. ad 2 Corinth. p. 11—13. 57—99. *c* Dio L. LIX. p. 640. Philo Legat. ad Caium p. 995. Joseph. Antiq. L. XVIII. c. 6. §. 9. *d* Dio l. d. Tacit. Ann. I. 41, VI. 45. Suet. Calig. c. 9. *e* Suet. Calig. c. 8. *f* Suet. Calig. c. 13—21. *g* Suet. Calig. c. 22. Dio L. LIX. p. 643. *h* Suet. Calig. c. 26. Dio LIX. p. 647. D. *i* Suet. Calig. c. 24. 25. Dio L. LIX. p. 648. *k* Suet. Calig. c. 37. *l* Suet. Calig. c. 38—42. Dio L. LIX. p. 650. 651. 652. *m* Suet. Calig. c. 30. Dio L. LIX. p. 650.

operum nihil tam efficere cupiebat, quam quod posse effici negaretur. *Baiarum* medium intervallum & *Puteolanas* moles trium millium & sexcentorum passuum ponte coniunxit anno *Christi* 39[a]. Denique eo processit dementiæ, ut pro Deo coli toto orbe terrarum voluerit[b]. Ad extremum IX Kal. *Febr.* a *Chærea Cassio*, Tribuno cohortis Prætoriæ, & aliis coniuratis interfectus est anno *Christi* 41, cum imperasset annis tribus, mensibus 9, ac diebus 28, ut ait *Dio* [c].

A. 4750. Per. Jul. ad 4781. A. Christ. 37. ad 68.

§. 3. *Claudius Nero*, *Caii Caligulæ* patruus, *Liviæ* ex *Druso* filio nepos, post *Caium*, confirmante animum eius *Agrippa Judæorum* Rege, annum agens quinquagesimum imperium obtinuit: homo natura minime malus, sed vecors ac stolidus, totus in potestate libertorum ac coniugum[d]. Triumphi tamen lauream ex *Britanniæ* parte, quæ infra *Tamesin* est, a *Plautio* devicta deportavit anno imperii tertio, qua occasione filio eius *Britannici* nomen datum est [e]. Uxorem habuit *Valeriam Messalinam*, cuius stupra & inaudita flagitia ignota nulli solus nesciit, donec palam nubere ausa *Silio* equiti, cum adultero perimitur, inpellente *Narcisso*, qui cum *Pallante* altero liberto, apud ipsum omnia poterat, id evenit anno imperii eius 8, *Christi* 48[f]. Alterum stoliditatis indicium, quod *Pallantis* hortatu, *Agrippinam*, fratris *Germanici* filiam, duxit anno imperii nono[g], eiusdemque precibus *Neronem*, *Domitio* & *Agrippina* natum, adoptavit anno imperii decimo, atque ita, præterito *Britannico*, successorem destinavit[h]. Idem *Judæos* tumultuantes *Roma* expulit anno *Christi* 49[i]: de mathematicis *Italia* pellendis atrox sed irritum SCtum factum anno 52[k]. Moritur *Macello* & *Avio-*

Claudius vecors uxoribus & libertis obnoxius.

a Suet. Calig. c. 19. Dio L. LIX. p. 652. D. 653. *b* Suet. Calig. c. 22. Dio L. LIX. p. 660. 661. *c* Dio L. LIX. p. 662. 663. Suet. Calig. c. 58. 59. *d* Dio L. LX. p. 664. 665. 670. A. Suet. Claud. c. 2. & 10. 29. Joseph. Antiq. L. XIX. c. 3. 4. Tacit. XII. Ann. c. 60. *e* Dio L. LX. p. 677. D—680. A. Suet. Claud. c. 17. *f* Tacit. Ann. XI. c. 26—37. Dio L. LX. p. 677. 686. Suet. Claud. c. 26. *g* Tacit. Ann. XII. c. 1—4. Dio L. LX. p. 686. Suet. Claud. 26. 39. *h* Tacit. Ann. L. XII. c. 9. 25. Suet. Claud. 39. Dio L. LX. p. 686. *i* Suet. Claud. c. 25. Actor. XVIII. vs. 2. Oros. VII. c. 6. *k* Tacit. Ann. L. XII. c. 52.

A. 4750. Per. Jul. ad 4781. A. Christ. 37. ad 68.

& *Aviola* Coss. III. Idus *Octobres*, anno *Christi* 54, cum ei venenum in boleto datum esset ab *Agrippina*. Imperavit annos 13, menses 8, dies 20; vixit annos 64 [a].

Nero crudelis & neminis amans. Corbulo.

§. 4. Irato *Romanis* Deo, post vitrici mortem *Domitius Nero* occupavit imperium annos natus septendecim [b]: quod initio, quamdiu matris *Agrippinæ* & *Senecæ* præceptoris monitis obtemperavit, ita gessit, ut inter optimos principes haberi potuerit [c]; *Britannicum* tamen veneno sustulit [d]. Inde in omne dedecus ruens, alienato à matre animo, primum omni honore spoliatam, mox palatio pulsam, ad extremum occidi iussit, quod parricidium, ne quid ad illorum temporum infelicitatem deesset, Senatus probavit; id evenit anno *Christi* 59, *Neronis* 6 [e]. Post hæc, inducta *Poppæa*, uxorem *Octaviam* relegatam interficit [f]: ipse citharæ legibus obtemperans in theatro spectaculo fuit [g]. Dum interim *Corbulo*, antiquæ virtutis ac severitatis dux, qui sub initium *Neronis Parthos* in *Armenia* represserat [h], iterum recrudescente bello *Armeniam* recuperavit anno *Neronis* 7, *Christi* 60 [i]. *Teridatem* quoque, *Vologesis Parthorum* Regis fratrem, *Romam* venire compulit, & ab *Nerone* diadema petere: quod anno *Christi* 66, Neronis 13 factum [k]: quo & *Corbulonem*, honorifice revocatum, mori coëgit [l]. Quin etiam ut ardentis *Troiæ* speciem velut per ludicrum exhiberet, incendit urbem anno *Christi* 64 [m]. Inde coniuratione in ipsum *Pisonis* aliorumque detecta, *Lu-*

canum

a Tacit. Ann. L. XII. c. 66—69. Suet. Claud. 44. 45. Dio LX. p. 687. E. 688. Joseph. Antiq. L. XX. c. 8. §. 1. *b* Dio L. LXI. p. 689. 690. D. Suet. Ner. c. 6. 8. Tacit. XII. Ann. c. 69. *c* Dio L. LXI. p. 690. 691. Suet. Neron. c. 9. 10. Tacit. Ann. L. XIII. c. 4. 5. *d* Dio L. LXI. p. 692. D. E. Tacit. Ann. XIII. c. 12—17. Suet. Neron. c. 33. *e* Tacit. Ann. XIII. c. 13. 18. 19. XIV. c. 1—12. Dio L. LXI. p. 695. 696. Suet. Ner. c. 34. *f* Tacit. Ann. XIII. c. 12. XIV. 60—64. Suet. Neron. c. 35. Dio L. LXII. p. 706. D. *g* Dio L. LXIII. p. 716. 723. 724. Suet. Ner. c. 20—25. Tacit. Ann. XIV. c. 15. 16. *h* Tacit. Ann. L. XII. c. 44. & seqq. XIII. c. 6. & seqq. *i* Tacit. Ann. XIII. c. 34. & seqq. XIV. c. 23—26. Dio L. LXII. p. 710. Joseph. Antiq. L. XVIII. c. 5. §. 4. *k* Tacit. Ann. L. XV. c. 1—29. Dio L. LXII. p. 710. 712. *l* Xiphil. ex Dione L. LXIII. p. 722. Tacit. II. Hist. c. 67. *m* Tacit. Ann. L. XV. c. 38—43. Suet. Ner. c. 38. 39. Xiphil. ex Dion. L. LXII. p. 708. 709.

canum poëtam, *Senecam* Philosophum, cum aliis compluribus anno *Christi* 65 morte multavit[a], eodemque *Poppæam* gravidam ictu calcis exanimavit[b]. Tandem inmanissimus tyrannus, ab omnibus destitutus, cum ad necem quæreretur, carnificis in se partes occupavit, nono *Junii* anni æræ *Christi* 68[c]. cum regnasset annis 13, mensibus octo, biduo minus[d].

A. 4750. Per. Jul. ad 4781. A. Christ. 37. ad 68.

CAPUT III.

Judaicæ *res* & Christianæ, *sub* Caio, Claudio, & Nerone: *deque viris eruditis eius ætatis*, *a* 37 Christi *ad* 68.

§. 1.

Agrippa Rex.

AGrippa, *Aristobuli* filius, senioris nepos *Herodis*, varia exercitus fortuna, a *Tiberio* vinctus, mox ut ille obiit, a *Caio* vinculis solutus, patruique *Philippi* & *Lysaniæ* tetrarchiis, cum Regis appellatione donatus, secundo *Caii* anno ad regnum suum navigavit[e].

Herodes Antipas relegatus.

§. 2. Huius æmulatione soror eius *Herodias*, quæ *Herode Philippo* viro suo, eodemque patruo, relicto, incestas cum eius fratre *Herode Antipa*, *Galilææ* Tetrarcha, nuptias iunxerat[f], hunc ipsum *Romam* ad regium decus obtinendum adire conpulit. Sed ibi *Agrippæ* litteris offensum sibi *Caium* reperit, ac speratum Regis honorem mutavit exsilio, *Lugdunum* relegatus anno principatus sui 43, eiusque Tetrarchia auctus est *Agrippas*[g]: quod anno U. C. 793, *Christi* 40 contigisse oportet.

§. 3.

a Tacit. Ann. XV. c. 48—60. Suet. Ner. c. 36. *b* Suet. Ner. c. 35. Tacit. Ann. XVI. c. 6. *c* Tacit. Ann. XV. c. 45—57. Dio L. LXIII. p. 724—727. Pag. Crit. an. 68. n. 3. *d* Zonar. L. XI. c. 13. Euseb. in Chron. *e* Joseph. Antiq. L. XVIII. c. 6. §. 1—6. 10. 11. B. Jud. L. II. c. 9. §. 5. *f* Joseph. Antiq. L. XVIII. c. 5. §. 1. & 4. Matth. XIV. vs. 3. Luc. III. 19. 20. *g* Joseph. Antiq. L. XVIII. c. 7. B. Jud. L. II. c. 9. §. 6. & nummus Herodis quem inlustrat Norisius in epistola ad A. Pagium p. 72. & seq.

A. 4750. Per. Jul. ad 4781. A. Christ. 37. ad 68.

Judæi male habiti sub Caio.

§. 3. Quo tempore *Vitellio*, *Syriæ* Præsidi, successor datus est *Petronius*, cui mandatum a *Caio*, ut imaginem suam *Hierosolymis* in templo conlocaret: sed rem differente *Petronio*, mortuus est interim *Caius* [a]. *Alexandriæ* quoque *Judæi* a *Flacco Avilio* Præfecto indigne habiti, *Philonem* gentis suæ nobilem ac disertum virum *Romam* ablegarunt ad *Caium*, a quo inlusus & eiectus est [b]. Quum paullo ante, *Christi* anno 40, *Pilatus* vitæ pertæsus necem sibi conscivisset [c].

Agrippa Christianos persequens male perit.

§. 4. Qui *Caio* anno *Christi* 41 in imperio successit *Claudius*, statim sub initium *Agrippæ* regnum amplificavit, addita *Judæa* & *Samaria* [d]. Sic regnum *Herodis*, post eius mortem in lacinias divisum, ex asse possedit nepos eius *Agrippa*. Qui statim atque in regnum rediit, quo *Judæos* sibi conciliaret, *Christianos* persequi instituit: ac primum *Jacobum* occidit, dein *Petrum* in carcerem coniecit, unde ab Angelo est ereptus [e]. Nec diu crudelis Regis ultionem distulit Deus, cum enim post tres annos, quam *Judæa* potitus erat, *Cæsaream*, quæ *Stratonis Turris* dicitur, veniens, sibi pro tribunali verba facienti, tanquam Deo, adclamari passus esset, subita Numinis ira, scatentium e corpore vermium tabe confectus est, cum quatuor annis, imperante *Caio*, tribus sub *Claudio*, in universum septenis regnasset [f]: Eo defuncto *Judæa* suos Reges habere desiit, ac, *Syriæ* adtributa, *Cuspio Fado* procuratori administranda data est [g].

Christiana religio propalata. Petrus Romam venit.

§. 5. Interea per *Judæam* & *Syriam*, ac longius quoque propagari pietas *Christiana* cœpit; incumbentibus in eam rem naviter Discipulis, præcipue inter *Judæos* *Petro*, inter *Gentes* *Paulo* [h]. Quamvis de *Petri* itineribus minus constet, diutiusque in *Ju-*

dæa

[a] Joseph. Antiq. L. XVIII. c. 8. B. Jud. L. II. c. 10. Philo Legat. ad Caium p. 1028. & seq. Tacit. L. V. Hist. c. 9. [b] Philo in Flacc. p. 968. & seqq. Legat. p. 1018. 1019. 1040. Joseph. Antiq. L. XVIII. c. 8. [c] Philo Legat. p. 1034. Joseph. Antiq. L. XVIII. c. 3. §. 1. 2. c. 4. §. 1. 2. Euseb. Hist. Eccl. L. II. c. 7. & in Chron. [d] Joseph. Antiq. L. XIX. c. 5. §. 1. Dio L. LX. p. 670. [e] Act. XII. vs. 1—19. [f] Act. XII. vs. 19—23. Joseph. Antiq. L. XIX. c. 8. §. 2. [g] Joseph. Antiq. L. XIX. c. 9. §. 2. L. XX. c. 1. [h] Gal. II. vs. 7. 8.

dææ finitimisque locis subſtitiſſe ex eo colligi queat, quia & tertio a converſione *Pauli* [a], & ſecundo *Claudii* anno [b], & octavo eiusdem *Hieroſolymis* [c], triennio poſt *Antiochiæ* fuit [d]. Nec *Paulus* in epiſtolis *Roma* & ad *Romanos* ſcriptis *Petri* usquam meminit, manifeſto indicio, *Petrum* demum, cum *Nero* imperaret, *Romam* adveniſſe, quod *Lactantius* [e] teſtatur. A. 4750. Per. Jul. ad 4781. A. Chriſt. 37. ad 68.

Paulus euangelium multum profert.

§. 6. Dum interim *Paulus*, ſimul atque inpoſitione manuum *Ananiæ* & uſum lucis & Spiritum S. acceperat [f], ſtatim *Chriſtum* prædicavit tam *Damaſci* in *Syria* quam in *Arabia* [g]. Inde cum *Barnaba Antiochiam* veniens, cum ibi annum perpetem doceret, factum eſt, ut diſcipuli a *Romanis Chriſtiani* appellarentur [h]. Poſt hæc orbem terrarum obiens omnia *Illyricum* usque Euangelio replevit; donec poſt multos annos *Hieroſolyma* adiens [i], a *Judæis* tumultuantibus, *Felice* iam multos annos [k] provinciam procurante, captus [l], a *Porcio Feſto*, qui *Felici* ſucceſſor datus erat, *Romam* ablegatus eſt [m], anno ſecundo *Neronis*, *Chriſti* 56 [n]; ibi biennium moratus [o], abſolutusque, *Hiſpaniam* [p], aliasque provincias adiit, lucem Euangelii iis maxime in locis accendens ubi nomen *Chriſti* nondum cognitum erat [q].

Prima ſub Nerone perſecutio.

§. 7. Ita creſcente in dies numero, *Nero*, animadvertens non modo *Romæ*, ſed ubique quotidie magnam multitudinem ab idolorum cultu deficere, ſimul ut invidiam crematæ urbis in *Chriſtianos* derivaret, primus Eccleſiam perſequi inſtituit, anno imperii 11, æræ *Chriſtianæ* 64, quo tempore cum

a Gal. I. 18. *b* Act. XII. 17. *c* Gall. II. 1. 2. Act. XV. 7. *d* Act. XV. 35, 36. 41. XVI. 6—12. XVII. 1. 10. 14, 15. XVIII. 1. 11. 18—22. coll. Gall. II. vſ. 11—14. *e* Lactant. de Mort. Perſec. c. 2. n. 5. *f* Act. IX. 17. *g* Act. IX. 20. Gal. I. 17, 18. *h* Act. XI. 26. *i* Act. XXIV. 17. *k* Act. XXIV. 10. Tacit. Ann. XII. c. 54. *l* Act. XXI. 27. *m* Act. XXIV. 27. XXV. 1. 12. XXVII. 1. *n* Hieron. Script. Eccleſ. Euſ. Chron. coll. Tacit. XIII. Ann. c. 14. & 10. cum Joſeph. L. XX. Ant. c. 8. §. 9. & Alphen. Prolegom. ad Epiſt. 2 Pauli ad Corinthios cap. 5. *o* Act. XXVIII. 30. *p* Clemens epiſtola ad Corinthios p. 93. Chryſoſt. oratione ſeptima in Paulum. Theodoret. in Philip. I. vſ. 25. *q* Rom. XV. 20.

A. 4750. Per. Jul. ad 4781. A. Christ. 37. ad 68.

multi alii horrendis ſuppliciis adfecti ſunt [a], tum *Petri* uxor martyrium ſubiit [b]. *Petrus* ipſe ſequenti anno cruci ſubfixus, *Paulus* gladio necatus eſt [c].

Aliorum Apoſtolorum acta incerta, & ſucceſſio Epiſcoporum Romanorum.

§. 8. Reliquorum Apoſtolorum acta, nulla fere certa ac fide digna hiſtoria conprehenſa, in obſcuro latent [d]. *Matthæum Papias* & *Irenæus* Hebraice Euangelium ſcripſiſſe aiunt [e]. *Jacobum* quoque minorem, fratrem Domini *Judæi* peremerunt anno *Neronis* 7, *Chriſti* 60 [f]. Eoque mortuo communi conſenſu *Hierosolymorum* Antiſtes ordinatus eſt *Simon Cleopæ* filius [g]: quemadmodum poſt *Pauli Petri*que martyrium primus Eccleſiæ *Romanæ* epiſcopatum ſuſcepit *Linus* [h]. Niſi tamen, vivis adhuc Apoſtolis, & *Linus* & *Cletus*, pro more in maioribus Eccleſiis recepto [i], *Romanam* Eccleſiam procurarunt, ita ut *Clemens* adhuc a *Petro* ipſo ordinatus fuerit [k]. Erat enim primis temporibus unus Epiſcoporum & Presbyterorum ordo [l]; licet paullo poſt ſchismatis vitandi cauſſa unus Epiſcopi nomine electus fuerit, qui ceteris præponeretur, ut ait *Hieronymus* [m].

Eruditi huius ævi.

§. 9. Eruditionis laude floruerunt ſub *Tiberio Strabo* Philoſophus pariter & Geographiæ ſcriptor [n]. *Q. Curtius* politiſſimus hiſtoricus [o]. *Appio* Grammaticus, *Alexandria* oriundus [p]; & *Philo Judæus* publica pro *Judæis Alexandrinis* legatione functus apud *Caium* Imperatorem [q]. Tum *Muſonius Tyrrhenus*, *Bulſiniis* oriundus, ſecta Stoicus, qui *Neronis* tempore

a Lact. de Mort. Perſec. c. 2. n. 6. Tacit. Ann. XV. 44. Suet. Ner. c. 16. *b* Clemens apud Euſeb. L. III. Hiſt. Ecc. c. 30. *c* Clemens epiſt. ad Corinth. n. 5. p. 93. Edit. Coteler. Euſeb. L. III. c. 1. Lact. l. d. & IV. Inſtitut. c. 21. Epiphan. Hæreſi XXVII. n. 6. Oroſ. L. VII. c. 5. Pagius ad an. 67. n. 3. 4. *d* Euſeb. H. Ecc. L. III. c. 1. 4. 31. 39. *e* Euſeb. L. III. c. 39. Iren. L. III. c. 1. *f* Joſeph. Antiq. L. XX. c. 9. §. 1. Pagius ad an. 60. n. 4. *g* Euſeb. L. III. c. 11. *h* Euſeb. L. III. c. 2. Iren. L. III. contra Hær. c. 3. *i* Act. XX. 28. Philip. I. 1. *k* Auctor Conſtit. Clementinarum L. VII. c. 47. Tertull. de Præſcript. c. 32. Epiphan. Hæreſ. XXVII. n. 6. *l* Ad Titum I. vſ. 5. 1 Pet. V. 1. *m* Hieron. epiſt. 101. T. IV. p. 803. Edit. Benedict. *n* Strab. L. IV. p. 206. *o* Curt. L. X. c. 9. §. 3. Perizon. Curt. Vindic. p. 3. *p* Suidas v. Ἀπιων, Bælius in Lexico. Tillemont Hiſt. Imp. T. I. p. 775. *q* Philo Legat. ad Caium.

pore vixit[a]. *Apollonius Tyaneus Musonii* familiaris[b]. *Demetrius Cynicus*, multum a *Seneca*[c] laudatus. Longe vero clarissimus habitus est *Seneca* ipse *Stoicus* ac *Neronis* præceptor, & ab eodem mori coactus[d]. Poëtæ sub *Nerone* celebres fuere *Lucanus*[e]. *Silius Italicus*, quo Consule *Nero* mortuus est[f]: & *Persius* Satyricus[g]. A. 4750. Per. Jul. ad 4781. A. Christ. 37. ad 68.

CAPUT IV.

De Galba, Othone, Vitellio, Vespasiano, Tito, Domitiano, *deque* Hierosolymorum *excidio*, *a* 68 Christi ad *96*.

§. 1.

SErvius Galba nullo gradu contingens Cæsarum domum, sed haud dubie nobilissimus, a *C. Julio Vindice*, qui pro Prætore *Galliam* regebat, invitatus, ut generi humano adsertorem ducemque se adcommodaret, vivo *Nerone*, Imperator salutatus in *Hispania*, *Vindice* iam sua manu interemto, rem persequi instituit[h]. Necatoque *Nerone* imperium tenuit, menses VII dies 7[i]. sed severitate ac parcimonia invisus, XVIII Kal. *Februar.* anni 69[k] periit cum eo, quem adoptaverat *Pisone*, annos natus 72, ex quibus a prima designatione regnaverat menses 9 dies 13[l]. Galba severus & parcus.

§. 2. Ei successit *M. Salvius Otho*; verum ille post biduum tresque menses[m], sive dies nonaginta[n] ad *Bebriacum* ab *A. Vitellio*, quem secundo *Januarii* die *Germanicæ* legiones Imperatorem salutarant[o], victus, Otho Neroni similis.

a Suidas. Dio L. LXII. p. 714. Philost. Apollon. L. IV. c. 12. 16. VII. 8. b Philostratus in vita Apollonii. c Seneca ep. 63. d Dio L. LXI. p. 691. LXII. p. 713. Tacit. Ann. XIV. 52. XV. 56. 60. e Suet. in ipsius vita. f Plin. L. III. ep. 7. g Vita Persii. h Suet. Galb. c. 2. 9—11. Xiphil. ex Dione L. LXIII. p. 724—727. Plut. Galb. p. 1053—1056. i Joseph. L. IV. B. Jud. c. 9. §. 2. k Tacit. Hist. L. I. 27. Plut. in Galb. p. 1064. A. l Tacit. Hist. I. c. 12—18. 27—42. Suet. Galb. c. 16—20. Plut. Galb. p. 1061. 1063—1065. Dio L. LXIV. p. 729. 730. m Joseph. B. Jud. L. IV. c. 9. §. 9. n Dio L. LXIV. p. 733. C. o Tacit. Hist. I. c. 55. 57. Plut. in Galb. p. 1062, 1063.

A. 4781. Per. Jul. ad 4809. A. Christ. 68. ad 96.

victus, necem conscivit sibi XVI *Aprilis* die ætatis anno septimo & tricesimo [a].

Vitellius luxuriosus.

§. 3. *Vitellius* post *Othonem* imperium menses octo ac dies quinque tenuit [b], quod intervallum haud solus inplevit, eodemque anno *Christi* 69 male periit [c]. Nam *Flavius Vespasianus*, qui ad conprimendos *Judæos* a *Nerone* missus fuerat, adiuvantibus *Tiberio Alexandro*, *Ægypti* præfecto, & *Muciano*, *Syriæ* Præside, trium cæde Principum quasi fluctuans & incertum suscepit imperium Kalendis *Juliis* anni eiusdem 69 [d], post annum & dies viginti duos a morte *Neronis* [e].

Vespasianus laudatissimus princeps.

§. 4. Fuit *Vespasianus* Princeps optimus, veri patientissimus [f], conpositis moribus, qui suo exemplo magis quam pœna legum homines ad meliorem frugem revocavit [g]. Amicorum libertatem, causidicorum figuras, ac Philosophorum contumaciam lenissime tulit [h]. *Cynicos* tamen & *Stoicos* nimia libertate acta eius vellicantes, uno excepto *Musonio*, Urbe submovit anno *Christi* 73 [i]. Ingenia & artes vel maxime fovit; primus e fisco *Latinis Græcis*que Rhetoribus annua centena constituit [k]. Sola in eo culpabatur pecuniæ cupiditas, quam tamen excusare solebat ærarii fiscique inopia, adferens quadringenties millies opus esse, ut respub. stare posset [l]. Ea summa, ad nostram pecuniam redacta, efficit 3000000000 ter millies millena florenorum millia.

Bellum cum Claudio Civili.

§. 5. Bellum statim sub initium eius, ut *Batavos* suos in libertatem adsereret, conmovit *Claudius Civilis*, quod desinente anno *Christi* 70 a *Petilio Cereali* est conpositum [m].

Belli Judaici caussa.

§. 6. Graviusque eo Imperatore bellum confectum est *Judaicum*, ad quod gerendum privatus a *Nerone* missus fuerat. Erupit id bellum 16 *Maii* die,

a Plut. Othon. p. 1070—1075. Tacit. Hist. I. c. 62. II. c. 32—50. Suet. Othon. c. 2. 8—11. Dio L. LXIV. p. 732, 733. *b* Joseph. B. Jud. L. IV. c. 11. §. 4. Pag. Crit. an. 69. n. 8. *c* Suet. Vitellio c. 17. Tacit. Hist. III. c. 85. *d* Tacit. II. Hist. c. 74. 79. 81. 85, 86. Suet. Vesp. c. 6. *e* Dio L. LXVI. p. 753. C. *f* Dialog. de Orator. c. 8. *g* Tacit. III. Ann. c. 55. *h* Suet. Vesp. c. 13. *i* Dio L. LXVI. p. 751. *k* Suet. Vesp. c. 18. *l* Suet. Vesp. c. 16. Dio L. LXVI. p. 745. C. 751. E. *m* Tacit. Hist. L. IV. c. 12—37. 54—67. 69—79. V. 14—24. Dio L. LXVI. p. 745. Joseph. B. Jud. L. VII. c. 4. §. 2. Frontin. Stratag. L. IV. c. 3. n. 14.

A. 4781. Per. Jul. ad 4809. A. Christ. 68. ad 96.

die, anno *Neronis* 12, *Agrippæ* Junioris 17[a], *Christi* 66[b]. Cauffa belli fuit *Geffius Florus*, *Judææ* Procurator, qui inmanitate fua gentem omnem efferavit[c]. *Judæorum* ftrages *Cæfareæ* & *Scythopoli* edita[d], & *Eleazarus*, *Ananiæ* Pontificis filius, qui fpecie religionis perfuafit facerdotibus, ne alienigenæ cuiusque munus aut hoftiam acciperent[e]. Potuiffet quidem *Ceftius Gallus*, *Syriæ* Legatus, armata manu veniens, hos motus in herba opprimere, fed cum menfe *Novembri* incautius ab *Hierofolymis* pedem refert, clade *Romanorum* adeo crevit *Judæis* animus, ut aperte belli gerendi rationem defcriberent ducesque conftituerent, inter quos & *Jofephus* fuit, *Matthiæ* filius[f].

A Vefpafiano fortiter adminiftratum.

§. 7. *Vefpafianus* anno *Chrifti* 67 in *Judæam* misfus, *Jotapata* Kalendis *Juliis* poft difficilem obfidionem capta, ducem ipfum *Jofephum* in poteftatem fuam redigit[g], mox aliis *Galilææ* expugnatis urbibus[h], intra duas æftates omnes præter *Hierofolyma* urbes victore exercitu tenuit[i]. Mox cæde *Neronis* aliorumque Principum interrupta *Hierofolymorum* obfidione annus proximus, *Chrifti* 69, quantum ad *Judæos* per otium tranfiit[k], quamvis ipfi inter fe horrendum in modum ferro graffarentur[l].

Per Titum confectum.

§. 8. Poftremo *Vefpafianus*, iam *Auguftus*, per *Titum* filium obfidionem inftaurat anno imperii fecundo, *Chrifti* 70, per Azymorum dies[m]. Is obfidionem a feptentrione orfus, muro exteriori decimo quinto poft die[n], mox & fecundo potitus[o], dum arcem *Antoniam* tertiumque murum oppugnare inftituit, accepta clade, coactus eft mutata belli ra-

 tione

a Jofeph. Antiq. L. XX. c. 11. §. 1. B. Jud. L. II. c. 14. §. 4. c. 15. §. 2. *b* Tilemont nota 22 de ruina Judæorum. *c* Jofeph. Antiq. L. XX. c. 11. §. 1. B. Jud. L. II. c. 14. §. 2. 3. c. 17. §. 1. *d* Jofeph. B. Jud. L. II. c. 18. *e* Jofeph. B. Jud. L. II. c. 17. §. 2. *f* Jofeph. B. Jud. L. II. c. 18. §. 9. c. 19. c. 20. §. 3, 4. Tacit. Hift. L. V. c. 10. Suet. Vefp. c. 4. *g* Jofeph. B. Jud. L. III. c. 1—7. §. 35. & c. 8. *h* Jofeph. B. Jud. L. III. c. 9, 10. *i* Tacit. Hift. L. V. c. 10. Jofeph. B. Jud. L. IV. c. 8. §. 1. c. 9. §. 2. & 9. *k* Tacit. l. d. *l* Jofeph B. Jud. L. IV. c. 3—7. §. 2. L. V. c. 1. §. 1—5 *m* Jofeph. B. Jud. L. V. c. 2. §. 1—3. c. 3. §. 1, 2. *n* Jofeph. B. Jud. L. V. c. 6. §. 2. c. 7. §. 2. Tillem. nota 33 de ruina Judæorum. *o* Jofeph. B. Jud. L. V. c. 7. §. 3. & c. 8.

A. 4781. Per. Jul. ad 4809. A. Christ. 63. ad 96.

tione obsessam urbem ineunte *Junio* mense muro 39 stadiorum undique includere, ut fame domaret [a]. Tum vero, ut adpareat, spreti necatique Messiæ pœnas luere *Judæos*, inter mutuas cædes tam horrenda fames inclusos mœnibus invasit, ut humanis vescerentur carnibus, & natorum etiam corpora matres absumerent [b]: undecies centena millia, quod fando vix auditum erat, una illa obsidione perierunt [c]. Inter hæc arce *Antonia* 5 *Julii* capta [d]. Templum demum 10 *Augusti* die captum crematumque [e]. Denique & arx *Sionis* sive urbs superior capta cremataque est 8 *Septembris* die [f]. Urbs tota iussu *Titi* solo æquata [g]. Anno imperii tertio, *Christi* 71, *Vespasianus* cum *Tito* filio de *Judæis* triumphavit, & tum *Jani* templum occlusit, & *Pacis* ædificare cœpit [h]. Eodem anno, tumultuantibus *Alexandriæ Judæis*, *Lupus* Præfectus templum ipsorum, *Onion* dictum ab *Onia* Pontifice, qui illud fundarat, obstruxit [i].

Moritur Vespasianus.

§. 9. Dehinc Consulatu suo nono, quem cum *Tito* gessit, decessit ex morbo, dum legationibus operam daret, adserens *Imperatorem stantem mori oportere*. Fuit hic annus *Christi* 79, dies VIII Kalend. *Julias*, cum annos vixisset 69, menses 7, dies 7, imperasset annos decem [k].

Titus humani generis deliciæ.

§. 10. Inter optimos Imperatores merito numeratur, qui *Vespasiano* patri successit, *Titus*: hic patre vivo, imperii particeps [l], minus æqua fama fuit [m]: sed ut solus imperio potitus est, ita mutavit mores, ut amor ac deliciæ generis humani vocari meruerit [n]. Præcipua in illo mansuetudinis ac facilitatis laus exstitit [o]. Nulli negare quidquam solitus, aiebat, *Neminem*

[a] Joseph. B. Jud. L. V. c. 9. §. 1. 2. c. 11. §. 4—6. c. 12. §. 1. 2. Dio L. LXVI. p. 747. C. D. [b] Joseph. B. Jud. L. V. c. 12. §. 3. & c. 13. L. VI. c. 3. §. 3, 4, 5. [c] Joseph. L. VI. B. Jud. c. 9. §. 3. [d] Joseph. L. VI. c. 1. §. 6, 7. [e] Joseph. B. Jud. L. VI. c. 5. [f] Joseph. B. Jud. L. VI. c. 8. [g] Joseph. B. Jud. L. VII. c. 1. §. 1. Tacit. Hist. L. V. c. 11—13. Philostr. Vita Apollonii Tyan. L. VI. c. 14. [h] Joseph. B. Jud. L. VII. c. 5. §. 3—7. Suet. Vesp. c. 12. [i] Joseph. B. Jud. L. VII. c. 10. [k] Suet. Vesp. c. 24. coll. c. 2. Dio L. LXVI. p. 753. C. [l] Dio L. LXVI. p. 744. Philostr. Vita Apollonii Tyan. L. VI. c. 14. Suet. Tito c. 6. [m] Suet. Tito c. 6, 7. [n] Suet. Tito c. 1. 8. Tacit. Hist. L. II. c. 2. Dio L. LXVI. p. 753. D. [o] Suet. Tito c. 9. Dio L. LXVI. p. 754.

minem a Principe tristem oportere discedere. Cum super cœnam recordatus esset, nihil se cuiquam eo die præstitisse. *Amici*, inquit, *diem perdidi* [a]. Sub initium imperii eius per autumnum anni 79 ex *Vesuvio* monte ingens vis flammarum ac mox cineris erupit. Qui in *Africam*, *Syriam* & *Ægyptum* usque pervasit. Oppida periere duo *Pompeii* & *Herculaneum* [b]. Sequenti anno urbem *Romam* gravi incendio fœdatam suis inpensis restituit, & amphitheatrum & thermas dedicavit [c]. Excessit anno *Christi* 81, Idibus *Septembris*, post biennium ac menses duos diesque viginti, quam successerat patri, altero & quadragesimo ætatis anno, non sine dati a fratre *Domitiano* veneni suspicione [d]. A. 4781. Per. Jul. ad 4809. A. Christ. 68. ad 96.

§. 11. Incredibile sui desiderium *Titus* moriens Senatui populoque reliquerat. Auxit id *Domitianus*, frater eius ac successor. Qui quamvis inter initia principatus clementiæ iustitiæque nonnullum specimen ediderit [e], mox tamen indolem prodidit, homo audax & vafer [f], vanus & gloriæ cupidus [g], crudelis & luxuriosus [h]. *Tiberii* & *Neronis* æmulus. In muneribus ac spectaculis effusus, quinquennale inter alia certamen instituit, *Capitolino Jovi* triplex, musicum, equestre, gymnicum, anno *Christi* 86 [i]. Quo se quoque *Dominum* ac *Deum* appellari iussit [k]. Initium imperandi cum habuisset anno *Christi* 81 conspiratione suorum opprimitur anno 96, decimo quarto Kal. *Octobres*, anno ætatis 45, cum imperasset annos 15, dies 5 [l]. Cæde eius Senatus adeo lætatus est, ut imagines eius detrahi, titulos eradi omnemque memoriam aboleri iusserit [m]. Domitianus dominus sævus, vanus & luxuriosus.

C A-

a Suet. Tito c. 8. *b* Dio L. LXVI. p. 755. Suet. Tito c. 8. Plin. Epist. L. VI. ep. 16. Tillemont nota 4 ad vitam Titi. *c* Dio L. LXVI. p. 756. 757. Suet. Tito c. 8. *d* Suet. Tito c. 9—11. Dio L. LXVI. p. 754. A. 757. E. 758. Philostr. vita Apollonii L. VI. c. 14. p. 308. *e* Suet. Domit. c. 8, 9. Tacit. Vita Agricolæ c. 39, 40. Aurel. Victor de Cæsar. c. 11. §. 3. *f* Xiphilin. ex Dione L. LXVII. p. 759, 760. *g* Dio L. LXVII. p. 761, 762. *h* Suet. Domit. c. 10—12. Dio L. LXVII. p. 766. & Excerp. Valef. p. 705, 706. *i* Suet. Domit. c. 4. Censor. c. 18. Chron. Alex. & Pagius ad an. 86. n. 5, 6. *k* Suet. Domit. c. 13. Aurel. Victor de Cæsar. c. 11. §. 2. Hieron. in Chron. Oros. L. VII. c. 10. *l* Suet. Domit. c. 16, 17. Dio L. LXVII. p. 768. Philostr. vita Apollonii L. VIII. c. 10. *m* Suet. Domit. c. 23. Plin. Panegyr. c. 52. n. 4, 5. Dio L. LXVIII. p. 769. Macrob. Saturn. L. I. c. 12. p. 174. Lact. de Mort. Persec. c. 3. n. 3.

A. 4781. Per. Jul. ad 4809. A. Christ. 68. ad 96.

CAPUT V.

De Christiana *re & viris eruditis ab exitu* Neronis *ad ultimum annum* Domitiani, *sive a* 68 Christi *ad* 96.

§. 1.

Prima historia Ecclesiæ obscura.

POstquam Apostoli Ecclesias toto orbe fundaverant, fideique præcepta dederant, magna dein fuit scriptorum penuria: ut scilicet scriptis divinitus traditis suus constet honos, nec humana divinis misceantur, pleraque etiam eius ævi a recentioribus fabulis & incertis narrationibus adspersa sunt. Nominis tamen celebritatem nacti sunt *Clemens* Romanus Episcopus, *Ignatius* Antiochenus & *Polycarpus* Smirnensis, de quibus Cap. VIII. dicam.

Altera sub Domitiano persecutio.

§. 2. Interim *Domitiano* imperante, & quidem anno eius 13 vel 14 [a] altera in *Christianum* nomen persecutio ardere cœpit [b]: in qua *Johannes* Apostolus, cum *Romæ*, si quæ *Tertulliano* [c], & *Hieronymo* [d] fides, in fervens oleum demersus, inlæsus abiisset, in *Patmon* insulam relegatus, *Apocalypsin* scripsit [e]. Passus est & *Flavius Clemens* Consul, *Domitiani* patruelis, & uxor eius *Flavia Domitilla*, eiusdem Imperatoris cognata, relegata; quibus ἀθεότητος & *Judaismi* crimen inpactum, ut scribit *Dio* [f].

Hæretici sæculi primi.

§. 3. Hæretici porro eodem intervallo plures extiterunt. Præcipui fuerunt *Gnostici*, quorum *Simon Magus* parens [g] fuisse dicitur, quamvis potius referri debeat ad sectatores Philosophiæ orientalis [h], ex cuius principiis sapiunt *Gnostici*. *Nicolaus*, a quo *Nico-*

[a] Euseb. & Hieron. Chron. [b] Euseb. H. Eccl. L. III. c. 17. Lact. de Mort. Persec. c. 3. n. 2. Oros. L. VII. c. 10. [c] De Præscript. c. 14. [d] Comment. ad Matth. XX. 23. [e] Euseb. H. Eccl. L. III. c. 18. Conferatur Moshemii dissertatio de Johanne in fervens oleum coniecto. [f] Dio L. LXVI. p. 766. A. Suet. Domit. c. 15. Euseb. l. d. [g] Act. VIII. 9, 10. Iren. L. I. c. 19, 20. Tertull. Præscrip. c. 46. [h] Mosheim Instit. Maior. Hist. Christ. Sect. I. P. III. c. V. p. 394. Bruck. Hist. Philos. T. II. p. 670.

Nicolaitæ nomen sumserunt[a]: *Hymenæus*, *Alexander* & *Philetus*[b], *Phigellus*[c], *Demas*[d], & *Diotrephes*[e], quorum Apostoli meminerunt. *Menander* *Simonis* discipulus[f], *Cerinthus*[g], & *Ebion*, quem post excidium *Hierosolymitanum* hæresis suæ venena sparsisse scribit *Epiphanius*[h]. A. 4781. Per. Jul. ad 4809. A. Christ. 68. ad 96.

§. 4. Ingenii laude ætatem hanc inlustrarunt Poëtæ *Martialis*, qui inde a *Vespasiano* ad *Traianum* floruit[i]. *Valerius Flaccus* sub *Domitiano* clarus[k], & æqualis eius *Statius*[l]. Ut & *Juvenalis Martiali* familiaris[m], qui ætate gravis sub *Hadriano* obiit[n]. Historici inter *Judæos Josephus*, qui anno *Domitiani* 13, *Christi* circiter 93 Antiquitates *Judaicas* absolvit, ætatis anno 56[o], ita natus erit anno *Christi* 37, *Caii Caligulæ* primo[p]. Eius æqualis & æmulus fuit *Justus Tiberiadensis*[q]. Eruditionis variæ palmam tulere *Plinius* senior, qui *Titi* anno primo, dum *Vesuvii* montis incendium propius, quam tutum erat, intuetur, exstinctus est anno *Christi* 79[r]. *Asconius Pedianus*, *Ciceronis* interpres nobilissimus, qui anno *Vespasiani* 7, ut scribit *Hieronymus*[s] in Chronico, natus anno 73 luminibus captus, duodecim postea vixit annos: & *Quintilianus*, qui sub *Domitiano* rhetoricam docuit[t]. Ut & *Frontinus*[u]. Eruditi eius ætatis.

a Apocalyp. II. 14, 15. 2 Pet. II. 15. & seqq. Iren. L. III. c. 11. Clem. Strom. L. II. c. 20. III. c. 4. Tertull. l. d. Moshemii Dissertatio de Nicolaitis. *b* 1 Tim. I. 20. 2 Tim. II. 17, 18. *c* 2 Tim. I. 15. *d* 2 Tim. IV. 10. *e* III. Joh. vs. 9. *f* Justin. Apolog. II. p. 69. Edit. Paris. an. 1636. Tertull. Præscript. c. 46. Eus. L. III. c. 26. *g* Iren. L. I. c. 25. III. c. 3. Euseb. L. III. c. 28. Epiphan. Hæresi XXVIII. *h* Epiphan. Hær. XXX. Iren. L. I. c. 26. Euseb. L. III. c. 27. Mosheim Dissertatione de Ebione. *i* Martial. L. III. epig. 95. L. X. 34. Masson vita Plinii Junioris ad an. Christi C. §. 12. *k* Val. Flac. L. I. vs. 10. & seqq. Martial. L. I. 76. Quintil. Instit. L. X. c. 10. Dodwel. Ann. Quintil. §. 25. *l* Stat. Thebaid. L. I. vs. 19, 20. *m* Martial. L. VII. epig. 23. XII. 23. *n* Juven. Sat. I. 49. VIII. 120. coll. Plin. L. VI. ep. 29. n. 9. & X. ep. 20, 21. Dodw. Ann. Quintil. §. 37—40. *o* Joseph. Ant. L. XX. in fine. *p* Joseph. de vita sua §. 1. *q* Joseph. l. d. §. 65. Phot. Cod. 33. *r* Plin. L. VI. ep. 16. *s* Hieron. Chron. p. 163. *t* Hieron. Chron. p. 164. *u* Tillem. Hist. Imp. T. II. P. I. p. 345. & seqq. Edit. in octavo.

A. 4809. Per. Jul. ad 4851. A. Christ. 69. ad 138.

CAPUT VI.

De rebus a Nerva, Traiano *&* Hadriano *gestis ab anno 69* Christi *ad* 138.

§. 1.

Nerva facilitate eximius.

M. *Cocceius Nerva*, oppido *Narniensi* genitus, grandi iam ætate post *Domitianum* suscepit imperium anno *Christi* 96 [a]. Princeps optimus, qui res olim dissociabiles, imperium & libertatem, miscuit [b]. *Ita se demum in imperio vixisse* dicebat, *ut, quo minus tuto privatus posset vivere nihil metueret* [c]. *Domitiani* acta rescidit, & quæ per vim & iniuriam erant ademta restituit, pauperum præcipuam curam habuit. Sed propter senectutem contemtus, non satis auctoritatis ad conpescendum militem habuit. Itaque *Domitiani* interfectores, a quibus imperium acceperat, illo repugnante, a Prætorianis iugulati sunt [d]. Ideo *Traianum*, *Germaniam* administrantem, adoptavit, participemque imperii fecit [e], cum quo tribus vixit mensibus [f]. Obiit 6 Kalendas *Feb.* anno 98, cum regnasset annum unum, menses quatuor, dies novem, vixisset annos LXV menses 10, dies 10 [g]. *Hieronymus* in chronico ipsum anno ætatis LXXII obiisse scribit.

Traianus princeps optimus. Bello præclarus.

§. 2. Anno igitur duodecentesimo *Christi Ulpius Traianus* cepit imperium apud *Agrippinam Coloniam* annum agens 42, *Hispanus* origine, urbe *Italica* [h]: *Victor* [i] tamen urbe *Tudertina* fuisse scribit. Vir bellicæ rei in primis peritus ac strenuus [k], prudens idem, moderatus & mitis [l], ut *Optimi* cognomen omnium consensu meruerit [m]. Amicis eum culpantibus,

a Dio L. LXVIII. p. 769. *b* Tacit. vita Agricolæ c. 3. Plin. Panegyr. c. 35. n. 4. *c* Dio L. LXVIII. p. 769, 770. *d* Dio l. d. Plin. Paneg. c. 6. Victor in Epitom. c. 12. *e* Dio L. LXVIII. p. 770, 771. Plin. Paneg. c. 6—9. *f* Victor Epit. c. 12. n. 9. *g* Dio L. LXVIII. p. 771. & Tillem. nota 5 ad vitam Nervæ T. II. P. III. p. 882. *h* Dio L. LXVIII. p. 771. A. 772. A. Eutrop. L. VIII. c. 2. *i* Victor Epit. c. 13. n. 1. *k* Plin. Paneg. c. 14, 15. Dio L. LXVIII. p. 781. D. *l* Dio L. LXVIII. p. 772. Excerpt Valef. p. 709, 710. Plinius in Panegyr. *m* Dio L. LXVIII. p. 781. D. Plin. Paneg. c. 2. n. 7. c. 88. n. 4.

tibus, ait *Eutropius*, quod nimis circa omnes comis esset, respondit. *Talem se Imperatorem esse privatis, quales esse sibi Imperatores privatus optasset.* *Daciam* duplici bello victam, Rege etiam *Decebalo* suapte manu cæso, *Romanis* provinciis addidit anno *Christi* 105 [a]. In Orientem profectus desinente anno 106, *Armeniam* in provinciæ formam redegit, *Osrhoënos*, *Iberos*, *Sauromatas*, *Bosporanos*, *Colchos* in fidem recepit [b]. Iterum invectus in *Parthos*, præsens anno *Christi* 115 vitæ periculum *Antiochiæ* adiit: urbe enim gravi terræ motu concussa, alter Consul *Pedo* ruina oppressus est, *Traianus* per fenestram eductus, vix evasit [c]. Eodem anno, *Traiani* octavo & decimo, *Judæi* tumultuari cœperunt, qui cum omni crudelitatis genere in *Græcos* per *Ægyptum*, *Cyrenaicam* & *Cyprum* grassati essent, a *Martio Turbone* infinita strage conpressi sunt [d]. Interim *Traianus* ipse primo vere in Orientem profectus *Adiabenem* omnem & *Babylonem* subigit, *Tigrim* ponte iungit *Seleuciam* & *Ctesiphontem Parthorum* regiam occupat, *Parthis* Regem dat *Parthamaspatem* [e]. Sed dum per mare rubrum navigat, *Arabiam Felicem* subacturus, plerique populi illi defecerunt, quos dum per duces ad officium revocare nititur [f], ipse magna cumulatus gloria, dum æger *Romam* redire parat, apud *Selinuntem Ciliciæ*, quæ postea *Traianopolis* dicta est, obiit, ineunte *Augusto*, anno *Christi* 117, cum imperasset annos 19, menses 6, dies 15 [g]: vixisset, ut *Victor* habet, annos 64, ut *Eutropius* 62, menses 9, dies 4.

A. 4809. Per. Jul. ad 4851. A. Christ. 96. ad 138.

a Dio L. LXVIII. p. 771—777. Plin. L. VIII. ep. 4. Spart. Hadr. c. 3. Eutrop. L. VIII. c. 2. Tillem. nota 10. & 16. ad vitam Traiani. *b* Dio L. LXVIII. p. 778—781. Eutrop. l. d. Rufus Festus in Breviario. Eus. Chron. Tillem. nota 17 & 22 ad vitam Traiani. *c* Dio L. LXVIII. p. 781. E—783. B. Tillem. nota 25 ad vitam Traiani. *d* Euseb. H. Eccl. L. IV. c. 2. Dio L. LXVIII. p. 786. Tillem. Hist. Imp. T. II. P. II. p. 490. & seqq. *e* Dio L. LXVIII. p. 783. B—784. B. Eutrop. l. d. *f* Dio L. LXVIII. p. 783. C—784. C. Arrian. Mari Erytr. p. 8. Eutrop. l. d. Occo Numism. p. 163. Spanh. de usu & præst. Numism. T. II. p. 580, 581. & marmor apud Montfoucon. Antiq. Expliquée Suppl. T. IV. p. 43. *g* Dio L. LXVIII. p. 786. B. C. Tillem. nota 27 ad vitam Traiani.

A. 4809. Per. Jul. ad 4851. A. Christ. 99. ad 138.

Hadrianus artibus omnibus & peregrinationi deditus.

§. 3. *Ælius Hadrianus*, *Traiani* consobrinus, eiusque municeps, *Italica* ortus, uxorem habuit *Sabinam Traiani* per sororem neptem[a]: favore *Plotinæ*, quæ uxor *Traiani* fuit, imperare cœpit tertio Iduum *Augusti* anno *Christi* 117[b]. Vir ingenio varius ac multiplex, ad vitia perinde atque virtutes factus, a natura invidus & tristis; sed gloriæ cupiditate continentiam, facilitatem, clementiam simulans[c]. Artium in eo studium pæne omnium, quarum tamen peritos, tanquam æmulos, obterere consueverat[d]. Præstanti idem memoria[e], & in obeundis provinciis, non sine provincialium commodo, adsiduus ac diligens: itaque tantum terrarum nemo peragravit[f], iuris studiosus, novam veluti faciem iurisprudentiæ induxit[g]. Mortuo *Traiano Parthis Armenia*, *Assyria* & *Mesopotamia* cessit[h], *Daciam* quoque relicturus, nisi tot *Romanorum* civium, quæ illic erant, millia perdere esset veritus[i].

Tumultus Judæorum duce Barcocheba.

§. 4. Eo imperante, & vero circa annum imperii eius 17, *Christi* 134[k], *Judæi* ægerrime ferentes, non tantum urbem sanctam, *Romanorum* colonia illuc deducta, *Æliam Capitolinam* vocatam, sed & *Jovi* templum eodem in loco positum, ubi Dei steterat, atrocius, quam unquam alias, bellum duce *Barcocheba* concitarunt[l], contra quos *Hadrianus*, cum alios belli peritos imperatores, tum *Julium Severum* e *Britanniis* accivit, a quo *Hierosolyma* capta eversaque[m] sunt: inde & urbe *Bether* expugnata, *Judæi* ad internecionem deleti[n]. Cæsa *Judæorum* eo bello quingenta octoginta millia scribit *Dio*[o], præter innumerabilem multitudinem, quam fames, morbus aut

a Spartian. Hadrian. c. 1. 2. Dio L. LXIX. p. 787. Eutrop. L. VIII. c. 3. *b* Spart. Hadr. c. 4. Dio L. LXIX. p. 788. *c* Victor Epit. c. 14. §. 6. Spart. Hadr. c. 14. *d* Victor Epit. c. 14. §. 2. Spart. l. d. Dio L. LXIX. p. 788. E. 789. *e* Spart. Hadr. c. 20. Victor Epit. c. 14. §. 3. *f* Spart. Hadrian. c. 17. Dio L. LXIX. p. 971—793. *g* Heinec. Hist. Jur. Romani L. I. c. 4. §. 267. & seqq. *h* Spart. Hadr. c. 5. Eutrop. l. d. Sextus Rufus in Breviario. *i* Dio L. LXVIII. p. 776. E. Eutrop. l. d. *k* Tillemont nota 9 ad vitam Hadriani, & nota 3 ad rebellionem Judæorum. *l* Dio L. LXIX. p. 793. Euseb. H. Eccl. L. IV. c. 6. *m* Appian. Syr. p. 119. Euseb. Demonst. Euang. L. II. c. 38. VI. c. 18. Hieron. in Dan. C. IX. *n* Euseb. H. Ecc. L. IV. c. 6. ibique Valesius. Hieron. in Zach. C. VIII. *o* Dio L. LXIX. p. 794.

aut incendium absumsit, adeo ut *Judæa* pæne in solitudinem redacta fuerit. Ex illo tempore *Judæis* *Hierosolyma* adire sub pœna mortis vetitum fuit [a], nisi quod uno quotannis die lugendi gratia adire concessum est [b].

A. 4809. Per. Jul. ad 4851. A. Christ. 96. ad 138.

Ælius Verus & Arrius Antoninus.

§. 5. Ad extremum, ævo iam ingravescente, morbisque confectus, prole cum careret, *Lucium Ceionium Commodum Verum* adoptavit, quem *Ælium Verum* nominavit, ac *Cæsarem* fecit anno *Christi* 135, at is post geminatum consulatum *Kal. Januariis* anni 138 exstinctus est, ut scribit *Spartianus* [c]. *Hadrianus* itaque, adfecta valetudine, *Arrium Antoninum*, qui *Pius* postea dictus est, V Kal. *Martias* adoptavit, ea lege, ut ille sibi duos adoptaret *M. Antoninum*, & *L. Verum*, *Ælii Veri*, de quo diximus, filium [d]. Demum, occiso *Serviano*, sororis suæ viro nonagenario [e], cum vitæ tædio sibi mortem adferre tentasset, apud *Baias* periit in conspectu *Antonini Pii* VI Idus *Julias* anno *Christi* 138 [f]. Cum vixisset annos 62, menses 5, dies 17, imperasset annos 20, menses 11, minus uno die [g].

[a] Euseb. l. d. Justin. Apol. II. p. 84. Tertull. contra Judæos c. 15. [b] Gregor. Nazianz. Orat. XII. p. 202. [c] Spart. Hadr. c. 23. Ælio Vero c. 3, 4. 6. Dio L. LXIX. p. 795. Tillem. nota 15 ad vitam Hadriani. [d] Capitol. in Anton. Pio c. 4. Spart. Hadr. c. 24. Æl. Vero c. 6. Dio L. LXIX. p. 797. [e] Spart. Hadr. c. 15. 23. 25. Dio L. LXIX. p. 795. [f] Dio L. LXIX. p. 797. Spart. Hadr. c. 25. Victor in Epit. c. 14. n. 12. [g] Spart. Dio ll. dd. Tillem. nota 19 ad vitam Hadriani.

A. 4851. Per. Jul. ad 4905. A. Christ. 138. ad 192.

CAPUT VII.

De Antonino Pio, Marco Aurelio, L. Vero, Commodo *ab anno* 138 *ad* 192.

§. 1.

Antoninus Pius orbis terrarum pater.

T*Itus Aurelius Fulvus Boionius Antoninus Pius*, adoptatus ab *Hadriano*, *Romanæ* rei præfuit anno *Christi* 138[a]. Princeps præstantissimus ea virtute, clementia, liberalitate, ut *Pausania*[b] iudice, communis orbis terrarum *Pater* dici meruerit. Publice parcus, de suo liberalis, Rhetoribus ac Philosophis per omnes provincias & honores & salaria detulit[c]; sed multis, quos otiosos videbat accipere, salaria subtraxit, dicens, *nihil esse sordidius*, *imo crudelius*, *quam si rempub. ii adroderent*, *qui nihil in eam suo labore conferrent*[d]. In eos qui contra se conspiraverant, inquiri vetuit[e]. Nullius unquam belli gerendi auctor, motus nihilo minus ortos fortiter compressit[f]. Apud exteros Reges ea auctoritate, ut controversiarum suarum arbitrium ab eo poscerent[g]. Obiit Nonis *Martiis* anni *Christi* 161[h], cum cœpisset VI ante Idus *Julias* anni 138. Itaque imperavit annos viginti duos, ac menses fere octo. Vixit annos 74, menses 5, dies 17 utpote natus XIII Kal. *Octobres* anno *Christi* 86[i].

M. Antoninus vita & professione philosophus. Verus ad bellum Parthicum missus.

§. 2. Post hunc imperavit *M. Aurelius Antoninus*, *Philosophus* dictus, *Pii* gener: huius enim filiam *Valeriam Faustinam* in matrimonio habebat[k]. Is ab ineunte ætate, cum ceteris artibus tum Philosophiæ, maxime *Stoicæ*, studiis excultus, non minus vita moribusque, quam sermone ac professione philosophum se probavit[l]. Simul atque post excessum divi *Pii* a Senatu publicum regimen capere coactus est, fra-

a Capitol. in Anton. Pio c. 1. 4. *b* Pauf. VIII. c. 43. *c* Capitol. Anton. c. 11. *d* Capitol. l. d. c. 7. *e* Capitol. l. d. Victor in Epit. c. 15. n. 6. *f* Pauf. L. VIII. c. 43. Capitol Anton. c. 5. *g* Victor c. 15. n. 3, 4. Eutrop. L. VIII. c. 4. *h* Dio L. LXXI. p. 814. E. coll. 815. C. *i* Capitol. Antonino Pio c. 1. *k* Capitol. in M. Anton. c. 6, 7. Vero c. 3. Dio L. LXXI. p. 801. *l* Capitol. M. Anton. c. 2, 3. Ipse M. Antonin. de rebus suis L. I. §. 6. & seqq. Dio Excerpt. Valesf. p. 721, 722.

fratrem ex adoptione *Lucium Aurelium Verum Commodum* imperii participem fecit, Cæſarem atque Auguſtum appellavit: atque tum primum duo Imperatores *Auguſti* nomine rempublicam geſſerunt: tantumque huius rei & novitas & dignitas valuit; ut faſti conſulares nonnulli ab his ſumerent ordinem conſulum[a]. Ambo igitur ad nonum annum communiter imperarunt[b], vitæ inſtitutis inter ſe diſſimillimi. Nam *Verus* iners, luxuque perditus[c], parum civili ingenio[d], quod fratris temperabat prudentia, cui ut legatus proconſuli, vel præſes Imperatori obtemperabat[e]. Ab eo anno 162 contra *Vologæſum Parthorum* Regem miſſus, ipſe *Antiochiæ* manens, toto quadriennio per duces rem proſpere geſſit, & *Soæmo* in *Armenia* reſtituto, *Seleucia* vaſtata, ac *Cteſiphonte Vologæſi* regia capta, ambo Imperatores de *Parthis* triumpharunt[f].

A. 4851. Per. Jul. ad 4905. A. Chriſti 138. ad 192.

§. 3. *Marcomannicum* poſtea bellum, in quod *Germanicæ* gentes omnes ab *Illyrici* limite usque *Galliam* conſpiraverant, ſuſceptum[g]. Sed in ipſa profectione *Verus*, apoplexia correptus, inter *Concordiam* & *Altinam* periit anno *Chriſti* 169[h]. Solus igitur *M. Aurelius* bellum hoc magna cura adminiſtravit, ut non tantum, exhauſto belli ſumtibus ærario, ne exactionibus gravis eſſet provincialibus, imperatoriam omnem ſupellectilem ornatumque publice in foro diſtraheret, ſed & ſervos & gladiatores armaret[i]; itaque periculoſiſſimo, ac ſæpius pactionibus interrupto bello[k], barbaros fregit[l], anno etiam *Chriſti* 174, cum exercitus apud *Quados* ſiti laborans divinitus miſſa pluvia recreatus eſſet, hoſtem profligavit;

Bellum Marcomannicum. Legio fulminatrix.

[a] Spart. Vero c. 5. Capitol. M. Anton. c. 7. Dio L. LXXI. p. 801. Amm. Marcell. L. XXVII. c. 6. Eutrop. L. VIII. c. 5. [b] Euſeb. Chron. Tillem. nota 12 ad vitam M. Aurelii. [c] Capitol. M. Anton. c. 16. Vero c. 2, 3. [d] Eutrop. l. d. [e] Capitol. Vero. c. 4. [f] Dio L. LXXI. p. 802. Excerpt. Valeſ. p. 717. 775. Capitol. Anton. c. 8. 9. Vero c. 7. Eutrop. & Feſtus Rufus. Occo Numiſm. p. 235. 236. Tillem. Hiſt. Imp. T. II. p. 614. & ſeqq. [g] Dio L. LXXI. p. 802. 803. Capitol. M. Anton. c. 13. 17. 22. Pauſ. L. VIII. c. 43. Amm. Marcell. L. XXXI. c. 5. Aur. Victor de Cæſ. c. 16. §. 13. Eutrop. L. VIII. c. 6 [h] Capitol. Vero c. 9. Euſeb. Chron. [i] Capitol. M. Anton. c. 13. 17. 21. [k] Barbeyrac Antiq. Fœd. P. II. §. 28—33. [l] Dio L. LXXI. p. 802—805. Capit. Anton. c. 22. Inſcriptio apud Gruter. p. CCLX. n. 4.

A. 4851. Per. Jul. ad 4905. A. Christ. 138. ad 192.

gavit[a]; quod *Christiani* patres precibus legionis fulminatricis acceptum ferunt[b].

Avidius Cassius oppressus.

§. 4. *Avidius Cassius* anno *Christi* 175, falso mortis illius adlato rumore, tyrannidem cepit, ac post tres menses occisus est[c]. *M. Aurelius* natus annos 58, menses 10, dies 22[d], utpote in lucem editus VI. Kal. *Maias* anni 121, avo suo *Vero* iterum & *Augure* Coss[e]. morbo apud *Vindebonam*[f] exstinctus est XVI ante Kal. *Apriles* anni 180, cum regnasset annos 19, dies 11[g].

Commodus vitiis gravis & Neroni similis.

§. 5. Optimo patri nequissimus filius *Aurelius Commodus Antoninus*, iam ante anno *Christi* 176 Imperator, sequente *Augustus* a patre appellatus[h], successit: ac statim sub initium imperii, bello cum *Germanis* conposito, *Romæ* triumphavit[i]. Mox ab aulicis corruptus, crudelitate, libidine, avaritia, fœdis & Imperatore indignis artibus *Neroni* simillimus, vim omnem imperii *Perenni*, Præfecto prætorio, conmisit[k]; qui *Lucillam Commodi* sororem cum aliis, qui coniuraverant, occidit[l], & ipse postea simili sive culpa sive prætextu capite pœnas luit[m]. Exinde prætorio præfecti duo sunt[n]. Potentiæ successit *Cleander*, *Perenni* peior[o], qui propter sævitiam & avaritiam invisus, orta seditione, iussu *Commodi* interemtus est[p]. Denique suorum insidiis, quibus necem destinarat, opprimitur ultimo die anni *Christi* 192, imperii exacto duodecimo, superque mensibus 9, ac diebus 14, cum vixisset annos 31 menses 4[q], utpote natus pridie Kal. *Septemb.* patre *M. Aurelio* ac *L. Vero* Coss.[r]

CA-

a Dio L. LXXI. p. 805. Capitol. Anton. c. 24. Claud. VI. Consul. Honorii vs. 340. & seqq. b Apollinaris apud Euseb. H. Ecc. L. V. c. 5. Tertull. Apolog. c. 5. ad Scapul. c. 4. Temist. Orat. XV. p. 191. Xiphil. p. 805, 806. c Dio L. LXXI. p. 810—813. Capitol. M. Anton. c. 24. 25. Vulcat. In Avidio Cassio c. 7—11. d Dio L. LXXI. p. 815. C. e Capitol. Anton. c. 1. f Victor. g Dio l. d. h Lampr. Commodo c. 2. Capit. Anton. c. 16. 27. Spanh. de Præst. Numis. Diss. XII. p. 375, 376. Tillem. nota 20 ad vitam Aurelii. i Herodian. L. I. c. 6. 7. Dio L. LXXII. p. 817. 818. Lampr. Comm. c. 3 k Herodian. L. I. c. 8. Lampr. l. d. Capitol. M. Aurel. c. 16. 19. Dio L. LXXII. p. 823—827. l Dio L. LXXII. p. 818, 819. Lampr. Comm. c. 4. Herodian. l. d. m Dio L. LXXII. p. 821. Herodian. L. I. c. 9. Lampr. Comm. c. 5. 6. n Herodian. L. I. c. 9. n. 24. o Lampr. Comm. c. 6. p Dio L. LXXII. p. 822, 823. Herodian. L. I. c. 12, 13. Lampr. Comm. c. 6, 7. q Dio L. LXXII. p. 827, 828. Herod. L. I. c. 16, 17. r Lampr. Comm. c. 1.

CAPUT VIII.

Res Chriſtiana *a* Nerva *ad* Commodum, *& a quibus ſive ſanguine ſive ſtilo ea ætate defenſa eſt: tum etiam* Hæretici: *& qui inter* Gentiles *doctrina celebres fuere, ab anno 96 ad* 192. A. 4809. Per. Jul. ad 4905. A. Chriſt. 96. ad 192.

§. 1.

JAm Eccleſia ab Apoſtolis toto orbe fundata, manebat ab iis tradita fides, certe in præcipuis fidei capitibus, ut S. Sacra norma eſſet fidei [a]: Deus unus & Triunus, Pater, Filius & Sp. S. unicum cultus & adorationis obiectum [b]: ita ut Filius Dei in carnem veniens iuſtus pro iniuſtis paſſus ſit, ſanguinemque pro nobis dederit [c]: ſalutisque per ipſum partæ participes fiamus, non per nos ipſos, nec per ſapientiam noſtram, pietatem & opera: ſed per fidem, per quam Omnipotens hominem iuſtificat in ſolo Dei Filio [d]. Eundemque ad memoriam ſui inſtituiſſe Euchariſtiam, panem & vinum, ſymbolum εἰκόνα, ἀντίτυπον corporis & ſanguinis *Chriſti* [e], quam ſine ſolemnitatibus liturgicis modo ſimpliciſſimo obferebant [f]. Nulla hoc tempore *Miſſæ*, *Purgatorii*, *Indulgentiarum*, *Satisfactionum humanarum*, *ſimiliumque* mentio. Inrepſit tamen mature ex philoſophiæ maxime *Platonicæ* nimio ſtudio ſententia de ſtatu animarum poſt mortem intermedio [g], ex qua preces & oblationes pro mortuis profluxerunt. Fides Sæculi ſecundi.

Gg §. 2.

a Melito apud Euſeb. H. Eccl. L. IV. c. 26. Clem. Rom. epiſt. 1 ad Corinth. c. 42. Juſtinus Martyr. *b* Juſtin. Mart. Apol. II. p. 56. 94. Polycarp. apud Euſeb. L. IV. c. 15. Athenagoras Legat. pro Chriſtianis p. 11. Lucianus ſive eo antiquior in Philopatride p. 463. *c* Clemens Epiſt. 1 ad Corinth. c. 21. 36. Polycarpus epiſt. ad Philipp. c. 1. Juſtin. in Apolog. II. paſſim & epiſt. ad Diognetum. Irenæus L. V. c. 1. *d* Clemens epiſt. 1 ad Corinth. c. 32. Edit. Clerici. Juſtin. epiſt. ad Diognetum p. 500. *e* Matthæus Laroquius in hiſtoria Euchariſtica. *f* Juſtin. Apolog. II. p. 96. 98. Gregor. Papa L. VII. ep. 63. Walafridus Strabo de rebus Eccleſ. c. 22. aliique, qui de rebus liturgicis ſcripſerunt. Vid. du Pin. Bibl. Eccl. T. I. p. 8, 9. *g* Juſtin. in Dialogo p. 223. 333. Irenæus & carmina Sybillina.

A. 4809. Per. Jul. ad 4905. A. Christ. 96. ad 192.

Bibliorum Interpretes.

§. 8. Celebres quoque hoc sæculo fuere Bibliorum Interpretes, *Aquila* [a], *Theodotio* [b], & *Symmachus* [c].

Eruditi gentiles maxime Philosophi.

§. 9. Inter Gentiles Philosophus insignis habitus est sub *Traiano Chæronensis Plutarchus* [d], ac *Dio Prusæus* [e]: sub *Hadriano Favorinus* [f], *Euphrates Stoicus*, qui morbi ac senectutis tædio cicutæ haustu vitam finiit, *Hadriano* permittente [g]. Sub *Antonino Pio Taurus Berytius Platonicus* vixit [h]: *Maximus Tyrius* [i], *Apollonius Chalcidicus Stoicus* [k], & *Basilides Scythopolitanus* [l] præceptores *M. Aurelii*: quo imperante, *Peregrinus* Philosophus, cognomento *Proteus*, apud *Pisas* per *Olympicum* ludicrum, exstructo rogo se ipsum cremavit Olympiade 236 [m]. Sub *Hadriano* quoque & *Antonino* celebris fuit *Ptolemæus*, Astronomiæ princeps [n].

Litteratores.

§. 10. Inter eruditos & sermonis elegantia præstantes primas tenuere *Traiano* imperante *C. Plinius* iunior [o]: *Polemo Laodicea*, quæ est ad *Lycum*, oriundus, Rhetor & Sophista [p], magister *Aristidis*, qui & ipse sub *Hadriano* floruit [q]. *Fronto* insignis orator [r]: *Herodes Atticus* [s]: *Hermogenes Tarsensis* [t]: *Phlegon*, *Hadriani* libertus, qui ad Olympiadem 229, hoc est *Hadriani* obitum, & annum *Christi* 137, opus suum perduxit [u]. Floruit & *Galenus* Medicinæ princeps [w].

§. 11.

a Iren. L. III. c. 21. n. 1. *b* Epiph. de mensuris n. 18. *c* Hieron. adversus Rufin. L. II. p. 209. Basnag. Ann. Eccles. Polit. an. 193. §. 23. & seqq. *d* Suidas. Rualdus in vita Plutarchi operibus eius præmissa. Bruck. Hist. Philos. T. II. p. 179. & seqq. *e* Philost. L. I. p. 491. Synesius p. 35. Edit. Petavii. *f* Philost. l. d. p. 493. Lucianus in Eunucho. Suidas h. v. *g* Plin. L. I. ep. 10. Arrian. in Epict. L. III. c. 15. IV. c. 8. Dio L LXIX. p. 791. *h* Euseb. Chron. an. 146. Suid. h. v. *i* Euseb. l. d. Suidas h. v. M. Aurel. L. I. c. 12. *k* Capitol. Ant. Pio c. 10. Euseb. l. d. *l* Euseb. l. d. *m* Euseb. Chron. Ol. 236. an. Domini 166. Lucianus in Peregrino. *n* Suid. h. v. *o* Tillem. Hist. Imp. sub Traiano §. 28. *p* Philostr. Vitis Sophist. L. I. p. 531. Suidas h. v. *q* Philost. l. d. L. II. p. 578. *r* Dio L. LXIX. p. 796. Capitol. Marc. c. 2. & Auctor Panegyrici Maximiliano dicti. *s* Philostr. l d. p. 545. Gell. IX. 2. XIX. 12. *t* Philostr. l. d. p. 547. Dio L. LXXI. p. 802. Suid. h. v. *u* Phot. Cod. 97. p. 265. Suidas h. v. *w* Suid. h. v. Phot. cod. 164. p. 342. Fabric. Bibl. Gr. L. IV. c. 17.

§. 11. Historias edidere *Tacitus* [a], *Suetonius* [b], *Florus* [c], *Arrianus Nicomediensis* Philosophus & Historicus [d]: *Appianus* [e]: *Pausanias* [f]: *Justinus* [g]: *Lucianus* [h] Satyricus, & *Apuleius* [i], Philosophus Platonicus, nec non *Aulus Gellius* [k] circa hæc tempora vixisse creduntur.

A. 4809. Per. Jul. ad 4905. A. Christ. 96. ad 192. Historici.

§. 12. Jurisconsulti *Traiano*, *Hadriano* & *Antonino* imperantibus celebres fuerunt *Neratius Priscus*, *Salvius Julianus*, *Caius* [l] & alii.

Jurisconsulti.

CAPUT IX.

De Pertinace, Juliano, Severo, Caracalla, Geta, Macrino, Alagabalo, Alexandro, *ab anno* 193 *ad* 235.

§. 1.

Occiso *Commodo*, statim ineunte anno *Christi* 137 *P. Helvius Pertinax*, ignobili loco natus, sed bello bonus, & optimis animi virtutibus præditus, ab iisdem, qui *Commodum* oppresserant, Imperator factus, simul & Pater patriæ appellatus est [m]. Sed acceptus omnibus; Prætorianis & aulicis propter severitatem invisus, intra octogesimum octavum diem, atque adeo 28 *Martii*, e medio sublatus est [n].

Pertinax vir militaris & severus.

§. 2. Eius cæde perturbata repub. *Romæ Didius Julianus*, infami licitatione imperium a militibus mercatus, Imperator salutatus est [o]: dum in provinciis *Pescennius Niger Syriæ*, *Clodius Albinus Britanniæ*, & *Septimius Severus Pannoniæ* Præfecti ad imperium adspirant [p].

Didius Julianus imperii emtor.

a Tillem. Hist. Imp. sub Traian. §. 27. *b* Tillem. l. d. sub Hadriano §. 24. *c* Tillem. l. d. *d* Tillem. l. d. §. 20. p. 472. *e* Tillem. sub Tito Anton. §. 24. p. 583. *f* Tillem. sub M. Aurelio §. 33. p. 726. *g* Tillem. sub Tito Anton. §. 24. p. 582. *h* Tillem. sub M. Aurelio §. 29. p. 707. Bruck. H. Philos. T. II. p. 615. *i* Tillem. l. d. §. 33. p. 722. Bruck. T. II. p. 171. *k* Tillem. l. d. §. 35. p. 733. *l* De quibus Rutilius, Bertrandus & Grotius in vitis Jurisconsultorum. *m* Herodian. L. II. c. 1—4. Dio L. LXXIII. p. 830—832. Capitol. Pertin. c. 1—5. Spanh. de usu Numis. Diss. XII. p. 445—447. *n* Herodian. L. II. c. 5. Dio L. LXXIII. p. 833. 834. *o* Dio L. LXXIII. p. 835. 836. Excerp. Vales. p 730. Herodian. L. II. c. 6. Spart. in Did. Julian. c. 1—4. *p* Dio L. LXXIII, p. 836. 837. Herodian. L. II. c. 7—10. Spart. Pesc. Nigr. c. 2.

A. 4906. Per. Jul. ad 4948. A. Christ. 193. ad 235.

§. 3. Ex his *Severus*, origine *Afer*, per speciem ulciscendi *Pertinacis* in *Italiam* descendens, facile effecit, ut *Didius Julianus*, omnibus invisus, & a militibus, quod integrum donativum repræsentare non potuerat, destitûtus, Senatus iussu post duos menses ac dies quinque necaretur [a].

Severus simulandi artifex & bello bonus. Pescennium Nigrum vincit.

§. 4. Tum conciliato sibi *Albino* [b], in Orientem profectus, *Pescennium Nigrum*, tribus victum præliis, *Antiochia* ad *Euphratem* fugientem occidit [c]: *Byzantium*, quod in eius fide perstabat, triennali obsidione expugnatum, muris ac libertate spoliatum, *Perinthiis* contribui iussit [d]; anno circiter imperii quarto.

Et Clodium Albinum.

§. 5. Rebus in Oriente pacatis, vertit in Occidentem arma contra *Clodium Albinum*, eundemque ad *Lugdunum* difficili prælio victum occidit XI Kalendas *Martii* anno *Christi* 197: caput *Albini Romam* missum, in eius fautores & amicos acerbissime sævitum [e].

Res in Oriente gestæ. Plautianus cæsus.

§. 6. Mox, *Parthorum* provocatus iniuriis [f], & spe triumphi [g], denuo in Orientem profectus, *Armenis* & *Osrhoënis* in fidem receptis, *Parthos* vincit, *Ctesiphonte* expugnata [h]: in *Arabia* apud *Atras* gravius laboratum [i]: hinc in *Ægyptum* veniens *Alexandrinis Buleutarum* ius concedit anno 202 [k]. *Romam*, ubi *Plautianus* omnia gubernabat, anno *Christi* 203 reversus [l], filiam eius *Plautillam Antonino* filio suo despondet, dotisque tantum numeratum, quantum reginis quinquaginta satis esset [m]. Verum paullo *post* *Plautianus* idem coniurationis contra Imperatores suspec-

a Dio L. LXXIII. p. 837—839. Herodian. L. II. c. 11, 12. Spart. Julian. c. 6—9. Tillemont nota 7 ad vitam Severi Tom. III. p. 393. *b* Dio L. LXXIII. p. 837. Herodian. L. II. c. 15. *c* Dio L. LXXIV. p. 842—844. Excerpt. Vales. p. 734. Herodian. L. III. c. 2—4. Spart. Pesc. Nigr. c. 5, 6. *d* Dio L. LXXIV. p. 844—847. Herod. L. III. c. 1. 2. 6. *e* Dio L. LXXV. p. 850—853. Herodian. L. III. c. 5—8. Spart. Sev. c. 10—12. Mosheim Diss. Eccles. p. 60. Tillem. nota 16 ad vitam Severi T. III. p. 404. *f* Dio L. LXXV. p. 853. E. *g* Herodian. L. III. c. 9. *h* Dio L. LXXV. p. 853, 854. Herodian. l. d. Spart. Sever. c. 15, 16. *i* Dio L. LXXV. p. 854 D—856. Herod. l. d. *k* Spart. Sever. c. 17. Dio L. LXXV. p. 856. coll. LI. p. 455. B. Tillem. Hist. Imp. T. III. p. 95, 96. *l* Tillem. nota 24 ad vitam Severi T. III. p. 412. *m* Dio L. LXXV. p. 856. E—858. L. LXXVI. p. 859. Herodian. L. III. c. 10. Spart. Sever. c. 14.

ſuſpectus, ab *Antonino* genero interimitur, & complures poſt eum interfecti, qui illi ſtuduerant[a].

A. 4906. Per. Jul. ad 4948. A. Chriſt. 193. ad 235.

Expeditio Britannica.

§. 7. Poſt hæc cum de motibus in *Britannia* ortis nunciatum eſſet, *Severus* anno *Chriſti* 208 illuc abiit[b] cum duobus filiis, *Baſſiano*, quem *Antoninum* cognominaverat, & *Auguſtum* anno imperii ſexto fecerat[c], & *Geta*, quem paullo ante *Auguſti* dignitate ornaverat[d]. Ibi tribus annis rem proſpere gerens reſedit[e], & muro ſive vallo per transverſam inſulam ducto, eam munivit[f]. Ibidem denique, maioris filii inſidiis haud ſemel adpetitus, *Eboraci* moritur pridie Nonas *Feb.* anni *Chriſti* 211: cum imperaſſet annos 17, menſes octo, dies tres[g]. Moriens ſeptem annorum canonem, ita ut quotidiana ſeptuaginta quinque millia modiorum expendi poſſent, reliquit: olei vero, quantum *Italiæ* toti per quinquennium ſufficeret[h].

Caracalla truculentus & perfidus.

§. 8. *Antoninus Caracalla* & *Geta*, duo *Severi* ex *Julia Domna* filii[i], pari iure poſt parentis obitum imperium tenuerunt[k], diſpari ingenio, miti quippe ac civili erat *Geta*[l], truculentus alter & furore præceps[m]: ex qua animorum diſſenſione perpetua diſcordia fuit, ut etiam de imperio dividendo actum fuerit[n]; ſed cum id utriusque mater *Julia* prohibuiſſet, altero imperii anno, ut e *Xiphilino*[o] conſtat, *Chriſti* 212, in ipſo ſinu matris *Geta* a fratre occiſus eſt anno ætatis 23. Cæſa poſtea amicorum illius ac fautorum magna multitudo[p]: in his *Papinianus* Juriſconſultus, quod parricidium eius excuſare legibus nollet[q].

§. 9.

a Dio L. LXXV. p. 853. E. L. LXXVI. p. 860, 861. Herodian. L. III. c. 11. 12. Chron. Alex. *b* Herodian. L. III. c. 14. Dio L. LXXVI. p. 866. *c* Tillem. nota 19 ad vitam Severi. *d* Occo in Numism. Sept. Getæ. Tillem. H. Imp. T. III. P. I. p. 125. *e* Dio L. LXXVI. p. 866. B. *f* Spart. Severo c. 18. Beda Hiſt. Angl. L. I. c. 5. *g* Dio L. LXXV. p. 867–870. Herodian. L. III. c. 15. *h* Spart. Sever. c. 23. *i* Spanh. de Uſu & præſt. Numiſ. Diſſ. XI. p. 294. *k* Herodian. L. III. c. 15. Dio L. LXXVII. p. 870. Spart. Geta c. 6. *l* Dio L. LXXVII. p. 871. Herodian. L. IV. c. 3. Spart. Geta c 3, 4. *m* Dio L. LXXVII. p. 873. & ſeq. Excerpt. Valeſ. p. 742. Herodian. L. IV. c. 3. Spart. Caracal. c. 2. *n* Herodian. L. IV. c. 3. *o* Dio L. LXXVII. p. 871, 872. Herodian. L. IV. c. 4. *p* Dio L. LXXVII. p. 872. Herodian. L. IV. c. 6. Spart. Carac. c. 3, 4. *q* Dio L. LXXVII. p. 872. Spart. Carac. c. 4. 8. Zoſim. L. I. c. 9.

A. 4906. Per. Jul. ad 4948. A. Christ. 193. ad 235.

Jus civitatis cum aliis communicat.

§. 9. Idem exhausto ærario, cum decimam manumissionum ac hæreditatum imperasset, omnibus in orbe *Romano* degentibus liberis hominibus ius civitatis concessit [a].

Alemanni innotuere.

§. 10. Ad *Danubium* anno 214 profectus bellum Cum *Cattis* & *Alemannis*, quorum tunc primum auditum nomen, habuit, nomenque victoriæ ab his aliisque barbaris data pecunia redemit [b].

In Oriente fraudulenter agit.

§. 11. In Orientem veniens *Osrhoënos* & *Armenos* amicitiæ specie perfide circumvenit [c]: *Alexandriæ* vero ingentem civium stragem edidit, quod in ipsum aliquando dicta iecissent [d]. *Artabanum Parthorum* Regem fraudulenter invasit, ac regnum eius populatus est [e]. Annis demum a patris obitu sex, mensibus duobus, diebus quatuor exactis, ab *Opilio Macrino* præfecto prætorio, per *Martialem* centurionem interficitur *Edessam* inter & *Carras* VI Idus *Apriles* anno *Christi* 217, natus annos 29 & dies quatuor [f].

Macrinus sui negligens.

§. 12. Ei militari suffragio subficitur *Macrinus* genere *Maurus* [g], qui, pace magno ære a *Parthis* redemta [h], dum genio apud *Antiochiam* indulget, arte *Maesæ*, sororis *Juliæ Domnæ* post annum mensesque duos, quam imperium adsumserat, victus, una cum *Diadumeno* filio occiditur [i].

Elagabalus mortalium fœdissimus.

§. 13. Itaque *Maesæ* ex filia nepos *Aurelius Antoninus Elagabalus Varius*, ex *Jovis* vel *Solis* sacerdote, *Caracallæ* filius vulgo, sed falso creditus, imperavit anno *Christi* 218 [k]. Hic mortalium omnium fœdissimus, profusus, crudelis, libidine & mollicie infamis [l], cum omnium odio annos tres, menses novem

a Dio Excerpt. Vales. p. 745. Ulpian. in ff. leg. 19. de statu hominum. *b* Dio L. LXXVII. p. 876. Excerpt. Vales. p. 749. 750. Spart. Carac. c. 10. Aur. Victor de Cæs. c. 21. n. 2. Barbeir. Ant. Fœd. P. II. §. 40. Addantur Origines Alamannicæ J. Wachteri in Gundl. P. XXX. Diss. I. *c* Dio L. LXXVII. p. 875. 879. *d* Herodian. L. IV. c. 8. 9. Dio L. LXXVII. p. 879, 880. Spart. Carac. c. 6. *e* Dio L. LXXVII. p. 881. Herodian. L. IV. c. 10, 11. *f* Dio L. LXXVIII. p. 882. 891. Herodian. L. IV. c. 12, 13. Spart. Car. c. 6, 7. *g* Dio L. LXXVIII. p. 892, 893. 895. D. Herodian. L. IV. c. 14. *h* Dio L. LXXVIII. p. 886. 887. Herodian. L. IV. c. 15. *i* Dio L. LXXVIII. p. 887. D—890. 900 & seqq. Herodian. L. V. c. 2—5. Capitol. Macrin. c. 8—10. Zosim. L. I. c. 10. *k* Dio Herodian. ll. dd. Lampr. Heliog. c. 1, 2. *l* Dio L. LXXIX. p. 911—914. Excerpt. Vales. p. 761—769. Herodian. L. V. c. 5. 6. Lampr. Elagab. c. 5. 6.

vem ac dies quatuor imperium tenuisset, consensu militum cum matre *Soæmi* cæsus 10 *Martii* anno *Christi* 222, unco inpactus in cloacam, inde in *Tiberim* tractus est anno ætatis 18 [a]. A. 4906. Per. Jul. ad 4948. A. Christ. 193. ad 235.

§. 14. Imperiumque accepit eius consobrinus, iam anno superiore *Cæsar* factus, *M. Aurelius Severus Alexander*, *Mamææ* filius, *Mæsæ* nepos [b]. Inter optimos imperii *Romani* principes adnumerandus [c], domi parcus, sed sine sordibus; publice splendidus, sed sine profusione [d]; litterarum amans [e]; iuris iustitiæque studiosus [f]; adulatores, scurras, & aulicorum dedecora procul amovit [g]: magistratus venales esse prohibuit, adserens, *non posse fieri, quin, quod quis emisset, hoc venderet* [h]. Itaque provinciarum rectoribus, ne populis oneri essent, instrumentum ex ærario præbebat [i]. Idem in *Christianos* æquior, ut etiam *Christum* inter alios gentilium heroas in larario coleret [k]. In iure administrando usus est industria clarissimorum eius scientiæ virorum, *Ulpiani*, *Pomponii*, *Celsi*, *Modestini*, *Pauli*, *Proculi*, *Venuleii* [l]. Ex his *Ulpianus* ad præfecturam prætorii provectus, militari seditione interemtus est [m].

Alexander multis nominibus laudandus.

§. 15. *Alexandro* quintum iam annum imperante [n], *Artaxerxes Persa*, cum *Parthos* tribus præliis superasset, interfecto Rege eorum *Artabano*, *Persarum* in Oriente instauravit imperium [o]. Protinusque *Asiam* ad *Hellespontum*, quæ iuris *Persici* quondam fuerat, repetiturus, *Romanis* formidabilis esse cœpit; sed fractis ad *Atra* viribus, cladeque in *Armenia* accepta pro tempore abstinuit [p]. Verum, sensim subactis finitimis, bellum denuo *Romanis* in-

Persæ instaurato imperio Romanos exercent armis.

a Dio L. LXXIX. p. 910. C. 916. Herodian. L. V. c. 8. Lampr. Elag. c. 13—18. Basnage Ann. Eccl. Polit. T. II. p. 280. Tillem. nota 6 ad vitam Heliogabali. b Herodian. L. V. c. 7. Dio L. LXXIX. p. 914, 915. Lampr. Alex. Sev. c. 1. c Vopisc. in Probo c. 12. d Lampr. Sever. c. 25. 28. 37. 40. 41. 44. e Lampr. Sev. c. 3. 30. f Lampr. Sev. c. 16, 17. g Lampr. Sev. c. 18. 23. h Lampr. Sev. c. 46. 49. i Lampr. Sev. c. 42. k Lampr. Sev. c. 29. 22. 43. l Lampr. Sev. c. 15, 16. m Dio L. LXXX. p. 917. Lampr. Sev. c. 51. Zosim. I. c. 11. n Petav. Ration. P. II. L. IV. c. 7. Tillem. nota 5 ad vitam Alexandri. o Agath. L. II. p. 64. Edit. Reg. Dio Excerpt. Valef. p. 769. p Dio L. LXXX. p. 918. Excerpt. Valef. p. 769. Herodian. L. VI. c. 2.

A. 4906. Per. Jul. ad 4948. A. Christ. 193. ad 235.

intulit circa annum 232 [a], quo *Alexander* ipse in Orientem profectus, bello varia fortuna gesto, ita denique rem conposuit, ut captivos *Persarum* accepto pretio restitueret [b]. Hac functus expeditione, novam contra *Germanos*, *Galliam* infestantes, suscepit, in qua sive nimia severitate, ut *Spartianus* [c], sive ignavia, quod pecunia data rem conponere adlaborabat, ut *Herodianus* [d], invisus militibus, auctore *Maximino* paucorum coniuratione occiditur *Moguntiaci* una cum matre, cui se, quamdiu vixit, ad invidiam usque morigerum præbuit [e]. Id anno *Christi* factum est 235, *Martii* 19. Imperavit annis 13, diebus novem [f].

CAPUT X.

De re Christiana *per illorum Imperatorum tempora, & inlustribus pietate ac doctrina viris, ab anno* 193 *ad* 235.

§. 1.

Fides Ecclesiæ sub initium Sæculi III.

FIdem certe in præcipuis, quæ supra adtigi, capitibus eandem optimos quosque ex Patribus contra hæreticorum conatus adsertum ivisse *Irenæi* [g], *Clementis Alexandrini* [h], aliorumque scripta conprobant. Quemadmodum & *Theodotum Byzantinum* coriarium, qui primus *Christum* ψιλὸν ἄνθρωπον esse adseruerat, *Victor Romanus* Episcopus Ecclesiæ communione privavit [i].

Nævi iam inrepentes.

§. 2. Nec tamen negari potest, varios iam tunc propullulasse nævos. Origo mali fuit studium illud Patrum, non quidum aliquod systhema philosophicum adsciscendi, sed tamen doctrinas varias philosophiæ gentilis maxime *Platonicæ* recentioris in systhema

[a] Tillem. nota 8 ad vitam Alex. [b] Herodian. L. VI. c. 2–6. Lampr. Alex. c. 55. Barbeir. Antiq. Fœd. P. II. §. 43. [c] Spart. Alex. c. 59. [d] Herodian. L. VI. c. 7. [e] Spart. l. d. Herodian. L. VI. c. 8, 9. & 1. [f] Spart. Alex. c. 60. Tillem. nota 11 ad vitam Alexandri. [g] Irenæus L. III. c. 19. p. 280. L. IV. p. 287. [h] Clem. Alex. Strom. L. II. Pædag. L. I. p. 94. 95. [i] Euseb. L. V. §. 28. Tertull. Præscr. c. 53. Epiphan. hær. LIV. c. 1.

themà *Christianum* transferendi [a]. Hinc variæ locutiones & termini incommodi in doctrina de Trinitate [b], & gratiæ cum libero arbitrio conciliatione adhibiti [c]. Hinc sententia de *animis* inpiorum flammis, post mortem *purgandis* [d], deque animis piorum in loco intermedio degentibus; unde *oblationes* & *preces pro mortuis* originem duxerunt [e]. Hinc illa de mundo angelorum ministerio regendo [f], unde cultus angelorum introductus. Jam ritus Ecclesiæ magis ad pompam adcommodati, ut maiestate cæremoniarum animi gentilium caperentur: iam *disciplina arcani* in Ecclesiam inducta, qua a conspectu Eucharistiæ similibusque Catechumeni arcebantur [g]. Jam etiam variæ voces *Traditionis*, *Sacrificii*, *Oblationis*, *Sacerdotis*, *Altaris*, *Satisfactionis*, *Meriti*, *Indulgentiæ*, *Papæ*, similesque, alio tamen atque hodie sensu, receptæ sunt. Nec iam defuit *Antichristi* spiritus, dominandi in sacris libido, cuius insigne exemplum dedit *Victor*, *Romanus* Episcopus, *Polycratem* ceterosque *Asiæ* episcopos a communione Ecclesiæ excludens, quod *quarta decima* post novam lunam die, non *Dominica* Pascha celebrarent: qui propterea velut hæretico vocabulo *Quartadecimani* dicti sunt [h]. Et quamvis nulla adhuc *Romano* Episcopo in alios data fuerit iurisdictio [i], crevit tamen *Metropolitanorum* dignitas [k], simul & *Presbyteri* ab *Episcopis* non gradu tantum, sed toto ordine distingui cœperunt [l].

A. 4906. Per. Jul. ad 4948. A. Christ. 193. ad 235.

§. 3. Inter hæc gravis persecutionis procella, anno *Severi* decimo, *Christi* 202 [m], in *Christianos* incubuit [n], per quam *Leonides*, *Origenis* pater, *Alexan-*

Sexta sub Severo persecutio.

a Bruck. T. III. p. 320. 324. & seqq. 347. 348. *b* Tertull. Apolog. c. 21. Clem. Alex. Strom. L. V. p. 598. VII. p. 702. *c* Clem. Alex. Strom. L. VI. p. 617. 640. 644. 689. 692. Origin. περὶ ἀρχῶν L. III. c. 2. in fine. Basnage Hist. de l' Eglise L. XI. c. 2. *d* Origin. Philocal. c. 1. & de Principiis L. I. c. 6. Huet. Origen. p. 140. *e* Bingham. L. XV. c. 3. §. 17. Origin. in Levit. homil. 7. *f* Tatian. Apolog. c. 15. 27. Clem. Strom. L. VII. p. 702. *g* Bingham. Orig. Eccles. L. X. c. 5. Tom. IV. p. 119. & seqq. *h* Euseb. L. V. c. 24. *i* Spanh. Hist. Sec. III. c. 6. §. 7. *k* Spanh. Ib. §. 6. *l* Cyprian. ep. 9. *m* Euseb. in Chron. Conferatur Moshemii dissertatio de ætate Apologetici Tertulliani. Tillem. Hist. Imp. T. II. P. I. p. 151. & 425. *n* Spart. Sever. c. 17.

A. 4906. Per. Jul. ad 4948. A. Christ. 193. ad 235. Eruditi Christiani.

driæ passus est[a], multique cum ipso in *Ægypto* & *Africa*, quibus in locis maxime deferbuit[b].

§. 4. Eadem tempora, qua insigni sanctitate, qua doctrina fecerunt inlustriora *Irenæus*, *Lugdunensis* Episcopus, a quibusdam inter martyres adscriptus[c]: *Pantænus*, philosophus *Eclecticus*, qui cum *Alexandrinæ* scholæ præfuisset, *Indias* Evangelii proferendi caussa petiit, ac sub *Severo* & *Caracalla* floruit[d]: *Clemens*, & ipse Catecheta *Alexandrinus*, auditor *Pantæni*, & *Origenis* magister[e]: *Rhodon Asianus Tatiani* discipulus[f]: *Miltiades* & *Apollonius*, scriptor Ecclesiasticus, qui contra *Cataphrygum* hæresin scripsere[g]. *Apollonius* alter, Senator *Romanus*, qui pro *Christiana* religione apologiam in Senatu recitavit, eiusque decreto capite truncatus est imperante *Commodo*[h]: *Polycrates Ephesiorum* episcopus[i]. In *Africa Tertullianus Severo* & *Caracallæ* Principibus[k]: *Romæ Minucius Felix*[l]: *Origenes Alexandriæ*, qui quidem anno *Commodi* sexto, *Christi* 185 circiter in lucem editus, *Severi* decimo anno, decimum septimum ætatis annum agebat[m], mortuus anno ætatis 69, *Christi* 253[n]. Eminebat & *Julius Africanus*, qui præter quatuordecim historiarum libros, epistolam scripsit ad *Origenem*, qua narrationem de *Susanna* fabulis adscribendam docet[o]: *Gregorius Thaumaturgus Neocæsariensis* episcopus[p]: *Heraclas* catecheta primum, dein Episcopus *Alexandrinus*[q].

Gentiles.

§. 5. Inter Gentiles *Ammonius* Philosophus, recen-

a Euseb. L. VI. c. 7. b Tertull. ad Scap. c. 4. c Hieron. in caput Esaiæ LXIV. & de Script. Eccles. c. 35. Tertull. in Valentino c. 5. Basn. Ann. Polit. Eccl. an. 194. n. 4. d Euseb. L. V. c. 10. Clem. Strom. L. I. p. 401. Hieron. de Script. Eccl. c. 36. e Euseb. L. V. c. 11. VI. 6. Clem. Strom. L. I. p. 338. Hieron. l. d. c. 38. le Clerc. Bibl. Universelle T. X. p. 178. & seqq. f Euseb. L. V. c. 13. Hieron. de Script. Eccles. c. 37. g Euseb. L. V. c. 17. 18. Hieron. l. d. c. 39. 40. h Euseb. L. V. c. 21. Hieron. de Script. c. 42. i Hieron. de Script. c. 45. k Hieron. l. d. c. 53. Basn. Ann. Polit. Eccl. ad ann. 200. l Hieron. l. d. c. 58. Lactant. L. V. c. 1. n. 22. m Euseb. L. VI. c. 2. 3. n Hieron. de Script. c. 54. Phot. Cod. CXVIII. p. 297. o Euseb. L. VI. c. 31. Phot. Cod. XXXIV. p. 20. 21. Hieron. de Script. c. 63. p Euseb. L. VI. c. 30. Nyssenus in vita Thaumaturgi. q Euseb. L. VI. c. 3. 15. 26. 35.

centiorum *Platonicorum* auctor [a], cuius auditor fuit *Plotinus Lycopolitanus* [b]. *Oppianus* celebris sub *Severo* Poëta [c]. Et *Ælianus Prænestinus*, qui historiam variam & animalium sub *Alexandro Severo* scripsit [d]. Quo tempore etiam celebris fuit *Dio Cassius*, qui *Romanam* historiam inde ab adventu *Æneæ* in *Italiam* ad *Alexandrum* Imperatorem libris LXXX conscripsit [e]: & *Philostratus Lemnius*, qui vitam *Apollonii Tyanei* scripsit [f]. A. 4906. Per. Jul. ad 4948. A. Christ. 193. ad 235.

CAPUT XI.

De Maximino *eiusque successoribus usque* Probum: *ubi de* XXX *Tyrannis*, Odenathe & Zenobia, *ab anno* 235 *ad* 276.

§. 1.

INteremto *Alexandro* res *Romana* vehementer perturbata fuit, dum enim secuti deinde Imperatores bellis civilibus decertant, imperium ipsum Barbaris direptioni esse cœpit. *Maximinus*, *Gotho* patre, *Alana* matre natus [g], militari suffragio anno *Christi* 235 Imperator factus [h], imperium in tyrannidem vertens [i], confecto prospere bello *Germanico* [k], dire interim *Romæ* per Præfectos grassabatur, pluresque maxime nobilium interficiebat [l]. Donec post biennium *Gordiani* ambo, pater & filius, *Carthagine* imperium usurpant [m]. *Romani*, auctore Senatu, a *Maximino* deficiunt, & legati ubique mittuntur, qui provincias in Senatus potestate contineant [n]: *Romæ* vero

Maximinus crudelitatis monstrum. Gordiani.

a Phot. Cod. CCXIV. p. 549. CCLI. p. 1382. Suidas v. Plotinus. Porphyrius apud Euseb. L. VI. c. 19. Mosheim in dissert. de turbata per recentiores Platonicos Ecclesia §. 6. & seqq. *b* Porphyr. in vita Plotini c. 3. Suidas h. v. *c* Sozom. in argumento Hist. Eccl. Tillem. Hist. Imp. in Carac. §. 15. *d* Perizon. in Præfat. ad Ælianum. *e* Phot. Cod. LXXI. p. 105. Suid. h. v. Tillem. in Alexand. §. 27. *f* Suid. h. v. Fabric. Bibl. Gr. L. IV. c. 24. §. 1. *g* Capitol. Maximin. c. 1. Jornand. de Rebus Get. c. 15. *h* Capit. Maximin. c. 8. *i* Capitol. Maximin. c. 8—10. Herodian. L. VII. c. 1. Zosim. L. I. c. 13. *k* Capit. Max. c. 11. 12. Herodian. L. VII. c. 2. *l* Capitol. Max. c. 13. Herod. L. VII. c. 3. *m* Herodian. L. VII. c. 4. 5. Capitol. Gordian. c. 7—9. Victor de Cæsar. c. 26. Zosim. L. I. c. 14. *n* Herodian. L. VII. c. 7. Capitol. Gord. c. 10.

A. 4948. Per. Jul. ad 4989. A. Christ. 235. ad 276.

vero viginti viri ad tuendam rempub. deliguntur [a]. Sed *Gordianis* in *Africa* post breve tempus a *Maximini* duce *Capeliano* victis, cæsisque [b], *Balbinus* & *Maximus Pupienus* ex viginti viris a Senatu ad imperium provecti sunt VII ante Kal. *Julias* anno *Christi* 237, addito Cæsare *Gordiano* iuniore, prioris ex filia nepote [c]. Contra quos profectus *Maximinus*, dum *Aquileiam* obsidet, a militibus una cum filio cognomine, quem Cæsarem appellaverat interfectus est anno 238 [d], post tres annos & aliquot dies in summa potestate transactos [e].

Balbinus & Pupienus laude digni senes.

§. 2. Eodemque anno *Balbinus* & *Pupienus*, imperium optime tractantes, a prætorianis, qui Principes a Senatu datos aversabantur, trucidati sunt, cum imperassent annum unum [f].

Gordianus iunior optimæ spei princeps.

§. 3. Ex quo tempore *Gordianus*, a militibus & Senatu Imperator salutatus, solus imperavit, natus annos admodum 13 [g], optimo & ad omnem virtutem facta puer indole, quam *Misithei* doctissimi, atque disertissimi viri, cuius filiam, ad bellum *Persicum* iturus, duxerat, prudentia temperabat [h]. Eo igitur comitante, & *Jano* gemino, quod postremus omnium fecisse legitur, aperto, contra *Persarum* Regem *Saporem*, *Artaxerxis* filium & successorem, profectus anno imperii quinto, ab iis *Carras*, *Nisibin*, aliaque oppida recepit, & eosdem in regionem suam conpulit [i]. Anno insequente *Philippi Arabis* insidiis sublato *Misitheo* [k], paullo post *Gordianus* ipse, seditione per corruptos milites ab eodem concitata *Philippo*, perimitur, cum sexennium regnasset anno *Christi* 244 [l].

Philippus parricida: a Gothis vexatus.

§. 4. Cuius in locum ille ipse parricida successit, qui, pace cum *Sapore* constituta [m], *Carpis* victis [n], a Go-

[a] Capitol. in Maximino Juniore c. 6. [b] Herodian. L. VII. c. 9. Capitol. Gord. c. 15. 16. [c] Herodian. L. VII. c. 10. Capit. in Max. & Balb. c. 1. 3. & in Maximin. c. 20. Gord. c. 22. Cuper. Hist. Gord. p. 12. & seqq. [d] Herodian. L. VIII. c. 1—5. Capit. in Maximin. c. 21—23. Victor de Cæs. c. 27. Zosim. L. I. cap. 15. [e] Tillem. nota 5 ad vitam Maximini. [f] Herodian. L. VIII. c. 8. Capit. Max. & Balb. c. 13—15. Tillem. nota 12 ad vitam Maximini. [g] Herodian. l. d. Capit. Gord. c. 22. [h] Capit. Gord. c. 23—25. [i] Capit. Gord. c. 26. 27. Zosim. I. c. 18. [k] Capit. Gord. c. 28. [l] Capt. Gord. c. 29—31. Zosim. L. I. c. 18. 19. Victor de Cæs. c. 27. [m] Zosim. L. I. c. 19. Victor de Cæs. c. 28. Zonar. T. I. p. 624. Lib. XII. c. 19. [n] Zosim. L. I. c. 20.

a *Gothis*, quibus annua negaverat stipendia, Rege *Ostrogotha* in *Mœsia Thraciaque* male vexari cœpit [a]. Huius anno quarto labente, quo Consul ipse tertium filius eius *Philippus* secundum fuere, *Romæ* ludi sæculares, anno Urbis vertente millesimo celebrati sunt, *Christi* 248 [b]. Tandem, cum iam *Decius* ad motus in *Pannonia* conponendos missus, purpuram ipse sumsisset, quinque annis in imperio decursis, sextum auspicatus senior *Veronæ*, iunior *Philippus Romæ* a militibus ingulantur anno *Christi* 249 [c]. A. 4948. Per. Jul. ad 4989. A. Christ. 235. ad 276.

§. 5. Successit igitur *Decius*, ex inferiore ortus *Pannonia*, excellente vir animi virtute & bellandi usu præditus [d]; regnum barbarorum excursionibus exercitum habuit [e], contra quos, post menses imperii 30 [f], pugnans, in promiscua turba, paludis haustus gurgite, periit, sic ut ne cadaver quidem inveniri potuerit. *Galli*, cum barbaris occulte conspirantis, fraude, ut scribit *Zosimus*, ea clades est accepta. *Decii* filius eodem bello est exstinctus anno 251 [g]. Decius vir fortis & militaris.

§. 6. *C. Vibius Trebonianus Gallus*, limitanei in *Mœsia* dux exercitus, militari suffragio imperator creatus, ac *Volusiano* filio Cæsare constituto, mox & *Hostiliano Decii* filio in consortium adsumto, ignominiosam cum *Gothis* pacem conposuit [h], ac post menses 18 [i], cum adversus *Æmilianum*, quem milites in *Mœsia* imperatorem salutaverant, pergeret, uno cum filio trucidatur apud *Interamnam* [k]. Id anno evenit *Christi* 253. Eo imperante pestilens morbus, quantus nunquam antea, totum pene vastavit orbem anno *Christi* 252, in quo *Christianorum* etiam adversus persecutores suos caritas enituit [l]. Gallus publici negligens.

§. 7.

a Jornand. de Reb. Get. c. 16. b Hieron. in Chron. Victor de Cæs. c. 28. Prosp. Aquitan. in Chron. integro. Eutrop. L. IX. c. 3. c Zosim. L. I. c. 21. 22. Victor de Cæs. c. 28. Tillem. nota 9 ad vitam Philippi. d Victor in Epit. c. 29. e Zosim. L. I. c. 23. f Victor in Epit. l. d. g Victor de Cæs. c. 29. Epit. c. 29. Lactant. de Mort. Persec. c. 4. Zosim. d. l. Jorn. c. 18. h Zosim. L. I. c. 24. 25. Victor de Cæs. c. 30. Jorn. c. 19. i Dexippus apud Syncellum p. 376. Euseb. L. VII. c. 10. Tillem. nota 3 ad vitam Galli. k Zosim. L. I. c. 28. Victor de Cæs. c. 31. & Epit. c. 31. Eutrop. L. IX. l Euseb. L. VII. c. 22. Cyprian. de Mortalitate. Jornand. c. 19. Zonar. L. XII. c. 21. Victor l. d.

A. 4948. Per. Jul. ad 4989. A. Christ. 235. ad 276.

Æmilianus. Valerianus a barbaris miserrime vexatus.

§. 7. Tertio postea mense *Æmiliano* sublato, rerum potitus est *Valerianus* cum *Gallieno* filio [a]. Hic, cum res *Romana* per id tempus Barbarorum incursionibus vehementer vexaretur, ut auctor sit *Augustinus* [b], Barbarorum inpressiones *Gallieno* imperante, *tales fuisse, ut mundi finem appetere putare possent*, ipse in *Orientem* profectus, *Europæos* exercitus *Gallieno* filio tradidit [c]. *Persæ* orientalem limitem armis invadentes *Antiochiam* diripuere [d]. *Scythæ* in *Asiam* transgressi, late omnia populati, *Chalcedonem Nicæam*que captas succenderunt, contra quos cum *Valerianus* iisset [e]; indeque contra *Saporem* Orientali limiti infestum processisset, ab eo captus, & vilis more mancipii habitus est, ut quoties equum conscenderet, incurvato eo, pedem cervicibus eius inponeret [f]. Demum eum cute nudari ac saliri iussit [g]. Ea clades in annum *Christi* incidit 260 [h].

Gallienus luxu perditus patrisque negligens.

§. 8. Interim *Gallienus*, cum ægre aliquamdiu *Germanorum* ad *Rhenum* inpetus sustinuisset, pace cum *Marcomannorum* Rege conposita [i], ut *Italiæ* graviter a Barbaris laboranti subcurreret [k], iis digressis, luxu nequitiisque perditus, patris nullam curam habens, desidem *Romæ* vitam agebat [l], dum imperium undique tam a Tyrannis, qui triginta numero a *Trebellio Pollione* percensentur [m], quam a *Francis*, quorum hoc tempore auditum nomen, laceratur [n], & gravi pestilentia vastatur [o].

Odenathes & Zenobia.

§. 9. Actum de Orientis imperio videbatur, nisi *Odenathes*, *Palmyrenorum* Decurio, *Persas*, in *Romanorum* fines ingruentes, fortiter conpressisset; hic enim capta

a Zosim. I. c. 29. Victor de Cæs. c. 31. & Epit. c. 31. Hieron. In Chron. Zonar. L. XII. c. 22. *b* Aug. ep. 199. ad Hesychium Edit. Bened. T. II. p. 573. *c* Zosim. L. I. c. 30. *d* Zosim. L. I. c. 27. Trebell. Poll. de XXX Tyrannis c. 2. Zonar. L. XII. c. 23. *e* Zosim. L. I. c. 31—36. Jorn. c. 20. *f* Zosim. I. c. 36. Trebell. Valer. c. 3. Lact. Mort. Persec. c. 5. Victor Epit. c. 32. Oros. L. VII. c. 22. *g* Constantinus ad sanctorum cœtum apud Euseb. c. 24. *h* Tillem. nota 10 ad vitam Valeriani. *i* Zosim. I. c. 30. Trebell. Pollio in Salonino Gallieno c. 3. Victor de Cæs. c. 33. Epit. 33. Barbeir. Ant. Fœd. P. II. §. 47. *k* Zosim. L. I. c. 37. 38. *l* Trebell. in Gall. c. 1. 3. 6. 17. *m* Trebell in Gall. & XXX Tyrannis. *n* Vopisc. in Aureliano c. 7. Nazarius in Panegyr. c. 17. Hadr. Vales. Rerum Francicarum L. I. p. 2—4. *o* Zosim. L. I. 37. Zonar. L. XII. c. 21.

A. 4948. Per. Jul. ad 4989. A. Christ. 235. ad 276.

capta *Nisibi* & *Carris*, *Mesopotamia* vindicata, *Persarum* Rege fugato, *Ctesiphontem*, *Persarum* regiam, usque progressus, Imperatoris titulum a *Gallieno* meruit, quod a *Trebellio* ad annum *Christi* 264 refertur [a]. Et *Odenathe* post paucos annos insidiis consobrini trucidato, uxor eius *Zenobia*, virilis animi femina, imperium suscepit [b]. *Gallienus* ab *Heracliano* prætorii præfecto, & *Cecropio Dalmatarum* duce, contra *Aureolum* Tyrannum tendens ad *Mediolanum* occiditur cum fratre *Valeriano* [c]. Imperavit annos cum patre fere septem, solus octo [d].

Claudius vir frugi & reipubl. utilis.

§. 10. Anno itaque *Christi* 268 *Claudius* paullo ante diem IX Kal. *Apriles*, ut ex *Trebellio* [e] constat, imperare cœpit, frugi ac moderatus & utilis reipubl. Princeps [f]; qui, *Aureolo* sublato tyranno [g], contra *Gothorum* CCCXX millia sæpius egregie pugnavit anno 269: ac quod reliquum Barbarorum fuit anno sequenti *Atticiano* sive *Antiochiano* & *Orfito* Coss, fames ac pestis ad *Hæmimontum* absumsit [h]. Paulloque post eadem peste contactus *Sirmii* moritur *Claudius*, cum regnasset annos duos [i].

Quintillus Aurelianus severus imperii instaurator.

§. 11. Frater illius *Quintillus*, *Romæ* Imperator salutatus, post dies 16 a militibus obtruncatus est [k], a quibus iam electus erat *Aurelianus* obscuro genere editus, & ad crudelitatem propensior [l], sed bello bonus & imperii instaurator. *Gothos* sive *Scythas* *Pannoniam* infestantes vicit [m], *Alemannos* & *Marcomannos* prostravit [n], a quibus cum alternante fortuna maximam ad *Placentiam* cladem accepisset [o], libros

[a] Trebell. Gall. c. 10. 12. & XXX Tyr. c. 15. Zosim. I. c. 39. [b] Trebell. XXX Tyran. c. 15. & 30. Zosim. l. d. Vaillant in Memor. Acad. Inscr. T. IV. p. 219. & seqq. [c] Trebell. Gall. c. 14. 18. Zosim. I. c. 40. Victor de Cæs. c. 33. §. 16. seqq. Zonar. L. XII. c. 25. [d] Victor Epit. c. 33. Euseb. Lib. VII. c. 28. [e] Trebell. Claud. c. 4. [f] Trebell. Gall. c. 14. 15. Claud. c. 2. 3. 13. 18. Zosim. I. c. 41. Julian. Orat. I. p. 6. & Cæs. p. 313. [g] Zosim. L. I. c. 41. Trebell. Claud. c. 5. de XXX Tyran. c. 11. [h] Zosim. L. I. c. 41. 42. 45. 46. Trebell. Claud. c. 6—12. [i] Zosim. I. c. 46. Trebell. Claud. c. 12. Victor Epit. c. 34. Euseb. H. Ecc. L. VII. c. 28. Basn. Ann. Polit. Ecc. ad an. 268. n. 6. [k] Trebell. Claud. c. 12. Vopisc. Aurel. c. 37. Zosim. I. 47. Zonar. L. XII. c. 26. [l] Vopisc. Aurel. c. 3. 21. 41. Victor Epit. c. 35. Eutrop. L. IX. [m] Zosim. L. I. c. 48. [n] Dexippus Legat. p. 9. & seqq. Zosim. I. c. 49. [o] Vopisc. Aurel. c. 18. 21.

A. 4948. Per. Jul. ad 4989. A. Christ. 235. ad 276.

Sibyllinos adeundos censuit, quod tertio Idus *Jan.* anno *Christi* 271 contigisse, ex *Vopisco* [a] constat, ita lustrata urbe ter victor Barbaros ex *Italia* eiecit [b]. *Romam* post victoriam veniens, plurimos interfecit e Senatoribus [c]. Muros urbis instauravit & dilatavit [d]. In Orientem profectus *Zenobiam* anno 272 vicit [e], & in triumpho duxit cum *Tetrico* Tyranno, quo apud *Catalaunos* in deditionem accepto, *Gallias* recuperaverat [f]. Auctor est *Aurelius Victor* [g], primum illum e *Romanis* Imperatoribus diadema capiti suo innexuisse, ac gemmis & aurata veste usum esse. Periit anno imperii vertente quinto, sub initium anni *Christi* 275, fraude *Mnesthei*, ad *Cænophrurium* inter *Byzantium* & *Heracleam* [h].

Tacitus bene moratus & fortis.

§. 12. Eo mortuo post sex, aut septem mensium interregnum [i], tandem ab Senatu VII Kal. *Octobres* [k] creatus est *Tacitus*; vir egregie moratus, qui ad historicum *Tacitum* genus suum referebat [l]. *Scythas Asiam* incursantes repressit [m]. Sed paullo post imperii mense sexto militaribus insidiis interemtus est [n]. *Victor* [o] apud *Tarsum* ducentesimo imperii die febri mortuum scribit.

Florianus.

§. 13. Ei cum *Florianus* frater successisset, vix duobus mensibus exactis apud *Tarsum* a militibus occisus est, cum statim post mortem *Taciti* exercitus omnes Orientales *Probum* imperatorem fecissent [p].

a Vopisc. Aurel. c. 18. 19. Pag. an. 271. n. 7. b Vopisc. Aurel. c. 18. 20. Victor Epit. c. 35. c Vopisc. Aurel. c. 21. Julian. Cæs. p. 313. d Vopisc. Aurel. c. 21. Zosim. I. c. 49. Idatius in Chron. e Trebell. XXX Tyr. c. 30. Vopisc. Aurel. c. 22. 25—28. Zosim. I. c. 50—56. f Vopisc. Aurel. c. 32—34. Zosim. L. I. c. 61. Victor de Cæs. c. 35. n. 4. Cassiod. in Chron. g Victor Epit. c. 35. n. 5. h Vopisc. Aurel. c. 36. Zosim. I. c. 62. Tillem. nota 3 & 12 ad vitam Aurel. i Vopisc. Tacit. c. 2. Victor de Cæs. c. 36. n. 1. Epit. 35. n. 7. k Vopisc. Tacit. c. 3. l Vopisc. Tacit. c. 10. 11. m Zosim. L. I. c. 63. Zona. L. XII. c. 28. n Vopisc. Tacit. c. 13. Zosim. I. d. o Victor in Epit. c. 36. p Vopisc. Flor. c. 1. Probo c. 10. Zosim. L. I. c. 64.

CAPUT XII.

A. 4948. Per. Jul. ad 4989. A. Christ. 235. ad 276.

De Christianis *rebus* ac *persecutionibus: de Hæreticis, deque pietate aut eruditione claris viris; qui a* Maximino *ad* Probi *usque tempus exstiterunt: ab anno 235 ad 276.*

§. 1.

Maximinus Christianis gravis.

M*Aximinus*, statim atque imperio potitus est, in *Christianos*, maxime antistites, sæviit [a], quæ quamvis universalis non fuerit, gravis tamen persecutio fuit, certe in *Cappadocia* [b]. Inter martyres præcipuus memoratur *Pontianus Romanus* Episcopus [c].

Septima sub Decio persecutio.

§. 2. Inter hæc diuturniore otio, conlapsa disciplina Ecclesiastica & moribus in peius mutatis [d], septimam persecutionem, eamque longe graviorem, solemni edicto proposito, commovit *Decius* ipso imperii exordio [e]. Inter martyres nobiliores fuere *Fabianus Romanæ*, *Alexander Hierosolymitanæ*, *Babylas Antiochenæ* Ecclesiæ Episcopus: multa quoque gravia passus est *Origenes* [f]. Quidam latebras quæsivere, ut *Cyprianus* [g], *Dionysius Alexandrinus* [h], *Gregorius Thaumaturgus* [i], ut & *Paulus Thebæus*, qui primus in eremum habitatum abiit, *Anachoretarum* auctor [k]. Multi etiam carnis infirmitate lapsi succubuerunt [l], quorum alii *thurificati*, alii *sacrificati*, alii *libellatici* dicti sunt.

Schisma Felicissimi & Novatiani.

§. 3. Anno *Decii* ultimo, *Christi* 251, cum *Romana* sedes annum amplius vacasset, *Fabiano* subrogatus est *Cornelius* [m], quo tempore Ecclesia maiorem labem per rixas Clericorum & schismata contraxit. *Novatus* presbyter *Carthaginiensis* [n], absente Cy-

a Euseb. L. VI. c. 28. Oros. VII. 19. b Cyprian. ep. 75. p. 146. Edit. Paris. anno 1726. c Euseb. L. VI. c. 29. Chron. Damasi. Acta Pontii §. 9. apud Baluz. d Cyprian. de Lapf. p. 182. & ep. 7. e Lact. de Mort. Perf. c. 4. Gregor. Nyss. vita Thaumat. p. 567. 568. Euseb. L. VI. c. 39. f Euseb. L. VI. c. 39. g Cypr. ep. 9. p. 19. h Euseb. L. VI. c. 40. i Greg. Nyss. vita Thaum. p. 569. k Hieron. in Paulo p. 237. l Cypr. ep. 11. de Lapf. p. 183. 184. Euseb. L. VI. c. 41. m Cypr. ep. 52. p. 68. Euseb. L. VI. c. 39. n Hieron. de Script. Eccl. c. 70. Cyprian. ep. 5. p. 11.

A. 4948. Per. Jul. ad 4989. A. Christ. 235. ad 276.

Cypriano, cum lapsis communicaverat, eo nomine a *Cypriano* reprehensus, schisma *Felicissimi* instituit [a]. Paullo post *Romam* veniens, contraria via *Cornelii* in lapsos indulgentiam accusans, *Novatianum*, *Romanum* presbyterum, a factiosis Episcopis Anti-papam designari curat [b].

Schisma inter Cyprianum & Stephanum.

§. 4. Alterum paullo post schisma anno *Christi* 255 enatum inter *Cyprianum* & *Firmilianum*, quibuscum *Afri* atque *Asiani* faciebant, & *Stephanum Romanum* Episcopum de baptizandis iis omnibus, qui ex quacunque hæresi ad Ecclesiam redibant. Quæ res tanta vehementia maxime a *Stephano* acta, ut etiam Orientales excommunicandos, eorumque legatos colloquio hospitioque indignos censuerit [c].

Octava sub Valeriano persecutio.

§. 5. Inter hæc octavam, ut vulgo numerant [d], persecutionem in *Christianos* instauravit *Valerianus*, anno circiter imperii quarto, *Christi* 257, hoc est *Valeriano IV Gallieno III* Coss. ut acta Passionis S. *Cypriani* [e] testantur, quæ quidem sequenti anno tanta vi efferbuit, ut rescripto mandatum fuerit „ ut „ Episcopi & Presbyteri & Diaconi in continenti animadvertantur: Senatores vero & viri egregii & „ equites Romani, dignitate amissa, etiam bonis „ spolientur, & si ademtis facultatibus Christiani esse „ perseverarint, capite quoque mulctentur: matronæ, ademtis bonis, in exilium relegentur [f]. „ Inter Martyres maxime celebres fuere *Cyprianus Carthaginiensis* Episcopus, qui anno 257 in exsilium actus, sequenti pro *Christo* vitam finiit XVIII Kal. *Octobres* [g]. *Sixtus Romanus* Episcopus eodem anno VIII ante Idus *Augusti* cæsus [h], & triduo post diaconus eius

[a] Cyprian. ep. 38. 49. p. 63. Tillem. vita Cypriani §. 20—24. Mem. Eccl. T. IV, P. I. §. 20. & seqq. [b] Cyprian. ep. 42. 49. 52. Euseb. L. VI. c. 43. VII. c. 8. Socrat. L. I. c. 11. Sozom. L. I. c. 22. Tillem. vita Cornelii §. 3. & seqq. & de Novatianis Mem. Eccl. T. III. P. III. p. 75. & seqq. [c] Cyprian. ep. 70—76. Euseb. L. VII. c. 2. 3. & 5. Augustin. L. II. de Bapt. contra Donat. c. 4. 8. Basn. Ann. T. II. p. 377—384. [d] Hier. Vir. Illust. c. 67. Augustin. Civ. Dei L. XVIII. c. 52. Sulpit. Sev. L. II. c. 45. [e] Acta Passionis S. Cypriani, quæ operibus Cypriani præmittuntur. [f] Cyprian. ep. 82. p. 165. Acta Pontii §. 15. apud Baluz. Misc. T. II. Euseb. L. VII. c. 10. & seqq. [g] Acta pass. Cypriani: & Pontius vita Cypriani ex actis martyrum sinceris & selectis p. 205. & seqq. August. Serm. 309. c. 3. 4. [h] Cyprian. ep. 82. p. 165.

eius *Laurentius* lento igne in craticula tostus [a]: multique alii. Sed huius crudelitatis meritas subinde pœnas *Valerianus* dedit. *Gallienus*, patris exemplo doctus, persequi ultra *Christianos* vetuit [b]. A. 4948. Per. Jul. ad 4989. A. Christ. 235. ad 276.

§. 6. Hæretici prodiere sub *Decio*, *Noëti* discipulus [c], *Sabellius*, *Afer Pentapolitanus*. Hic metuens, ne personarum in essentia divina trinitate posita tres inducerentur Dii [d], statuit, unum esse Deum, cuius Ratio & Sapientia Verbum, Virtus & Vita Spiritus S. dicatur: ut *Jesus Christus* homo, Filius Dei factus fuerit per communicationem Verbi [e]. Distinguendo inter *Jesum Christum* Dei Filium, & Λόγον Dei Verbum. Hæresis Sabelliana.

§. 7. Sub *Gallieno* vero vixit *Paulus Samosatenus*, *Antiochenus* Episcopus, qui & ipse in Trinitatis & incarnationis mysterio aberrans, docuit, Unum esse Deum, in quo semper Verbum sit & Spiritus, ut in homine Ratio & Vita. *Christum* vero hominem ex *Maria* Virgine & S. Spiritu natum, Dei Filium factum esse per inhabitationem Verbi, quod opere perfecto ad Patrem redierit: neque adeo Dei Filium e cœlo descendisse [f]. Contra quem celebres *Antiochiæ* Synodi habitæ sunt, in quarum postrema damnatus ac sede sua deturbatus est, qua cum cedere nollet, interpellato, qui tum imperabat, *Aureliano*, vi detursus est anno *Christi* 272 [g]. Paulus Samosatenus.

§. 8. Sed idem *Aurelianus* postea, brevi ante mortem, anno *Christi* 275 nonam contra *Christianos* persecutionem commovit [h], verum, prius quam edicta eius in remotis imperii partibus execútioni mandarentur, e medio sublatus est [i]. Nona sub Aureliano persecutio.

[a] Ambros. de Offic. L. I. c. 41. Prudent. Peristeph. hymno III. [b] Euseb. L. VII. c. 13. [c] August. hær. 41. [d] Tertull. adv. Praxeam c. 3. Euseb. de Eccl. Theolog. L. I. c. 2. II. c. 6. [e] Epiphan. hær. LXII. Abulphar. Dynast. p. 81. Euseb. H. Eccl. L. VII. c. 6. de Eccl. Theol. L. II. c. 8. Beausobre Hist. Manich. T. I. L. III. c. 6. §. 7—11. p. 533. [f] Euseb. L. VII. c. 27. 30. p. 362. Epiphan. hær. LXV. Leontius in libro de sectis Actione 3. [g] Euseb. L. VII. c. 27—30. Theodoritus Hær. Fab. L. II. c. 8. p. 222. 223. Pag. Crit. an. 272. n. 3. [h] Augustin. de Civ. Dei L. XVIII. c. 52. [i] Lact. Mort. Pers. c. 6. Euseb. L. VII. c. 30. p. 364. Oros. L. VII. c. 23. Zonar. L. XII. c. 27.

A. 4948. Per. Jul. ad 4989. A. Christ. 235. ad 276.

Viri eruditi.

§. 9. Sæculum hoc inlustrarunt e Christianis, *Cyprianus Carthaginiensis* [a]; *Dionysius Alexandrinus* [b], & *Gregorius Thaumaturgus Neocæsariensis* [c] Episcopus. Inter Gentiles *Censorinus*, qui *Ulpio* & *Pontiano* Coss. anno *Christi* 238 scripsit [d]. Eique σύγχρονος *Herodianus* historicus [e]. Philosophus *Plotinus Ammonii* discipulus, qui annos natus 66 anno *Claudii* secundo *Christi* 270 mortuus est [f]. Eiusque auditores *Amelius* [g] & *Porphyrius* [h]. *Longinus* præterea inter Sæculi istius eruditissimos recensetur [i], quem *Aurelianus* occidi iussit [k].

CAPUT XIII.

De Probo, Caro, Numeriano, Carino, Diocletiano, Maximiano, Constantio Chloro, *&* Armentario, *ab anno* 276 *ad* 306.

§. 1.

Probus incorruptis moribus & bello præclarus.

TAcito absumto, ac *Floriano* imperium arripiente, *M. Aurelius Probus*, *Sirmio Pannoniæ* ortus, militari consensu ad principatum evehitur anno *Christi* 276 [l]. Vir omni laude cumulatus, bello præclarus & incorruptis moribus, inde a iuventute optimis Principibus commendatus [m]. Simul atque *Augustus* est renunciatus, in eos, qui *Aureliano* manus intulerant, animadvertit, mortem quoque *Taciti* vindicavit [n]. Hinc *Gallias*, fere a *Germanis* possessas, adiens, sæpius victor sexaginta de Barbaris oppida recuperavit, & eorum quadringenta millia concidit, *Gallias* liberavit, *Germanos* anno 277 tributa pendere

dere

[a] Tillem. Mem. Eccl. T. IV. P. I. p. 76. [b] Tillem. Mem. Eccl. T. IV. P. II. p. 536. [c] Tillem. Ib. p. 655. [d] Censor. de Die natali c. 21. [e] Herodian. L. I. c. 2. n. 9. L. II. c. 15. n. 21. Phot. Cod. XCIX. Tillem. Hist. Imp. T. III. P. II. p. 577. [f] Porphyr. in vita Plotini c. 2. 3. Fabrit. Bibl. Gr. L. IV. c. 26. Suid. h. v. Bruck. Hist. Philos. T. II. p. 217. & seqq. [g] Porphyr. l. d. c. 3. 7. Bruck. T. II. p. 233. [h] Porphyr. l. d. c. 5. 7. Bruck. T. II. p. 236. 260. [i] Porphyr. l. d. c. 14. Eunap. de vitis Philos. p. 16. 17. Suid. h. v. Phot. Cod. CCLXV. p. 1470. Bruck. T. II. p. 214. [k] Vopisc. Aurel. c. 30. [l] Vopisc. Probo c. 10. & 3. Zosim. I. c. 64. [m] Vopisc. Probo c. 3—7. 22. [n] Vopisc. Probo c. 3. Zosim. L. I. c. 65.

dere coëgit [a]. Post hæc *Rhætia* pacata, *Sarmatas* in *Illyrico* contudit, *Geticosque* per *Thraciam* populos in deditionem accepit [b]. In Orientem anno 279 profectus, *Isauria*, *Pamphylia*que pacata, *Blemmyas* devicit, *Persas* pacem petere conpulit [c]. Post quæ multa barbarorum millia in solo *Romano* conlocavit [d]. Tyrannos *Saturninum* [e], *Proculum* [f] & *Bonosum* [g] devicit. *Gallis*, *Hispanis* & *Pannoniis* vitem serere permisit [h]. Opera multa militaria fecit, sed cum militem nunquam otiosum sineret, bellum *Persicum* parans, *Sirmii* a militibus est occisus [i], anno *Christi* 282, imperii septimo, quem mensibus circiter quatuor inchoarat [k].

A. 4989. Per. Jul. ad 5019. A. Christ. 276. ad 306.

§. 2. Subfectus est *Probo M. Aurelius Carus*, sive *Naronæ* in *Illyrico* [l], sive *Narbonæ* in *Gallia* natus [m], qui statim *Carinum* & *Numerianum* filios *Cæsares*, anno sequenti *Augustos* creavit [n]. Et cum Barbari, cognita *Probi* morte, undique invaderent, *Carino* ad tuendas *Gallias* misso, ipse *Sarmatis* victis cum *Numeriano* contra *Persas* tetendit in Orientem [o]. Ibi subacta *Mesopotamia* ad *Ctesiphontem* usque progressus sive morbo sive ictu fulminis exanimatus est [p], altero imperii anno [q]. *Numerianus*, dum exercitum, quasi confecto bello, reducit, & nimio fletu, patris mortem dolens, in morbum incidit, insidiis soceri sui *Arrii Apri* præfecti prætorio interimitur mense *Septembri* anno *Christi* 284 [r].

Carus cum Numeriano laude digni.

§. 3.

a Vopisc. Probo c. 13—15. Zosim. I. c. 67. 68. Eumen. in Paneg. Constantio dicto c. 18. n. 3. Julian. Cæs. p. 314. *b* Vopisc. Probo c. 16. Zosim. L. I. c. 69. 70. *c* Vopisc. Probo c. 16. 17. Zosim. L. I. c. 71. Tillem. in Probo §. 6. & nota 6. *d* Vopisc. Probo c. 18. Zosim. L. I. c. 71. n. 2. *e* Vopisc. Probo c. 18. Saturn. c. 11. Zosim. I. c. 66. *f* Vopisc. Probo c. 18. Proc. c. 13. *g* Vopisc. Bonoso c. 14. 15. *h* Vopisc. Probo c. 18. Victor de Cæs. c. 37. n. 3. Epit. c. 37. *i* Vopisc. Probo c. 20. 21. Victor Epit. c. 37. *k* Julian. Cæs. p. 314. Eutrop. L. IX. Euseb. Chron. Tillem. vita Probi §. 10. & nota 9. *l* Scal. animad. ad Euseb. Chron. n. 2298. Salmas. ad Vopisc. Caro c. 4. & Cell. Geogr. Antiq. T. I. p. 393. *m* Eutrop. L. IX. c. 12. Victor Epit. c. 38. Sidon. Carm. XXII. vs. 88. & seqq. *n* Vopisc. Caro c. 7. Pag. Crit. ad an. 283. n. 4. & seqq. *o* Vopisc. Caro c. 7. 8. 9. Victor de Cæs. c. 38. n. 2. *p* Vopisc. l. d. Eutrop. L. IX. *q* Eutrop. L. IX. c. 12. Victor Epit. c. 38. Pag. Crit. an. 284. §. 2. Tillem. Hist. Imp. T. III. P. III. p. 1157. *r* Vopisc. Numer. c. 12. Victor Cæs. c. 38. §. 6—8. Epit. c. 38. §. 4. 5. Eutrop. l. d. Chron. Alex. p. 274.

A. 4989. Per. Jul. ad 5019. A. Christ. 276. ad 306.

Carinus flagitiis contaminatissimus.

§. 3. *Carinus* patris fratrisque dissimilis, ac sceleribus flagitiisque contaminatissimus vixit[a]. Nec tamen ei defuit ad vindicandum imperium mentis vigor, nam & *Julianum*, qui, *Cari* morte cognita, imperium usurpaverat, victum in campis *Veronensibus* occidit[b], & cum *Diocletiano*, quem, *Numeriano* interemto, exercitus XV ante Kal. *Octobres*, ut est in Chron. *Alexandrino*[c], Imperatorem creaverat, sæpius conflixit, donec ad *Margum Mœsiæ* oppidum victus occubuit[d].

Diocletianus prudens & bello bonus.

§. 4. Anno igitur *Christi* 284. *Valerius Diocletianus*, qui antea *Diocles* vocabatur, oblatam ab exercitu purpuram accepit, natus in *Dalmatia* obscuro genere (fuisse quippe libertus *Anulini* Senatoris dicitur) sed militari fortitudine præstans[e]. Is statim sub initium *Aprum*, qui *Numerianum* interemerat, manu sua peremit, eoque vaticinium illud inplevit, quod olim acceperat, tum se Imperatorem fore, tum aprum sua manu occidisset[f].

Maximianus Herculius libidinosus & truculentus.

§. 5. Paulloque post *Maximianum Herculium*, quem *Cæsarem* fecerat, in *Galliam* contra tumultuantes rusticos, quos *Bagaudas* vocant, misit, eundemque, re bene gesta, sequenti anno 286 ex *Cæsare* creavit *Augustum*[g] Kal. *Aprilis*, ut scribit *Idacius*[h]. Verum vixdum ille tumultus erat conpositus, cum & *Carausius* sumta purpura *Britannias* occupat[i], & barbaræ ex *Germania* gentes *Galliæ* excidium minantur, contra quos profectus *Maximianus Herculius* rem strenue gessit[k], cum *Carausio*, frustra tentatis armis, pax convenit[l]; dum eodem tempore *Diocletianus Persas* in Oriente adparatus amplitudine ad pacem petendam adigit[m].

§. 6.

a Vopisc. Carino c. 16. 17. Victor Epit. c. 38. n. 7. b Vopisc. Carino c. 18. Victor Cæs. c. 38. n. 9. 10. Epit. c. 38. n. 6. c Chron. Alex. p. 274. d Vopisc. Carin. c. 18. Victor Cæs. c. 38. n. 11. 12. Epit. c. 38. n. 8. Eutrop. L. IX. c. 13. Idacius in Fastis in Tom. XI. Antiq. Gravii. e Vopisc. Carin. c. 13. Victor de Cæs. c. 39. n. 1. Epit. c. 39. n. 1. Eutrop. L. IX. c. 13. Hier. in Chron. f Vopisc. Carin. c. 14. 15. Victor Cæs. c. 39. n. 13. Eutrop. L. IX. g Victor Cæs. c. 39. n. 17. 18. Eutrop. L. IX. c. 14. Tillem. T. IV. p. 500. h Idacius in Thes. Græv. T. XI. p. 260. i Victor Cæs. c. 39. n. 20. 21. Eutrop. L. IX. c. 14. k Mamertinus in paneg. Maximiano Herculeo dicto c. 4—7. l Eutrop. L. IX. c. 14. m Mamert. l. d.

§. 6. Sed cum denuo & *Achilleus* sumta purpura *Ægyptum* occupat, & *Quinquegentiani Africam* vastant, *Diocletianus*, ut omnibus occurreret, anno imperii nono, *Christi* 292 [a], duos insuper *Cæsares* creavit, *Constantium Chlorum*, ex *Claudio Crispi*, fratris *Claudii II*, filia, natum [b], & *Galerium Maximianum*, quem *Armentarium* vocant, in *Dacia* ignobili genere natum [c]. Hos ut adfinitate sibi iungerent, *Diocletianus Valeriam* filiam *Armentario*, *Maximianus Herculius Theodoram* privignam *Constantio* conlocavit [d]. Mox quadrifariam diviso bello, *Gallia*, *Hispania*, *Britannia Constantio* conmissæ: *Africa*, *Italia*, *Pannonia*que superior *Herculio*: *Græcia*, *Thracia* & *Illyrici* ora ad usque *Ponti* fretum *Galerio* cessit: *Asiam* & *Ægyptum Diocletianus* sibi servavit [e].

A. 4980. Per. Jul. ad 5019. A. Christ. 276. ad 306. Constantius Chlorus & Galerius Maximianus.

§. 7. Ab his multiplici bello *Romanus* orbis pacatus. *Galerius* anno 294 *Sarmatas* devicit [f]. *Britanniæ* anno 296, decimo, quam *Carausius* defecerat, receptæ [g]. Eodem tempore & *Quinquegentiani* a *Maximiano Herculio* perdomiti [h]. Et *Alexandria* octavo obsidionis mense a *Diocletiano* capta, *Ægyptus* pacata [i]. Quemadmodum *Maximianus Galerius* Cæsar, quo tempore *Diocletianus Alexandriam* obsidebat, in *Mesopotamiam* missus, a *Narseo* victus, a *Diocletiano* arroganter exceptus, sequenti anno *Christi* 297 [k], acceptam ignominiam ultus est, ac fusis *Persarum* copiis, *Narsei* coniugibus, sororibus, liberisque captis, ea lege pacem dedit, ut quinque *Transtigritanæ* regiones *Romanis* cederent [l].

A quatuor principibus pacatum imperium.

a Basn. Ann. an. 292. n. 2. Pag. Crit. ad an. 311. n. 16. Tillem. nota 11 ad vitam Diocletiani. b Trebell. Poll. Claud. c. 13. c Hier. Chron. Victor Cæs. c. 39. n. 24. Epit. c. 39. n. 2. Tillem. vita Dioclet. §. 10. d Eutrop. L. IX. c. 14. Victor l. d. Hieron. in Chron. Theophan. p. 4. Edit. R. e Victor Cæs. c. 39. n. 30. Tillem. in Diocl. §. 9. f Idacius in Fastis. Eutrop. L. IX. g Eutrop. L. IX. c. 13. Eumen. in Paneg. Constantio dicto c. 11—16. & in altero Constantino dicto c. 5. Victor Cæs. c. 39. n. 39—42. h Eutrop. L. IX. c. 15. Eumenius Paneg. pro Restaur. Scholis c. 21. i Hieron. in Chron. Eumen. l. d. Eutrop. L. IX. c. 15. k Idacius in Fastis. l Victor Cæs. c. 39. n. 33—36. Eutrop. L. IX. Rufus in Breviario. Lact. Mort. Persec. c. 9. n. 5—7. Tillem. vita Diocl. §. 15. 16.

A. 4989. Per. Jul. ad 5019. A. Christ. 276. ad 306. Senes abdicare coguntur.

§. 8. Post hæc, *Constantio* in *Galliis* rem contra *Lingones* & *Alemannos* bene ac feliciter gerente [a], *Diocletianus* in pecunia cogenda, urbibus struendis, maximeque *Nicomedia* ornanda; *Maximinianus Herculius* in libidinibus fiscique calumniis toti erant [b]: dum interim, utroque peior *Maximianus* alter *Galerius*, *Cæsareo* non amplius contentus titulo, rerum in *Perside* gestarum fiducia elatus, & *Sarmatica* aversatus bella, *Nicomediam* anno *Christi* 305 veniens, *Diocletianum* [c], morbo confectum senem, invitum ac reluctantem Kalendis *Maiis* abdicare, *Cæsares*que *Severum*, & *Maximinum Galerium*, sororis suæ filium, dicere conpulit [d]: eademque hora *Augusti* renunciati *Constantius Chlorus* & *Galerius Maximianus Armentarius* [e].

Orbis Romanus divisus.

§. 9. Inter quos novo exemplo ita divisus est orbis *Romanus*, ut *Galliam*, *Italiam*, *Africam Constantius*; *Illyricum*, *Asiam*, *Orientem Galerius* obtineret. Sed cum *Constantius Italiam* & *Africam* collegæ remitteret, *Maximianus Severum Italiæ*, *Maximinum Orienti* præposuit [f].

Constantinus venit ad patrem.

§. 10. *Constantinus* interim, *Constantii Chlori* filius, obses a parte *Diocletiano* datus, cum ab eodem patre reposceretur, variis a *Galerio* periculis obiectus, clam dilapsus, *Gessoriacum* ad patrem profugit [g], in eiusque conplexu post annuum in *Augusta* dignitate imperium *Eboraci* moritur *Constantius* anno *Christi* 306, *Julii* 25 [h]. Vir miti ac civili ingenio, planeque liberalis & in *Christianos* æquus [i]. Uxores duas habuit *Helenam*, ex qua natus *Constantinus Magnus*; & *Theodoram*; cuius filii fuere *Constantinus*, *Flavius Dalmatius Annibalianus*; & *Flavius*

Ju-

[a] Eutrop. L. IX. c. 15. Hier. in Chron. [b] Lact. Mort. Persec. c. 7. 8. Victor Cæs. c. 39. n. 45. 46. [c] Lact. l. d. c. 9. [d] Lact. Mort. Persec. c. 9. n. 8. c. 17—19. Incertus auctor in Paneg. Maximiano & Constantino dicto c. 8. n. 8. & 9. Victor de Cæs. c. 39. n. 48. Tillem. T. IV. p. 525. [e] Idacius. [f] Eutrop. L. X. c. 1. Euseb. H. Eccl. L. VIII. c. 13. p. 395. 396. Zosim. L. II. c. 8. [g] Lact. Mort. Pers. c. 24. Excerpt. de Constantino. quæ Ammiano subiecit Vales. p. 638. Zosim. II. c. 8. Victor in Epit. c. 41. n. 2. [h] Victor de Cæs. c. 40. n. 11. Socrat. L. I. c. 1. Idacius. Euseb. L. VIII. c. 13. p. 396. [i] Lact. Mort. Pers. c. 15. n. 7. c. 20. n. 1. Euseb. l. d.

Julius Constantius; filiæque tres *Flavia Valeria Constantia Licinio* conlocata, *Anastasia*, quæ *Bassiano* nupsit, & *Eutropia*, uxor *Nepotiani*[a].

A. 4989. Per. Jul. ad 5019. A. Christ. 276. ad 306.

CAPUT XIV.

De statu religionis Christianæ, *deque Hæreticis & Eruditis ab anno* Christi 276, *quo* Probus *est exorsus, ad obitum* Constantii *Chlori, sive annum* 306.

§. 1.

Manichæorum hæresis.

PAucis iis annis, quos hoc capite conplectimur, maximi in Ecclesia motus exstiterunt. Ipso *Probi* imperatoris exordio, hoc est, secundo eius anno, *Probo* & *Paullino* Coss. *Christi* 277 *Manichæorum* erupit hæresis[b]. *Manes* genere *Persa* iactans se Apostolum esse *Jesu Christi*, ad quem olim promissus *Paracletus* venerit[c], religionem *Christianam* ad principia philosophica *Magorum* aptare laborans, docuit, duo esse principia coæterna, Deum infinite perfectum omnisque boni caussam, quem *Lucem* appellabat, & Materiam tumultuoso actam motu sed vita præditam, quam *Tenebras* vocabat[d]. Duos etiam mundos, alterum Intelligibilem, in quo nihil mali[e], alterum materialem ex *Lucis* & *Tenebrarum* mixtura ortum[f]. *Jesum* vere in carnem venisse[g] & carnis resurrectionem negabat[h], cælibatum & ieiunia commendabat[i]: aqua pro vino in S. Cœna utebatur[k].

 Adse-

[a] Du Fresne Famil. Byzant. p. 43—45. 49. [b] Euseb. in Chron. Leo in Sermone II. in Pentecosten p. 75. [c] Augustin. contra Faustum L. XIII. c. 4. & contra Epist. Fundamenti c. 5. de util. cred. c. 3. [d] Sharistani de religionibus Orientis apud Hyde p. 282. Fragmenta ex Epistola Manetis apud Fabrit. Bibl. Gr. T. V. p. 284. 285. Augustin. Confes. L. IV. 15. contra Faustum L. XXI. c. 1. 10. 14. contra epist. Fundam. c. 12. 15. [e] August. contra Faust. XXII. c. 4. Felix apud August. L. I. c. 18. [f] Fortunat. Disp. II. apud August. Titus Bostrens. p. 882. [g] Acta Disp. Archelai §. 47. p. 185. Edit. Fabrit. August. contra Faust. L. V. VII. Apolog. Pamphili initio operum Hieron. T. IX. p. 117. Leo Serm. IV. in Epiphaniam p. 29. [h] August. contra Faust. L. IV. c. 11. [i] August. contra Faust. L. XXII. 30. XXX. 3. 6. & de morib. Manich. c. 18. & epist. 34. ad Deuter. [k] Gelasius in Decret. de Consecrat. Dist. II.

A. 4989. Per. Jul. ad 5019. A. Christ. 276. ad 306.

Adseclasque suos distinguebat in Electos & Auditores [a].

Decima sub Diocletiano persecutio. Traditores.

§. 2. Nec ita diu post, sub extremum imperii *Diocletiani*, decima, ut vulgo putatur, eaque omnium gravissima persecutio in *Christianos*, exardere cœpit: *Galerio* enim inpellente, VI ante Kal. *Martias* anno *Christi* 303, *Diocletiano* VIII & *Maximiano* VII Coss. primum edictum *Nicomediæ* est propositum [b], quod gravioribus subinde additis [c], in omnes omnis sexus & conditionis homines sæviendi occasionem præbuit [d]: innumerabiles igitur eo tempore martyres fuerunt, ex quibus nonnullos *Eusebius* [e] recenset. Alii tamen metu pœnisque fracti sacros Libros vasaque sacra tradiderunt, qui *Traditores* in *Africa* vocati sunt, semen postea schismatis *Donatistarum* [f]. Ab his primum *Cirthæ* in *Numidia* concilium celebratum anno 305, in quo *Traditores*, schismatis vitandi caussa, recepti sunt [g]. Memorabile quoque Concilium *Eliberitanum*, quod sub idem tempus in *Hispania* maxime de disciplina Ecclesiastica habitum est, in quo inter alia sancitum, ne cerei de die accendantur, aut picturæ in Ecclesia prostent [h].

Incrementa Ecclesiæ.

§. 3. Fuit etiam his temporibus *Christi* regnum latius propagatum, non tantum enim per universum orbem *Romanum* amplificatæ Ecclesiæ ad *Rhenum* & *Danubium*, in *Gallia* & *Hispania* [i]; sed etiam per Barbarorum incursiones, *Christianorum* ex provinciis deportationes, aut fugas metu persecutionum susceptas *Christianismus* propagatus est [k]; ut iam hoc tempore inter *Scotos* [l], & *Persas* [m], in quos circa medium

a August. contra Faust. L. XVI. c. 6. XXX. 1. & de Hær. p. 46. b Lact. de Mort. Pers. c. 11. 12. c Lact. l. d. c. 13. Eus. L. VIII. p. 406. d Lact. de Mort. Perf. c. 15. e Euseb. L. VIII. c. 6. & seqq. & de Martyribus Palæstinæ. f Optat. Milev. de Schism. Donatis. L. I. c. 13. August. contra Crescent. L. III. c. 26. Gesta apud Baluz. Misc. T. II. p. 91. & seqq. Conc. Arelatense I. c. 13. apud Hard. T. I. p. 265. g Vales. ad Euseb. L. VIII. c. 2. Basnage Ann. Polit. an. 305. §. 19. 20. h Canon. 34. & 36. Conc. Eliberitani apud Hard. T. I. p. 234. Basn. l. d. §. 17. 18. i Sozom. L. II. c. 6. Gregor. Tur. I. c. 30. k Sozom. L. II. c. 6. 7. Philostorg. L. II. c. 5. l Buchan. Rer. Scot. L. IV. p. 43. Edit. Edimb. an. 1582. in fol. Georg. Mackenzie de regali Scotorum prosapia c. 8. p. 119. m Sozom. L. II. c. 8–16. Assem. Bibl. Orient. 6. 16. 181. & seqq. T. III. p. 52. & seqq.

dium sæculi IV. sub *Sapore* gravis incubuit persecutio, Evangelium adnunciatum fuerit.

A. 4989. Per. Jul. ad 5019. A. Christ. 276.

§. 4. Pietatis & eruditionis fama floruerunt, sub *Probo Anatolius* Episcopus *Laodicenus* [a]: sub *Caro* & *Diocletiano Pierius Alexandrinus* Presbyter [b]. *Pamphilus*, sub *Maximino* passus [c]: *Lucianus* eadem persecutione cæsus [d]: multique alii. *Arnobius*, qui sub *Diocletiano Siccæ* Rhetoricam docuit, & *Christianus* postea factus est [e]; eiusque discipulus *Lactantius* [f]. Ex Gentilibus Poëtæ sub *Caro* & *Diocletiano* celebrati sunt *Calpurnius Siculus* & *Nemesianus*. Historici *Lampridius* & *Capitolinus* [g].

Pietate & eruditione clari.

Kk 3 L I-

a Euseb. L. VII. c. 32. Hieron. in Chron. b Hieron. de Viris Illust. c. 76. Phot. Cod. CXVIII. Euseb. L. VII. c. 32. p. 372. c Hieron. l. d. c. 75. Euseb. l. d. p. 371. & L. IX. c. 11. d Euseb. L. VIII. c. 13. IX. c. 6. Suid. h. v. e Hieron. in Chron. f Hieron. in Chron. & de Vir. Illust. Cave Hist. Litt. an. 303. g Vopisc. in Probo c. 2.

LIBER SEXTUS

In quo continentur res a morte *Constantii Chlori* ad *Anastasium* Imperatorem & *Theodoricum Gothum*; nec non *Chlodovæum* Magnum *Francorum* Regem ab anno *Christi* 306 ad 491 gestæ.

CAPUT I.

A. 5019. Per. Jul. ad 5050. A. Christ. 306. ad 337.

De Constantino Magno, *deque bellis civilibus, quibus concussum fuit imperium prius, quam ipse solus rerum potiretur, ab anno* 306 *ad* 337.

§. 1.

Constantinus magnus Imperator.

C*Onstantio Chloro Eboraci* anno 306 mortuo, *Constantinus*, *Naisso Daciæ* ex *Helena* natus [a], ceteris alia matre natis fratribus antelatus [b], patris iudicio, militumque consensu imperium accepit [c] in *Britannia* [d], quem tamen *Galerius Cæsaris* appellatione contentum esse voluit [e], ut demum sequenti anno *Augusti* nomen a *Maximiano* socero acceperit [f].

Maxentius suis invisus. Herculius iterum Imperator. Licinius Cæsar.

§. 2. At, ubi *Constantini* imagines *Romam* sunt adlatæ, qui ibi erant Prætoriani milites *Maxentium*, *Herculii* filium, *Galerii* generum, Imperatorem salutant [g] VI ante Kal. *Novembres* [h]: qui initio, populi demerendi gratia, *Christianis* favere visus est, ac persecutioni modum adhibuit [i]. Id vero ægerrime ferens

a Anon. Valesii. Steph. Byantinus v. Ναϊσσός. b Zonar. L. XII. c. 33. Zosim. L. II. c. 9. c Lact. Mort. Persec. c. 24. n. 8. Julian. Orat. I. p. 7. D. d In Epithalamio Maximiano & Constantino dicto c. 4. n. 3. & Paneg. Eumenii Constantino dicto c. 9. n. 1. e Lact. Mort. Persec. c. 25. f In Epithalamio l. d. c. 5. n. 3. Eumen. l. d. c. 9. g Lact. Mort. Pers. c. 18. n. 9. c. 26. n. 1—3. Excerpt. Vales. de Constantino. Zosim. L. II. c. 9. Victor de Cæs. c. 40. n. 5. h Lact. de Mort. Pers. c. 44. n. 4. i Euseb. L. VIII. c. 14.

ferens *Galerius*, *Severum* cum exercitu, qui quondam *Maximiani Herculii* fuerat, contra *Maxentium* ire iubet. *Maxentius*, firmandis partibus, Patri ſuo *Maximiano*, poſt depoſitum imperium in *Campania* moranti, purpuram mittit, & *bis Auguſtum* nominat, *Severus* a ſuis deſtitutus, captus interimitur[a]. Cum vero *Galerius* ipſe id ultum veniret in *Italiam*, *Herculius* proficiſcitur in *Galliam*, ut nuptiis *Fauſtæ*, filiæ natu minoris, *Conſtantinum* partibus conciliaret: *Galerius* fœde & ipſe deſertus a ſuis, in *Illyricum* abiit[b]: ubi præſente *Maximiano Herculio*, qui iam diſcordia inter ipſum & filium *Maxentium* orta, ad filii hoſtem *Maximianum Galerium* transierat[c], præſente etiam *Diocletiano*[d], *Carnunti* in *Pannonia*, Idibus *Novembris*, ut ſcribit *Idacius*, anni 307[e] *Licinium* in locum *Severi Cæſarem* ſubſtituit, & *Auguſtum*: ut eodem tempore ſex eſſent ſive *Auguſti* ſive *Cæſares*, *Herculius*, *Galerius*, *Conſtantinus*, *Maxentius*, *Maximinus* & *Licinius*[f].

A. 5019. Per. Jul. ad 5050. A. Chriſt. 306. ad 337.

§. 3. Nec diu poſt *Herculius Maximianus*, ſuis contra *Galerium* excluſus conſiliis, redit in *Galliam*, ubi dum ſemel iterumque nefaria adverſus *Conſtantinum* generum ſuum molitur, deprenſus, perfidiæ pœnas luit[g], anno *Chriſti* 310[h].

Herculius pœnas dat.

§. 4. *Galerius Maximianus*, graviſſimæ perſecutionis auctor, & in ea inmaniſſimus tyrannus[i], ſequente anno medio menſe *Maio*, fœdo morbo conſumtus eſt, ipſo octavum, *Maximino* iterum Coſſ.[k]

Galerius Maximianus male perit.

§. 5. Eodem anno *Maxentius*, *Alexandro*, qui iam quartum annum, ut ex *Goltzii*[l] nummis conſtat,

Maxentius a Conſtantino victus.

[a] Lact. de Mort. c. 26. Anon. Valeſ. p. 657. 658. Zoſim. L. II. c. 10. n. 1–6. Victor de Cæſ. c. 40. n. 6. 7. Eutrop. L. X. c. 2. n. 6. [b] Lact. Mort. c. 27. Anon. l. d. Zoſim. L. II. c. 10. n. 7–12. Victor de Cæſ. c. 40. n. 9. [c] Lact. de Mort. Perſ. c. 28. 29. [d] Victor in Epit. c. 39. n. 5. 6. Lact. Mort. c. 29. n. 2. [e] Tillemont nota 19 ad vitam Conſtantini. [f] Lact. l. d. & c. 32. Zoſim. L. II. c. 11. n. 1. Victor de Cæſ. c. 40. n. 8. Hieron. in Chron. [g] Lact. de Mort. c. 29. 30. Eumenius in Paneg. Conſtantino dicto n. 14–20. Victor Epit. c. 40. n. 5. Zoſim. L. II. c. 11. n. 5. Euſeb. Hiſt. Eccl. L VIII. c. 13. Eutrop. L. X. [h] Idacius in Faſtis. Hieron. in Chron. Tillem. nota 26 ad vitam Conſtantini. [i] Lact. de Mort. c. 10. n. 6. c. 14. n. 1. & c. 21. [k] Lact. de Mort. Perſ. c. 31. 33–35. Euſeb. L. VIII. c. 16. 17. Anon. p. 658. Zoſim. L. II. c. 11. n. 2. Victor Epit. c. 40. n. 4. [l] Tom. I. p. 125.

A. 5019. Per. Jul. ad 5050. A. Christ. 306. ad 337.

ſtat, in *Africa* regnabat, devicto[a], & fœdere cum *Maximino* inito[b], bellum *Conſtantino*, qui patris eius *Maximiani* ſtatuas & imagines revelli iuſſerat, indixit[c], in quo *Conſtantinus* ſæpius victor[d], & cœleſti crucis oſtento, nocturnoque viſo animatus[e], *Maxentium* ad pontem *Mulvium* vicit, *Italia*que eſt potitus[f], deſinente anno *Chriſti* 312. Paulloque poſt *Diocletianus* malorum pertæſus mortem conſcivit ſibi[g].

Galerius Maximinus horrenda morte conſumtus.

§. 6. Inter hæc *Conſtantinus*, ordinatis in urbe rebus[h], hieme proxima *Mediolanum* veniens, poſtquam de conſenſu *Licinii* abſolutiſſimam pro *Chriſtianis* legem promulgaverat[i], ſororem *Conſtantiam*, antea deſponſatam, *Licinio* conlocavit anno 313[k]. Celebratis nuptiis *Conſtantinus Gallias*, *Licinius Illyricum* repetit[l]. *Galerius Maximinus*, qui unus iam de perſecutoribus Eccleſiæ ſupererat[m], contra ambos imperatores ſuſcepto bello, pridie Kal. *Maii* anni 313 in *Illyriis* a *Licinio* victus, in *Aſiam* aufugit, & apud *Tarſum Ciliciæ* horrenda morte conſumtus eſt[n].

Imperium inter Conſtantinum & Licinium diviſum.

§. 7. Hoc modo ad *Conſtantinum* & *Licinium* devoluto imperio, poſt breve tempus diſcordia inter eos orta eſt[o]: anno quippe *Chriſti* 314, rupto fœdere, primum ad *Cibalim*, quod eſt *Pannoniæ* oppidum, VIII ante Idus *Octobres*: dein in campo *Mardienſi* pugna facta eſt, utrobique fuſi fugatique *Lici-*

a Victor de Cæſ. c. 40. n. 17—19. Optat. L. I. c. 17. 18. Zoſim. L. II. c. 12. 14. b Lact. Mort. Perſ. c. 43. n. 1—3. c Lact. Mort. c. 42. n. 1. 43 n. 4. Zoſim. L. II. c. 13. n. 1. Eutrop. L. X. c. 2. n. 7—11. d Incertus in Panegyr. Conſtantino dicto c. 2. 5—12. Nazarius in Paneg. Conſtantino dicto c. 17. n. 3. c. 21—27. e Euſeb. Vita Conſtant. L. I. c. 28—31. Lact. de Mort. c. 44. n. 5. Fabric. Bibl. Gr. L. V. c. 3. f Lact. l. d. c. 44. Nazarius l. d. c. 28—33. Anon. de Conſtantino p. 658. Zoſim. L. II. c. 15—17. Euſeb. L. IX. c. 9. Victor de Cæſ. c. 40. n. 23. Praxagoras apud Phot. Cod. LXII. p. 63. g Lact. de Mort. c. 39—43. Victor in Epit. c. 39. n. 7. Pag. Crit. an. 316. n. 3. 4. Tillem. vita Diocl. §. 23. h Lact. de Mort. c. 45. n. 1. Zoſim. L. II. c. 17. n. 4. Nazar. in Paneg. c. 33. n. 6. i Euſeb. L. IX. c. 9. p. 452. Lact. de Mort. c. 48. n. 2. k Lact. de Mort. c. 43. n. 2. 45. n. 1. Zoſim. L. II. c. 17. n. 5. Valeſ. Anon. de Conſtant. p. 659. l Anon. Valeſ. l. d. m Lact. Mort. Perſ. c. 43. n. 1. n Lact. Mort. Perſ. c. 45—49. Zoſim. L. II. c. 17. n. 6. 7. Victor de Cæſ. c. 41. c. 1. Epit. c. 40. n. 18. 19. o Zoſim. L. II. c. 18. n. 1. Anon. Valeſii p. 659.

Liciniani. Mox reconciliata pace de integro divisum est imperium [a]. Atque ita *Constantinus* & *Licinius* ambo simul IV Consules processerunt anno 315 [b]; anno vero 317 Kal. *Martiis Constantini* filii *Crispus* & *Constantinus*; filius item *Licinii Licinianus Cæsares* renunciati sunt [c].

A. 5019. Per. Jul. ad 5050. A. Christ. 306. ad 337.

Licinius imperio privatus.

§. 8. Nec tamen diuturna inter ambos principes concordia fuit, cum enim *Licinius* anno 319 novam in *Christianos* persecutionem movisset [d], ac dein caussaretur, *Constantinum*, qui *Gothos Thraciam Mœsiamque* vastantes represserat, extra suæ ditionis limites progredi [e], sexennio post factos *Cæsares* [f] bellum denuo prorupit, in quo *Licinius* V Nonas *Julias* ad *Hadrianopolim*, ac paullo post navali prælio vincitur: denique novissimo ad *Chalcedonem* prælio XIV Kal. *Octobres* anni 323, an 324, ut *Idacius*, debellatus in victoris potestatem venit [g]: a quo vitam pactus, ac *Thessalonicam* relegatus, haud ita diu post, quod res novas moliri diceretur, in eadem urbe peremtus est [h]. Hic finis civilium armorum fuit.

Constantinopolis condita.

§. 9. Ita *Constantinus* solus rerum potitus [i], post celebrata imperii sui vicennalia *Byzantium* instaurare cœpit, urbemque hanc pene totius orbis spoliis locupletatam, intra decem annos exstruxit, sedeque imperii illuc translata, de suo nomine *Constantinopolim* appellavit [k]: lege etiam lata *Novam Romam* appellari iussit [l].

a Zosim. L. II. c. 18—20. Anon. Valef. p. 659. 660. Idacius in Fastis. Victor de Cæs. c. 41. n. 2—7. Epit. c. 41. n. 4. 5. Pag. in Crit. an. 317. n. 4—6. *b* Anon. Valef. l. d. p. 660. Nazarius in Paneg. c. 2. n. 2. 3. Euseb. Vita. Constant. L. IV. c. 14. Victor ll. dd. *c* Tillem. nota 40 ad vitam Constantini. *d* Anon. Valef. p. 660. Euseb. L. X. c. 8. & Vita Coust. L. II. c. 1. 2. Sozom. L. I. c. 7. *e* Anon. Valef. l. d. *f* Victor de Cæs. c. 41. n. 8. *g* Anon. Valef. p. 660. 661. Idacius in Fastis. Zosim. L. II. c. 20—26. & 28. Euseb. vita Constant. L. II. c. 4—6. Praxagor. apud Phot. p. 63. Tillem. vita Constantini §. 48. 50. nota 43. 44. *h* Anon. l. d. Zosim. L. II. c. 28. Socrat. Hist. Eccl. L. I. c. 4. Euseb. vita Const. L. II. c. 18. Hieron. in Chron. Oros. L. VII. c. 28. Victor de Cæs. c. 41. n. 8—10. Tillem. vita Constant. §. 50. *i* Theodoret. L. I. c. 1. Chron. Alex. Tillem. nota 60 ad vitam Constantini. *k* Julian. Orat. I. p. 8. B. Ibique Spanh. Praxagor. l. d. p. 63. Zosim. L. II. c. 30. 31. Anon. p. 661. *l* Socrat. L. I. c. 16.

A. 5019. Per. Jul. ad 5050. A. Christ. 306. ad 337.

Crispus Cæsar & Fausta necati.

§. 10. Inter hæc *Crispum Cæsarem*, ex priori coniuge *Minervina* natum, egregia iuvenem indole, in suspicionem tentati stupri a noverca adductum, ipse *Romæ* degens[a], *Polæ* in *Istria* interfici iussit[b] anno *Christi* 326[c]. Nec diu post *Faustam*, falsi compertam, & in adulterio deprehensam, balnei calore occidi curavit[d].

Quatuor prætorii Præfecti.

§. 11. Post hæc *Gothis* anno 332 devictis[e], *Sarmatarum*, a servis eiectorum, multa millia per varia imperii loca divisit[f] anno 334[g]. Præfectos quoque Prætorii, pro duobus, quatuor constituisse dicitur mutato ipsorum munere, ut non amplius Cæsareorum exercituum supremi *Magistri*, sed publici status administri essent, quibus singulis suas adtribuit provincias[h].

Imperii divisio.

§. 12. Filios quoque tres *Constantinum*, *Constantium* & *Constantem* diversis temporibus *Cæsares* fecit[i], quibus anno 335, fratris sui *Dalmatii* filium, *Dalmatium* quartum addidit[k], fratremque eius *Annibalianum*, data ei in matrimonium *Constantina* filia sua, Regem Regum & *Ponticarum* gentium constituit[l]. Simul & imperii partes ita inter eos divisit, ut *Gallias Constantinus* minor regeret: *Orientem Constantius*: *Africam*, *Illyricum* & *Italiam Constans*: ripam *Gothicam*, aut, secundum Chronicon *Alexandrinum*, *Mesopotamiam Dalmatius* tueretur[m].

Mors Constantini.

§. 13. Denique *Constantinus* pater, extremo vitæ, bello provocatus *Persico*[n], cum paullo ante mortem ab *Eusebio Nicomediensi* Episcopo baptizatus esset, obiit ipso Pentecostes die XI ante Kal. *Junias* anni

a Zosim. L. II. c. 29. b Ammian. Marc. L. XIV. c. 11. Sidon. Apoll. L. V. ep. 8. Victor Epit. c. 41. n. 11. Hieron. in Chron. Tillem. vita Constant. §. 62. c Idacius in Fastis. d Zosim. Sidon. Victor ll. dd. & Philostorg. L. II. c. 4. e Euseb. Vita Const. L. IV. c. 5. Anon. Vales. p. 661. Socrat. L. I. c. 18. Zozom. I. c. 8. Idacius in Fastis. Julian. Orat. I. p. 9. f Anon. Vales. p. 661. Euseb. vita Const. L. IV. c. 6. g Idacius in Fastis. h Zosim. L. II. c. 32. 33. Cassiod. Variar. L. VI. c. 3. Tillem. vita Constant. §. 34. i Euseb. vita Constant. L. IV. c. 40. Hieron. in Chron. Idacius in Fastis. Victor de Cæs. c. 41. n. 13. k Anon. Vales. p. 662. Idacius & Chron. Alex. Victor in Epit. c. 41. n. 15. l Anon. l. d. m Anon. l. d. Victor Epit. c. 41. n. 20. Tillem. vita Constant. §. 74. 75. T. IV. P. I. p. 410. n Euseb. de vita Constant. L. IV. c. 56. Rufus in Breviario. Chron. Alex. Eutrop. L. X.

anni *Christi* 337 [a]. Vixit annos quinque & sexaginta, A. 5019.
ex quibus unum & triginta imperavit [b], solus tre- Per. Jul. ad 5050.
decim [c]. Uxores duas duxit *Minervinam*, ex qua A. Christ.
Crispus natus, & *Faustam*, ex qua sex liberos sus- 306.
cepit, *Constantinum*, *Constantium* & *Constantem*; ad 337.
totidemque filias *Constantinam*, quæ *Hanniba-liano* & dein *Constantio Gallo* nupsit, *Constan-tiam* & *Helenam*, quæ *Juliani* Imperatoris uxor fuit [d].

§. 14. Ab huius ætate, & quidem anno *Christi* Indictiones.
312 vulgo *Indictionum* originem repetunt [e].

[a] Euseb. vita Const. L. IV. c. 62. 64. Anon. Vales. p. 662. Socrat. L. I. c. 39. 40. Victor de Cæs. c. 41. n. 15. Hieron. in Chron. Idacius. [b] Socrat. L. I. c. 40. Sozom. L. II. c. 34. Hieron. in Chron. Eutrop. L. X. [c] Victor de Cæs. c. 41. n. 16. Epit. c. 41. n. 15. [d] Du Fresne Fam. Byzant. p. 46. 47. 49. 50. 51. [e] Du Fresne Gloss. Med. Lat. h. v. Pag. Crit. an. 312. n. 25. Basnage Ann. Eccl. Polit. an. 312, n. 28.

A. 5019. Per. Jul. ad 5050. A. Christ. 306. ad 337.

CAPUT II.

De rebus Ecclesiasticis, quæ Constantino *Imperatore contigerunt: de* Donatistarum *schismate,* Arianorum *hæresi & Nicæna Synodo. Tum de viris pietate ac litterarum scientia claris.*

§. 1.

Persecutio Galeriana. Constantinus Christianus pacem dat Ecclesiæ.

CHristiani nominis persecutionem, sub *Diocletiano* inchoatam, acerrime propagavere *Galerius Maximianus* [a], & alter *Galerius Maximinus* [b]: dum *Romæ* & in *Italia* in suos æque ac *Christianos* sævit *Maxentius* [c]; *Alexander* tyrannus *Africanas* vexat Ecclesias [d]. Unus *Constantinus*, suscepto imperio, nihil prius habuit, quam ut *Christianos* cultui ac Deo suo redderet [e]: quin & postea ipse sive martyrum constantia commotus [f], sive viso crucis signo excitatus [g], sive victoriis deinde reportatis confirmatus inter *Christianos* nomen est professus [h], summum Ecclesiæ regimen, quoad externa recepit, Synodos convocavit [i], de sacris leges scripsit [k], & de litibus clericorum æque ac aliorum cognovit [l]. Et quamvis *Licinius* postea æmulatione *Constantini*, ex fautore hostis *Christiani* nominis factus, non paucos martyres dederit, huic tamen malo, *Licinio* victo & interfecto, est consultum, & pax Ecclesiæ reddita [m].

Fides Sæculi IV. & nævi.

§. 2. De fide huius ætatis, certe quod ad summa capita, integra ac inlibata Symbolum *Nicænum*, & Principum Constitutiones in codice *Theodosiano*, cumpri-

a Lact. Mort. Pers. c. 21. c. 33. n. 11. *b* Lact. Mort. c. 36. Euseb. de Mart. Palæst. c. 4. 13. Hist. Eccl. L. IX. c. 2. & seqq. *c* Zosim. L. II. c. 14. n. 6. Euseb. vita Constant. I. c. 34. *d* Optat. Milevit. L. I. c. 17. 18. *e* Lact. Mort. Pers. c. 24. n. 9. *f* Euseb. vita Const. L. II. c. 51. 52. *g* Euseb. Ib. L. I. c. 32. *h* Euseb. Ib. L. II. c. 55. *i* Euseb. Hist. Eccl. L. X. c. 5. p. 484. 485. Vita Constant. L. III. c. 6. *k* Passim in Cod. Theodosiano. *l* Optat. de Shism. Donatist. c. 22. 23. Epistola Constantini ad Episcopos & Episcopos partis Donati in appendice Optati p. 184. 185. August. epist. 162. *m* Anon. Vales. p. 660. Euseb. L. X. c. 8. Vita Const. L. II. c. 1. 2. 20. Sozom. L. I. c. 7.

primis Titulis de Fide catholica & de Hæreticis testantur; varii tamen ad superiores nævi accesserunt, quorsum pertinent, nimia crucis[a] & cælibatus veneratio[b], preces pro mortuis[c], ciborum introducta discrimina; voces multæ phrasesque incommodæ, postea in sequiorem sensum detortæ, *sacrificium*, *missa*, *μεταποίησις*, *μεταμόρφωσις* similesque in caussa S. Cœnæ usurpatæ: *meritum*, *satisfactio*, *confessio*, *pænitentia*, *indulgentia* & id genus aliæ[d]. Inprimis *Constantini* in Ecclesiam liberalitate crevit fastus, avaritia & hypocrisis[e]: tum etiam templis splendide curatis & in diversa loca divisis omnia magis ad pompam & ostentationem conparari, nimia inter clerum & laicos distinctio invalescere cœpit[f], aucta magis, postquam *Constantini* legibus, & inmunitas clericis, & sententiæ etiam in civilibus caussis ferendæ potestas data fuit[g], ipsique foro sæculari subducti sunt a *Constantio*[h]. Atque ita iudice *Hieronymo*[i], Ecclesia postquam ad Christianos principes venit, potentia quidem & divitiis maior, sed virtutibus minor facta est. Accedebant *peregrinationes* ad loca sancta[k], & sensim gliscens *reliquiarum veneratio*[l].

A. 5019. Per. Jul. ad 5050. A. Christ. 306. ad 337.

§. 3. Quæ res schismati *Donatistarum* occasionem præbuit, cum enim *Cæcilianus* Diaconus *Carthaginiensis* *Lucillam* præpotentem & factiosam mulierem os martyris ante spiritualem cibum & potum deosculantem reprehendisset[m], ea ultionis cupida contra *Cæcilianum*, quem *Felix Aptungitanus* in locum *Mensurii Carthaginiensem* Episcopum ordinaverat, adiuvante *Donato* a *Casis* nigris *Maiorinum* ordinari curavit, eo prætextu quod *Cæcilianus* a *Felice* traditore ordinatus fuerit. *Maiorino* successit *Donatus* alter, a quo postea appellari maluerunt *Donatistæ*.

Schisma Donatistarum.

[a] Euseb. vita Const. L. III. c. 49. Orat. de laudibus Constant. c. 9. 10. p. 740. 742. Sozom. L. II. c. 3. in fine. [b] Hieronymus & Ambrosius maxime propugnarunt. [c] Constitutiones Clementis L. VIII. c. 12. Euseb. Vita Constant. L. IV. c. 71. Tertull. de Corona Milit, c. 3. de Monogam. c. 10. Cyprianus in epistolis. [d] Spanh. Hist. Eccl. Sec. IV. c. 5. §. 2. 3. [e] Euseb. Vita Const. L. IV. c. 54. [f] Euseb. H. Eccl. L. X. c. 4. [g] Lege 1. & 2. Cod. Theodos. de Episc. [h] Ibid. lege 12. [i] In vita Malchi. [k] Euseb. vita Const. L. III. c. 42. Naula & Eustochium in epistola ad Marcellam. [l] Optat. de Schism. c. 16. [m] Optat. l. d.

A. 5019. Per. Jul. ad 5050. A. Christ. 306. ad 337.

Itaque factionum studiis scissa Ecclesia *Africana*, primum Imperator anno 313 caussæ cognitionem *Melchiadi*, aliisque Episcopis in Synodo *Romana*, iterumque sequenti anno numero pluribus in Synodo *Arelatensi* demandat. Utrobique damnati sunt schismatici, qui cum nihilominus *Constantinum* iterum appellassent, primum *Romam*, inde *Mediolanum* venire iussi, ab ipso denique Imperatore damnati sunt [a].

Schisma Meletianorum.

§. 4. Fuit & alio schismate *Meletianorum* Ecclesia in *Ægypto* turbata. Auctor eius *Meletius Lycopolitanus* Episcopus, qui a *Petro Alexandrino* Episcopo exauctoratus [b], aut vero ab eo in capite de recipiendis lapsis dissentiens [c] ab eo descivit, circa annum 306 [d].

Ariana hæresis.

§. 5. Gravius multo vulnus Ecclesiæ tum pace florenti [e] inflictum ab *Arianis* anno 317 [f]. Occasio mali hæc fuit, cum *Alexander* Episcopus *Alexandrinus* ambitiosius de Trinitate in Unitate, & Unitate in Trinitate disputaret, *Arius*, eiusdem Ecclesiæ Presbyter, metuens, ne *Alexander*, qui Deum Monadem esse dicebat, *Sabellii* dogma renovaret, ut eius se sententiæ opponeret, in contraria prolapsus docuit [g]. Deum patrem sine principio esse, Filium principium habere, utpote quem Deus, solus ingenitus, sempiternus, ante omnia sæcula propria voluntate ex οὐκ ὄντων genuerit filium unigenitum, inmutabilem & perfectam Dei creaturam, per quem & sæcula fecit, cuique omne vivere ac esse dedit. Spiritum autem Sanctum e filio genitum, ut tres sint substantiæ Pater, Filius & Spiritus Sanctus [h].

§. 6.

[a] Optat. de Schismate Donatistarum, & monumenta vetera eo pertinentia, quæ Elias du Pin Optato subiecit. [b] Athanas. Apolog 2. T. I. p. 177. Edit. Benedict. Socrat. I. c. 6. Sozom. L. I. c. 24. II. 21. [c] Epiph. Hær. 68. [d] Basn. Ann. Eccl. Polit. an. 306. §. 14. 15. [e] Euseb. Vita Const. L. II. c. 61. Rufin. L. I. c. 1. [f] Oros. L. VII. c. 28. Basn. Ann. Eccl. Polit. an. 317. n. 5. Tillem. Mem. Eccl. T. VI. P. III. nota 1 de Arianis. [g] Socrat. L. I. c. 5. [h] Arius in epistolis apud Epiphan. Hær. LXIX. n. 7. & apud Theodoret. L. I. c. 5. 6. Auctor disputationum in Nicæno Concilio apud Athanas. T. II. p. 207. n. 6. Le Clerc. Bibl. Univers. T. X. p. 420. & seqq.

A. 5019. Per. Jul. ad 5050. A. Chriſt. 306. ad 337. Concilium Nicænum.

§. 6. Quæ res cum vehementer turbaret Eccleſiam, pluresque ab initio adſeclas, maxime *Euſebium Nicomedienſem* nactus eſſet *Arius*, *Alexander* in Synodo *Alexandrina* damnari curat *Arium*[a]. *Conſtantinus* litteris ad *Alexandrum* & *Arium* datis, oſtendens, in tam abſtruſo myſterio haud facile ad diſputationem eſſe deſcendendum, eos, quaſi verbis magis quam re diſſiderent, ad concordiam cohortatur[b]: cum res conponi non potuiſſet, Synodum *Nicænam* indicit[c], in qua anno 325[d] *Arii* de Filio Dei error damnatus, *Meletii* ſchisma conpoſitum, decretumque fuit, ut Paſcha poſthac die Dominica celebraretur[e]: ſimul & Canones XX circa ordinem & diſciplinam Eccleſiæ ſcripti, inter quos XIII morientibus viaticum concedit[f], parumque abfuit, niſi *Paphnutius* in *Thebaide* ſuperiore Epiſcopus & Confeſſor interceſſiſſet, quin nova lex addita fuiſſet, ut in ſacrum ordinem adlecti, Epiſcopi, Presbyteri & Diaconi, ab uxorum, quas laici duxerant, concubitu abſtinerent[g]. *Arius* in exilium actus[h], poſtquam in fidem *Nicænam* ſubdole iuraſſet, revocatus[i], iamque iuſſu *Conſtantini* in communionem recipiendus, exoneratis in latrinam inteſtinis miſere periiſſe dicitur[k].

Evangelium ad Abyſſinos & Iberos prolatum.

§. 7. Interim *Frumentius*, qui cum *Meropio* philoſopho *Tyrio*, puer in *Indiam* citeriorem, quam nos *Abyſſiniam* vocamus, delatus erat, inter barbaros fidem *Chriſti* propagavit, & ab *Athanaſio* factus epiſcopus eodem rediit circa annum 327[l]: quando & *Iberos Chriſtianæ* cuiusdam captivæ opera Evangelii lux adfulſit[m].

§. 8.

[a] Socrat. L. I. c. 6. Zoſom. I. 15. Theodorit. L. I. c. 4. [b] Euſeb. vita Conſtant. L. II. c. 69—71. Socrat. L. I. c. 7. Zoſom. I. c. 16. [c] Euſeb. Vita Conſtant. L. III. c. 6. Socrat. I. c. 8. Sozom. L. I. c. 17. Theodorit. L. I. c. 9. [d] Socrat. L. I. c. 13. Chron. Alexand. [e] Socrat. L. I. c. 9. Epiſtola Synodica apud Theodorit. L. I. c. 9. [f] Basn. Ann. Eccl. Polit. ann. 325. §. 40. 41. [g] Socrat. L. I. c. 11. Sozom. L. I. c. 23. [h] Epiſt. Synodica apud Theodor. L. I. c. 9. [i] Socrat. L. I. c. 25. 26. & Harduin. Conc. T. I. p. 551. [k] Athanaſ. epiſt. ad Serapionem T. I. p. 341. & in epiſtola ad Epiſcopos Ægypti Tom. I. p. 289. Socrat. I. c. 37. 38. Theodoret. L. I. c. 14. [l] Rufin. L. I. c. 9. Socrat. L. I. c. 19. Sozom. L. II. c. 24. Pag. Crit. an. 327. §. 14. 15. [m] Socrat. I. c. 20. Sozom. L. II. c. 7.

A. 5019. Per. Jul. ad 5050. A. Christ. 306. ad 337. Sanctitate & eruditione clari.

§. 8. Inter eos, qui hoc tempore sanctitatis aut eruditionis nomine celebres fuerunt, maxime eminet *Athanasius*, *Arianorum* malleus, sed & ab illis multa indigna perpessus [a]: *Eustathius Antiochenus* [b]: *Eusebius Cæsariensis*, variis doctis scriptis clarus [c]: *Juvencus*, *Hispanus* Presbyter, Historiam Evangelicam carmine expressit [d]. *Nazarius* & *Eumenius* Oratores.

CAPUT III.

De Constantini M. *filiis*, rebusque ab ipsis domi, forisque gestis: *ab anno Christi* 337 *ad* 361.

§. 1.

Constantini filii imperium inter se dividunt.

C*Onstantino* Magno XI ante Kal. *Junias* anni 337 mortuo, quædam quasi interregni species fuit, dum omnia adhuc publice eius nomine geruntur [e], donec post menses tres, filii eius, ex *Fausta Maximiani* filia [f] nati, diviso inter se imperio [g], V Idus *Septembres Augusti* sunt appellati [h]. Ex his *Constantinus* natu maximus regiones *Trans-Alpinas* partemque *Africæ* sortitus est: *Constantius Orientem* cum *Thracia*, cui iam *Mœsia* accesserat, & *Ægyptum* obtinuit: *Constans* natu minimus, mediam inter utrumque imperii partem *Italiam* cum reliqua *Africæ* parte, *Illyricum*, *Græciam*, *Macedoniam* & loca *Ponto* finitima habuit [i].

Constantius imperandi cupiditate sævus.

§. 2. *Constantius* truculentum imperium a cæde suorum orsus, statim sub initium, prætextu seditionis militaris patruos duos *Constantium*, *Juliani* patrem, & *Dalmatium*, huiusque filios *Dalmatium Cæsarem*, & *Annibalianum*, fratrem quoque *Juliani* natu maiorem occidi curavit, *Gallum* ægritudo,

[a] Socrat. I. c. 8. 15. 23. 27—35. Vita Athanasii, quam Benedictini operibus eius præmiserunt. [b] Tillem. Memoir. Eccl. T. VII. P. I. p. 35. [c] Tillem. l. d. p. 67. [d] Hieron. in Chron. [e] Euseb. Vita Constant. L. IV. c. 67. 71. Pag. Crit. an. 337. [f] Julian. Orat. I. p. 9. [g] Julian. Orat. I. p. 19. A. 20. B. [h] Idacius in Fastis. [i] Zosim. L. II. c. 39. Eunapius in Edesio p. 45. Zonar. L. XIII. c. 5.

do, *Julianum* tenera ætas vix neci ſubtraxit. Eademque occaſione trucidati ſunt *Optatus*, qui novo, & ab *Conſtantino* excogitato, titulo *Patricius* erat factus, & *Ablavius* præfectus prætorio [a].

A. 5050. Per. Jul. ad 5074. A. Chriſt. 337. ad 361.

Conſtantinus iunior interficitur.

§ 3. Hinc repreſſo barbarorum, poſt mortem *Conſtantini* undique inruentium, impetu, dum *Conſtantius* bello detinetur *Perſico* [b], diſcordia inter fratres *Conſtantinum* & *Conſtantem* de *Africæ Italiæ*que poſſeſſione exorta, *Conſtantinus* in *Italiam* veniens a *Conſtantis* militibus prope *Aquileiam* interficitur anno *Chriſti* 340 [c].

Conſtans a Magnentio cæſus.

§. 4. Ita reſpub. ad duos *Auguſtos* redacta eſt, ex quibus *Conſtantis* imperium ſtrenuum aliquamdiu & iuſtum fuit, ſed dein corruptus ab aulicis & in gravia vitia prolapſus, factione *Magnentii*, qui apud *Auguſtodunum* XV ante Kal. *Feb.* anni 350 purpuram ſumſerat, verſus *Pyrenæos* fugiens occiditur, annos natus 30 [d], ut ſcribit *Hieronymus*, etſi *Aurelius Victor* 27 tribuat.

Nepotianus & Vetranio in ordinem redacti.

§. 5. Cuius nece cognita, *Vetranio* magiſter militum Kal. *Martiis*, apud *Murſam Pannoniæ*: *Nepotianus*, *Eutropia Conſtantini* ſorore natus, III Nonas *Junii Romæ* imperium arripiunt. Sed *Nepotianus* viceſimo octavo die ab *Magnentii* ducibus oppreſſus eſt. *Vetranio*, decimo poſt menſe, nempe VIII ante Kal. *Januarias*, a *Conſtantio* in ordinem redactus, privatam vitam coluit [e].

Magnentius a Conſtantio victus.

§. 6. Gravius cum *Magnentio* per triennium bellum fuit [f], quocum primum exeunte autumno, ſive IV ante Kalend. *Octobres* auctore *Idacio*, ad *Murſam Pannoniæ* juxta *Dravum* atrociſſimo certatum

eſt

[a] Zoſim. L. II. c. 40. Julianus epiſtola ad S. P. Q. Athenienſem p. 270. Ammian. Marc. L. XXI. c. 16. Athanaſ. ad Solitarios n. 69. T. I. p. 385. Sozom. L. V. c. 2. Libanius oratione parentali in Julianum c. 5. apud Fabrit. Bibl. Gr. L. V. c. 9. [b] Eutrop. L. X. c. 6. Sextus Rufus in Breviario. Julian. Orat. I. p. 22. 25. Zonar. L. XIII. c. 5. Socrat. L. II. c. 25. [c] Zoſim. L. II. c. 41. Victor Epit. c. 41. n. 21. Zonar. l. d. Socrat. L. II. c. 5. Idacius in Faſtis. [d] Eutrop. L. X. c. 5. Zoſim. L. II. c. 42. Victor de Cæſ. c. 41. n. 23. Epit. c. 41. n. 22. 23. Socrat. L. II. c. 25. 26. Hieron. in Chron. Idacius, & Chron. Alex. [e] Zoſim. L. II. c. 43. 44. Eutrop. aliique ll. dd. Victor de Cæſ. c. 42. Epit. c. 42. Pag. Crit. an. 350. n. 2. & 351. n. 2. [f] Victor de Cæſ. c. 42. n. 10.

A. 5056. Per. Jul. ad 5074. A. Christ. 337. ad 361.

est prælio[a]. Iterumque sequenti anno 352 ad *Ticinum* in *Italia*[b]. Tertium ad *Montem Seleucum* in *Delphinatu*[c], quando desperatis rebus *Magnentius* *Lugdunum* fugiens III Idus *Augusti* anno 353 mortem sibi conscivit[d], cum annos tres mensesque sex imperasset[e]. *Decentius* eius frater, sub initium motuum *Cæsar* factus, apud *Senonas* XV Kal. *Septembris* laqueo gulam fregit[f].

Gallus iussu Constantii cæsus.

§. 7. *Gallus*, *Cæsar* a *Constantio* creatus annos 351, & Orienti præpositus[g], dum summa potestate per vim ac libidinem abutitur, ab *Constantio* accitus in *Illyrico* morte adfectus est anno 354, cum quadriennio imperasset[h]. *Julianus* eius frater, interventu *Eusebiæ* uxoris *Constantii* servatus & *Athenas* studiorum caussa missus est[i].

Julianus Cæsar rem strenue in Gallia gerit.

§. 8. Anno vero sequenti 355, Barbaris *Galliam* vastantibus, *Julianus* idem VIII Iduum *Novembris* *Cæsaris* dignitate auctus est, data in matrimonium *Helena* sorore Imperatoris, & *Galliis* præpositus[k]. Quo cum pervenisset circa solstitium æstivum[l], sive VIII ante Kal. *Julias*[m], difficili exercitus bello, *Coloniam* tamen *Agrippinam*, quæ ante decem circiter menses in potestatem hostium venerat, recuperavit[n]: *Alemannos* anno 357 ad *Argentoratum* protrivit, Regemque eorum *Chonodomarum* vinctum *Romam* ad *Constantium* misit[o]. Tum vero ter *Rhenum* trans-

[a] Julian. Orat. I. p. 34—38. Zosim. L. II. c. 45—53. Victor Epit. c. 42. n. 4. Socrat. L. II. c. 25. & 28. in fine. Chron. Alex. & Idacius. [b] Julian. Orat. I. p. 38. 39. Victor Epit. c. 42. n. 5. [c] Socrat. L. II. c. 32. Julian. Orat. II. p. 74. C. Valesius in notitia Galliarum. [d] Victor de Cæs. c. 42. n. 10. Epit. c. 42. n. 6. Idacius & Chron. Alexand. [e] Zosim. L. II. c. 54. Eutrop. L. X. c. 7. n. 1. [f] Socrat. l. d. Zosim. L. II. c. 45. 54. Victor Epit. c. 42. n. 8. Idacius in Fastis. Eutrop. l. d. Hier. in Chron. [g] Zosim. L. II. c. 45. Ammian. L. XIV. c. 1. Libanius Parentali in Julianum c. 8. Victor de Cæs. c. 42. n. 9. Epit. c. 42. n. 1. [h] Socrat. L. II. c. 34. Zosim. L. II. c. 55. Liban. Ib. c. 11. Ammian. L. XIV. c. 7. & 11. Victor de Cæs. c. 42. n. 13. Idacius & Hieron. in Chron. [i] Ammian. L. XV. c. 3. Socrat. L. III. c. 1. Julian. Orat. III. p. 118. Libanius l. d. c. 11—13. [k] Ammian. L. XV. c. 8. Zosim. L. III. c. 2. Socrat. L. II. c. 34. Julian. Orat. III. p. 121. 125. Liban. Ibid. c. 15. Eutrop. L. X. c. 7. n. 4. Idacius. [l] Julianus ad S. P. Q. Athen. p. 277. D. [m] Ammian. L. XVI. c. 2. [n] Ammian. L. XVI. c. 2. 3. Julian. l. d. p. 279. B. [o] Ammian. L. XVI. c. 12. Julian. l. d. p. 279. Zosim. L. III. c. 3. Socrat. L. III. c. 1. p. 170. Liban. Ib. c. 16—30. Victor Epit. c. 42. n. 13. 14.

transgressus, re ubique ex sententia gesta, limitem imperii tutum præstitit [a]. A. 5050. Per. Jul. ad 5074. A. Christ. 337. ad 361.

§. 9. Cuius secundis rebus invidens *Constantius*, simul & metuens, ne in maius augerentur, milites ab eo abstrahere, & in Orientem contra *Persas* transportare studuit; at illi *Julianum Lutetiæ Parisiorum Augustum* salutant anno 360 [b]. *Constantius* rem ægerrime ferens, dum, dilato bello *Persico*, contra *Julianum* tendit, III Nonas *Novembres* anni 361 prope *Tarsum* obiit *Mopsucrenis* [c]: anno ætatis, ut *Victor* [d] ait, quarto & quadragesimo, imperii (Cæsarei) nono ac tricesimo, Augusti quarto & vicesimo; ex quibus octo solus, cum fratribus atque *Magnentio* sedecim imperavit, cum quindecim annis *Cæsar* fuisset. Paulloque ante mortem ab *Euzoio*, *Ariano* Episcopo, baptizatus est [e]. Tres uxores habuit, sed ex sola *Faustina* filiam reliquit postumam *Flaviam Maximam Constantiam*, quæ *Gratiani* Imperatoris uxor fuit [f]. Eo imperante multiplex cum *Persis* bellum fuit, terque a *Sapore Nisibis* est obsessa, ut scribit *Rufus* [g].

Julianus Augustus salutatur. Constantius moritur.

Mm 2 CA-

[a] Ammian. L. XVII. c. 1. 2. 8. 9. 10. XVIII. c. 2. Julian. l. d. p. 280. Zosim. L. III. c. 4. 7. Liban. Ib. c. 32. 33. 35—39. Eutrop. L. X. c. 7. n. 6. Victor Epit. c. 42. n. 14. Barbeir. Antiq. Fœd. T. II. §. 70—72. [b] Ammian. L. XX. c. 4. 8. Julian. ad S. P. Q. Athen. p. 282—284. Zosim. L. III. c. 8. 9. Mamertin. in Panegyr. Juliano dicto c. 3. Liban. Parentali in Julianum c. 44—49. [c] Socrat. L. II. c. 47. Ammian. L. XXI. c. 15. Zosim. L. III. c. 10. 11. Liban. Ib. c. 56. Idacius. Chron. Alex. & Hieron. in Chron. [d] Victor Epit. c. 42. n. 17. [e] Socrat. L. II. c. 47. Athanas. de Synodis T. I. P. II. p. 748. B. [f] Du Fresne Fam. Byzant. p. 48. & 59. [g] Rufus in Breviario. Socrat. L. II. c. 25. Liban. l. d. c. 103—106. Eutrop. L. X. c. 6. n. 1. 2. Tillem. vita Constantii §. 4.

A. 5050. Per. Jul. ad 5074. A. Christ. 337. ad 361.

CAPUT IV.

De rebus Ecclesiasticis imperante Constantio, *deque eruditis eius ætatis, ab anno* 337 *ad* 361.

§. 1.

Arianis prævalentibus eiicitur Athanasius.

GRaves & continui tumultus, ex factionum studiis orti, Ecclesiam, imperante *Constantio*, infestam habuerunt, *Constantio Arianis* favente, quibus ante alios multum exercitus fuit *Athanasius*, rei catholicæ per id tempus columen. Cum enim post duorum annorum mensiumque quatuor exilium [a], auctoritate *Constantini* Iunioris e *Galliis Alexandriam* rediisset [b] anno *Christi* 338 [c], *Eusebiani* litteris & ad Imperatores & ad *Julium Romanum* Episcopum, quibus ei totius caussæ arbitrium committebant, datis [d], obluctari cœperunt, quin etiam ex Concilio *Antiocheno*, quod ad dedicandam *Constantini* basilicam anno 341 celebratum est [e], *Athanasium* eiiciunt, substituto *Gregorio*, qui, ingenti patrata cæde, sedem illam occupavit [f], clam dilapso *Athanasio*, ac *Romam*, ceu ad communionis suæ portum, profecto [g], ibi cum sequenti anno in Synodo *Romana* innocens iudicatus esset *Athanasius* [h], non tamen sedem suam recuperavit.

Sardicense Concilium.

§. 2. Tum exasperatis odiis, iussu utriusque Imperatoris *Constantis* & *Constantii* generalis Synodus *Sardicensis* indicta fuit in annum 347. Sed cum Orientales, *Athanasii*, a se damnati, communionem aversati, *Sardica* relicta, se *Philippopolim* contulissent, scissum

[a] Theodorit. L. II. c. 1. [b] Epistola exstat apud Athanasium in apologia contra Arianos T. I. P. I. p. 203. Edit. Benedict. Paris. 1698. Socrat. L. II. c. 3. [c] Pag. Crit. h. an. [d] Athanas. Hist. Arianorum ad monachos T. I. P. I. p. 349. n. 9. & apologia contra Arian. p. 140. B. Socrat. L. II. c. 11. [e] Athanas. de Synodis T. I. P. II. p. 735. B. 737. D. Socrat. L. II. c. 8. Zozom. L. III. c. 5. Anon. apud Phot. Cod. 257. p. 1420. [f] Athanas. Epist. Encycl. T. I. P. I. p. 112. 113. & histor. Arian. ad Monachos ib. p. 349. 350. & in epist. Julii apud Athanas. Apolog. p. 151. n. 23. Philostorg. L. III. c. 3. [g] Hieron. ep. 96 ad Principiam T. IV. P. II. p. 780. Socrat. II. c. 11. Sozom. L. III. c. 6. [h] Athanas. Hist. Arian. ad Monachos T. I. p. 352. B.

ſciſſum eſt concilium. Occidentales *Sardicæ Athanaſium* reſtituunt, *Marcellum Ancyræ* Epiſcopum, in *Antiocheno* concilio damnatum, abſolvunt[a]: Orientales, ſi fides eſt *Socrati*[b], Conſubſtantialis vocem damnant.

A. 5050. Per. Jul. ad 5074. A. Chriſt. 337. ad 361.

Athanaſius reſtitutus iterum pellitur.

§. 3. *Gregorio* vero poſt menſes circiter decem mortuo, *Conſtantis* minacibus litteris coactus *Conſtantius Athanaſium* anno 349 *Alexandriam* redire juſſit[c]. Ita ſedi ſuæ reſtitutus *Athanaſius*, vicem reddens adverſariis, alios pellit, in quibusdam etiam Eccleſiis novas ordinationes facit, quæ res alterius adverſus ipſum criminationis cauſſa fuit[d]. Itaque *Conſtante* interim cæſo & *Magnentio* victo, cum ſolus *Conſtantius* rerum potiretur, *Euſebiani* eius in *Athanaſium* animum ita acuunt, ut omni vi in Synodo *Mediolanenſi* anni 355 in id incubuerit, ut Epiſcopos ad damnandum *Athanaſium* adduceret, recuſantes pelleret[e]. Relegantur *Euſebius Vercellenſis*, *Dionyſius Mediolanenſis*, *Liberius Romanus* Epiſcopus, qui biennio poſtea, recuperandæ amore ſedis, *Athanaſii* condemnationi ſubſcripſit: cui etiam *Hoſius Cordubenſis*, plagis ac terroribus fractus, adſenſus eſt[f]. Ipſe *Athanaſius*, fuga elapſus, anno 356 delituit, ſubrogato in ipſius locum *Georgio Cappadoce*[g].

Ariani varias fidei formulas cudunt.

§. 4. Interim *Ariani*, Principis favore ſuperiores, dum ſæpius in Synodos coeunt, novas identidem fidei formulas recudunt, quales 11, intra annos 20 publicatas, exhibet *Athanaſius*[h].

[a] Athanaſ. l. d. p. 352. 353. Apolog. p. 154. B. & p. 162. 168. Socrat. L. II. c. 20. Sozom. L. III. c. 11. Anon. apud Phot. Cod. 257. p. 1424. [b] Socrat. L. II. c. 20. [c] Athanaſ. Hiſt. Arian. T. I. p. 356. C. D. Sozom. L. III. c. 20. Socrat. L. II. c. 22. 23. [d] Socrat. L. II. c. 24. & Orientales Epiſcopi Sardicæ congregati in epiſtola Synodica Conc. T. II. p. 703. Philoſtorg. L. III. c. 12. [e] Acta Concilii apud Baluzium nova Collectione Conciliorum p. 30. addatur Hard. T. I. p. 697. Athanaſ. Hiſt. Arian. T. I. p. 360—362. Socrat. L. II. c. 26. Sozom. L. IV. c. 8. 9. Theodorit. L. II. c. 15—17. [f] Athanaſ. l. d. p. 363—374. Sozom. L. IV. c. 11. 15. Hilarius in Fragm. p. 426. & ſeqq. Edit. Operum Pariſ. 1631. ſive Fragm. VI. Operum T. II. p. 678. Edit. Benedict. Philoſtorg. L. IV. c. 3. [g] Athanaſ. l. d. p. 373. & ſeqq. Socrat. L. II. c. 28. Sozom. L. IV. c. 10. Theodorit. L. II. c. 13. 14. [h] Athanaſ. de Synodis T. I. P. II. p. 735—749. & epiſtola ad Afros p. 892. C.

A. 5050. Per. Jul. ad 5074. A. Christ. 337. ad 361.

Synodi Ariminensis & Seleuciensis.

§. 5. Neque unquam frequentiores, quam hoc Imperatore, Synodi Episcoporum fuerunt, nam ut plures numero *Mediolani*, *Antiochiæ*, *Sirmii* habitas taceam, celebres sunt maxime *Ariminensis* & *Seleuciensis* eodem tempore, anno 359 habitæ, in quibus *Arianorum* fraude, & Principis auctoritate recepta est fidei formula interim *Nicææ Thraciæ* ab *Arianis* concepta, quæ quidem externa specie satis orthodoxa erat; sed in qua ὀυσίας vocabulum, ceu præter Scripturas inventum, damnabatur [a], ut quidem tum, iudice *Hieronymo* [b], totus ingemuerit orbis & se *Arianum* factum esse miratus fuerit.

Ecclesiæ misera conditio.

§. 6. Dici non potest, quam graviter is inter Episcopos disputandi & dominandi pruritus nocuerit rei *Christianæ*, cum non tantum, observante *Athanasio* [c], cathechumenis scandalum, gentibus risum præberet, quod *Christiani* Episcopi ultro citroque discurrerent, quærentes, quid credere oporteat; sed etiam profano Imperatori ac palam dictitanti [d], „ quidquid ego volo, id pro Canone habeatur, iudicium de fide in manus traditum fuerit, de quo memoratu dignum *Ammiani* [e] Ethnici Scriptoris testimonium, scribentis, „ *Constantius Christianam* religionem absolutam & simplicem anili superstitione confundens, in qua scrutanda perplexius, quam componenda gravius, excitavit discidia plurima, quæ progressa fusius aluit concertatione verborum: ut catervis Antistitum iumentis publicis ultro citroque discurrentibus per Synodos, quas appellant, dum ritum omnem ad suum trahere conantur (vel conatur) arbitrium, rei vehiculariæ succiderit nervos. „

Anomœi, Semi-ariani, Acaciani.

§. 7. Inter hæc ipsa *Arianorum* factio in plures abiit familias, ex quibus alii *Anomœi* dicti, qui unam Dei ὀυσίαν in tres ὑποστάσεις distinctam negabant, & Filium genitum, nec principii expertem, per omnia

nia

[a] Athanas. de Synodis T. I. P. II. p. 719—726. 747. A. Baluz. Nova Collect. Conc. p. 54—67. Socrat. L. II. c. 37. 39—41. Sozom. L. IV. c. 16—19. Theodoret. L. II. c. 18—25. Philost. L. IV. c. 10. 11. [b] Hieron. adversus Lucif. c. 7. T. IV. P. II. p. 300. [c] Athanas. de Synodis p. 717. B. C. [d] Athanas. Hist. Arian. T. I. p. 363. E. [e] Ammian. L. XXI. c. 16. in fine.

nia Patri dissimilem, ἀνόμοιον sive ἑτερούσιον esse contendebant [a]; alii *Semi-ariani*, qui Filium Patri ὁμοιούσιον, substantia similem, non vero ὁμοούσιον esse dictitabant [b]. Dum ab utrisque dissentientes, & mediam quasi viam insistentes *Acaciani* dicerent, Filium esse ὅμοιον Patri, non tamen ὀυσία *substantia*, sed tantum θελήσει *voluntate* [c]. — A. 5050. Per. Jul. ad 5074. A. Christ. 337. ad 361.

Photiniani. §. 8. Ab his omnibus in diversa abiens *Photinus*, *Sirmiensis* in *Pannonia* episcopus, docuit, *Christum* nudum hominem esse, qui initium ex *Maria* Virgine sumserit, sed a Deo Patre adoptatus & divinitatis honore donatus fuerit [d].

Macedoniani. §. 9. A *Macedonio* vero, quondam *Constantinopolitano* Patriarcha, *Macedoniani* appellati, qui Spiritum S. Deum esse negabat, κλίσμα & ποίημα appellabat [e].

Pietate aut eruditione clari. §. 10. Inter eos vero, qui aut pietatis aut eruditionis laude inclaruerunt, *Paulus* Thebæus Eremitarum auctor obiit anno 341 [f]. *Antonius* autem, cuius exemplo tempore *Constantini* monasteria strui cœperunt [g], decessit anno 356 [h]. *Hilarius Pictavorum* Episcopus anno 356 a *Constantio* in *Phrygiam* relegatus [i]. *Julius Firmicus Maternus* inscripsit *Constantio Constanti*que Augustis librum de Errore Profanarum religionum [k]. *Victorinus* Rhetor [l] & *Donatus* Grammaticus *Hieronymi* præceptor [m].

CA-

[a] Eunomius in fidei expositione apud Baluz. nova Conc. Collect. p. 90. & Eunomii apologeticus apud Fabric. Bibl. Gr. L. V. c. 23. & in Canisii Lect. Antiq. T. I. p. 178. & 184. Socrat. L. II. c. 35. Sozom. L. IV. c. 12. Prosper ad an. 373. apud Canis. T. I. p. 294. [b] Socrat. L. II. c. 37. Sozom. L. IV. c. 17. 19. Athanas. de Synodis p. 746. 747. [c] Fragm. Hilarii apud Baluz. Nova Coll. Conc. p. 68. Athanas. de Synodis T. I. P. II. p. 753. Socrat. L. II. c. 40. [d] Athanas. l. d. p. 739. 740. §. 4—6. Vigilius Tapsensis in disp. Athanas. cum Ario operum Athenas. T. II. p. 643. Socrat. L. II. c. 18. 19. Sozom. L. IV. c. 6. [e] Socrat. L. II. c. 45. Sozom. L. IV. c. 27. Theodor. L. II. c. 6. Photius epist. 1. p. 6. Anon. apud Phot. cod. 257. p. 1421. Prosper in Chron. integro apud Canis. T. I. p. 291. ad annum Christi 342. [f] Pag. Crit. ad an. 343. n. 2. [g] Sozom. L. I. c. 13. Hieron. vita Hilarionis. Pag. Crit. an. 318. n. 14. 15. [h] Pag. Crit. an. 358. n. 2. [i] Hieron. de viris illustr. c. 100. Sulp. Sever. L. II. c. 54. n. 14. c. 57. n. 2. Prosper in Chron. integro an. 356. 359. Du Pin Bibl. T. II. p. 79. [k] Fabric. Bibl. Lat. L. III. c. 8. p. 562. [l] Hieron. de Vir. Illust. c. 101. Cave an. 362. [m] Tillem. vita Constantii §. 65.

CAPUT V.

A. 5074. Per. Jul. ad 5076. A. Christ. 361. ad 363.

De rebus imperante Juliano *domi forisque ut & in Ecclesia gestis, deque viris eruditis, ab anno* 361 *ad* 363.

§. 1.

Julianus Apostata Christianos vexat.

JUlianus, *Constantio* patruele mortuo, solus imperavit anno 361. Ac simul rerum est potitus, eiuratis *Christianæ* fidei sacramentis, idolorum fana reseravit [a], *Christianos* autem premere instituit, quæ persecutio, quo blandior eo periculosior, dum sanguini parcens, alios honoribus adlicit, alios contemtim habendo in transversum agit [b]; *Christianos* publicis muneribus arcet [c], tributis præter ceteros exhaurit [d]. Pueris in scholis *Christianorum* Gentiles enarrari scriptores vetat [e]. Variarum hæresium Antistites suo quemque more vivere permittit, ut inter se collideret [f]. Templum *Hierosolymitanum*, ut *Christum* vanum vatem fuisse ostendat, instaurari, sed frustra, iubet [g].

Bello Persico perit.

§. 2. Interim, ut erat gloriæ avidus, bellum moliens *Persicum*, anno 362 *Antiochiam* veniens, ab eius urbis populo derisus, satyrico se libello, quem *Misopogonem* inscripsit, ultus est [h], ac anno 363 tertio Nonas *Martias* [i] contra *Persas* ductis copiis, aliquamdiu re ex sententia gesta, *Ctesiphontem* usque penetrat [k]: sed cum inde, pacem, quam *Persæ* petebant,

a Ammian. L. XXII. c. 5. Liban. Orat. Parental. in Julianum c. 55. 60. Socrat. L. III. c. 1. p. 167. & 170. Sozom. L. V. c. 3. Theodor. L. III. c. 6. *b* Liban. l. d. c. 58. 59. Julian. ep. 43. & 52. Socrat. L. III. c. 1. p. 171. Prosper l. d. p. 292. *c* Socrat. L. III. c. 13. *d* Socrat. L. III. c. 13. Julian. ep. 43. *e* Ammian. L. XXII. c. 10. XXV. 4. Socrat. L. III. c. 12. 16. Theodoret. L. III. c. 8. August. de Civ. Dei L. XVIII. c. 52. *f* Ammian. L. XXII. c. 5. Socrat. L. III. c. 1. Sozom. L. V. c. 5. *g* Ammian. L. XXI. c. 1. Julian. ep. 25. Socrat. L. III. c. 20. Sozom. L. V. 22. Theodor. III. c. 20. Philost. L. VII. c. 9. *h* Ammian. L. XXII. c. 14. Liban. l. d. c. 99. Socrat. L. III. c. 17. Zosim. L. III. c. 11. n. 8—10. *i* Ammian. L. XXIII. c. 2. *k* Ammian. L. XXIII. c. 3. 5. XXIV. 1. 2. 4—7. Zosim. L. III. c. 12—27. Liban. l. d. c. 79. 80. 107—128. Socrat. L. III. c. 21.

tebant, adspernatus, exusta classe, in interiora tendit, intercluso commeatu, & omnium rerum penuria laborans, a Barbaris circumventus, in medio conflictu, iaculo, incertum cuius manu misso, confossus, periit VI ante Kal. *Julias*, anno 363, ætatis 32[a]. Cum post *Constantii* obitum imperasset annum unum mensesque amplius septem. Liberos ex *Helena*, *Constantii* Imperatoris sorore nullos reliquit[b]. A. 5074. Per. Jul. ad 5076. A. Christ. 361. ad 363.

§. 3. Cum autem ex *Juliani* edicto exsules revocati redirent, inter alios *Athanasius*, *Lucifer Calaritanus* Episcopus & *Meletius* reversi sunt[c]: ex quibus *Athanasius*, *Georgio Cappadoce*, qui in eius locum intrusus fuerat, paullo post a furente multitudine laniato[d], vacuam sedem repetiit, Synodumque *Alexandrinam* habuit anno 362[e]: at iterum *Juliani* iussu pulsus[f], astuto consilio persequentium manus elusit[g]. Athanasius restitutus quartum pellitur.

§. 4. *Lucifer* vero inter hæc *Antiochiam* veniens, scissam in tres factiones Ecclesiam magis conturbavit. *Eustathiani*, ab *Eustathio*, quem anno 330 *Ariani* eiecerant, dicti, secesserant a *Meletianis*, quia *Meletius*, recte licet sentiens, ab *Arianis* ordinatus fuerat, sed & hoc pulso *Ariani*, vivo *Constantio*, *Euzoium* Episcopum constituerant. Eo itaque veniens *Lucifer*, dum vivo *Meletio Paulinum* in locum *Eustathii* Episcopum ordinat, effecit, ut tres in eadem urbe Episcopi essent; quod cum *Eusebius Vercellensis*, eodem profectus, reprehenderet, offensus *Lucifer* a reliquorum communione discessit: atque ita *Luciferianorum* schisma, ab ipso dictum, Schisma Luciferianorum.

Nn an-

a Ammian. L. XXIV. c. 8. XXV. 1—3. 5. Liban. l. d. c. 129—141. & de nece Juliani vindicanda c. 5. Zosim. L. III. c. 28. 29. Socrat. L. III. c. 21. Sozom. L. VI. c. 1. Victor Epit. c. 43. Chron. Alex. p. 298. Sextus Rufus in Breviario. Eutrop. L. X. c. 8. Idacius. Tillem. nota 1 ad vitam Juliani. *b* Du Fresne Fam. Byzant. p. 51. *c* Theodorit. L. III. c. 4. *d* Ammian. Marc. L. XXII. c. 11. Julian. ep. 10. Socrat. L. III. c. 23. Sozom. L. V. c. 6. 7. *e* Athanas. Tomo ad Antiochen. T. I. P. II. p. 770. Socrat. L. III. c. 5. 7. 9. Sozom. L. V. c. 12. Baluz. nova Coll. Conc. p. 74. *f* Julian. ep. 6. *g* Socrat. L. III. c. 14. Sozom. L. V. c. 15. Theodor. L. III. c. 9.

A. 5074. Per. Jul. ad 5076. A. Christ. 361. ad 363. Eruditione præstantes.

annos 85, ab anno 330 ad 415 Ecclesiam *Antiochenam* exercuit [a].

§. 5. Eruditionis fama hoc Imperatore floruere *Proæresius* Sophista *Christianus* [b]. *Himerius*, & ipse Sophista, *Proæresii* æmulus [c], *Themistius*, ad quem exstat *Juliani* Imperatoris oratio [d]. *Libanius* Sophista, *Juliano* in primis gratus [e], & alii.

CAPUT VI.

De Joviano, Valentiniano *&* Valente *ab anno* 363 Christi *ad* 378.

§. 1.

Jovianus religionis & pacis amans.

JUliano V ante Kal. *Julias* in bello *Persico* cæso postridie eius diei, ut docet *Ammianus* [f], *Jovianus*, *Singidone* in *Pannonia* natus [g], anno 363 militari suffragio Imperator adclamatus est [h]. Hic statim milites ab gentilitio cultu ad *Christianam* religionem traduxit [i]. Tum vero urgentibus undique hostibus, cum & *Procopium* metueret, pacem necessariam magis quam honestam cum *Sapore* in annos 30 composuit, qua *Nisibin* & maximam *Mesopotamiæ* partem *Persis* cessit, simul & *Arsasem*, *Armeniæ* Regem, iis diripiendum tradidit [k]. Sed dum *Constantinopolim* repetit, *Dadastanæ*, in confinio *Galatiæ* & *Bithyniæ* moritur XIV ante Kal. *Martias* anni 364, ætatis anno 33, octavo imperii mense [l]. Filium ex *Charitone* reliquit inpuberem *Varronianum* nomine [m].

§. 2.

a Rufin. L. I. c. 27. 29. 30. Socrat. L. III. c. 5. 6. 9. Sozom. L. V. c. 12. 13. Theodor. L. III. c. 5. Hieron. in Chron. *b* Hieron. in Chron. an. 363. Eunapius c. 8. Julian. ep. 2. Prosper Chron. Integro apud Canis. T. II p. 293. *c* Suidas h. v. & Eunapius. *d* Julian. Oper. p. 253. *e* Liban. Parentali c. 7. Julian. ep. 3. 14. 27. 44. *f* Ammian. L. XXV. c. 5. *g* Victor in Epit. c. 44. *h* Ammian. l. d. Idacius. Eutrop. L. X. c. 9. *i* Socrat. L. III. c. 22. Sozom. VI. c. 3. Theodor. L. IV. c. 1. Rufin. L. II. 1. *k* Ammian. L. XXV. c. 7. XXVII. 12. Liban. l. d. c. 142. 143. Socrat. & Eutrop. ll. d. Zosim. L. III. c. 30. 31. Chron. Alex. p. 199. Rufus Breviario *l* Ammian. L. XXV. c. 10. Socrat. L. III. c. 26. Zozom. L. VI. c. 6. Theodor. L. IV. c. 5. Zosim. L. III. c. 35. Hieron. in Chron. *m* Cedren. p. 309. Ammian. L. XXV. c. 10.

A. 5076. Per. Jul. ad 5091. A. Christ. 363. ad 378.

Valentinianus bene moratus, sed crudelior.

§. 2. Exstincto *Joviano*, post decem dierum interregnum, cum & diem bissextilem quasi ominosum vitasset, *Valentinianus* apud *Nicaeam* Imperator a militibus renunciatus est V ante Kal. *Martias* anni 364[a]. Hic patre *Gratiano* Funario apud *Cibalim Pannoniae* natus[b], eodem anno post diem 30 sive V Kal. *Apriles* fratrem suum *Valentem Constantinopoli Augustum* appellavit[c]: ac permisso illi Oriente in Occidentem ipse concessit[d]. Erant in eo varia virtutum decora, sed ita ut a natura ferocior in crudelitatem pronior fuerit[e]: in caussa tamen religionis, quamvis ipse *Nicaenam* fidem sequeretur, nemini interdictis minacibus gravis fuit[f], eo fratre *Valente* melior, qui vi adhibita omnes ad *Arianam* perfidiam trahere nitebatur[g].

Bella a Valentiniano gesta.

§. 3. Fuit imperium iis imperantibus admodum & intestinis motibus & exterorum bellis exercitum[h]. *Valentinianus* contra *Alemannos*[i], *Pictos*, & *Scotos*[k], *Saxones*[l], & *Firmum* in *Africa* tyrannidem adfectantem prospere bellavit[m]: *Quados* & *Sarmatas Pannoniam* infestantes ad pacem petendam adegit[n], sed dum in eorum legatos acrius invehitur, apoplexia correptus, interiit[o] XV Kal. *Decembres* anno 375 apud *Pannoniam* in castello *Brigitione*[p], anno aetatis 55, imperii duodecimo[q].

Gratianus & Valentinianus iunior.

§. 4. Successorem reliquit ex *Valeria Severa* natum filium *Gratianum*, quem anno 359 *Christi* XIV Kal. *Maii* natum, oppido puerum anno 367. IX Kal. *Sept.*

a Ammian. L. XXVI. c. 1. Socrat. L. IV. c. 1. Zosim. L. III. c. 36. Philost. L. VIII. c. 8. Idacius in Fastis. b Du Fresne Fam. Byzant. p. 58. c Ammian. L. XXVI. c. 4. Socrat. l. d. Victor in Epit. c. 45. Idacius. d Ammian. L. XXVI. c. 5. Zosim. L. IV. c. 3. lex 7 Cod. Theodos. de metallis. Sozom. L. VI. c. 6. e Ammian. L. XXVII. c. 7. XXIX. 3. XXX. 8. Zosim. IV. c. 1. Socrat. IV. c. 1. Sozom. VI. c. 6. f Ammian. L. XXX. c. 9. Sozom. l. d. lex 9. Cod. Theod. de Maleficis. g Socrat. L. IV. c. 1. Sozom. VI. c. 6. 7. h Ammian. L. XXVI. 4. i Ammian. L. XXVI. 5. XXVII. c. 1. 2, 10. XXVIII. 2. Zosim. L. IV. 3. 9. 12. k Ammian. L. XXVII. c. 8. XXVIII. c. 3. l Ammian. L. XXVIII. 5. Hieron. in Chron. Oros. L. VII. c. 32. m Ammian. L. XXIX. c. 5. Zosim. IV. c. 16. Oros. L. VII. c. 33. n Ammian. L. XXIX. c. 3. XXX. c. 5. Zosim. L. IV. c. 16. 17. o Ammian. L. XXX. c. 6. Victor Epit. c. 45. n. 8. Tillem. vita Valentin. §. 30. 31. p Socrat. L. IV. c. 31. Idacius, Prosp. an. 365. q Ammian. L. XXX. c. 6.

A. 5076. Per. Jul. ad 5091. A. Christ. 365. ad 378.

Sept. apud *Ambianos* in *Galliis Augustum* appellaverat [a]. *Valentinianus* vero, alter e *Justina* filius sexto post mortem patris die apud *Acincum* in *Pannonia*, annos natus quatuor ab exercitu idem ad fastigium evectus est [b]: habuit & filiam *Gallam Placidiam*, quæ *Theodosio* Imperatori nupsit [c]. *Gratianus* anno 377 *Alemannorum* XXX millia apud *Argentariam* delevit [d].

Valens bellis exercitus.

§. 5. *Valens* ipso imperii sui primordio *Procopium Cilicem*, *Juliani* propinquum, arrepta *Constantinopoli* tyrannide, infestum habuit; sed is sequente anno 366, a suis in *Phrygia* destitutus, rebellionis pœnas dedit VI Kal. *Junias* [e]. Inde contra *Gothos* bellum triennale habuit, eorumque Regi *Athanarico* pacem petenti dedit anno 369 [f]. Hinc bello *Persico*, quod de *Armenia Iberia*que gerebatur, multum exercitus [g], cum *Hunni*, ad id tempus fere ignoti barbari, suis egressi locis, *Gothos* eiecissent, pacto inito *Gothos* benigne receptos in *Thracia* conlocavit anno 376 [h]. Verum illi paullo post *Lupicini* ducis avaritia conmoti in *Romanos* insurrexerunt [i]. *Valens* ipse postremo contra illos ad *Hadrianopolim* dimicans, sagitta confossus, cum tugurio, quo se receperat, vivus a Barbaris exustus est [k] V Idus *Augusti*, anno 378, ut testis est *Idacius* [l]. Obiit anno ætatis fere 50, imperii 14, superque mensibus 4 exactis [m]. Filium non reliquit [n].

CA-

a Idacius an. 359. & 367. Ammian. L. XXVII. c. 6. *b* Idacius an. 375. Socrat. L. IV. c. 31. Ammian. L. XXX. c. 10. ibique Valesius. Zosim. L. IV. c. 19. Victor in epitome. c. 45. n. 10. *c* Du Fresne Fam. Byzant. p. 58. & 70. *d* Ammian. L. XXXI. c. 10. Prosper. Hieron. & Cassiod. in Chron. Victor Epit. c. 47. n. 2. *e* Ammian. L. XXVI. c. 6—9. Zosim. L. IV. c. 4—8. Philost. L. IX. c. 5. Socrat. L. IV. c. 5. 9. Sozom. L. VI. c. 8. Idacius. *f* Ammian. L. XXVII. c. 5. Themistius Orat. X. p. 133. Edit. Harduini Zosim. L. IV. c. 10. 11. Eunap. Legat. p. 18..19. in corpore Byzant. Tillem, vita Valentis §. 6. 7. 9. *g* Ammian. L. XXVII. c. 12. Barbeir. Ant. Fœd. T. II. §. 76. Tillem. vita Valentis §. 12. 16. *h* Ammian. L. XXXI. c. 2—4. Zosim. L. IV. c. 20. 26. Jorn de Rebus Geticis c. 24. 25. Pag. Crit. an. 376. n. 5. Tillem. vita Valentis §. 17. *i* Ammian. L. XXXI. c. 5. & seqq. Jorn. c. 26. *k* Ammian. L. XXXI. c. 11—13. Zosim. L. IV. c. 21—24. Philostorg. L. IX. c. 17. Jorn. l. d. Prosper in Chron. apud Canis. T. I. p. 294. *l* Ammian. L. XXXI. c. 12. p. 643. Idacius an. 378. *m* Ammian. L. XXXI. c. 14. ibique Valesius. *n* Du Fresne Fam. Byzant. p. 69.

CAPUT VII.

A. 5076. Per. Jul. ad 5091. A. Christ. 363. ad 378.

De rebus Ecclesiasticis sub Joviano, Valente & Valentiniano, *deque viris eruditionis aut pietatis fama claris.*

§. 1.

Jovianus catholicæ fidei adsertor.

JOvianus *Nicenæ* tenax fide, eius formulam sibi ab *Athanasio*, quem ab exsilio revocaverat, præscribi voluit[a], omnesque *Arianorum* contra ipsum criminationes respuit[b]. Cum igitur Princeps Catholicæ fidei faveret, *Acaciani* cum *Meletio Antiochiæ* in Synodum coeuntes, decernunt, filium ἐκ τῆς οὐσίας patris genitum, patri ὅμοιον esse κατ᾽ οὐσίαν[c]: quod tamen *Hieronymus* in chronico ita interpretatur, quasi Homoousio & Anomœo reiecto, medium inter hæc ὁμοιουσίων dogma adseruerint.

Valens Arianorum fautor.

§. 2. At *Valens*, qui *Joviano* successit, ab uxore, *Arianorum* principiis inbuta, & *Eudoxio* regiæ urbis Episcopo inlectus, omnes ab *Eudoxianis* dissentientes vexare non destitit[d]. In quem finem etiam anno 364 *Macedonianis* & *Semiarianis Lampsacum* in Synodum coeundi potestatem fecit: ut vero eos *Ariminensem* formulam & *Eudoxium* damnasse cognovit, mox Ecclesias *Eudoxianis* tradere, suos vero *Nicomediæ* conventum habere iussit, in quo *Eunomius*, *Anomœorum* princeps, *Cyzici* creatus est Episcopus, *Eleusio* pulso[e]. Quapropter pressi *Macedoniani* firmandis partibus legatos in Occidentem ad *Valentinianum*, & *Liberium Romanum* Episcopum mittunt, a quo in communionem recepti sunt[f].

 §. 3.

a Athanas. epistola ad Jovianum Operum. T. I. P. II. p. 780. Theodoret. L. IV. c. 2. 3. *b* Petitiones Arianorum apud Athanas. T. I. P. II. p. 782. *c* Socrat. L. III. c. 25. Sozom. VI. 4. *d* Socrat. L. IV. c. 1. Sozom. L. VI. c. 6. Theodor. L. IV. c. 12. *e* Socrat. L. IV. c. 2. 4. 6. 7. Sozom. L. VI. c. 7. 8. Pag. Crit. an. 365. n. 2—4. Basnage Animadversiones in Eunomium ad Canisii Lect. Antiq. T. I. p. 172, & seqq. *f* Socrat. L. IV. c. 12. Sozom. VI. c. 10. 11.

A. 5076. Per. Jul. ad 5091. A. Christ. 363. ad 378.

Ariani vexant Catholicos.

§. 3. Sed gravior exarsit persecutio cum sub annum 367 provinciarum rectoribus mandavit, ut Episcopos, qui *Constantii* temporibus depositi, sub *Juliano* sedes suas recuperaverant, eiicerent, quo tempore, cum *Athanasium* itidem exturbare vellet, *Alexandrinorum* tumultum veritus, a cœpto destitit [a]. Anno vero 370, mortuo *Eudoxio*, cum *Ariani Demophilum* subrogassent, Catholici usi occasione absentis Principis *Euagrium* ab *Eustathio* ordinari curant, *Valens* re cognita ambos relegat. *Ariani*, favore Principis abusi, Catholicos gravius vexant, illi octoginta Ecclesiastici ordinis viros questum ad Imperatorem mittunt, quos *Valentis* iussu *Modestus* Præfectus in navem impositos medio mari aquis & incendio consumsit [b].

Misera Ecclesiæ Alexandrinæ facies.

§. 4. Porro *Athanasio* anno 373 [c] vita functo, eique subfecto ab Catholicis *Petro*, *Lucium Arianum Valens* Episcopum præcepit fieri, *Petrus* fuga evasit. Misera exinde facies *Alexandrinæ* Ecclesiæ fuit, quam cædibus, Virginum ac Monachorum raptatione, aliorum proscriptione *Lucius* infestam habuit [d]. Denique & fratre *Valentiniano* mortuo, cum solus imperaret, monachos, quorum erat eo tempore magnus in solitudinibus numerus, lege lata ad militiam cogi iussit [e].

Schisma Romanum inter Ursinum & Damasum. Ambrosius. Martinus.

§. 5. In Occidente sub *Valentiniano*, Catholico principe, satis omnia quieta fuere: nisi quod *Romæ* post *Liberii* Pontificis obitum anno 366 ex invalescente ambitione & luxu [f] gravis de episcopatu contentio orta est inter *Ursinum* sive *Ursicinum* & *Damasum*, quæ in apertam seditionem prorupit, adeo ut, referente *Ammiano* [g], in basilica *Sicinini* uno die 137 cadavera reperta fuerint. Ut nec immerito, auctis

[a] Sozom. L. VI. c. 12. Socrat. L. IV. c. 13. [b] Socrat. L. IV. c. 14—16. Sozom. L. VI. c. 13. 14. [c] Basn. Ann. Eccl. Polit. an. 373. n. 9. Benedictini in vita Athanasii p. 85. B. 88. E. & 89. [d] Socrat. L. IV. c. 20. 21. Theodorit. L. IV. c. 20. 21. [e] Oros. L. VII. c. 33. Hieron. in Chron. & lex 63. de Decurion. Cod. Theodos. L. XII. tit. I. Gregor. Turon. L. I. c. 37. [f] Socrat. L. VII. c. 11. Ammian. L. XXXVII. c. 3. [g] Ammian. L. XXVII. c. 3. Rufin. L. II. c. 10. In libello Fausti & Marcellini Bibl. Max. Patrum T. V. p. 652. Socrat. L. IV. 29. Sozom. L. VI. c. 23. Hieron. in Chron.

A. 5076. Per. Jul. ad 5091. A. Christ. 363. ad 378.

auctis opibus & cum illis invalescente luxu & ambitione clericorum, Imperatores *Valentinianus* & *Gratianus* lege lata prohibuerint, ne clerici & monachi hæreditates, donationes aut legata accipiant, nisi iure sanguinis ad ipsos pertineant[a]. *Mediolani* porro cum *Auxentius*, qui solus in Occidente *Arianorum* partes foverat, diem obiisset anno 374, in eius locum Episcopus creatus est *Ambrosius*, vir nobili genere natus & magnæ constantiæ[b]. Cum iam anno 371, *Valentiniani* octavo, *Turonis* in *Gallia* Episcopus ordinatus esset *Martinus*[c], multis ut ferunt miraculis clarus[d], mortuus ut *Gregorius Turonensis*[e], & *Prosper* indicant anno 397: alii[f] probabilius censent, ipsum 11 *Novemb.* anni 400 exstinctum.

Incrementa Ecclesiæ.

§. 6. Ad *Christiani* nominis incrementa pertinet, quod *Saracenorum* pars, quæ *Maviæ* reginæ parebat, *Christiana* sacra circa annum 377 suscepit *Mose Hilarionis* alumno Episcopo constituto[g]: verum ea *Gothorum* pars, cui *Phritigernus* præerat, auctore *Ulphila Arianismum* recepit anno 376[h].

Eruditione aut pietate celebres.

§. 7. Eruditionis & pietatis fama Orientalem Ecclesiam inlustrarunt par illud amicorum *Basilius Cæsariensis* in *Cappadocia* Episcopus[i], & *Gregorius Nazianzenus*[k]: ut & *Gregorius* alter *Nyssenus* Episcopus, *Basilii* frater[l]: nec non *Epiphanius*, qui *Panarium* suum inchoavit anno 374[m]: item *Didymus Alexandrinus*, qui ab quinto ætatis anno captus oculis in omni eruditionis genere floruit[n]. *Palæstinam* quo-

a In lege 20 Cod. Theod. de Episcopis & clericis. b Paulinus vita Ambrosii. Socrat. L. IV. c. 30. Sozom. L. VI. c. 24. Theodor. L. IV. c. 6. 7. Rufin. L. II. c. 11. Basn. Ann. Eccl. Polit. an. 374. n. 10. Hist. Lit. de France T. I. P. II. p. 325. & seqq. c Gregor. Turon. L. X. c. 31. d Gregor. L. I. c. 36. & Libris IV. de Miraculis S. Martini. Sulpicius Severus vita Martini. Hist. Lit. l. d. p. 413. & seqq. e Gregor. L. I. c. 47. f Pag. In peculiari dissertatione de anno & die mortis S. Martini. g Rufin. L. II. c. 6. Theodor. L. IV. c. 23. Socrat. L. IV. c. 36. Zozom. L. VI. 38. August. de Civ. Dei L. XVIII. c. 52. h Socrat. L. IV. c. 33. Sozom. L. VI. c. 37. Theodorit. L. IV. c. 37. i Socrat. L. IV. c. 26. Sozom. L. VI. c. 16. Theodor. L. IV. c. 19. k Socrat. L. IV. 11. 26. V. 6. Sozom. L. VI. 17. VII. 3. l Socrat. L. IV. c. 26. V. 8. m Epiphan. in exordio libri adversus hæreses. Socrat. L. VI. c. 10. Sozom. L. VIII. c. 14. Hieron. ep. 61. & de Script. Eccl. c. 114. n Socrat. IV. 25. Sozom. L. III. c. 15. Theodor. IV. c. 29. Rufin. L. II. 7. Hieron. de Script. Eccl. c. 109. Basnage ad Canisii Lectiones T. I. p. 197. & seqq.

A. 5076. Per. Jul. ad 5091. A. Christ. 363. ad 378.

quoque sanctitatis nomine decoravit *Hilario*, monastici in illa provincia princeps instituti, qui anno circiter 372 octogenarius obiit, ut in eiusdem vita scribit *Hieronymus* [a]. Vixit & sanctissimus *Ephrem*, *Edessenæ* decus Ecclesiæ [b]. In Occidente celebre nomen nacti sunt S. *Martinus* & *Ambrosius*. In *Africa* claruit *Optatus Milevitanus* Episcopus, qui de *Donatistarum* schismate scripsit [c].

Uterque Apollinaris.

§. 8. Eruditis etiam huius ætatis accenseri merentur *Apollinares* duo, pater, & filius *Laodicenus* Episcopus, a quo *Apollinaristæ* appellantur [d], dicitur enim in hæresin prolapsus, docuisse „ Verbum Dei „ carnem adsumsisse sine mente rationali, cuius vi- „ cem deitas ipsa præstiterit [e]: de quo tamen merito dubitari potest [f].

Eruditi gentiles.

§. 9. Inter Gentiles doctrinæ præconio censetur *Themistius* cognomento *Euphrades*, qui ab *Constantii* imperio ad *Theodosium* & *Arcadii* usque primordia Philosophiæ pariter & facundiæ principatum tenuit [g]. Historici celebrantur *Ammianus* [h], qui sub *Valente* militavit, *Aurelius Victor* & *Eutropius* [i].

C A-

[a] Hieron. in vita Hilarionis T. IV. P. II. p. 75. 78. 90. [b] Sozom. L. III. c. 16. Theodor. L. IV. c. 29. Hieron. de Script. Eccl. c. 115. [c] Hieron. de Script. Eccl. c. 110. [d] Socrat. L. II. c. 46. Sozom. L. VI. c. 25. Hieron. l. d. c. 104. [e] Athanas. de Incarnat. T. I. P. II. p. 923. Leo magnus Serm. IV. in Nativit. Dom. Pag. 17. Sozom. L. VI. c. 27. Epiphan. hær. LXXVII. Prosper in Chron. integro apud Canis. T. I. p. 293. [f] Videatur Athanas. Tomo ad Antiochenses §. 7. Operum T. I. P. II. p. 774. & epistola Apollinaris in Bibl. Max. Patr. T. IX. p. 712. & apud Canisium T. I. p. 608. 609. Salig de Eutich. ante Eutychem c. 13. [g] Suidas in Lexico. Vita Themistii ex eius scriptis collecta. Socrat. L. IV. c. 32. Tillem. vita Theodos. §. 93. 94. [h] Tillem. vita Valentis §. 23. Fabrit. Bil. Lat. T. I. p. 612. [i] Tillem. vita Valentis §. 24. Fabrit. Bibl. Lat. T. I. p. 570. & seqq. Hist. Lit. de la France T. I. P. II. p. 220. & seqq.

CAPUT VIII.

A. 5091. Per. Jul. ad 5108. A. Christ. 378. ad 395.

Quæ Gratiani, Valentiniani *iunioris ac* Theodosii *temporibus evenerunt*, *deque Tyrannis* Maximo & Eugenio: *ab anno* Christi 378 *ad* 395.

§. 1.

Gratianus præclara indole, sed ab bello minus factus.

V*Alentiniano Augusto* nati sunt filii duo *Gratianus* & *Valentinianus*. *Gratianum* pater anno 367 *Augustum* renunciavit: *Valentinianum* statim post mortem patris, ut supra indicavi, eiusdem honoris participem fecerunt.

Gratianus præclara fuit ad omnem virtutem indole, litteris haud mediocriter eruditus: sed a negotiis publicis abhorrebat animo, eo etiam nomine militibus invisus, quod barbarum militem *Romano* ac veteri anteferre solebat [a]. *Valente* anno 378 mortuo, cum *Gothi Thraciam* usque *Constantinopolim*, alii *Mœsiam Pannoniam*que, & *Rhenanæ* gentes sibi proxima pervastarent: quod solus oneri ferendo par non erat, *Theodosium*, eius, qui *Firmum* in *Africa* vicerat, filium, ex *Hispania* accitum, iam 33 ætatis annum agentem, in communionem imperii adscivit [b] apud *Sirmium*, XIV ante Kal. *Februarii* anno 379 [c].

Theodosius bello bonus.

§. 2. *Theodosius* hoc & sequenti anno victis profligatisque Barbaris pacem restituit [d]: ac paullo post *Athanaricum* eorum Regem, a suis pulsum, perhonorifice *Constantinopoli* excepit mense *Januario* anni 381. eundemque quinto decimo post die vita functum regio more sepelivit [e], Insequente porro

 anno

[a] Ammian. L. XXVII. c. 6. XXX in fine. Victor Epit. c. 47. n. 4—6. [b] Victor in Epit. c. 47. n. 3. c. 48. n. 1. Zosim. L. IV. c. 24. Socrat. V. 2. Sozom. L. VII. c. 2. Theodor. L. V. c. 6. Latinus Pacatus c. 3. 11. 12. Idacius in Fastis. [c] Idacius Chron. Marcell. Prosp. & Hieron. in Chron. Du Fresne Fam. Byzant. p. 69. [d] Idacius in Fastis an. 379. 380. Hieron. in Chron. Socrat. L. V. c. 6. Sozom. L. VII. c. 4. Theodor. V. 5. Zosim. L. IV. c. 30. Oros. L. VII. c. 34. Jorn. Get. c. 27. Victor Epit. c. 48. n. 5. [e] Idacius an. 381. Hieron. & Prosp. in Chron. Zosim. IV. 34. Jorn. Get. c. 28.

A. 5091. Per. Jul. ad 5108. A. Christ. 378. ad 395.

anno *Gothorum* gentem omnem cum Rege suo *Romanis* se tradidisse, testis est *Idacius* [a], quibus Imperator agrum adsignavit [b]. Hinc conpositis rebus, filium suum *Arcadium* XVII ante Kal. *Feb.* anni 383 in societatem imperii adscivit [c]. Sequente vero anno, eodem tempore, quo ei V Idus *Sept.* natus est alter filius *Honorius*, legati *Persarum Constantinopolim* venere, pacem petentes [d]. Hinc anno 385 variis in Oriente gentibus in fidem receptis [e]. *Greothyngos Thraciam* infestantes devicit anno 386 [f].

Maximo victo, Valentinianum restituit.

§. 3. Inter hæc *Maximus* genere *Hispanus*, tyrannidem in *Britannis* arripuit anno 382, ac *Treviris* sede imperii constituta, *Gratianum*, a suis destitutum peremit apud *Lugdunum* [g], VIII Kal. *Sept.* anno 383 [h], cum vixisset annos 24, imperasset 15 [i]: nec prolem reliquisset [k]. Huius postea necem ultum, simul ut anno 387 *Italia* pulsum *Valentinianum* restitueret, veniens *Theodosius*, *Maximum* anno 388 ad *Aquileiam* superavit & occidit V Kal. *Augusti*. *Victor* eius filius post paucos dies ab *Arbogaste* comite necatus est. *Andragathius* se in mare præcipitavit [l]. *Valentinianus* a *Theodosio* restitutus.

Princeps omni laude cumulatus.

§. 4. Erat *Theodosius* omnibus Imperatore *Christiano* dignis ornatus virtutibus, iudice *Victore* [m] *Traiano* similis, in eoque melior quod nulla bella movit, nulla, nisi necessaria, gessit; clemens & in bene meritos liberalis, in omnes officiosus: Pacis tamen tempore paullo negligentior & profusior, quod Zo-

[a] Idacius an. 382. Zosim. L. IV. c. 34. [b] Themist. Orat. XVI. p. 208. & seqq. Edit. Hard. Synesius Orat. de regno p. 25. Ed. Petav. [c] Idacius. Marcell. & Prosp. in Chron. p. 296. [d] Idacius. Marcell. in Chron. Pacatus c. 22. Victor Epit. c. 48. n. 5. Oros. VII. c. 34. Chron. Alex. Barbeir. Antiq. Fœd. T. II. §. 83. Tillem. vita Theodos §. 21. [e] Marcell. in Chron. [f] Marcell. l. d. Idacius. Zosim. L. IV. c. 38. 39. [g] Socrat. L. V. c. 11. Sozom. L. VII. c. 13. Zosim. L. IV. c. 35. Victor. Epit. c. 47. n. 7. Hieron. in Chron. Prosper in Chron. p. 296. ibique Basnage. [h] Marcell. in Chron. [i] Socrat. & Sozom. ll. dd. Victor in Epit. c. 47. n. 1. [k] Du Fresn. Fam. Byzant. p. 59. [l] Zosim. L. IV. c. 37. 42—45. Pacatus Panegyr. c. 30. & seqq. Socrat. V. c. 12. 14. Sozom. L. VII. c. 13. 14. Oros. VII. c. 35. Idacius in Fastis & Chron. Hieron. Marcell. & Prosper in Chron. Sulpit. Severus vita Martini c. 23. [m] Victor in Epit. c. 48. n. 8. & seqq. Latinus Pacatus c. 13. & seqq.

A. 5091. Per. Jul. ad 5108. A. Christ. 378. ad 395.

Zosimo [a] de eius virtutibus detrahendi occasionem præbuit. Erat etiam in iracundiam proclivior, sed ut non nisi rebus indignis moveretur, atque ut cito se flecti pateretur [b].

Seditio Antiochena & Thessalonicensis.

§. 5. Huius indolis specimen præbuit, non tantum anno 387 [c], quando *Antiochenis*, qui in seditione quadam, *Flaccillæ* quondam coniugis eius statuas deiecerant, intercedente Præsule *Flaviano*, pepercit [d]: sed etiam anno 390, quando *Botherici*, quem *Thessalonicenses* occiderant, cædem plurimorum cæde civium, etiam innocentium, ultus est [e]; sed ob id ab *Ambrosio Mediolanensi* Ecclesiæ aditu prohibitus non solum tulit patienter, sed etiam inter publice pœnitentes nomen professus [f], lege insuper sanxit, ut latæ in reos sententiæ exsecutio in dies 30 differretur [g].

Arbogastes & Eugenius Valentinianum necant.

§. 6. Haud diu post *Arbogastes* Comes, spreta Principis auctoritate, *Eugenium* sui beneficii hominem, ad imperium capiendum incitat anno 391, ac sequente *Valentinianum Viennæ* in *Galliis* strangulari curat [h]. Auctor est *Epiphanius* [i], illum in palatio strangulatum *Arcadio* II & *Rufino* Coss. Idibus *Maii*, Sabbatho pridie Pentecostes, qui necessario annus est est *Christi* 392; agebat tum ætatis annum 20 [k], utpote quem quadrimum a militibus Imperatorem salutatum vidimus sub finem anni 375. Erat tum Catechumenus, & baptismum ab *Ambrosio* flagitarat, cuius exstat Oratio Funebris in *Valentinianum* in qua [l] eum beatum prædicat, „ quod detersa labe peccati „ ablutus adscendit, quem sua fides lavit & petitio „ consecravit. „

[a] Zosim. L. IV. c. 27. 28. [b] Victor l. d. Ambros. in Orat. Funeb. Theod. Tillem. vita Theodos. I. §. 35. & seqq. [c] Pag. Crit. an. 388. §. 2—5. [d] Zosim. L. IV. 41. Sozom. VIII. 23. Theodorit. V. c. 20. Tillem. vita Theod. I. §. 30—37. [e] Sozom. L. VII. c. 25. Theodor. L. V. 17. August. de Civ. Dei L. V. c. 26. Paulinus in vita Ambrosii n. 24. [f] Sozom. l. d. Theodor. L. V. c. 18. [g] Pag. Crit. an. 390. §. 2. & seqq. [h] Zosim. L. IV. c. 53. 54. Hieron. ep. 3. Philostorg. L. II. c. 5. Socrat. V. 25. Sozom. L. VII. c. 22. [i] Epiphan. de mensuris & pond. n. 20. Idacius in Fastis. Prosp. & Hieron. in Chron. [k] Philostorg. L. II. c. 1. [l] Ambros. Orat. Funeb. Valent. p. 112. 113. 115.

A. 5091. Per. Jul. ad 5108. A. Christ. 378. ad 395.

Theodosius utrumque vincit.

§. 7. *Theodosius* re cognita, *Arcadio* filio cum *Rufino*, cui plurimum tribuebat, in Oriente relicto, cum & *Honorium* IV Idus *Jan.* anni 393 *Augustum* salutasset; sequente, superatis *Alpibus*, *Eugenium* non tam humana vi, quam Deo pro ipso pugnante, victum captumque substulit. *Arbogastes* suapte manu periit[a]. Hæc victoria *Theodosio* postrema contigit: quippe anno 395 die *Januarii* 17 *Mediolani* obiit, cum imperasset annos 16[b], vixisset 50 ut ait *Victor*[c]. *Socrates*[d] 60 tribuit, quinque amplius *Alexandrinum Chronicon*. Uxores duas habuit *Æliam Flaccillam*, ex qua nati *Arcadius* & *Honorius*, & *Gallam Valentiniani* I filiam, quæ mater fuit *Gallæ Placidiæ*[e].

CA-

a Zosim. L. IV. c. 55. 57. 58. Socrat. L. V. 25. Rufin. L. II. c. 31—33. Sozom. L. VII. c. 24. Claudian. in tertio Consulatu Honorii vs. 96. Oros. VII. c. 35. Marcell. in Chron. b Socrat. L. V. 26. Sozom. VII. 29. c Victor in Epit. c. 48. n. 19. d Socrat. l. d. e Du Fresne in Fam. Byzant. p. 69. 70. 72.

CAPUT IX.

A. 5091. Per. Jul. ad 5108. A. Christ. 378. ad 395.

Res Ecclesiæ quæ superiorum Imperatorum tempore accidere: maxime de Concilio Constantinopolitano, & Priscillianistarum *hæresi, virisque doctrina aut sanctimonia inlustribus: ab anno* 378 *ad* 395.

§. 1.

Theodosius catholicæ fidei adsertor.

THeodosius Christianis parentibus, qui *Nicænam* fidem probaverant, ortus, cum post victoriam de *Gothis* reportatam in morbum incidens ab *Ascholio Thessalonicensi* Episcopo anno 380 baptizatus, convaluisset [a], statim III ante Kal. *Martias* legem scripsit, qua subditos suos fidem Trinitatis, quam *Petrus Apostolus Romæ* docuerat, profiteri iubet, diversa sentientes hæreticos vocat [b]: inde VIII. Kal. *Dec.* anno 380 *Constantinopolim* ingressus [c], biduo post *Arianos*, fidem *Nicænam* profiteri recusantes, Ecclesias, quas iam annos 40 possidebant, Catholicis tradere iubet [d].

Concilium Constantinopolitanum.

§. 2. Tum variarum litium conponendarum & disciplinæ Ecclesiasticæ formandæ caussa Concilium indicit *Constantinopolitanum*, ad quod mense *Maio* anno 381 coiere ex catholicis episcopi 150 [e]. Ibi post damnatum *Maximum*, *Cynicum* Philosophum, qui sedem *Constantinopolitanam* invaserat, *Gregorius Nazianzenus* pacis studio sponte se abdicavit, & *Nectarius* in eius locum subfectus est [f]. Post hæc sui cuique diœcesi limites constituti, vetitumque, ne Episcopi ex una diœcesi in aliam transiliant, ad ordinationes faciendas, aut alia negotia Ecclesiastica

per-

[a] Socrat. L. V. c. 6. Sozom. VII. 4. Prosper in Chron. p. 295. [b] Lex 2 Cod. Theod. de fide catholica Lib. XVI. Sozom. l. d. [c] Socrat. L. V. c. 6. Chron. Alex. Gothofredus in Chron. Cod. Theod. p. civ. [d] Socrat. L. V. c. 7. Sozom. L. VII. c. 5. Philost. IX. c. 19. Marcell. in Chron. [e] Socrat. L. V. c. 8. Sozom. L. VII. c. 7. Theodoret. V. 7. Anon. apud Phot. cod. 257. p. 1428. [f] Gregor. Nazian. Carmine de vita sua. Socrat. L. V. c. 8. Sozom. L. VII. c. 8. 9. Theodor. V. 8.

A. 5091. Per. Jul. ad 5108. A. Christ. 378. ad 395.

peragenda[a]. Tum etiam Episcopo *Constantinopolitano* honoris primatus proxime post *Romanum* adsertus, addita ratione „ quod ipsa urbs sit *Roma* nova[b]. Id Concilium, quamvis ei *Romanus* Pontifex neque ipse, neque per legatum, nec ullus occidentalium Episcoporum interfuit, Oecumenicum II appellari solet; in quo etiam in caussa fidei contra *Arianos* & *Macedonianos* est pronunciatum[c].

Priscillianistæ.

§. 3. At nova per id tempus in *Hispania* se efferre cœpit *Priscillianistarum* hæresis, de qua dubie traditum; plerique ceu *Manichæorum* & *Gnosticorum* progeniem atris pingunt coloribus[d], alii melius de iis existimant[e]. Fuit *Priscillianus* nobili familia natus, prædives, eruditus, in disputando acer, famem ac sitim ferre doctus, habendi minime cupidus, utendi parcus, variisque animi corporisque dotibus præditus[f]: sed cum homo laicus plures nactus esset adseclas, quosdam etiam Episcopos, id adeo clericorum accendit invidiam, ut gravissimorum postulatos errorum in Synodo *Cæsaraugustana*, anno 380 & ipsum & aliquot sectæ eius Episcopos, nec auditos, damnarent[g]: sed qui diversarum erant partium, damnatum *Priscillianum Abilensem* Episcopum constituunt[h]. Id ægerrime ferentes *Idacius* & *Ithacius* Episcopi acrius instant, nihil pensi habentes, & inmani vincendi studio acti, parum sanis, ut ait *Sulpitius*[i], consiliis sæculares iudices adeunt, & post multa fœda rescriptum a *Gratiano* Imperatore eliciunt, quo hæretici extra omnes terras propelli iubentur. Pulsi *Romam* adeunt, a *Damaso* non recepti, *Macedonium* officiorum Magistrum sibi conciliant, novoque Principis rescripto in integrum restitui iubentur. Reduces *Ithacium*, ceu Ecclesiæ perturbatorem eiiciunt, & in *Galliam* fugere conpellunt.

a Canone 2do. b Canone 3tio apud Harduin. T. I. p. 809. c Sozom. L. VII. 9. Theodor. V. 9. Socrat. V. 8. d Sulpit. Sev. L. II. c. 60. edit. Hornii Lugd. Bat. 1645. August. hær. 70. Hieron. advers. pelag. c. 2. Leo Papa epist. 15. 93. Oros. Commonit. apud Augustinum. Prosper in Chron. Harduin. Conc. T. I. p. 993. T. III. p. 348. 349. e Latin. Pacat. Paneg. c. 29. Hieron. de Script. Eccles. c. 121. Harduin. Conc. T. I. p. 995. f Sulpit. Sev. L. II. c. 60. Prosper ad an. 382. g Sulpit. Sev. L. II. c. 61. Hard. Conc. T. I. p. 805. h Sulpit. Sev. L. II. c. 62. i Sulpit. Sever. L. II. c. 62. 63.

A. 5091. Per. Jul. ad 5108. A. Christ. 378. ad 395.

lunt[a]. Ille ad *Maximum*, qui interim imperium occupaverat, rem defert, *Burdegalæ* coacta Synodo damnatur *Priscillianus* anno 385: sed ad Principem provocans, eius iussu *Treviris* auditus, *Ithacio* rem urgente, capitis damnatur cum aliis plerisque suæ sectæ hominibus, quod *Sulpitius Severus*[b], pessimo exemplo factum scribit: laboravitque *Ithacius* ea invidia, ut ægre *Martinus Turonensis* adduci potuerit, ut cum eo communicaret[c]. Quin &, sublato *Maximo*, Episcopatu motus Ecclesiæ communione privatus est[d], anno 389 ut est in *Prosperi* Chronico.

Jovinianus & Vigilantius.

§. 4. Hæreseos etiam nomine infamari solent *Jovinianus*[e] & *Vigilantius*, qui, dum invalescenti superstitioni de cælibatu, cultu martyrum, cereis de die accensis, similibusque obicem ponere nituntur[f], *Hieronymum* admodum iniquum habuerunt.

Ambrosius. Hieronymus & alii.

§. 5. Nominis celebritate hoc tempus inlustrarunt *Ambrosius Mediolanensis* Episcopus, vir gravis & pietate fervidus[g], qui tertio post *Theodosium* Imperatorem anno, ipso die Sabbathi Sancti vivere desiit, ait *Paulinus*[h], prorsus *Aprilis* 4 *Christi* anno 397 *Cæsario* & *Attico* Coss. qua ratione annos 22, menses circiter tres episcopatum tenuit[i]. *Hieronymus Stridonensis* eruditione clarus, sed in dissentientes acerbior, senex in *Palæstina* obiit anno 420[k]. *Amphilochius Iconii* Episcopus[l]. *Philastrius Brixiensis*, libro de hæresibus notus. Viduæ præterea sanctitate commendatæ *Monica*, *Augustini* mater[m], quæ anno 387 ad ostia *Tiberis* excessit e vita annos nata 56[n], & *Paula Romanarum* mulierum nobilissima, quæ circa annum 384 *Bethlehemum* migravit[o], & *Siricius* Papa *Roma-*

[a] Sulpit. Sev. L. II. c. 62. Idacius in Chron. [b] Sulpit. Sever. L. II. c. 63. 64. Latin. Pacat. Paneg. c. 29. Ambros. ep. 52. Prosper an. 385. p. 296. [c] Sulpit. Dial. III. c. 15. [d] Sulpit. L. II. c. 64. Hier. in Chron. Prosper an. 389. [e] Hieron. ad Jovian. L. I. c. 2. 4. Cod. Theod. tit. VI. 174. [f] Hieron. advers. Vigilantium. Epist. Siricii apud Hard. T. I. p. 852. Gennadius in Catal. Script. Eccl. [g] Ambros. ep. 17. 18. 20. 21. [h] Paulinus in vita S. Ambrosii n. 47. [i] Pag. Crit. an. 397. n. 19. 20. [k] Prosp. & Marc. in Chron. Vita Hieronymi in Tom. V. Operum editionis Benedictinorum. [l] Theodoret. IV. 11. V. 16. Sozom. L. VII. c. 6. Hieron. ep. 84. & de Script. Eccl. [m] August. Confess. L. V. c. 9. IX. 10. 11. [n] Basn. Ann. Eccl. Polit. an. 387. n. 10. [o] Hieron. ep. 27. c. 13.

A. 5091. Per. Jul. ad 5108. A. Christ. 378. ad 395.

Romanus, qui primus anno 385 legem de cælibatu clericorum scripsit [a].

Symmachus, Macrobius.

§. 6. Dissertissimum tulit eadem ætas *Symmachum*, qui Præfectus Urbi anno 384 de ara Victoriæ instauranda *Valentinianum* interpellavit [b], quem *Ambrosius* [c] refellit. *Macrobius* item *Honorio* imperante, vixit [d].

CAPUT X.

De rebus sub Arcadio & Honorio *gestis: ubi de* Rufino, Stilichone, Eutropio, Gaina, Rhadagaiso, Alarico, Roma *a* Gothis *capta*, & Barbarorum *in* Gallias & Hispanias *inruptione*, *ab anno* 395 *ad* 414.

§. 1.

Rufini & Stilichonis ambitio imperio noxia.

MOriens *Theodosius* anno, ut dixi, 395 filios duos, iam ante, sed inpuberes, *Augustos* appellatos, hæredes reliquit imperii, *Arcadium*, cui Orientem concessit, & *Honorium*, cui Occidentem adtribuit. Vis tamen imperii omnis & potestas erat penes *Rufinum*, qui *Constantinopoli* degebat, & *Stilichonem*, qui Occidenti præerat, quorum hic filio suo *Eucherio*, *Rufinus* sibi imperium quærebat, quæ inmanis ambitio rem *Romanam* pessumdedit [e]. *Rufinus* enim *Stilichonem*, qui sibi utriusque imperii tutelam adrogabat [f], metuens, non tantum *Alaricum* cum *Gothis* in *Græciam* [g], sed & *Hunnos* in *Asiam* inmisit [h]. *Stilicho* *Alaricum*, in *Græcia* victum, in *Epirum* cum præda discedere passus est [i], ac prætextu Orientem iuvandi *Gainam* ducem

[a] In epistola ad Himerium apud Hard. T. I. p. 849. Heideg. Hist. Papat. Per. II. §. 24. [b] Symm. L. X. ep. 54. Tillem. vita Theodosii I. §. 91. [c] Ambros. ep. 67. [d] Cod. Theod. L. V. tit. 8. de præpositis sacri cubiculi. Fabric. Bibl. Lat. L. III. c. 12. §. 8. [e] Zosim. L. V. c. 1. Socrat. L. VI. c. 1. Oros. L. VII. c. 37. [f] Zosim. L. V. c. 4. Claud. II. in Ruf. vs. 6. [g] Zosim. L. V. 4—6. Hieron. ep. 35. ad Heliodorum. Claud. II. in Ruf. vs. 36. & seqq. & 187. Eunapius in Maximo. [h] Socrat. L. VI. c. 1. Sozom. L. VIII. c. 1. Claud. II. in Rufin. vs. 27—36. Hieron ep. 35. & 84. [i] Zosim. V. c. 7. Oros. VII. c. 37.

ducem *Gothici* generis cum copiis ad *Arcadium* miſit, cuius opera *Rufinus* a militibus obtruncatus eſt V ante Kal. *Decemb.* anni 395 [a].

A. 5108. Per. Jul. ad 5127. A. Chriſt. 395. ad 414.

§. 2. In cuius potentiæ locum ſucceſſit *Eutropius* ſpado, qui ſtatim poſt mortem *Theodoſii* uxorem *Arcadio* conciliaverat *Eudoxiam* [b]; ſed & hic *Stilichonem* veritus, non tantum ipſum ab *Arcadio* hoſtem publice appellari curat [c], ſed & *Gildonem*, Comitem Paganum, *Africæ* ab *Theodoſio* Præfectum, ad imperium in *Africa* capiendum incitat: quem tamen frater eius *Maſcezel*, a *Stilichone* cum copiis miſſus, victum eo adegit, ut ſibi mortem conſciſceret menſe *Martio* anni 398 [d].

Eutropius & Gildo.

§. 3. Sequente anno *Manlio Theodoro* & *Eutropio* Eunucho Coſſ. *Gainas* inpotentem *Eutropii* dominatum, avaritiamque non ferens, occulte cum propinquo ſuo *Tribigildo* generis *Gothici* conſpirans, eo rem deduxit, ut *Eutropius*, contra quem eodem tempore *Eudoxia* maritum concitaverat, omnibus ſpoliatus ornamentis interemtus fuerit anno ipſo quo Conſulatum geſſit, eiusque de faſtis ac monimentis publicis abraſa memoria eſt [e].

Eutropius Gainæ artibus everſus.

§. 4. Eo ſublato, nihilo ſecius tumultuari *Gainas* inſtituit, & aperte rempub. oppugnare. Cuius conperta fraude, occultisque de *Conſtantinopoli* diripienda patefactis conſiliis hoſtis ab *Arcadio* iudicatur: & *Fravittæ* potiſſimum, *Gothi* gentilis, & *Huldis Hunnorum* Regis auxilio victus, in *Thracia* mortem oppetiit ſub finem anni 400 [f].

Gainas Fravittæ & Huldis opera victus.

§. 5. Anno vero 401 tertio aut quarto Idus *Aprilis Arcadio* natus eſt filius *Theodoſius* iunior, quem anno ſequente *Cæſarem* appellavit [g], ac anno 408 moriens tutelæ *Isdegerdis*, Regis *Perſarum* conmi-

Theodoſius Junior.

[a] Socrat. L. VI. c. 1. Zoſim. L. V. c. 7. Philoſtorg. XI. c. 3. Claud. II. in Rufin. vſ. 300. & ſeqq. [b] Zoſim. L. V. c. 23. [c] Zoſim. L. V. c. 11. [d] Zoſim. L. V. c. 11. Oroſ. L. VII. c. 36. Claudian. de bello Gildonico. Marcell. in Chron. Idacius in Faſtis an. 398. Pag. Crit. an. 398. n. 14. 15. [e] Zoſim. L. V. 13. 18. Socrat. L. VI. c. 5. Sozom. L. VIII. c. 7. Claud. II. in Eutrop. Philoſtorg. L. XI. c. 6. [f] Zoſim. L. V. c. 18—22. Socrat. L. VI. c. 6. Sozom. VIII. 4. Chron. Alex. & Marcell. Pag. Crit. ad an. 400. §. 7. 8. [g] Socrat. VI. c. 6. Chron. Marcell. & Alex.

A. 5108. Per. Jul. ad 5127. A. Christ. 395. ad 414.

fisse dicitur [a]. Mortuus est *Arcadius* anno 408 Kal. *Maiis*, annum agens 31 [b]. Reliquit, præter filium *Theodosium*, filiam *Æliam Pulcheriam* 19 *Januarii* anni 399 natam, quæ postea *Marciano* Imperatori nupsit, & alias [c].

Rhadagaisus in Italia.

§. 6. In occidente multiplex Barbarorum excursio *Romanæ* rei propemodum exitialis fuit. *Rhadagaisus Scythici* generis, conlectis ex *Transistrianis* & *Transrhenanis*, *Celticis*, *Germanicis*que gentibus hominum quadringentis millibus, ut *Zosimus*, aut ducentis, ut *Orosius* prodit, anno 404 totam inundavit *Italiam*: sed eam multitudinem omnem *Stilicho* mira felicitate *Fæsulanis* inclusam montibus internecione delevit; duce ipso capto & occiso [d], quod anno 405 *Prosper* [e] adscribit.

Germani & Visegothi Occidentem vexant. Stilicho perit.

§. 7. Interim Barbaræ gentes, *Alani*, *Vandali*, *Suevi*, *Burgundiones*, quos ad lacerandum imperium clam exciverat *Stilicho*, conmoveri, & desinente anno 406 pridie Kal. *Jan.* in *Gallias* progredi cœperunt, ut *Prosper* in *Chronico* scribit [f]. Mox & *Alaricus Visegothorum* Rex, quem *Stilicho*, eius opera usurus, ut *Illyricum* ab *Arcadii* dominatu ad *Honorium* transferret, in *Epiro* aluerat, *Italiam* versus movit, *Honorium*que ineunte anno 408 ad pacem pecunia redimendam adegit [g]. Sed cum iam in eo esset *Stilicho*, ut destinata exsecutioni mandaret, interveniens mors *Arcadii* ipsum ad curam rerum orientis avocat, de quibus dum cogitat, detectis eius per *Olympium* consiliis, iussu principis occiditur X Kal. *Septemb.* anni 408, paulloque post & filius eius *Eucherius*, & huius mater *Serena* perimitur [h].

§. 8.

a Procop. B. Perf. L. I. p. 2. Agathias L. IV. p. 136. Edit. Reg. Theoph. in Chron. Barbeyr. Antiq. Fœd. P. II. c. 90. n. 2. Tillem. nota 1 ad vitam Theodosii II. T. VI. P. I. p. 285. *b* Socrat. L. VI. c. 23. Theodor. Lector L. II. c. 63. Zosim. L. V. c. 34. n. 12. Pag. Crit. an. 408. n. 2. *c* Du Fresne Fam. Byzant. p. 70. *d* Zosim. L. V. c. 26. n. 4—7. Oros. L. VII. c. 37. Paulus Diaconus L. XIII. p. 534. Isidorus in Chron. æra 443. Marcell. in Chron. *e* Prosper in Chron. Pag. Crit. an. 406. n. 2. *f* Oros. L. VII. c. 38. Paulus Diac. L. XIII. p. 536. Prosp. an. 406. Renatus Profuturus Frigeridus apud Gregor. Tur. L. II. c. 9. p. 61. Cassiod. in Chron. Tillem. ad vitam Honorii nota 22. *g* Zosim. L. V. c. 26. n. 1—3. c. 28. n. 1. 29. Sozom. VIII. 25. L. IX. c. 4. *h* Zosim. L. V. c. 30—35. Sozom. L. IX. c. 4. Philost. L. XII. n. 3. Oros. L. VII. c. 38.

§. 8. Sublato *Stilichone*, cum *Honorio* pacisci cupiens *Alaricus*, stolido consilio repulsus est. Extemplo igitur, *Ataulpho*, uxoris fratre, e superiore *Pannonia* evocato, *Romam* advolat, cives fame subactos magno auri argentique pondere pacem redimere cogit anno *Christi* 408 [a]. Iterumque sequenti anno portu *Romano* expugnato *Romanos* suæ se fidei committere cogit, *Attalum*, urbis præfectum, quasi per ludibrium Imperatorem renunciat, removetque [b]. Cumque ab eo tempore æquiore in *Honorium* animo esse videretur, mox aucta lite, tertium *Romam* IX Kal. *Septemb.* ut in Miscellanea proditum est, sive impetu sive proditione capit, militibusque diripiendam tradit, ita tamen ut templis parceret [c]. Tertioque die inde digressus *Rhegium* abiit, ut *Siciliam* & *Africam* peteret; sed tempestate iactatus, rediit, ac paullo post in *Italia* obiit [d]. Cuius in locum ineunte anno 410 substitutus *Athaulphus* altero post anno de *Italia* recedens in *Gallias* abiit, secum ducens *Placidiam Honorii* sororem, ab *Alarico Romæ* captam, quam denique mense *Januario* anni 414 apud *Narbonem Galliæ* sibi copulavit [e].

A. 5108. Per. Jul. ad 5127. A. Christ. 395. ad 414.

Alaricus Romam capit & spoliat.

Athaulphus in Gallia.

§. 9. Dum hæc in *Italia* tempestas furit, *Galliam* & *Hispaniam* haud dispar calamitas oppressit. *Alani*, *Vandali* & *Suevi*, misere *Gallos* populati, *Pirenæum* transgressi, *Hispanias* occuparunt [f], anno *Christi* 409 [g]. *Gallæciam Vandali* sibi vindicant & *Suevi*: *Alani Lusitaniam* & *Carthaginiensem* provinciam: *Vandali Silingi Bæticam* sortiuntur [h].

Galliam Hispaniamque barbari occupant.

a Zosim. L. V. c. 35—42. Olymp. apud Phot. p. 179. Sozom. L. IX. c. 6. Philostorg. L. XII. c. 2. b Zosim. L. V. c. 44—51. L. VI. c. 1. n. 1. c. 6—12. Socrat. L. VII. c. 10. Sozom. IX. c. 7. 8. Philostorg. L. XII. c. 3. Procop. Vandal. L. I. c. 2. Prosp. in Chron. c Zosim. L. VI. c. 13. Sozom. L. IX. c. 9. Oros. VII. c. 39. 40. Isidor. æra 443. Idac. in Chron. Pag. Crit. an. 410. n. 7—13. qui ad annum Urbis 409 referunt. Prosper & Marcell. in Chron. sequentem adscribunt. d Jorn. Get. c. 30. Diaconus L. XIII. p. 535. Olymp. apud Phot. p. 181. Oros. VII. c. 39. Isidor. in Chron. æra 448. e Isidor. in Chron. l. d. Idacius in Chron. anno Honorii 15 & 20. Olymp. l. d. p. 185. Zosim. L. VI. c. 12. n. 5. Oros. L. VII. c. 43. f Hieron. ep. 91. ad Ageruchiam. Gregor. Turon. H. Fr. L. II. c. 2. Salvian. de Gubern. L. VI. p. 202. Oros. L. VII. c. 40. g Idacius in Fastis. Prosp. in Chron. an. 409. Pag. Crit. an. 409. n. 15. h Oros. L. VII. c. 40. Olymp. l. d. p. 189. Salvian. L. VII. p. 235. & seq. 237. Idacius in Chron.

A. 5108. Per. Jul. ad 5127. A. Christ. 395. ad 414.

CAPUT XI.

Res Ecclesiasticæ sub initium Sæculi quinti, & inlustriores aliquot eius ætatis viri.

§. 1.

Fides Ecclesiæ & inrepentia vitia.

QUamvis, quod ex *Hieronymo*, *Chrysostomo*, *Cyrilli* capitulis, Symbolo *Chalcedonensi*, *Zenonis* Henotico, aliisque Sæculi V scriptis satis constat, eadem, quod ad summam rem, de præcipuis fidei capitibus manserit Ecclesiæ fides, quæ a maioribus tradita fuerat, nulla etiam privata auricularis peccatorum confessio imperata fuerit [a]: est tamen fatendum hoc ferreo sæculo partim barbarorum incursionibus, partim & institutis hominum multum rubiginis inductum fuisse, variosque nævos inrepsisse; nam & libris Canonicis quidam additi apocryphi [b]: & imaginum publicus in templis usus & Sanctorum invocatio praxi magis quam lege introducta [c]; reliquiarum crevit veneratio, crucis adoratio [d], purgatorii ignis mentio [e], cælibatus quoque clericorum lege sancitus [f], exorcismi adhibiti ad pellendum malum spiritum, cum quo omnis nascatur homo [g]. Ad hæc *Romani* Pontifices caput altius adtollere cœperunt, dum prætextu sedis Apostolicæ appellationum iura sibi vindicant [h], vicarios sedis *Romanæ* aliis provinciis obtrudunt [i], mox & de ipsis Orientis Episcopis iudicium sibi sumunt. Interim clericorum mores in dies magis magisque corrumpi cœperunt, dum opibus inhiantes omnia, ipsam adeo pietatem venalem, habent [k].

§. 2.

a Bingham Antiq. Eccl. L. XVIII. c. 3. *b* Conc. Carthag. III. habitum anno 397. canone 47. apud Hard. T. I. p. 968. & 1005. Basn. Hist. Eccl. L. VIII. c. 8. §. 4. *c* August. Confess. L. VI. c. 2. de Civit. Dei L. VIII. c. ult. L. I. de consensu Euangelist. c. 10. *d* Paulinus epist. 13. *e* Augustin. Enchiridio ad Laurentium, & in Ps. XXXVII. n. 3. Prudent. in Hamartigenia vers. 960—974. *f* Syricius Papa ep. 1. apud Hard. T. I. p. 849. *g* Optatus L. IV. c. 6. Augustin. ep. 105. ad Sixtum Presbyterum: & de Nupt. L. II. c. 16. *h* Innocentius I. epistola ad Victricium n. 3. apud Hard. T. I. p. 1000. *i* Epistola Concilii Africani ad Papam Cœlestinum apud Hard. T. I. p. 950. *k* Sulpit. Sev. L. I. c. 43.

A. 5108. Per. Jul. ad 5127. A. Christ. 395. ad 414. Origenistæ.

§. 2. Fuit etiam hoc tempore occasione *Principiorum Origenis* a *Rufino* versorum [a] gravius de erroribus *Origenis* altercatum: damnati, agente *Hieronymo* [b], primum ab *Theophilo* Episcopo *Alexandrino Origenistæ* [c] anno 401 [d]; mox & ab *Anastasio Romano* Pontifice [e]: *Chrysostomus* tamen rem adcuratius considerandam ratus, nequicquam *Theophilo* & *Epiphanio* instantibus, *Origenis* libros damnare recusavit *f*.

Johannes Chrysostomus.

§. 3. Orientalem vero Ecclesiam splendore suo decoravit *Johannes Chrysostomus* ex *Antiocheno* presbytero post *Nectarii* mortem *Constantinopolitanus* Episcopus creatus 26 *Februarii* anno 398 [g]. In qua dignitate variam expertus est fortunam, dum enim, a natura iræ magis quam verecundiæ deditus [h], in corruptos hominum mores, præsertim Clericorum ac Principum acrius invehitur, multorum in se concitavit odia [i]. Itaque bis agente *Eudoxia* Augusta, quam liberius reprehendendo irritaverat, in Synodo damnatus, anno 404 *Junii* 20 in exsilium deportatur [k]; in quo *Comanis* ad *Pontum Euxinum* obiit 18 Kal. *Octobris* anno 407 [l]. Pulso *Chrysostomo* subrogatus est *Arsacius* [m], eique post 14 menses mortuo *Atticus* Monachus *Armenus* [n], qui denique, pacis Ecclesiæ conponendæ caussa, anno 420 sibi persuaderi passus est, ut *Johannis* nomen in diptycha, quæ sunt Ecclesiasticæ tabulæ, reciperet [o].

a Apud Hieron. T. IV. P. II. p. 339. 340. & in Rufin. L. III. operum Hieron. T. IV. P. II. p. 440. *b* Hieron. ep. 53. Edit. Benedict. *c* Socrat. L. VI. c. 7. Sever. Dial. I. c. 3. Prosper, Chron. Pith. *d* Pag. Crit. an. 401. *e* Hieron. ep. 87. ad Pammach. *f* Socrat. L. VI. c. 10. Sozom. L. VIII. c. 14. 15. *g* Socrat. L. VI. c. 2. Sozom. L. VIII. c. 2. Theodor. V. 27. Pallad. Dial. c. 5. p. 17. *h* Socrat. L. VI. c. 3. *i* Socrat. L V. c. 5. Sozom. VIII. c. 3. & 8. Pallad. vita c. 6. p. 20. *k* Socrat. L. VI. c. 15—18. Sozom. L. VIII. c. 16—22. Pallad. vita Chrys. p. 8. 28. & seqq. Phot. Cod. 59. & Baluz. nova Coll. Conc. p. 106. Zosim. L. V. c. 23. Theophan. p. 67. 68. *l* Socrat. L. VI. c. 21. Sozom. L. VIII. cap. ult. Pallad. vita Chrys. p. 38. & seqq. Theodor. L. V. c. 34. *m* Socrat. L. VI. c. 19. Sozom. L. VIII. c. 23. Pallad. l. d. p. 37. 38. Niceph. L. XIII. c. 28. *n* Socrat. L. VI. c. 20. VII. 2. Sozom. VIII. 27. Niceph. L. XIII. c. 29. *o* Theophan. in Chron. p. 72. Epistola Attici apud Niceph. L. XIV. c. 26. Pag. Crit. an. 412. n. 24.

A. 5108. Per. Jul. ad 5127. A. Christ. 395. ad 414.

Theophilus & Synesius.

§. 4. Clarum quoque hoc tempore nomen nactus est *Theophilus*, *Alexandrinus* Episcopus odio *Chrysostomi* & avaritiæ sordibus infamis, sed eruditus & *Hieronymo* familiaris, mortuus 15 *Octobris* anni 412 [a]. Hic ille est, qui *Synesium* Philosophum *Platonicum*, sed genere & eruditione clarum, invitum & in multis capitibus a fide aberrantem *Ptolemaidis* in *Cyrenaica* Episcopum fecit [b] anno 410, nempe tertio post obitum *Chrysostomi* [c].

Prudentius.

§. 5. *Prudentius*, *Hispanus* Poëta, natus, ut ipse prodit, *Philippo* & *Salia* Coss. anno 348, anno ætatis 57 carmina meditabatur [d]: atque adeo anno 404 τὸ Καθημερινὸν edidit.

Rufinus.

§. 6. *Rufinus*, *Aquileiensis* Presbyter & monachus, doctrina & versionibus clarus, graviori cum *Hieronymo* contentione clarior [e], obiit anno 410 [f].

Alii Eruditi.

§. 7. Inter Gentiles Poëtica facultate facile princeps *Claudianus* exstitit, *Stilichonis* fautor acerrimus [g]. Historici vero *Zosimus* [h] & *Eunapius* [i]: ex Christianis *Sulpitius Severus* [k].

C A-

a Theodorit. L. V. 22. Socrat. L. VI. c. 2. 9. VII. 7. Pallad. vita Chrys. p. 40. *b* Synesius epist. 105. Evagr. I. c. 15. Niceph. L. XIV. c. 55. *c* Synes. ep. 53. *d* Prudentius in prooemio Cathem. V. 24. & 1. 2. J. P. Ludwig. Miscell. Tom. II. L. I. Opusc. 11. *e* Basn. Ann. an. 399. n. 11—13. an. 401. n. 8—10. *f* Pag. Crit. an. 410. n. 26. *g* Suidas h. v. Oros. L. VII. c. 35. Paulus Diac. L. XII. *h* Phot. Cod. 98. Fabrit. Bibl. Gr. L. V. c. 15. §. 21. *i* Phot. Cod. 77. Fabrit. l. d. V. c. 5. §. 2. n. 2. *k* Histoire Literaire de la France T. II. p. 95. & seqq.

CAPUT XII.

A. 5151. Per. Jul. ad 5163. A. Christ. 408. ad 450.

De rebus, quae sub Theodosio *Juniore*, Honorio *ac* Valentiniano III *ab anno* 408 *ad* 450 *in utroque imperio digna memoria contigerunt: deque* Vandalorum *in* Africam *inpressione.*

§. 1.

Theodosius II. lenis & ad superstitionem religiosus.

ROmanum imperium, mortuo *Arcadio*, sub duobus Principibus stetit. *Honorio* parebat Occidens; *Theodosius* Orientem tenebat. Hic ab anno 408 sub tutela, ut volunt, Regis *Persarum*, *Antiocho* curatore, regnare orsus [a], Princeps erat leni a natura ingenio, prudens & clemens, in primisque pius, sed ita ut saepe in superstitionem pietas eius abire videretur, eo etiam nomine vituperatus, quod ad res gerendas mollior erat, & Eunuchis parebat [b]. Sorores erant illi *Flaccilla*, *Pulcheria*, *Arcadia* & *Marina* [c], ex quibus *Pulcheriam Theodosius Augustam* appellavit anno, ut *Marcellinus* cum *Alexandrino Chronico* sentiunt, 414, non, ut *Theophanes*, 411. Huius suasu *Theodosius* anno aetatis 20 *Athenaidem*, *Leontii* Philosophi filiam, rara corporis specie, indoleque feminam uxorem duxit, quam *Eudociam* nominavit [d].

Res a Theodosio gestae.

§. 2. Fuit initium imperii eius, *Isdegerde* pacem praestante, satis quietum, qua occasione, adlaborante *Marutha Mesopotamiae* Episcopo, *Christiana* sacra in *Persidem* penetrarunt [e]: verum sub finem eius & sub filio ac successore *Varane* bellum ortum est *Persicum*, quod anno 422 per *Ardaburium* ducem, *Persis* panico terrore correptis, feliciter est confectum [f]. Postea tamen ab *Attila Hunnorum* Rege vexatus pacem

[a] Procop. B. Pers. L. I. c. 2. Agathias L. IV. p. 136. Theophan. in Chron. p. 69. [b] Socrat. L. VII. c. 22. Sozom. L. IX. c. 1. Zonar. L. XIII. c. 23. in fine. [c] Chron. Alex. an. 397. 399. 400. 403. & leges ab eo scriptae in Cod. Theodos. [d] Socrat. L. VII. c. 21. Chron. Alex. [e] Socrat. L. VII. c. 8. Theophan. p. 71. [f] Socrat. L. VII. c. 18. 20. Theoph. p. 74. Sozom. L. IX. c. 4. Niceph. Callist. L. XIV. c. 21. Hist. Misc. p. 98.

A. 5121. Per. Jul. ad 5163. A. Christ. 408. ad 450.

cem data pecunia redemit [a], mortuusque est V ante Kalendas *Augusti* anni 450 [b].

Honorius mitis & socors. Constantinus victus.

§. 3. Interim in Occidente, sub *Honorio*, ac dein *Valentiniano*, domestici pariter, externique motus assidui ac fœdissima imperii *Romani* facies fuit. Erat *Honorius* natura mitis & placidus; ludis ac socordiæ deditus, & a cura reipub. ac negotiis abhorrens [c], sed clero favens, in cuius gratiam & contra hæreticos multa edicta dedit [d]. Hic igitur cum *Romam* & *Italiam Gothi*, *Galliam* barbaræ gentes quaterent, non tantum iuri in *Britanniam* renuncians, *Britannos* suas res sibi agere iussit [e], sed & *Constantinum*, quem *Britanni Vandalorum* & *Alanorum*, *Galliam* vastantium, metu post *Marcum* & *Gratianum* anno 407 principem renunciaverant, inde in *Galliam* transgressum, ad imperii societatem admisit anno 409 [f]: verum eo non contentum, per *Constantium* Comitem victum, una cum filiis *Juliano* & *Constante* necari curavit anno 411 [g].

Jovinus ab Ataulpho necatus.

§. 4. Cum paullo ante *Jovinus* apud *Moguntiam* tyrannidem arripuisset; sed & hic, cum invito *Ataulpho*, qui anno 412 in *Galliam* venerat, fratrem suum *Sebastianum* socium adsciseeret, ab *Ataulpho Gotho* cum fratre necatus est anno 413 [h].

Heraclianus a Marino victus.

§. 5. Quo eodem anno 413 *Heraclianus*, Comes *Africæ*, arrepta tyrannide, cum prævalida classe in *Italiam* contra *Honorium* transfretare ausus, a *Marino* Comite ad *Utriculum* superatus est. Et in *Africam* reversus, *Carthagine* in æde Memoriæ iugulatus est [i]. *Marinus* ad ordinandam *Africam* missus,

[a] Priscus in Fragment. p. 47. 48. Tom. I. Corp. Byzant. Excerpt. Legat. p. 34. Theophan. p. 88. Marcell. in Chron. [b] Theodor. Lector L. II. c. 64. Hist. Misc. p. 96. Marcell. in Chron. [c] Procop. B. Vandal. L. I. c. 2. Phot. Cod. 80. p. 196. Oros. L. VII. c. 37. [d] Cod. Theod. L. XVI. tit. II. leg. 29. 30. 31. & Tit. V. leg. 30. & seqq. [e] Zosim. L. VI. c. 5. 10. Beda Hist. Eccl. L. I. c. 11. Tillem. Hist. Honor. §. 26. & 38. [f] Zosim. L. V. c. 31. 43. VI. 1—5. Oros. L. VII. c. 40. Sozom. L. IX. c. 11. [g] Sozom. L. IX. c. 12—15. Oros. L. VII. c. 4. Olymp. apud Phot. p. 184. Gregor. Tur. L. II. c. 9. Paulus Diac. L. XIV. in initio. Idacius. Prosper. Marcellinus. [h] Gregor. Tur. l. d. Olymp. p. 184. 185. Philost. L. XII. c. 6. Idacius in Fastis. Marcell. & Prosp. in Chron. [i] Oros. L. VII. c. 42. Hieron. ep. 7. lex. 13. Cod. Theod. L. XV. tit. 14. de infirmandis his, quæ sub tyrannis. Idacius in Chron.

ſus, quod *Marcellinum* Tribunum, qui contra *Donatiſtas* multum laboraverat, occidit, ſtatim ex *Africa* revocatus, & ad privatam vitam redactus eſt [a]. A. 5121. Per. Jul. ad 5163. A. Chriſt. 408. ad 450.

§. 6. Quemadmodum *Attalus*, qui cum *Athaulpho* in *Gallias* venerat, tyrannidem anno 414 in *Gallia* reſumere auſus, a *Gothis* neglectus, a *Conſtantio* Comite captus anno 415 truncata manu rebellionis pœnas dedit [b]. Attalus cæſus.

§. 7. Super hanc Tyrannorum multitudinem Barbarorum quoque graſſatio infeſtum habuit Occidentem: non tantum enim *Burgundiones Germaniæ* populi, partem *Galliæ Rheno* propinquam, quæ *Germania* prima vocatur, occuparunt anno 413 [c], ſtatimque *Chriſtiani* facti ſunt [d]: ſed etiam *Gothi Athaulpho* Rege, qui *Alarico* ſucceſſerat, *Gallias* anno 412 [e] ingreſſi, multa ibi damna dederunt [f]. *Athaulphus*, cum Kal. *Januariis* anni 414 *Placidiam* duxiſſet, quamvis iam pacis cupidus, *Romanis* rebus faveret, a *Conſtantio* Comite, eius rivali, commeatu intercluſo *Narbona* excedere, ſeque in *Hiſpaniam* recipere coactus, non diu poſt a ſuis occiditur anno 415 [g], ſexto poſtquam *Alarico* ſucceſſerat [h], tertio poſtquam *Gallias Hiſpaniasque* domuerat [i]. Burgundiones & Viſegothi in Gallia.

§. 8. Regnum *Viſegothicum Sigericus* occupat, *Sari* frater; ſed eo poſt ſeptem dies interemto, ſucceſſit *Vallia* [k], qui, pace cum *Romanis* conpoſita, *Placidiam Honorio* reſtituit, *Vandalos*, *Alanos*, *Suevos* gravi exercuit bello, præmiique loco a *Conſtantio Aquitania* ſecunda inde a *Toloſa* usque ad Oceanum donatus, ſedem regni *Toloſæ* poſuit anno 418. paulloque poſt obiit cum regnaſſet annos tres [l]. Sigericus & Vallia Viſegothi Reges.

[a] Oroſ. l. d. Hieron. L. III. adv. Pelag. c. 6. [b] Proſp. in Chron. an. 415. Marcell. an. 412. Olymp. p. 182. Paulus Diac. L. XIV. in princ. Philoſt. L. XII. c. 5. [c] Proſp. & Caſſiod. in Chron. Olymp. apud Phot. p. 184. [d] Oroſ. L. VII. c. 32. [e] Proſp. & Caſſiod. in Chron. [f] Proſper prologo de Providentia, & Paulinus carmine Euchariſtico. [g] Oroſ. VII. 43. Olymp. p. 187. Jorn. Getic. c. 31. Proſ. & Idacius in Chron. & Alexandr. [h] Idacius in Chron. [i] Jorn. c. 31. [k] Olymp. & Jorn. ll. dd. Oroſ. VII. c. 43. [l] Oroſ. l. d. Olymp. p. 189. Philoſtorg. L. XII. c. 4. Iſidorus in Chron. æra 454. Proſp. in Chron. Jorn. Get. c. 32. 33. Idacius in Chron.

A. 5121. Per. Jul. ad 5163. A. Christ. 408. ad 450. Valentinianus III. & Constantius.

§. 9. *Placidiam* invitam *Constantio* Comiti conlocavit *Honorius* anno 417, ex qua post filiam *Honoriam* natus est *Valentinianus* Junior [a] anno 419 *Ravennæ* VI Non. *Jul.* in lucem editus [b]: anno vero 421 VI Idus *Feb.* ab *Honorio* invito in imperii consortium adscitus *Constantius*, septimo post mense moritur IV Nonas *Septembris* [c].

Honorius & Placidia.

§. 10. Exstincto *Constantio*, inter *Honorium* & *Placidiam* sororem summa primum familiaritas, minus etiam secunda utriusque fama: mox tantum ortum est odium, ut post frequentes *Ravennæ* rixas & jurgia, *Honorius* anno 423 *Placidiam* cum liberis extruserit & in Orientem abire coëgerit [d].

Mors Honorii.

§. 11. Moritur paullo post *Honorius* anno ipso 423 *Augusti* 15 [e], natus annos 38, menses undecim & dies septem, utpote quem supra Cap. VI. natum ostendimus V Idus *Sept.* anni 384. Uxores ei fuere duæ *Stiliconis* filiæ, ex quibus tamen prolem non suscepit [f].

Johannes a Theodosii ducibus victus.

§. 12. Exemto rebus humanis *Honorio*, *Johannes*, primicerius Notariorum, fultus, ut creditum fuit, præsidio *Castini* magistri militum, *Ravennam* cum tyrannide occupat. *Theodosius Placidiam* cum *Augustæ* titulo & *Valentinianum* Cæsarem cum copiis *Ardaburio* & *Candidiano* ducibus mittit in *Italiam*, *Ardaburius* tempestate iactatus in Tyranni potestatem venit: sed conciliatis sibi ducibus, evocatoque filio *Aspare*, proditione magis quam virtute *Johannem* oppressit ineunte anno 425, cum tyrannidem tenuisset annum & dimidium [g].

Theodoricus Rex Visegothorum. Gensericus in Africa.

§. 13. *Valentinianus Theodosii* decreto eodem anno X ante Kal. *Novembres* Augustus salutatur septennis puer [h], hoc est sex annos & tres menses natus. Quo

[a] Olymp. p. 191. du Fresne Fam. Byzant. p. 72. 73. [b] Marcell. & Idacius in Chron. Pag. Crit. an. 418. n. 73. [c] Olymp. p. 194. Philostorg. XII. c. 10. Paulus Diac. L. XIV. p. 93. Chron. Alex. Prosp. & Idacius in Chron. [d] Olymp. p. 196. Prosp. in Chron. Paulus Diac. L. XIV. p. 94. [e] Socrat. L. VII. c. 22. Theoph. p. 72. Prosp. Marcell. [f] Hist. Misc. p. 93. Du Fresn. Fam. Byzant. p. 72. [g] Philost. L. XII. c. 13. 14. Olympiod. p. 197. Miscell. p. 93. Frigeridus apud Greg. Tur. L. II. c. 8. Procop. B. Vandal. L. I. c. 3. Marcell. & Prosp. in Chron. an. 424. 425. [h] Chron. Alex. p. 314.

Quo regnante misera fuit rerum in Occidente facies: præterquam enim quod *Theodoricus*, qui in *Visegothorum* regno *Valliæ* successerat, turbata pace anno 425 *Arelaten* obsedit[a], gravior *Africam* calamitas oppressit: *Vandali* quippe a *Bonifacio* Comite, falso ab *Aëtio* proditionis postulato, invitati, mense *Maio* anno 429[b] *Genserico* duce cum LXXX hominum millibus in *Africam* transgressi, eam paulatim sibi subiecerunt[c]. Interim *Bonifacius*, reconciliata *Placidia*, cum barbaris reditum persuadere non posset, armis eos conatus pellere, ab illis vincitur[d]: & anno 432[e] ex *Africa Romam* veniens, magisterium militum adeptus, haud diu post vel morbo, ut scribit *Prosper*, vel, ut *Marcellinus*[f] ait, ex vulnere, quod acceperat ab *Aëtio*, decessit. *Valentinianus* cum pellere *Vandalos Africa* non posset, pacem cum iis fecit III Id. *Febr.* anni 435[g].

A. 5121. Per. Jul. ad 5163. A. Christ. 408. ad 450.

§. 14. *Aëtius* post mortem *Bonifacii* interventu *Hunnorum* Imperatori conciliatus[h], & utriusque militiæ dux constitutus[i], *Burgundiones* devicit anno 435[k]. Idem *Gothos* ab *Narbonæ* obsidione repulit anno 436 per *Litorium* comitem[l]: sed cum idem *Litorius*, *Aëtii* gloriam superare cupiens, contra *Theodoricum Gothorum* Regem, bellum deprecantem, inconsulte dimicat, magna accepta clade captus & occisus est *Theodosio* & *Festo* Coss. anno 439, post quam pugnam pax cum *Gothis* conposita[m].

Aëtius rei Romanæ columen.

§. 15. Eodemque illo anno XIV ante Kal. *Novemb. Carthago* a *Vandalis*, per speciem pacis ex inproviso inruentibus, capta, direptaque est, quo tempore cum in alios, tum in Nobiles & Clericos

Carthago a Vandalis capta.

[a] Prosper in Chron. Isidorus æra 457. [b] Pag. Crit. an. 428. §. 2—6. [c] Procop. B. Vand. L. I. c. 3. Victor Vitensis de Persec. Vandal. L. I. c. 1. Misc. p. 94. Jorn. c. 33. Salvian. L. VIII. p. 270. & seqq. Possidius vita Augustini c. 28. Idacius & Prosper in Chron. [d] Procop. B. Vand. L. I. c. 3. [e] Prosp. in Chron. Miscel. p. 94. [f] Marcell. in Chron. [g] Prosper in Chron. post Euseb. p. 194 Isidorus Chron. an. æræ 467. Barb. Ant. Fœd. P. II. n. 102. [h] Prosp. in Chron. [i] Idacius in Chron. Paulus Diac. L. XIV. p. 94. [k] Prosp. & Idac. in Chron. [l] Prosp. Idacius an. 436. & Paulus Diac. l. d. [m] Jorn. Get. c. 34. Salvianus L. VII. p. 260. Prosp. & Idacius in Chron. Isidorus æra 457. Hist. Misc. p. 95.

A. 5121. Per. Jul. ad 5163. A. Christ. 408. ad 450.

præcipue sævitum est [a]. Tandem anno 442 cum *Genserico Valentinianus* pacem instauravit, & certis spatiis inter utrumque divisa est *Africa* [b].

Hunni Theodosium pacem emere cogunt.

§. 16. Et iam gravius ab *Hunnis* inminebat periculum: hi quippe, *Bleda* & *Attila* ducibus, suis egressi finibus *Romanum* solum infestare cœperant anno 441: mox *Thraciam* & *Illyricum* fœda populatione vastantes, commissoque ad *Chersonesum Thraciæ* prælio, *Theodosium* pacem data pecunia redimere coegerunt anno 443 [c]. Biennio post *Attila*, fratre *Bleda* cæso, solus *Hunnorum* genti dominatus est [d].

Anglo-Saxones in Anglia.

§. 17. *Britanni* porro a *Pictis* & *Scotis* fœde, maxime sub annum 446, vexati, cum frustra *Aëtii*, tum muniendis maxime adversus *Hunnos Galliis* intenti, auxilium inplorassent, *Anglo-Saxonum* gentem de transmarinis partibus in auxilium vocare coacti sunt [e]. Itaque circa annum 449 tres *Germaniæ* populi, *Saxones* ad *Albim* & ad *Rhenum* inferiorem prope mare, *Angli* supra hos prope *Sleswicum*, & *Viti* sive *Juti* in *Jutia* habitantes, *Hengisto* & *Horsa* ducibus in *Britanniam* transmiserunt [f].

C A-

[a] Victor Vitensis L. I. c. 3. 4. Hist. Misc. L. XIV. p. 95. Prosp. & Idacius in Chron. [b] Victor Vitens. L. I. c. 4. Prosper & Cassiod. in Chron. Barbeyr. Fœd. Antiq. P. II. n. 108. [c] Marcell. in Chron. p. 40. Priscus Excerpt. Legat. p. 34. & seqq. Theophan. p. 88. Hist. Misc. L. XIV. p. 96. Jorn. Get. c. 34. Idacius in Chron. [d] Jorn. Get. c. 35. Prosper & Marcell. in Chron. [e] Gildas de excidio Britanniæ p. 506. Beda Hist. Eccl. L. I. c. 14. 15. & apud Leibnit. Script. Brunsv. T. I. p. 40. & seqq. Witichind. Ann. L. I. p. 630. apud Meibom. T. I. Nennius Hist. Britonum apud Leibnit. T. I. p. 32. & seq. Et excerpta e Chronol. Saxonica. Ib. p. 47. [f] Beda L. I. c. 15. Ethelwerdus p. 833. Pag. Crit. an. 447. n. 9—11. an. 449. n. 21. 22.

CAPUT XIII.

De antiquis præcipuarum in Germania *gentium sedibus, deque* Francorum *originibus.*

§. 1.

QUia iam debilitato *Romanorum* in Occidente imperio, *Germanicæ* gentes celebrari magis cœperunt, nec diu post hæc tempora *Franci*, e *Germania* progressi, nobilissimi in *Gallia* regni fundamenta posuerunt, non alienum erit, pauca de *Francorum*, *Frisiorum*, *Saxonum*, *Thuringorum*, *Bavarorum* & *Alemannorum* sedibus, quamvis non semper eædem fuerint, monuisse. De antiquis Germaniæ gentibus.

§. 2. *Alemanni*, quorum nomen ab ineunte tertio sæculo celebrari cœpit[a], ex diversis gentibus in unum corpus conlecti[b], inter *Rhenum*, *Danubium* & *Mœnum* habitarunt, usque ad *Francorum* veteres sedes porrecti[c], quamvis deinde longius progressi finitimis sæpe & *Romanis* graves fuerint[d]. De Alemannis.

§. 3. His ad dextram positi *Boii* sive *Boioarii*, origine *Galli*[e], tempore *Tarquinii Prisci Sigoveso* duce *Hercinios* saltus occupaverant[f], pars etiam in *Noricum* transierat[g], dein *Augusti* ætate a *Marobodo Marcomannorum* Rege *Boiohemia* pulsi[h], per *Noricum* invaluerunt, regionemque inter *Lycum* & *Anesum* de suo nomine *Boioariam* appellarunt[i]. Bavaris.

§. 4. *Thuringi* vero, quorum prima apud *Vegetium*[k] mentio, gens valida, in media *Germania* inter *Hercinium* saltum a dextra, & *Francos* a sinistra, usque ad *Albim* & *Havelam* porrecta[l], ut etiam *Ot-* Thuringis.

a Spart. Caracal. c. 10 Victor de Cæs. c. 21. b Agathias L. I. p. 17. c Geogr. Raven. L. IV. 26. d Vid. Struv. de Suevia antiqua §. 80. & seqq. in T. II. Corp. Hist. Germ. e Tacit. de Mor. Germ. c. 28. f Liv. V. 34. Posidonius apud Strab. L. VII. p. 295. g Jul. Cæs. B. Gall. L. I. c. 5. h Vell. Pater. L. II. c. 108. coll. Strab. L. VII. p. 290. Tac. Mor. Germ. c. 42. i Tacit. Mor. Germ. c. 28. Jorn. Get. c. 55. Velserus in Boicis. Pag. Crit. an. 499. §. 6—8. k Veget. in Mulomedicina sive arte Veterinaria L. IV. c. 6. l Geogr. Raven. L. IV. c. 25. Siffridus Presbyter Misnensis Epit. Hist. L. I. p. 682. in tomo I. Pistorii. Sagittar. Antiq. Regni Thuring. L. II. c. 12.

to magnus *Magdeburgum* in *Nord-Thuringia* collocet[a]:. quondam sui iuris in varias provincias, a situ appellatas, dividebatur, donec post cladem ad *Unstrutam* acceptam, partem *Franci*, partem *Saxones* obtinuerunt[b].

Saxonibus. §. 5. *Saxones* enim, qui iuxta *Ptolomæum*[c], qui primus eorum mentionem facit, olim in cervice *Cimbricæ Chersonesi* incoluerunt, ac *Francis* ipsorum finitimis iuncti *Gallicanos* tractus sæpe infestarunt[d], sensim vincendo longius progressi, cum & *Franci* in *Galliam* abiissent, in eorum locum inmigrarunt, ut quæ *Francia* olim, dein *Saxonia* appellata fuerit[e].

Frisiis. §. 6. *Frisii* vero ab antiquo inter *Helium Flevumque*[f], latiusque inde iuxta mare incolentes[g], *Francorum*, *Saxonum*que finitimi fuerunt, quibus etiam sæpe iungi solent, quamvis gens fuerit sui iuris & libera[h].

Francis. §. 7. *Francorum* denique, sive illi a libertate[i] sive a ferocia[k] appellati fuerint, nomen demum circa tempora *Gallieni* celebrari cœpit[l]: sed quia plures *Germaniæ* populi[m], inter quos præcipui erant præter *Cattos*, *Sicambri*, *Ubii*, *Usipii*, *Tencteri* & *Bructeri* a *Lona* aut *Mœno* iuxta *Rhenum* ad *Batavorum* insulam porrecti; & post hos *Chamavi* & *Angrivarii*, *Dulgibini*, forte & *Chaucorum* pars, veteresque *Cherusci*[n], in societatem coierant, longe est celebrius redditum *Francorum* nomen, quos *Hieronymus*[o] inter *Alemannos* & *Saxones* habitasse testatur.

§. 8.

[a] Otto in diplomate apud Meibomium Script. Rer. Germ. T. I. p. 741. 742. [b] Gregor. Turon. L. III. c. 4. 7. 8. Gesta Regum Francorum c. 22. Witichindus Ann. L. I. p. 630—634. Eginhardus apud Adamum Bremensem L. I. c. 4. [c] Ptolem. L. II. c. 11. [d] Amm. Marcel. L. XXVII. c. 8. ibique Valesius. [e] Meibom. Introduct. ad Hist. Saxon. Infer. p. 12. 13. [f] Plin. L. IV. c. 15. [g] Tacit. de Mor. Germ. c. 34. Geogr. Ravenn. L. IV. c. 23. [h] Ubbo Emmius Rerum Frisiac. L. I. p. 9. & seqq. Altingius Notitia Germ. Infer. [i] Cluver. Germ. Antiq. L. III. c. 20. Valesius notitia Galliarum voce Francia. [k] Ermoldus Nigellus apud Menken. T. I. p. 894. [l] Vopisc. Aurel. c. 7. [m] Agathias L. I. p. 12. D. & tabula Peutingeriana. [n] Tacit. de Mor. Germ. c. 31—36. & quæ ad hunc locum notavit Leibnit. T. I. Rerum Brunsv. p. 10—12. Et de Francorum origine Gundling in Gundl. T. I. p. 234. & seqq. & T. II. p. 61. & 295. [o] Hieron. vita Hilarion. T. IV. P. II. p. 81. Procop. B. Goth. L. I. c. 12.

§. 8. Reges utrum antiquitus *Franci* habuerint, ignotum esse testatur *Gregorius* [a], quamvis enim plures memorentur, ii tamen veteri *Germanorum* more [b] duces militares magis quam reges fuisse videntur. **De Francorum Regibus.**

§. 9. Primus igitur in Regum serie ponitur *Pharamundus*, *Marcomiri* filius [c], cuius exordium *Prosper* [d] adscribit ad annum *Honorii* 26, hoc est, *Christi* 420. Post hunc regnasse videtur *Theodemer*, quem in prælio a *Romanis* interfectum scribit *Fredegarius* [e], quod anno 428 contigisse suadet *Prosper* [f], qui eo anno *Galliam Rheno* propinquam, quam *Franci* occupaverant, recuperatam scribit. Itaque successit anno 428 *Chlogios* [g], vel *Cloio* [h] sive *Clodius* [i]. Qui apud *Dispargum* in *Thoringorum* finibus sede posita [k], inde exploratoribus trans *Rhenum* missis *Cameracum* aliaque loca occupavit, & apud *Ambianos* sedem posuit [l]. Quamvis ex *Sidonio* [m] colligi queat, *Aëtii* & *Maioriani* virtute paullo post cladem accepisse *Francos*, quam pax consecuta est [n]. Præfuit *Cloio* annos fere 20 [o], siquidem ad annum *Theodosii* 25 *Prosper* [p] adnotat, *Meroveum* in *Francia* regnare cœpisse, qui est annus 447 [q]. **Pharamundo, Theodemere & Cloione.**

§. 10. Post *Cloionis* mortem dissensione de successione inter ipsius filios orta, natu minor *Meroveus Aëtii* opera regnum obtinuit [r]. Ab hoc Reges *Francorum* postea *Merovingei* vocati sunt [s]: regnavit teste *Sigeberto* [t] annis decem. Itaque patri anno 456 successit filius *Childericus*, sed eum statim libidinose **Meroveo, Childerico & Chlodoveo.**

se

a Gregor. Tur. L. II. c. 9. *b* Tacit. Mor. Germ. c. 7. *c* Gesta Francorum Epitomata c. 4. in Freheri corpore Franciçæ Historiæ Veteris & sinceræ T. I. p. 58. Chron. Moisciacense ad an. 424. in T. III. Script. Rerum Francicarum And. du Chesne. *d* Prosp. Chron. a Pithœo editum. *e* Hist. Franc. Epitom. c. 9. Gregor. Tur. L. II. c. 9. *f* Prosper in Chron. *g* Gregor. Turon. L. II. c. 9. *h* Sidon. Carm. V. vs. 212. *i* Prosp. Pithœi. Aimoin. L. I. c. 4. *k* Gregor. Tur. L. II. c. 9. Hist. Epitom. c. 9. & Struv. Corp. Hist. Germ. Proleg. Sect. I. §. 14. *l* Gregor. l. d. Rorico gestis Francorum p. 801. T. I. du Chesne. Aimoin. L. I. c. 5. *m* Sidon. Carm. V. vs. 222. & seqq. Chiflet. Anastasi Child. c. 1. p. 10. *n* Idacius in Chron. p. 23. *o* Aimoin. L. I. c. 6. *p* Prosper Pithœi. *q* Pag. Crit. an. 447. n. 12. *r* Priscus Rhetor in Legat. apud du Chesne T. I. p. 223. Pag. Crit. an. 428. n. 10. 451. n. 20 & seqq. *s* Hist. Franc. Epitom. c. 9. *t* Sigeb. in Chron.

se gerentem *Franci* in *Thuringiam* fugere conpellunt; Regem sibi constituentes *Ægidium*, qui a *Romanis* magister militum in *Galliam* missus fuerat[a]: sed octavo post anno *Childericus* a suis revocatus acie victum *Ægidium* in oppidum *Suessionum* conpulit[b]; *Odovacrium Saxonem* vicit, *Aurelianos* & *Andegavos* subegit[c]: exactisque 24 annis[d] *Chlodoveo* filio, quem ex *Basina Thuringorum* Regis & hospitis sui coniuge, sese in *Galliam* secuta, susceperat[e], imperium reliquit anno 481[f].

CAPUT XIV.

De Gothorum *origine eorumque discrimine: deque regno a* Visegothis *in* Gallia & Hispania; *ab* Ostrogothis *in* Italia *fundato.*

§. 1.

Origines Gothicæ.

PLurimum ad illius ætatis historiam intelligendam conferet, *Gothorum* originem & incrementa cognoscere, qui per *Europam* longe lateque diffusi, florentissima sibi regna pepererunt.

Antiquæ sedes & divisio Gothorum.

§. 2. *Gothicum* omne nomen e *Scanzia* sive *Scandinavia* ortum[g]. Hi perantiquis temporibus mare transgressi vicinam *Baltici* maris oram coloniis repleruut[h]: inde in *Scythiam* profecti ad paludem *Mæotim*, & supra *Pontum Euxinum* consederunt, sensimque per familias divisi, qui ad Orientem longius discesserant, *Ostrogothi*, id est, *Orientales Gothi*, qui Occidentem habitabant, *Visegothi*, id est, *Occidentales Gothi* nominati sunt[i]. Erant & duæ regiæ

[a] Gregor. Tur. L. II. c. 9. 11. 12. Hist. Franc. Epitom. c. 11. Aimoin. L. I. c. 7. Auctor de gestis Francorum c. 6. 7. [b] Gregor. Tur. L. II. c. 12. Auctor de gestis Francorum c. 8. Aimoin. L. I. c. 7. Rorico de gestis Francorum in fine libri primi. [c] Gregor. L. II. c. 18. Auctor de Gest. Franc. c. 8. Aimoin. & Rorico ll. dd. [d] Aimoin. L. I. c. 8. Gest. Franc. c. 9. Rorico l. d. [e] Gregor. L. II. c. 12. Aimoin. l. d. Hist. Franc. Epit. c. 12. [f] Pag. Crit. an. 484. n. 25. & 514. n. 7. [g] Jorn. Get. c. 3. & Grotii Prolegomena ad Hist. Goth. p. 13—22. [h] Jorn. c. 4. Tac. Mor. Germ. c. 43. Plin. Hist. Nat. L. XXXVII. c. 2. [i] Jornand. c. 4. 5. 14. Paulus Diaconus in Misc. L. XII. c. 12.

regiæ *Gothorum* familiæ; *Amalorum*, quibus *Ostrogothi* parebant, & *Balthorum*, qui *Visegothis* imperabant[a]. Cum igitur ambo illi populi summa concordia diu illic habitassent, sæpe *Romanis* graves & metuendi, tandem post mortem *Ermanarici* Regis in duas gentes abire cœperunt; dum *Visegothi* ab *Ostrogothorum* societate discedentes sibi privatim Regem constituunt[b].

§. 3. Nec diu post, *Valente* Imperatore, civile bellum inter eos ortum est. *Visegothis* præerat *Fridigernus* sive *Fritigernes*: *Ostrogothis Athanaricus*. *Fridigernus* inpar viribus a *Valente* petit auxilium per *Ulphilam*, suæ gentis Episcopum: & ut illi vicissim gratificaretur, *Christianam* sub *Arii* fide professionem amplectitur; quam pace ambos inter populos restituta, longius propagavit *Ulphilas*. Ita *Gothi* in *Ariana* hæresi deinceps obfirmati sunt. *Athanaricus* vero complures suorum ob *Christi* nomen neci dedit[c]. Paullo post *Hunni*, ultra *Mæotim* habitantes, Rege *Balamire*, traiecto *Bosporo Cimmerio*, repente in *Ostrogothos* inpressionem faciunt, eosque sibi subiiciunt[d]. Visegothi a Valente recepti. Ostrogothi ab Hunnis pressi.

§. 4. Quorum clade territi *Visegothi Valentem* rursus inplorant, qui in *Mæsia Thracia*que agros illis ad habitandum adtribuit: Sed a *Lupicino* aliisque limitaneis præfectis contumeliosius habiti, *Romanos* armis adpetunt; ab iisque *Valens* Imperator, ut iam memoravi[e], bello superatus & exustus est[f]. Conpositis postea cum *Theodosio* rebus, *Romanam* in amicitiam ac fœdus ab illo recepti, & *Fœderati* proprie dicti sunt[g]. *Theodosio* mortuo, *Alaricus*, quem sibi Regem *Visegothi* constituerant, in *Italiam* perrupit, eumque, quem supra[h] retuli, exitum militiæ suæ habuit. Cuius successores *Gallia* & *Hispania* pervastata, *Tolosæ* anno 418 *Visegothicum* regnum fundarunt, cuius antea[i] meminimus. Visegothi armis in Romanos versis regnum in Gallia & Hispania fundant.

Rr §. 5.

[a] Jorn. c. 5. [b] Jorn. c. 17. 24. 48. [c] Socrat. L. IV. c. 33. & seqq. Sozom. L. VI. c. 37. Miscell. l. d. [d] Jorn. c. 24. 28. Agath. L. V. p. 154. [e] Supra Cap. VI. §. 5. [f] Socrat. & Zozom. ll. dd. Jorn. c. 25. 26. [g] Jorn. c. 28. [h] Supra Cap. X. §. 8. [i] Supra Cap. XII. §. 8.

Ostrogothi sub Hunnorum imperium veniunt.

§. 5. Interim *Ostrogothi* post mortem *Ermanarici* sive *Hermerici* ab *Hunnis* subacti [a], sub illorum dominatu in pristinis sedibus manentes, suos ex sua gente Reges habuerunt, *Hunnimundum Ermanarici* filium, e quo genitus est *Thorismundus*, cuius filius *Berimud*, *Hunnicæ* pertæsus servitutis, ad *Visegothos* in *Galliam* transfugit, cum *Theodoricus* eius nominis primus, occiso iam *Vallia*, regnaret. *Berimudis* nepos fuit *Eutharicus*, cui *Ostrogothorum* Rex *Theodoricus Amalasuntham* filiam in matrimonium dedit, atque ita utraque *Amalorum* stirps coniuncta est [b]. Nam *Berimude* digresso, post 40 annorum interregnum *Wandalarius*, *Hermanarici* fratre genitus, principatum obtinuit, cuius filii *Walamir*, *Theodemir* & *Widemir* cum *Attila* adversus *Aëtium* & propinquos suos *Visegothos* in *Gallia* decertarunt [c].

Post Hunnorum excusso iugo Orientis & Occidentis imperium vexant.

§. 6. Exstincto demum *Attila*, cum reliqui populi, tum *Ostrogothi Hunnorum* excusserunt iugum [d]. Fratres igitur tres magna concordia regnum tenentes, non tantum a *Marciano* Imperatore sedes in *Pannonia* inter *Sirmium* & *Viennam* acceperunt [e], & cum post mortem eius munera *Gothis* decreta tardarent, vastato *Illyrico Romanos* ad tributum annuum *Gothis* pendendum adegerunt [f], sed etiam varias barbaras gentes vicerunt [g]. Inter hæc *Walamire* mortuo, duo qui supererant fratres *Theodemir* & *Widemir*, impatientes otii, ita rem describunt, ut hic in Occidentis, ille in Orientis imperium irrumperet. *Widemir* in *Italiam* veniens obiit, quando filius eius eiusdem nominis a *Glycerio* muneribus placatus in *Gallias* abiit ad *Visegothos*; *Theodemir*, variis occupatis locis, *Zenonem*, magna *Illyrici* parte tradita, pacem emere conpulit [h] anno 475 [i].

Theodoricus Ostrogothicum in Italia regnum constituit.

§. 7. Nec diu post mortuo *Theodemire* regnum *Ostrogothicum* obtinuit eius filius *Theodoricus* [k]. Hic, qui antea fœderis cum *Leone* initi obses datus, annis decem *Constantinopoli* vixerat [l], *Zenonis* rogatu ali-quam-

[a] Jorn. c. 24. [b] Jorn. c. 14. & 48. [c] Jorn. c. 48. [d] Jorn. c. 50. 52. [e] Jorn. c. 50. [f] Jorn. c. 52. & Barbeir. Fœd. Antiq. P. II. §. 124. [g] Jorn. c. 53. 54. 55. [h] Jorn. c. 56. Barbeir. Fœd. Antiq. P. II. §. 132. [i] Pag. Crit. an. 475. n. 6–8. [k] Jorn. c. 56. [l] Jorn. c. 52. 55.

quamdiu in urbe regia substitit, multis cumulatus honoribus, sed cum nihilominus sæpe provincias imperii Orientis in *Europa* sitas infestarent *Gothi* [a], eiusdem *Zenonis* hortatu ad recuperandam *Italiam*, quam *Odovacrius* invaserat, perrexit: ibidemque, quod postea dicetur, *Ostrogothorum* condidit regnum [b]; quod *Justinianus* deinde subvertit.

CAPUT XV.

A. 5121. Per. Jul. ad 5163. A. Christ. 408. ad 450.

Res Ecclesiasticæ ab anno 408 *ad* 450. *Inprimisque de* Pelagianis & Nestorianis.

§. 1.

Motus Ecclesiastici.

HOnorio & *Theodosio* imperantibus, varii in Ecclesia motus exstiterunt, in primisque grave contra *Pelagianos* & *Nestorianos* certamen fuit.

A Pelagianis.

§. 2. *Pelagius*, monachus *Britannus* [c], vir doctus & pietatis nomine commendatus [d], una cum discipulo suo *Cælestio*, acris ingenii viro [e], sive quod non ferret dictum *Augustini*, Domine, da quod iubes, & iube quod vis [f]; sive etiam offensus quorundam temeritate, qui peccatis suis ex inpotentia carnis excusationem quærebant, in contrarium prolapsus sub initium Sæculi quinti naturalem corruptionem elevare, contraque liberi arbitrii vires efferre cœpit; docens, *Adamum* sua natura mortalem fuisse: peccatum eius non inputari posteris, sed eos mori, quia & ipsi peccaverant [g]: liberi arbitrii vires, gratiose a Deo datas, accedente legis præscripto, promissionibus Euangelii & *Christi* exemplo sufficere ad velle & perficere bonum [h]: atque adeo posse

 homi-

[a] Malchus Exc. Legat. p. 88. & seqq. Marcell. Chron. Barbeir. Fœd. Ant. P. II. §. 138. 141–144. [b] Jorn. c. 57. [c] Augustin. ep. 106. [d] August. II. Retract. c. 33. Epist. ad Paulinum, & L. III. de Pecc. Mer. c. 16. III. 1. 3. Gennad. de Script. c. 42. [e] Gennad. de Script. Eccl. c. 44. August. II. contra 2 epist. Pelag. c. 3. & L. III. de Pecc. Mer. c. 10. [f] Augustin. de dono perseverantiæ L. II. c. 20. [g] Pelag. apud August. L. de Nat. & Grat. c. 9. 30. Et exposit. ad Rom. apud August. de Pecc. Orig. c. 19. Julianus apud August. L. I. contra Jul. c. 5. n. 19. Prosper in Chron. an. 413. [h] Critobolus apud Hieron. L. I. Dial. adv. Pelag. & L. III. August. Lib. de Grat. Christ. contra Pelag. c. 2. 27. 29. 40. & Expos. Epist. ad Rom. c. 8. & de libero Arbit. c. 5.

A. 5121. Per. Jul. ad 5163. A. Christ. 408. ad 450.

hominem, si velit, sine peccato esse, & Dei mandata custodire; licet affirmare nollet, quenquam inveniri, qui inde ab infantia usque ad senectutem nunquam peccaverit[a].

Qui damnati.

§. 3. De his, aliisque inde fluentibus erroribus, cum sæpius actum esset, *Pelagius*, non tantum sententiam suam dissimulans anno 415 in *Diospolitana* Synodo adsensum testatus est[b], sed etiam anno 417 a *Zosimo Romano* Pontifice in communionem receptus recte de fide sentire iudicatus est[c]. Verum cum *Hieronymus* & *Augustinus Pelagium* scriptis libris premerent, *Afri* etiam rem maiore studio urgerent: tam in pleniori Synodo *Carthaginem* coacta, quam a *Zosimo*, qui mutaverat sententiam, damnatus est *Pelagius* anno 418[d]. Atque hoc modo Synodalibus ad *Zosimum* perlatis decretis, ait *Prosper*[e], per totum mundum hæresis *Pelagiana* damnata est. Cuius pene profligatæ patrocinium suscepit *Julianus Eclanensis* Episcopus, qui ob eam caussam sede pulsus, grande cum *Augustino* certamen iniit[f].

Motus Semipelagiani.

§. 4. Pelagiani dogmatis appendix quædam fuit *Semipelagianorum* factio, qui a *Cassiano* monacho *Massiliensi* potissimum instituti, interdum *Massiliensium* nomine veniunt: hi primas boni volitiones a viribus liberi arbitrii derivabant, ut tamen non nisi cooperante Dei gratia ad effectum perducantur: eademque de caussa prædestinationem ad vitam non ex Dei beneplacito, sed prævisa bona voluntate derivabant[g]: quibus & *Augustinus*[h] paullo ante obitum, & post eum *Prosper Aquitanicus*[i] fortiter restiterunt.

Schisma Romanum.

§. 5. Mortuo *Zosimo* die 26 *Decemb.* anni 418 *Romæ* schisma ortum est, dum alii *Bonifacium*, alii *Eulalium* eius loco subrogant, sed re ad Imperatorem rela-

a August. de Gestis Pelag. c. 6. Hard. T. I. Conc. p. 2010. *b* August. de Gestis Pelagii c. 3. & seqq. Pag. Crit. an. 415. §. 7. & seqq. Harduin. T. I. Conc. p. 2009. & seqq. *c* Zosimus epist. 3. & 4. Libell. Pelagii Tom. II. Conc. p. 1565. apud Baron. Ann. an. 417. p. 412. & seqq. *d* August. contra duas epist. Pelag. c. 3. 4. Marius Mercat. Commonit. cap. 1. & Garnerius Diss. V. p. 324. 325. Conc. T. II. p. 1576. 1664. *e* Prosp. in Chron. an. 413. *f* Mercat. Comm. p. 30. Gennad. de Script. Eccl. August. ad Bonifac. L. I. c. 1. n. 3. *g* Prosper & Hilarius in epistolis, quæ inter August. epist. sunt 225. 226. *h* August. Libris de Prædestinatione. *i* Prosper contra Collatorem.

relata *Eulalius* caussa cecidit anno 419[a]. Post *Bonifacium* anno 423 *Romanæ* præfuit Ecclesiæ *Celestinus*.

A. 5121. Per. Jul. ad 5163. A. Christ. 408. ad 450.

Nestorii sententia.

§. 6. Huius anno labente sexto *Christi* 428 IV Idus *Apriles Antiochia* evocatus *Nestorius*, in locum *Sisinnii Constantinopolitanus* Episcopus ordinatus est[b], vir disertus & inculpatis moribus, sed inportuno in hæreticos zelo nimium fervidus[c]. Cuius tamen furoris mox ipse magno suo damno periculum fecit. Cum enim metuens, ne quidam vel duas in *Christo* naturas permiscerent, vel Deum ipsum, id est, divinitatem ex *Maria* Virgine natam opinarentur, eam θεοτόκον appellare tergiversaretur[d], ac mage θεοδόχον & ἀνθρωποτόκον, sive χριστοτόκον dicendam contenderet, quia qui *Christum* dicit, Deum dicit & hominem[e]: multis, quia verba eius in abstracto posita in concreto interpretabantur, in unionis modo aberrare, coniunctionem magis quam unionem statuere, adeoque gravi errore ex uno Domino *Jesu Christo* duos, hominem & Verbum, facere visus est[f]: quamvis alii litem omnem ad λογομαχίαν revocari posse contenderent[g].

Agente Cyrillo in Concilio Ephesino damnata.

§. 7. Interim hac lite intempestive, nec satis explicatis terminis[h], conmota, cum *Cyrillus Alexandrinus* Episcopus, *Celestino Romano* in partes vocato, crudius ipse locutus, per epistolas, commonitorium ad *Celestinum*[i] & XII in *Nestorium* Anathematismis rem fervidius urgeret[k], tantum exarsit in-

a Vid. litteræ Symmachi: & Honorii Imper. Rescripta apud Baron. Ann. an. 418. 419. b Socrat. L. VII. c. 29. c Socrat. L. VII. c. 29. 31. & lex. 65. Cod. Theod. de Hæret. Suidas in lex. d Nestor. Serm. IV. n. 3. p. 26. Serm. V. n. 3. 4. 5. p. 29. 30. & Serm. XII. n. 7. p. 86. apud Mar. Mercatorem Tom. II. Garnerii. e Nestor. epist. ad Celestinum apud Mar. Par. II. p. 80. 81. & apud Baluz. Nova Coll. Conc. p. 429. & 643. Epist. ad Johannem Antiochenum in Lupi Sylloge c. 3. p. 688. 690. & Serm. XII. n. 7. 8. 22. 30. 31. XIII. n. 6. 7. f Commont. Cyrilli ad Celest. apud Baluz. l. d. p. 378. & in tractatu ad Ægypti monachos. Ib. p. 393. & in epist. Synod. Ib. p. 415. g Acacius in epist. ad Cyrillum 6. & 7. & Joh. Antiocheni epist. ad Cyrillum apud Baluz. p. 447. Socrat. L. VII. c. 32. h Vid. Epist. Joh. Antioch. ad Nestorium apud Baluz. p. 446. i Apud. Baluz. Supp. Conc. p. 337. & Hard. T. I. p. 1319. k Cyrilli epist. Synodica & ei subiecti Anathematismi in Supp. Conc. Baluz. p. 412—422. & 679—686. Cælestini epist. ad Clerum Constantin. Ib. p. 431—439. Epist. Imp. Theodosii ad Cyrillum. Ib. p. 449.

A. 5121. Per. Jul. ad 5163. A. Christ. 408. ad 450.

cendium, ut Imperatores *Theodosius*, & *Valentinianus*, ei restinguendo, orbis *Romani* Episcopos ad festum Pentecostes anni 431 *Ephesum* coire iuberent[a]. Ubi cum, *Cyrillo* præside, plus partium studiis quam fraternæ caritati datum esset, uno die 22 *Junii* satis tumultuose acta disceptataque *Nestorii* caussa, ceu blasphemus damnatus est *Nestorius*[b]: ita tamen ut Orientales, qui cum *Johanne Antiocheno* Episcopo venerant, *Cyrillum* vicissim & *Memnonem Ephesinum* damnarent[c]. Quapropter Imperator, pacis cupidus, primum quidem tres illos *Nestorium*, *Cyrillum* & *Memnonem* exauctorari iubet[d]; sed multis pro *Cyrillo* intervenientibus[e], cum etiam *Paulus*, *Cyrilli* sorore natus, cum magno auri pondere *Constantinopolim* missus, eunuchum scholasticum corrupisset[f], rerum est mutata facies: itaque novo Principis rescripto[g], soluta Synodo, *Cyrillus Alexandriam* redire, *Memnon Ephesi* manere, *Nestorius*, quod ipse petierat, salvo honore in monasterium suum redire iubetur[h]: verum cum ibi omni honore ac reverentia habitus quadriennio substitisset[i], novo Imperatoris edicto *Nestorius* publicatis bonis primum *Petram Arabiæ*[k], inde in *Oasin Thebaidis* relegatus est[l]: ubi aliquamdiu post fœda morte exstinctum ferunt[m]. Exsilium protinus librorum eius tanquam hæreticorum damnatio subsecuta est[n].

Ita ut tamen multi caussam Nestorii agerent.

§. 8. Interim manebant partium studia, & inter utrique contributos Episcopos simultates[o], quæ ægre Im-

a Liberatus c. 4. & epist. Imp. in Actis Conc. Ephesini & apud Baluz. p. 453. b Acta Conc. Ephes. apud Hard. T. I. p. 1351. & seqq. & apud Baluz. p. 454—483. Lupi Sylloge. Ib. cap. 6—11. p. 694—703. c. 21. p. 717. c. 117. p. 818. Rescript. Imp. apud Baluz. p. 487. c Labb. Conc. T. III. p. 598. apud Baluz. p. 498. Sylloge Lupi c. 12. 13. Ib. p. 703—706. & c. 113. 116. Card. Conc. T. I. p. 1449. & seqq. d Sacra Impp. apud Baluz. p. 520. 521. 727. Lupus Syll. c. 16. p. 709. c. 18. p. 713. c. 21. p. 717. Labb. Conc. T. III. p. 747. e Baluz. Nova Coll. Conc. p. 521—527. 541. 542. Syll. Lupi c. 21. Ib. p. 718. f Acacius apud Lupum Syll. c. 31. p. 730. & c. 41. p. 746. Labb. Conc. T. III. p. 746. g Exstat. apud Baluz. p. 655. & 733. Lup. Syll. c. 31. p. 730. h Lupi Syll. c. 15. p. 708. c. 24. 25. p. 721. 722. i Evag. L. I. c. 7. k Apud Labb. Conc. T. III. p. 1060. l Evagr. L. I. c. 7. Socrat. L. VII. c. 34. m Evagr. l. d. Theodor. Lector. L. II. c. 38. n Baluz. Conc. Coll. p. 584. & Cod. Theod. de Hæret. leg. 66. o Sylloge Lupi c. 30—35. p. 728—737.

Imperatoris auctoritate, postquam *Cyrillus* fidei formulam ab *Johanne Antiocheno* scriptam receperat, utcunque sopitæ sunt anno 432 [a]. Quamvis adhuc multi eam cum *Cyrillo* consensionem graviter accusarent [b]. A. 5121. Per. Jul. ad 5163. A. Christ. 408. ad 450.

§. 9. Dum *Christiani* in imperio *Romano* degentes inter se & cum hæreticis digladiantur, gravis in *Perside* persecutio, ab *Isdegerde* anno 414 instituta, Ecclesiam 30 annis adflixit [c]. Sed & *Africana* Ecclesia sub *Vandalorum* tyrannide inde ab anno 437 [d] gravia perpessa est *Genserico* Rege [e], qui inter alios *Sebastianum* Comitem, *Bonifacii* generum, qui ad ipsum confugerat, summa perfidia necavit [f]. Persecutio in Perside & Africa.

CAPUT XVI.

De Viris eruditionis aut sanctitatis nomine claris.

§. 1.

MUltum iis temporibus non vita solum, sed etiam obitu suo, splendoris contulerunt Ecclesiæ duo sidera *Hieronymus* & *Augustinus*. Horum prior excessit anno 420 pridie Kal. *Octobris* [g], natus annos 90 [h]. Hieronymus.

§. 2. *Augustinus* anno 430 obiit V Kal. *Septembris* [i], ætatis 76, Episcopatus 35, post conversionem 43, quo tempore *Vandali Hipponem* tertium iam mensem obsidebant, ut ait *Possidius* [k]. A *Manichæorum* hæresi conversus, anno 387 baptizatus [l] & anno 395 vel 396 Episcopus *Hipponensis* constitutus est [m]. Multum laboravit contra *Manichæos* [n] & *Pelagia*- Augustinus.

a Liberat. c. 8. Baluz. l. d. p. 586—596. Sylloge. Ib. c. 2. p. 686. c. 51. p. 754. c. 91. p. 797. Evag. L. V. c. 6. *b* Lupi Syll. c. 96. 117. 127. 132. 143. 144. 148. Liberat. c. 9. *c* Theoph. p. 71. Theodor. L. V. c. 39. Cyrillus Monachus in vita sancti Euthymii. Pag. Crit. an. 408. n. 4. 5. *d* Prosp. in Chron. *e* Ruin. Persec. Vandal. c. 5. *f* Victor Vitens. L. I. c. 6. Prosp. an. 440. Ruinart. l. d. c. 6. *g* Prosp. an. 420. *h* Gennad. in Analect. Mabill. p. 197. *i* Prosp. in Chron. an. 430. *k* Possid. in vita S. Augustini. *l* Pag. Crit. an. 388. n. 9. 10. *m* Pag. Crit. an. 395. n. 17. *n* August. contra Faust. Possid. vita August. c. 6.

A. 5121. Per. Jul. ad 5163. A. Christ. 408. ad 450.

lagianos [a]; magna quoque pars fuit Collationis cum *Donatistis*, coram *Marcellino* Tribuno, anno 411 institutæ [b]. Secundum quam Imperator variis edictis *Donatistarum* contumaciam repressit [c].

Paulinus Nolanus.

§. 3. Floruit & *Paulinus Burdegalensis* ex *Aquitania* nobili loco natus, ab anno 394 *Nolanus* Episcopus, qui inter primos imaginum in Templis usum propugnavit, & obiit X ante Kal. *Julii* anni 431 [d]; *Gregorius Magnus* [e] hunc sponte se sua *Vandalis* in servitutem dedisse scribit, ut captivum viduæ cuiusdam filium redimeret, quod merito *Pagius* [f] fabulis adscribendum iudicat.

Leo I.

§. 4. *Leo* I sedem *Romanam* anno 440 adeptus [g], occasione litis *Hilario Arelatensi* intentatæ & acerbius actæ [h], legem a *Valentiniano* Imperatore impetravit anno 445, qua omnes Occidentis Episcopi *Romano* Episcopo subiiciuntur, eiusque se iudicio sistere iubentur [i].

Petrus Chrysologus, Orosius & alii.

§. 5. *Petrus Chrysologus Ravennatensis* Episcopus factus anno 433 [k]. *Paulus Orosius* Historiarum adversus paganos auctor [l]. *Vincentius Lirinensis* de Semipelagianismo suspectus, anno 434 libellum edidit adversus hæreses [m]. Eodemque circiter anno *Prosper Aquitanicus Cassianum* & *Semipelagianos*, per *Gallias* invalescentes, confutavit [n]. *Gennadius Massiliensis* Presbyter, qui de Scriptoribus Ecclesiasticis scripsit [o].

Germanus & Palladius.

§. 6. Sanctitatis laudem adepti sunt, *Germanus Antesiodorensis* Episcopus anno 429 a *Cœlestino* Papa in *Britanniam* missus, ut *Pelagianam* hæresin exstingueret [p]: & *Palladius* ab eodem *Cœlestino* ad *Sco-*

[a] Possid. Ib. c. 18. [b] Collatio hæc exstat apud Baluz. Coll. Nova Conc. p. 118—358. [c] Lex 52. 54. 55. Cod. Theod. de Hær. [d] Uranius in narrat. de obitu S. Paulini apud Surium Junii XXII. Histoire Literaire de la France T. II. p. 179. & seqq. [e] Gregorius Papa L. III. Dial. 1. [f] Pag. Crit. an. 431. p. 54—60. [g] Prosp. in Chron. [h] Leo ep. 89. Honoratus in vita Hilarii apud Surium ad diem V Maii. Histoire Literaire de la France T. II. p. 265. [i] Novell. Tit. 24. [k] Rubeus in Hist. Raven. T. II. p. 98. in Thesauro Italiæ T. VII. P. I. [l] Marcell. in Chron. [m] Basn. Ann. Eccl. Polit. an. 484. n. 10. 11. Caveus. [n] Libro contra Collatorem. Basn. Ann. an. 434. n. 13. 14. [o] Histoire Literarire de la France T. II. p. 632. & seqq. [p] Prosp. in Chron. Pag. Crit. an. 429. n. 2. Hist. Literaire de la France T. II. p. 256. & seqq.

Scotos five *Hibernos* miffus anno 431 [a]. A. 5121.

§. 7. In Oriente celebre nomen nactus eft *Cyrillus*, ab anno 412 *Alexandrinus* Epifcopus [b]. Qui nimio contra *Neftorium* difputandi fervore prolapfus, inprudens φύσιν & ὑπόστασιν confundere, atque adeo *Eutychianis* præludere vifus eft [c].

Per. Jul. ad 5163. A. Chrift. 450. ad 450.

Cyrillus & Synefius.

Synefius Cyrenenfis ex Platonico Philofopho *Chriftianus*, & *Ptolemaidis* in *Cyrenaica* Epifcopus factus circa annum 410 [d].

§. 8. *Theodoretus*, *Cyri* Epifcopus in *Syria*, fub annum 423 præeffe cœpit Ecclefiæ illi [e], eruditione & fcriptis clarus [f].

Theodoretus, Socrates & Sozomenus.

Socrates caufidicus hiftoriam 140 annorum feptem libris conplexus, definit anno 439 [g]. Et qui eodem tempore floruit *Hermias Sozomenus* hiftoriæ Ecclefiafticæ auctor [h].

Vivebat etiam tum *Simeon*, a columna, in qua diu manfit, *Stylites* dictus [i].

§. 9. Doctrina vero celebres exftitere feminæ duæ; *Eudocia*, *Theodofii* iunioris uxor [k], & *Hypatia*, *Theonis* Philofophi filia, ab *Alexandrinis* anno 414 in populari feditione mifere laniata [l].

Eudocia & Hypatia.

S f C A-

a Profp. in Chron. Pag. Crit an. 431. n. 51. *b* Socrat. L. VII. c. 7. *c* Salig. de Eutych. ante Eutychem. c. xxxi. p. 307. & feqq. *d* Evagr. L. I. c. 15. Synef. Epift. 57. 66. & 105. Bruk. Hift. Crit. Philof. T. III. p. 511. & feqq. *e* Pag. Crit. an. 423. n. 8. 9. *f* Pag. Crit. an. 427. n. 9. & feqq. *g* Socrat. L. VII. c. 48. *h* Basn. Ann. an. 440. n. 7. Pag. Crit. an. 439. n. 11. *i* Theodorit. Hift. Patrum c. 36. & vita apud Surium V Januarii. *k* Phot. Bibl. Cod. 183. p. 414. 415. *l* Socrat. L. VII. c. 15. Theoph. in Chron.

A. 5163. Per. Jul. ad 5204. A. Christ. 450. ad 491.

CAPUT XVII.

De Marciano, Leone, Zenone, *Imperatoribus, rebusque eo tempore in* Oriente *gestis: ubi de* Aspare, Ardaburio, Basilisco *&* Leontio *tyrannis.*

Ab anno 450 Christi *ad* 491.

§. 1.

Marcianus militia clarus.

THeodosio Juniore V ante Kal. *Augusti* anni 450 mortuo, agente *Pulcheria Theodosii* sorore, quæ & ipsa ei in manum convenit, iam senex imperium adeptus est *Marcianus*, genere *Thrax*, ignobili loco natus, sed militia clarus [a]. Statim sub initium imperii *Hunnis* annuum tributum, a *Theodosio* promissum, pendere recusans ea constantia *Attilam* ab Orientis imperio avertit [b], eoque mortuo, fœdere cum *Gepidis*, *Ostrogothis* aliisque populis, qui sub *Attilæ* imperio fuerant, inito, pacem coluit [c], rebus ecclesiæ conponendis cum *Pulcheria* intentus, quæ tamen annos 54 & aliquot menses nata obiit anno 453 [d]; quartoque post anno, *Christi* 457, mense *Februario* mortuus est *Marcianus*, natus annos 65, cum annis sex & totidem mensibus imperasset [e].

Leo exercitus bello Vandalico.

§. 2. *Marcianum* excepit *Leo*, ex *Dacia Illyrica* oriundus [f], opera potissimum *Asparis* viri *Alani*, sed in aula præpotentis promotus; primus ex Imperatoribus ab *Anatolio* Episcopo *Constantinopolitano* coronatus est [g]. Primo eius anno *Antiochia* gravi terræ motu concidit [h]. *Constantinopolis* anno 456 magnam partem conflagravit [i]. Pace a *Gothis* redemta [k], grave con-

a Evagr. L. II. c. 1. Theodor. Lect. L. I. c. 2. Chron. Alex. Niceph. Callist. L. XIV. c. 58. XV. c. 1. Prosp. Idacius & Marcell. in Chron. *b* Prisc. Exc. Legat. p. 39. 40. Edit. Paris. *c* Jorn. Get. c. 50. Barb. Ant. Fœd. P. II. §. 119. *d* Chron. Alex. & alii. Pag. Crit. an. 453. n. 5. *e* Chron. Alex. p. 329. Marc. in Chron. Pag. Crit. an. 457. n. 2. *f* Candid. apud Phot. cod. 79. p. 173. *g* Theoph. p. 95. Chron. Alex. p. 320. Niceph. Call. L. XV. c. 15. *h* Theoph. in Chron. p. 95. Evagr. L. II. c. 12. Pag. Crit. an. 458. n. 6. 7. *i* Chron. Alex. p. 322. Evagr. L. II. c. 13. Theodor. Lect. L. I. c. 23. Pag. h. an. n. 2. *k* Jorn. c. 52. Barb. Antiq. Fœd. P. II. §. 124.

contra *Gensericum*, *Vandalorum* in *Africa* Regem, bellum gessit, primum anno 468 *Basilisci* fraude minus prosperum, mox sequente felicius, quo *Vandalos* ad pacem petendam adegit [a]. A. 5163. Per. Jul. ad 5204. A. Christ. 450. ad 491. Et Gothico.

§. 3. *Asparem* cum filiis *Ardaburio* & *Patricio*, quem, desponsata ei *Leontia* filia [b], anno 468 Cæsarem fecerat, anno 471 oppressit [c]. Sequente vero *Ostryn*, *Asparis* protectorem, & *Theodoricum Gothum Triarii* filium, cuius *Aspar* sororem duxerat, id ultum venientes, ab *Constantinopolis* obsidione depulit [d], adiuvante *Zenone Isauro*, cui anno 458 filiam *Ariadnam* conlocaverat [e]. *Leo* re anno 473 cum *Gothis* conposita [f], mense *Januario* anni 474 moritur, cum *Leonem* iuniorem, *Zenone* & *Ariadna* natum, Imperatorem renunciasset [g]. Filias ex *Verina* duas reliquit *Ariadnam*, quæ *Zenoni* postea Imperatori nupsit, & *Leontiam Marciano Anthemii* filio conlocatam [h].

§. 4. *Leo* ab avo Imperator designatus, mox *Februario* mense *Zenonem* patrem manu sua coronavit, *Augustum*que constituit, & cum eo mensibus transactis decem mortuus est ætatis anno decimo septimo, anno illo ipso 474, quo decesserat avus eius *Leo* [i]. Leo iunior.

§. 5. *Zeno* itaque solus deinceps imperavit, in *Isauria* natus, homo fœdus & libidinosus, insuperque inbellis ac ignavus [k]. Qui, pace anno 475 ab *Ostrogothis* & *Vandalis* redemta [l], sub initium anni 476 [m], *Verinæ* socrus & huius fratris *Basilisci* oppressus insidiis, in *Isauriam* profugit cum *Ariadna* coniuge [n]. Zeno homo fœdus, eiectus & restitutus.

a Theophan. p. 99—101. Procop. I. B. Vand. c. 6. Barbeir. P. II. §. 127. 128. b Du Fresne Fam. Byz. p. 79. 80. c Macell. & Victor Tunun. in Chron. Candid. apud Phot. p. 173. Theoph. p. 101. Pag. Crit. an. 469. n. 1. 4. 470. n. 2. 3. d Theoph. p. 101. Chron. Alex. p. 323. Jorn. Get. c. 52. e Theoph. p. 96. Pag. Crit. an. 470. n. 2. 3. an. 471. n. 5. f Malchus Rhetor p. 92. 93. g Theophan. p. 103. Candid. apud Phot. p. 174. 175. h Du Fresne Fam. Byzant. p. 79. i Evagr. L. II. c. 17. Theodor. Lector. L. I. n. 27. Theoph. l. d. Chron. Alex. p. 324. k Evagr. L. III. c. 1. Theoph. p. 103. Zonar. XIV. c. 2. Malchus Excerpt. Legat. p. 87. l Barbeir. P. II. §. 132. 133. m Lex 28. Cod. Justin. de Jure dotium. Pag. Crit. an. 476. n. 5. n Theophan. p. 103. Chron. Alex. p. 325. Candid. apud Phot. p. 174. Evagr. L. III. c. 3. Theod. Lector L. I. c. 28. Excerpta Valesii de Theodorico p. 663.

A. 5163. Per. Jul. ad 5204. A. Christ. 450. ad 491.

Basiliscus, exclusa *Verina*, cum uxore *Zenonide* Imperator adclamatus, mox *Marcum* filium suum Cæsarem ac dein Augustum creavit[a]. Sed cum *Basiliscus* male parto imperio per tyrannidem abutitur, & instigante uxore Concilii *Chalcedonensis* decreta damnat, *Timotheum Ælurum* & *Petrum Fullonem*, in eas sedes, unde erant eiecti, restituit, *Acacio Constantinopolitano* Episcopo fortiter obnitente[b], ac *Verina*, mutato in favorem generi animo, clam id agente[c], *Zeno* ex *Isauria* redux, conciliato sibi *Armato* militum magistro, & *Basilisci* consobrino, recuperavit imperium anno 477[d], post 20 menses quam eiectus erat[e]. *Basiliscum* ex Ecclesia protractum, & cum uxore *Zenonide* in *Cappadociam* relegatum, mori fame coëgit[f]: vel, ut *Malchus*[g] habet, gladio subiecit. *Armatum* vero, cui ex pacto militum præfecturam dederat, anno 484 occidit, filiumque eius *Basiliscum* ex Cæsare inter clericos adscribi curavit, qui postea *Cyzizenus* Episcopus factus est[h].

Marciano prævalet.

§. 6. Post hæc novi contra *Zenonem* motus exstitere. Primum *Marcianus*, filius *Anthemii*, eius, qui Occidentis Imperator fuerat, *Leontiam Ariadnæ* sororem in matrimonio habens, imperium uxoris iure sibi adrogabat; quod ea, *Leone* iam imperium obtinente, nata erat, non ut *Ariadna*, privato. Rem itaque gnaviter adgressus, pulso *Zenone*, dum rem in crastinum differt, victoriam corrupit. Mox ergo *Illi* Patricii, genere *Isauri*, fraude superatus, ab *Acacio* Patriarcha Presbyter consecratur anno 479[i].

Ut & Illo ac Leontio.

§. 7. Sequente dehinc anno, cum *Illi* consilio *Verinam* socrum relegasset, *Ariadna*, inmisso percussore, *Illum* occidere tentavit: sed, amputata tantum auricula evasit *Illus*, quem, ut leniret *Zeno*, ducem

[a] Candid. l. d. Theod. Lect. L. I. c. 29. Evagr. l. d. Theoph. p. 104. Chron. Alex. [b] Evagr. L. III. c. 4—7. Theod. Lect. L. I. 29—34. Theoph. p. 104. 105. Chron. Alex. [c] Candid. apud Phot. p. 176. [d] Chron. Alex. p. 325. Theoph. p. 106. 107. Evagr. L. III. c. 8. Excerpt. de Theodorico p. 663. [e] Victor Tununensis & Procop. L. I. B. Vand. c. 7. [f] Chron. Alex. p. 326. Theoph. p. 107. Evagr. L. III. c. 8. Marcell. in Chron. [g] Malchus apud Phot. Cod. 78. p. 172. [h] Theoph. p. 107. Malchus l. d. Chron. Alex. p. 326. [i] Theoph. p. 109. Evagr. L. III. c. 26. Theod. Lector. L. I. n. 37. Candid. apud Phot. p. 177.

ducem Orientis cum summa potestate constituit. At is iniuriæ memor, *Leontium* Patricium anno 482[a] *Verina Augusta*, e *Papyrio* castello *Isauriæ* protracta apud *Tarsum*, *Ciliciæ* oppidum, *Augustum* renunciari curat. Conlapsam *Zenonis* rem, *Verina Augusta* anno 484 mortua, *Johannes Scytha*, *Zenonis* dux, adiuvante *Theodorico Gotho*, restituit, ab his enim victi *Leontius* & *Illus*, se castello *Papyrio* clauserunt: quo post annos quatuor fraude fratris uxoris *Trocundi*, fratris *Illi*, capto, ambobus præfecta sunt capita, & *Constantinopolim* adlata anno 488[b].

A. 5163. Per. Jul. ad 5204. A. Christ. 450. ad 491.

§. 8. Dehinc *Zeno*, sublatis tyrannis, crudelior factus, dum proscriptionibus & cædibus sævit, inter alios *Pelagium* Patricium prudentia & æquitate celebrem sustulit anno 490[c]. Proximoque ab eo *Zeno*, epilepsia correptus, identidem *Pelagii* nomen appellans, excessit e vita[d], post decimum septimum imperii annum ait *Evagrius*[e]. Filium non reliquit, sed fratrem *Longinum* [f].

Sævior factus exstinguitur.

a Theoph. p. 109—111. Candid. p. 176. 177. Evag. L. III. c. 27. Theodor. Lect. L. II. n. 3. b Theoph. p. 111. 113. 114. Evagr. L. III. c. 27. Theodor. Lect. L. II. n. 4. Marcell. in Chron. c Theoph. p. 116. Chron. Alex. p. 328. Marcell. in Chron. d Theoph. l. d. e Evagr. L. III. c. 29. Marc. Chron. Pag. Crit. an. 491. n. 2. f Theoph. p. 116. du Fresn. Fam. Byzant. p. 82.

A. 5163. Per. Jul. ad 5204. A. Christ. 450. ad 491.

CAPUT XVIII.

De ultimis Imperii Occidentis Imperatoribus: de Attilæ *&* Genserici *excursionibus:* Odovacre *&* Theodorico *regnum in* Italia *constituentibus, ab anno 450 ad 491.*

§. I.

Hunni duce Attila in Galliis.

VAlentiniano III adhuc superstite, *Attila*, qui anno 444 [a], occiso fratre *Bleda*, solus *Hunnis* ac tantum non omnibus *Scythiæ* populis imperare cœperat, sexto post anno *Christi* 450 in *Gallias* contendit, ut nobilissimas mundi gentes, *Romanos* & *Visegothos* sub iugum mitteret. [b]. Et vero invitabant ipsum, ut in eam partem arma verteret, discordia inter *Francorum* principes *Cloionis* filios de regno orta, *Honoria Valentiniani* Imperatoris soror, & *Gensericus Vandalorum* Rex [c]. Veniens igitur cum exercitu, ut ferunt, quingentorum millium [d], post *Metas* pervastatas exercitum ad *Aureliam* adduxit [e]; sed *Theodorico*, *Visegothorum* Rege, cum *Aëtio* opitulatum venientibus, inde in *Belgicam* concessit; ubi anno 451 magno conmisso prælio fusus est in campis *Catalaunicis*, haud procul *Metis*, cæsa scribunt *Idacius* [f] & *Isidorus* [g] ferme trecenta millia, inter quos & *Theodoricus* fuit *Visegothorum* Rex [h]. Satis constat debellari cum *Hunnis* potuisse, nisi veritus esset *Aëtius*, ne, his funditus exstinctis, *Gothi* in *Galliis* sustineri non possent: itaque *Thorismundo*, *Theodorici* filio, per speciem adeundi paterni regni, in *Narbonensem* redire persuasit [i]. Qui post annum, *Alanis* bello perdomitis, a fratribus *Theodorico* & *Friderico* iugulatus est [k].

§. 2. At-

a Prosp. in Chron. b Jorn. Get. c. 34. 35. c Prisc. Excerpt. Legat. p. 39. 40. Jorn. c. 36. 42. d Jorn. Get. c. 35. e Gregor. Tur. L. II. c. 6. 7. Jorn. c. 37. Excerpta ex vita S. Aniani apud du Chesne T. I. p. 521. 522. f Idac. Chron. p. 25. g Isid. æra 457. h Jorn. Get. c. 36—40. Gregor. Tur. L. II. c. 7. Theoph. p. 90. C. Cassiod. & Prosp. Chron. an. 451. Hist. Misc. p. 97. & seq. i Jorn. c. 41. Gregor. Tur. l. d. k Gregor. L. II. c. 7. Idac. l. d. Isidor. æra 490.

§. 2. *Attila*, reparatis copiis anno 452 in *Italiam* infudit exercitum; ubi *Aquileiam* obsidione captam solo æquavit. Inde *Mediolano*, *Ticino* aliisque vastatis oppidis, *Romæ* imminens, missa legatione, cuius caput *Leo* Papa erat, placatus in patriam rediit[a]: ubi anno sequente[b], cum puellam duxisset, hausto largius mero, resupinus iacens, sanguine ex naribus in fauces inlapso, exstinctus est[c]. Eius morte dissolutum *Hunnorum* imperium, *Gepidæ*, quondam *Hunnis* parentes, *Daciam*, quæ nunc *Transilvania* dicitur, *Ostrogothi Pannoniam* acceperunt[d].

A. 5163. Per. Jul. ad 5204. A. Christ. 450. ad 491.

In Italia. Imperium morte Attilæ dissolutum.

§. 3. Ferunt *Venetiarum* civitatem ex illa Barbarorum incursione originem, potius incrementa, accepisse, *Italis* plerisque, maximeque *Patavinis* ex urbium suarum incendiis & ruinis ad æstuaria receptum habentibus[e], urbemque hanc, ceu satis celebrem, sed *Gothis* subiectam, post annos 80 memorat *Cassiodorus*[f].

Venetiarum origo.

§. 4. At *Valentinianus*, *Placidia* matre V ante Kal. *Decemb.* anni 450 mortua[g], laxatis licentiæ frenis, imperio per libidinem & crudelitatem abutitur: itaque cum *Maximi* Senatoris uxori stuprum obtulisset, illiusque callido consilio suspectum sibi redditum *Aëtium* obtruncasset in palatio anno 454[h]: sequenti eiusdem dolo *Maximi* per *Aëtii* satellites in Campo *Martio* confoditur 16 Kal. *Aprilis*[i], natus annos 36, imperii 31[k]. Reliquit ex *Eudoxia*, *Theodosii* Junioris filia, filias duas *Eudociam Honoriam*, quæ *Hunnerico*, *Genserici Vandalorum* Regis filio, nupsit, & *Placidiam Anicio Olybrio* conlocatam[l].

Valentinianus III. libidine infamis.

§. 5. *Maximus*, *Eudoxiæ Valentiniani* coniugis potitus nuptiis, cum se eius amore falsus esset, in *Va-*

Gensericus cum Vandalis in Italia.

a Jorn. c. 42. Proc. B. Vand. L. I. c. 4. Cassiod. Var. L. I. c. 4. Prosp. Idac. & Cassiod. in Chron. Barb. Antiq. Fœd. P. II. §. 116. *b* Prosp. & Cassiod. in Chron. *c* Jorn. c. 49. Theoph. p. 93. A. Miscell. p. 98. Edit. Murator. *d* Jorn. c. 50. Prisc. Excerpt. Legat. p. 44. Prosper in Chron. *e* Constantinus Porphyrog. in præceptis de regendo imperio. Blondus Dec. I. L. III. p. 41. Sabell. Ennead. VIII. L. I. Squittino della liberta Veneta cap. 1. *f* Cassiod. Var. L. XII. c. 24. *g* Prosp. in Chron. *h* Procop. Vand. L. I. c. 4. Hist. Misc. p. 98. Victor Tunun. & Cassiod. in Chron. *i* Anon. Cuspiniani. Marcell. p. 42. *k* Idacius in Chron. *l* Du Fresne Fam. Byzant. p. 74.

A. 5163. Per. Jul. ad 5204. A. Christ. 450. ad 491.

Valentiniani conspirasse mortem, adeo eius accendit animum, ut *Gensericum* in *Italiam* evocaret ex *Africa:* cuius adventu territus *Maximus*, in fuga pridie Idus *Junias* [a] laniatus a suis in *Tiberim* proiectus est [b]. Tertio post die veniens *Gensericus Romam* ingreditur, urbem per dies XIV spoliat. *Eudoxiam Augustam* eiusque filias ambas *Eudociam* & *Placidiam* in *Africam* abducit: *Eudociam* filio suo *Hunnerico* uxorem tradit, *Eudoxiam* anno 457 cum *Placidia* petenti Imperatori *Byzantium* mittit [c]. *Eudocia*, cum annis 16 cum *Hunnerico* vixisset, & *Ildericum* peperisset, clam dilapsa, *Hierosolymam* fugiens, ibi moritur anno 472, ut scribit *Theophanes* [d].

Avitus multa laude dignus.

§. 6. Interim *Fl. Mæcilius Avitus*, origine *Gallus*, a *Maximo* legatus ad *Theodoricum Visegothorum* Regem missus, eius hortatu imperium sumsit VI Idus *Julias* anno 455 [e], paceque cum *Gothis* firmata, *Theodoricum* in *Hispanias* contra *Suevos*, *Tarraconensem Romanorum* provinciam vastantes, immisit, a quo capto occisoque *Rechiario Suevi* perdomiti sunt anno 457 [f]. *Avitus* ab *Ricimere* Magistro militum captus XVI ante Kal. *Julias* anno 456 *Placentinus* Episcopus ordinatur [g]: *Evagrius* [h] tantum octo mensium imperium ei tribuit, forte ab eo tempore, quo a *Marciano* agnitus fuit. Quandoquidem vero ex *Cuspiniani* Anonymo constat, *Maiorianum* demum Kal. *Aprilis* anni 457 levatum fuisse, oportet, ut decem mensium & aliquot dierum interregnum fuerit; atque ita tempore interregni *Avito* inputato, utcunque tueri licet, quod scribit *Idacius*,

a Anon. Cuspin. *b* Procop. B. Vand. L. I. c. 4. Theoph. p. 93. Sidon. Apoll. L. II. ep. 13. Jorn. c. 45. Victor Tunun. p. 2. Prosp. Chron. Pithœan. p. 318. & Idacius in Chron. p. 25. *c* Procop. Vand. L. I. c. 5. Theoph. p. 93. 94. Evagr. L. II. c. 7. Miscell. p. 98. Priscus Excerpt. Legat. p. 73. 74. Victor Tunun. l. d. Marcell. Chron. p. 42. Chron. Alex. Prosp. l. d. Idac. in Chron. p. 26. *d* Theoph. p. 102. *e* Anon. Cuspin. Marius Aventic. apud du Chesne T. I. p. 210. Gregor. Tur. L. II. c. 11. Sidon. Carm. VII. vs. 400. & seqq. Idacius in Chron. p. 25. *f* Idacius in Chron. p. 26. Isidorus æra Gothor. 491. & Sueverum æra 486. Jorn. Get. c. 44. Chronologia Regum Gothorum apud du Chesne T. I. p. 818. *g* Theoph. p. 94. Anon. Cuspin. Cassiod. Chron. Victor Tunun. p. 2. Pag. Crit. an. 456. n. 5—7. *h* Evagr. L. II. c. 7.

tius [a], *Avitum* tertio anno, postquam a *Gallis* & a *Gothis* factus fuerat Imperator, caruisse imperio & vita.

A. 5163. Per. Jul. ad 5204. A. Christ. 450. ad 491.

§. 7. *Maiorianus* igitur de consensu *Leonis*, qui *Marciano* in Oriente successerat; & adiuvante Patricio *Ricimere* anno 457 apud *Ravennam* sumsit imperium [b]: ingentis animi Princeps; qui, pace cum *Gothis* renovata [c], recuperandæ *Africæ* cupidus, bellum contra *Vandalos* adgressurus, legati specie ipse ad *Gensericum* profectus est [d]. Sed a *Ricimere* Patricio ex invidia apud *Dertonam* comprehensus IV Nonas *Augusti* anni 461 abdicare coactus, & VII Idus *Augusti* apud *Hyram* fluvium interfectus est [e].

Maiorianus ingentis animi princeps.

§. 8. Eidemque ab *Ricimere* Senatus consensu Imperator subiectus est *Severus* XIII ante Kal. *Decembres* anno eodem 461 [f]: verum & hunc anno regni quarto, XVIII Kal. *Septembres Christi* 465, veneno sustulit [g].

Severus Ricimeri obnoxius.

§. 9. Post hunc anni unius & aliquot mensium interregnum fuit, *Ricimere* rerum summam obtinente [h]; donec agente *Ricimere*, qui eius sibi filiam desponsaverat [i], & auctoritate *Leonis* Imperatoris, in Occidentem missus est Imperator *Anthemius* Patricius, filius *Procopii* [k], *Anthemii*, qui sub *Theodosio* Juniore principem in repub. locum obtinuerat, nepos, & *Marciani* gener [l]. Is *Romæ* Imperator appellatus est pridie Idus *Apriles* anno 467 [m]. Sic *Ricimer* Imperatoris gener factus solita perfidia socerum, bello civili prius adpetitum, *Romæ* peremit V Idus *Julii* anno 472 [n], cum imperasset anno 5 & menses aliquot.

Anthemius a Ricimere vexatus.

[a] Idac. in Chron. p. 26. post Chron. Scaligeri. [b] Anon. Cuspin. Marcell. p. 42. Sidon. Carm. V. Idac. p. 26. [c] Idac. p. 27. Prisc. Excerp. Legat. p. 42. [d] Procop. B. Vand. L. I. c. 7. Idac. p. 27. Cassiod. Chron. [e] Anon. Cuspin. Idacius l. d. Marcell. p. 43. Marius Aventic. p. 211. Misc. p. 98. Jorn. c. 45. Cassiod. Chron. [f] Anon. Cusp. Cass. Chron. Idac. p. 21. Marcell. in Chron. [g] Anon. Cusp. Cassiod. & Idac. Chron. p. 22. [h] Theop. p. 94. A. [i] Sidon. L. I. ep. 5. & 9. & Carm. L. II. vs. 484. [k] Sidon. Carm. L. II. vs. 68. [l] Evagr. L. II. c. 16. Theoph. p. 98. Prisc. Exerpt Legat. p. 76. Jorn. Get. c. 45. Cassiod. Idac. Marcell. & Chron. Alex. [m] Anon. Cuspiniani. [n] Anon. Cuspin. Ennodius vita Epiphanii. Hist. Misc. L. XV. p. 99. Cassiod. Chron. Victor Tunun. p. 3. Marcell. p. 44. Barbeir. Ant. Fœd. P. II. §. 126.

A. 5163. Per. Jul. ad 5204. A. Christ. 450. ad 491.

§. 10. *Anthemio* ab *Ricimere* subfectus est *Olybrius* [a], qui *Placidiam Valentiniani* III filiam in matrimonio habebat [b]. *Ricimer* defunctus est XV Kal. *Septembris* [c]: *Olybrius* autem X Kal. *Novembris* [d].

Olybrius. Glycerius.

§. 11. Itaque post interregnum aliquot mensium hortatu *Gundibali*, quem *Olybrius* Patricium fecerat, III Nonas *Martias* anno 473 *Ravennæ* imperium sumsit *Glycerius* [e], qui *Ostrogothos Widimire* duce in *Italiam* venientes datis muneribus in *Gallias* transtulit [f]: verum sequente anno ab *Julio Nepote* imperio privatus apud *Salonas Dalmatiæ* Episcopus ordinatus est [g].

Julius Nepos.

§. 12. Itaque *Julius Nepos* VIII Kal. *Julias* anno 474 adeptus est imperium [h]: sed & hunc sequenti anno V Kal. *Septembres* eiectum, *Salonas Dalmatiæ* fugere conpulit *Orestes* Patricius, ubi quinque annis vixit [i].

Augustulus ab Odovacre victus.

§. 13. Eoque eiecto *Augustulus* ab *Oreste* patre suo pridie Kal. *Novembris* Imperator salutatus est [k] *Romanorum* in Occidente postremus [l]. Nam *Odovacer Orestis* satelles, adiunctis sibi *Turcilingis*, *Sciris* & *Herulis*, *Italiam* anno 476 occupavit X Kal. *Septembris*, & quinto post die *Oreste*, mox & *Paulo*, fratre eius, pridie Nonas *Septembris* cæsis, *Augustulum* relegavit in *Campaniam* [m]. Ita Imperium Occidentale desitum est *Basilisco* & *Armato* Coss. Indictione 14, anno *Christi* 476 [n].

Odovacer Rugos vincit.

§ 14. *Odovacer* regio nomine, sine eius insignibus [o], *Italiam* tenuit annis 13, antequam *Ostrogothi Theodorico* Rege in illam advenirent [p]. Ab eo *Phe-*

lethens

a Evag. L. II. c. 16. *b* Theoph. p. 101. 102. Prisc. Exc. Legat. p. 74. *c* Anon. Cuspin. *d* Anon. Cuspin. *e* Anon. Cuspin. Cassiod. Marcell. p. 44. Jorn. Get. c. 45. Hist. Misc. p. 99. *f* Jorn. c. 56. *g* Evagr. L. II. c. 16. Jorn. de Regn. Succes. c. 101. Marcell. p. 44. Cassiod. Chron. *h* Anon. Cuspin. *i* Anon. Cuspin. Excerpta de Theodorico p. 662. Marcell. p. 44. 45. Cassiod. Chron. *k* Anon. Cuspin. *l* Evagr. L. II. c. 16. Theoph. p. 102. D. Procop. B. Got. L. I. c. 1. *m* Procop. l. d. Excerpt. de Theod. l. d. Miscell. p. 99. Anon. Cuspin. Marcell. p. 44. Jorn. Get. c. 46. *n* Cassiod. Chron. & modo laudati. *o* Cassiod. Chron. Barbeir. Antiq. Fœd. P. II. §. 135. *p* Excerpt. de Theodor. p. 663. Jorn. c. 46.

lethens sive *Phœba* Rex *Rugorum*, qui ultra *Danubium* in *Norici* finibus habitabant, devictus, & una cum *Gisa* uxore pessima femina, captus est [a] anno 487 *Novembris* decimo octavo [b]: qua occasione tota in *Italiam* gente translata *Longobardi* in vacuas *Rugorum* sedes inmigrarunt [c]. A. 5163. Per. Jul. ad 5204. A. Christ. 450. ad 491.

§. 15. Anno vero 489 *Theodoricus*, Rex *Gothorum*, *Zenonis* hortatu, *Italiam* adiens, *Odovacrem* gemino prælio superatum, ad *Isontium* fluvium & ad *Veronam*, sequenti vero ad *Adduam* fluvium tertio victum *Ravennam* coëgit fugere Idibus *Julii* [d]: ubi triennio illum, dubio adhuc bello, obsedit, ac postremo fraudulenta pactione III Nonas *Martii* inita, ut *Italiam* communiter obtinerent, ad convivium adhibitum eundem intefecit anno 493 [e]. Quo initium habuit *Gothorum* in *Italia* regnum, quod *Theodoricus* ab hoc tempore tenuit annos 33 [f], a victoria ad *Veronam* reportata 37 [g].

Theodoricus victo Odovacre Italia potitur.

CAPUT XIX.

De rebus Ecclesiasticis ab anno Christi 450 ad 491. *Ubi de* Calcedonensi *Concilio* & Zenonis Henotico, *deque eruditis eius ætatis.*

§. 1.

Quarta Synodus Oecumenica, imperante *Marciano*, celebrata anno 451, in qua damnatus est *Eutyches*: Cuius ordinem brevi compendio pertexam.

Eutychis sententia.

Eutyches Constantinopolitanus Archimandrita, dum fervidius contra *Nestorianos* caussam agit, inprudentia in contrarium prolapsus [h], ab anno 447 hæreseos suspectus esse cœpit [i]. Cum enim multorum auctoritatem secutus, duas in *Christo* naturas adfirmare

[a] Warnefr. de Gestis Longobard. L. I. c. 19. Excerpt. de Theod. p. 664. [b] Anon. Cusp. Cassiod. Chron. [c] Warnefr. L. I. c. 19. [d] Excerpt. de Theodor. p. 664. Anon. Cusp. Cassiod. Chron. Barbeir. P. II. §. 145. [e] Anon. Valef. p. 665. Anon. Cusp. Cassiod. Marc. in Chron. Procop. I. B. Goth. c. 1. Misc. p. 99. 100. [f] Anon. Valef. de Theodor. l. d. [g] Procop. l. d. [h] Leo Papa ep. 6. 10. 19. [i] Victor Tunun. p. 1. & apud Canis. T. I. p. 321.

A. 5163. Per. Jul. ad 5204. A. Christ. 450. ad 491.

mare vereretur [a], unamque adsereret Verbi incarnati naturam, ex duabus naturis deitate & humanitate conpositam; sed ita ut post nativitatem, duabus naturis secundum subsistentiam unitis, una adoranda sit *Jesu Christi* natura [b]. Visus est adversariis omne post unionem naturarum discrimen tollere & duarum naturarum proprietates confundere [c], ut veri nominis generatione secundum carnem sublata, veræ mortis ac resurrectionis *Christi* confessio solveretur [d], ac sola corporis humani species sine veritate relinqueretur [e]. Cui gravissimo errori, & omne fidei fundamentum subvertenti alii addebant, ipsum docuisse, Dominum nostrum *Jesum Christum* non esse Consubstantialem nobis, sed de cœlo corpus habuisse [f]. Quam tamen, ceu sibi immerenti illatam contumeliam statim sub initium a se removit *Eutyches* [g], licet contenderet, corpus Domini, ex *Maria* natum, non esse nostræ essentiæ, *μηδὲ τοῦ ἀνθρωπείου φυράματος* neque humanæ massæ [h].

Motus eo nomine & Synodus Ephesina.

§. 2. Ex qua lite, fervidius utrimque neque eo, quo decuisset, pacis studio acta, gravis Ecclesiam infecit hæresis. Cum enim *Eutyches* ab *Eusebio*, *Dorilæi* Episcopo, postulatus, in Synodo *Constantinopoli* a *Flaviano*, eius urbis antistite, habita damnatus esset mense *Novembri* anni 448 [i]. Mox suum cum fide *Nicæna* consensum testatus [k], implorata Imperatoris *Theodosii*, & *Leonis* ope [l], sequenti anno opera *Chrysaphii* Eunuchi obtinuit, ut mense *Augusto* [m] alia apud *Ephesum* Synodus haberetur [n], quam vulgo

ληστρι-

[a] Eutyches epistola ad Leonem in Sylloge Lupi c. 222. apud Baluz. Conc. Coll. p. 933. [b] Eutyches Conc. Chalced. Act. I. p. 142. & 163. apud Hard. T. II. Conc. & Baluz. l. d. p. 933. 934. Leo ep. 10. c. 6. Facund. L. I. c. 5. [c] Epist. Flaviani ad Leonem, quæ octavæ Leonis subiiciuntur, & apud Baluz. p. 1373. & Leo ep. 10. cap. 3. [d] Leo ep. 26. [e] Leo ep. 11. 18. & 62. c. 2. [f] Liberat. c. 11. Vigilius Tapsensis L. III. [g] Eutyches apud Lupum Syll. c. 223. apud Baluz. p. 934. Conc. Chalc. Act. I. p. 142. apud Harduin. T. II. [h] Flavian. in epist. apud Baluz. p. 1373. & Conc. Chalc. Act. I. p. 164. 165. [i] Act. I. Conc. Chalc. apud Hard. T. II. p. 110. & seqq. 166. Basn. Ann. Eccl. an. 448. n. 7—11. [k] Apud Baluz. p. 933. 934. Leo ep. 7. & 31. [l] Leo epist. 7. 8. Liberat. c. 11. Conc. Chalc. Act. I. p. 178. [m] Leo ep. 13. [n] Epist. Imp. Theod. apud Hard. Corp. Conc. T. II. p. 71.

λῃστρικὴν, hoc est, *latrocinalem* vocant; quia in ea *Dioscorus Alexandrinus*, qui ei præerat, inpotenter dominatus[a], non tantum *Eutychem* communioni restituit, sed *Flavianum* aliosque loco movit[b]. *Flavianus Romani* Pontificis opem inplorans, in exsilium actus, ac pugnis calcibusque male multatus interiit[c]. *Leo* Pontifex supplex *Theodosium* Imperatorem rogans, ut pleniorem in *Italia* Synodum cogeret[d], vivo *Theodosio*, & decreta huius Synodi confirmante[e], nihil impetrare potuit.

A. 5163. Per. Jul. ad 5204. A. Christ. 450. ad 491.

Chalcedonense concilium.

§. 3. Verum eo anno 450 mortuo, *Marcianus*, qui occiso *Chrysaphio*[f], cum *Pulcheria* imperium nactus erat, primum quidem orbis *Christiani* Episcopos Kalendis *Septembris* anni 451 *Nicæam* coire, indeque metu belli mense *Octobri Chalcedonem* migrare iussit[g]. Adfuere Episcopi 600 & amplius[h], etiam *Romani* Pontificis legati[i]: Cœpta est VIII Idus *Octobris*[k], & post XVI sessiones absoluta Kal. *Novembris*. Ibi latrocinantium abrogata Synodo, damnatus est *Dioscorus*, & *Eutyches*[l], *Flaviani* aliorumque memoria cum honore restituta, nova fidei confessio scripta, & *Leonis* ad *Flavianum* epistola confirmata[m]. Canones scripti XXX, ex quibus celeberrimus XXVIII, quo Episcopo *Novæ Romæ* æqualia privilegia adiudicantur, quæ *Veteris Romæ*, eo quod Urbs hæc Imperio & Senatu honorata erat[n]. Cui tamen decreto & legatus sedis *Romanæ* & ipse deinde *Leo* omni studio reluctati sunt[o].

Tumultus Alexandrini. Timotheus Ælurus.

§. 4. *Dioscoro Gangram Paphlagoniæ* relegato, & in eius locum ordinato *Proterio*, *Alexandrini*, amore

 Præ-

a Leo ep. 22. 25. Evagr. L. II. c. 4. Conc. Chalc. apud Hard. T. II. p. 82. b Conc. Chalc. p. 131. Marcell. p. 41. Prosp. in Chron. p. 304. Victor Tununensis p. 321. apud Canis. T. I. Baron. Ann. an. 449. p. 74—98. coll. Basn. Ann. an. 449. §. 4—19. c Evagr. L. II. c. 2. Liberat. c. 12. Marc. l. d. d Leo ep. 24. 25. 26. 31. Liberat. c. 12. e Conc. Chalc. Part. III. c. 8. p. 673. apud Hard. T. II. f Marc. & Prosp. in Chron. g Acta Conc. Chalc. p. 50. 51. Evagr. L. II. c. 1. 2. Leo ep. 50. 51. Basn. Ann. 451. §. 6—8. h Leo ep. 52. Liberat. c. 13. i Evagr. L. IV. c. 4. k In Synodi Præfat. apud Hard. p. 54. l Acta Conc. Chalc. apud Hard. T. II. p. 378. m Acta Conc. Chalc. p. 290. & seqq. 451—456. n Acta Conc. Chalc. p. 613. Evagr. L. II. c. 4. Victor Tunun. p. 321. 322. Basn. Ann. an. 451. §. 10—42. o Acta Conc. Chalc. p. 626—643.

A. 5163. Per. Jul. ad 5204. A. Christ. 450. ad 491.

Præsulis sui, ad seditionem versi sunt, sed eos *Marcianus* militari manu coupescuit [a]. Post eius mortem iterum tumultuari cœperunt. *Timotheus* quippe *Ælurus* nocturna circumcursatione monachos contra *Proterium* concitans, facta seditiosorum manu, Episcopatum, ipso vivo, invadit, *Proterium* ab efferata plebe obtruncari curat [b] anno *Christi* 457, duobus a *Marciani* obitu mensibus elapsis [c]. *Leo* Imperator tam inmanis facinoris auctores linguarum abscissione multat [d], *Timotheum*, exploratis de eo & *Chalcedonensi* concilio episcoporum suffragiis [e], *Gangram* primum, dein *Chersonam* deportari curat [f].

Tumultus Antiocheni. Petrus Fullo. Trisagium.

§. 5. Nec diu post anno 463 [g] novos in *Antiochena* Ecclesia tumultus concitavit *Petrus Gnapheus* sive *Fullo*; *Martyrio* enim eiecto sedem *Antiochenam* invadens, ac simul ad *Trisagium* adiiciens verba illa, *qui crucifixus es pro nobis*, visus est *Theopaschitarum* hæresin inducere: sed mox ab Imperatore damnatus exsilio, in *Acœmetarum* monasterio *Constantinopoli* latuit [h]: donec *Leone* mortuo *Basiliscus* tyrannus, arrepto imperio anno 476 tam hunc, quam *Timotheum* restituit [i]. Quos rursus *Zeno*, recuperato principatu, anno 477 expulit [k].

Henoticon Zenonis.

§. 6. Tot motibus nec incruentis medelam adferre cupiens *Zeno* Imperator, inpulsu *Acacii* Episcopi *Constantinopolitani* anno 482 Ἑνωτικὸν sive *Conciliatorium* promulgat [l]. Nec tamen res ex voto cessit, cum enim *Fullo* & *Moggus* ei subscriberent, atque adeo *Acacius* cum illis communicaret [m], novum inter *Acacium*, & *Romanos* Episcopos *Simplicium*, *Felicem* & *Gelasium* dissidium ortum est [n]:

Felix

a Evagr. L. II. c. 5. Theoph. p. 91. 92. Liberat. c. 14. 15. b Evagr. L. II. c. 8. Theodor. Lector L. I. c. 8. 9. Liberat. c. 15. Theoph. p. 94. 95. c Victor Tunun. Leo epist. 73. d Liberat. c. 15. Theoph. p. 95. e Vid. Codex Encyclicus epistolarum in Tomo Conc. Hard. II. p. 689—772. Evagr. L. II. c. 9. 10. f Evagr. L. II. c. 11. Theoph. p. 96. Liberat. c. 15. g Pag. Crit. an. 471. n. 3. & seqq. h Theoph. p. 97. 98. Theodor. Lector L. I. 20—22. Felicis Papæ epist. 3. 4. 5. in T. II. Conc. Hard. p. 818—830. i Evagr. L. III. c. 5. Theodor. Lect. L. I. c. 31. Theoph. p. 104. Liberat. c. 16. k Evagr. L. III. c. 8. Theoph. p. 107. l Evagr. L. III. c. 14. Liberat. c. 18. Victor Tunun. p. 324. Theoph. p. 112. m Evagr. L. III. c. 16. 17. n Evagr. L. III. c. 15. 18. 20.

Felix Acacium anathemate notat, *Acacius Felicis* nomen e diptychis eradit anno 484 [a]. A. 5163. Per. Jul. ad 5204. A. Christ. 450. ad 491.

§. 7. Inter hæc *Alexandriæ*, postquam *Petrus Moggus* sive *Mongus* Henoticon receperat, nova orta est *Eutychianorum* familia, qui, quod *Petro* relicto, capite destituebantur, *Acephali* vocati sunt [b]. Iidemque paullo post in varia sectarum abiere divortia, de quibus infra agetur. Acephali.

§. 8. Eodem tempore, hoc est circa annum 485 *Xenaias*, qui & *Philoxenus*, genere *Persa*, *Hierapolitanus* a *Petro Gnapheo* creatus Episcopus, contra invalescentem imaginum usum acriter declamavit [c]. Xenaias.

§. 9. Circa idem tempus in *Galliis*, cum *Semipelagiani Augustinum* eiusque discipulos accusarent, quasi docerent, hominem ad peccatum prædestinari, fatalemque necessitatem induci, *Prædestinatianorum* nomen audiri cœpit [d]: contra quos disputaturus *Faustus Rhegiensis* eo prolapsus est, ut *Augustini* doctrinam de gratuita prædestinatione directe oppugnaret, & *Semipelagianum* virus ubique spargeret [e]. Prædestinatiani.

§. 10. In *Africa* sub *Arianis* ac Barbaris Principibus graviter oppressa est Ecclesia: primum *Genserico* Rege [f], qui, annis 37 ac tribus mensibus post captam *Carthaginem* transactis, ineunte anno 477 mortuus est [g]. Post hunc *Hunnericus* eius filius, cum initio mitius ac moderatius agere videretur [h], postea commotus fama *Eugenii*, qui anno 481 Episcopus *Carthaginiensis* ordinatus fuerat, instauravit persecutionem [i], ac denique octavo & ultimo anno regni sui, *Christi* 484 *Februario* mense, inauditam in eos cru-

Persecutio in Africa sub Genserico & Hunnerico.

[a] Felix epist. 7. & 8. apud Hard. T. II. p. 830. 831. Evagr. L. III. c. 21. Liberat. c. 18. Theoph. p. 114. Niceph. L. XVI. c. 17. [b] Leontius de Sectis Act. 5. Evagr. L. III. c. 22. Liberat. c. 16. 17. [c] Conc. Nic. II. Act. 5. apud Hard. T. IV. p. 306. Theoph. p. 115. Assemannus Bibl. Orient. T. II. p. 10. & seqq. Niceph. L. XVI. c. 27. [d] Prosper Tiro in Chron. p. 326. in Tom. XI. Antiq. Roman. Fulgent. ad Monimum L. I. c. 30. Sigebert. in Chron. [e] Faustus libris duobus de Gratia & libero Arbitrio. Eiusdem epist. ad Lucidum apud Hard. T. II. Conc. p. 807. Pap. Crit. an. 490. §. 3—13. Basnage Animadversiones de Fausto Rhegiensi apud Canis. T. I. p. 345. & seqq. [f] Victor Vitens. L. I. c. 12. & seqq. [g] Victor Vitens. L. I. c. 17. Norisius Hist. Pelag. L. II. c. 21. [h] Victor Vitens. L. II. c. 1. [i] Victor Vitens. L. II. c. 3. 7. 12.

A. 5163. Per. Jul. ad 5204. A. Christ. 450. ad 491.

crudelitatem exercuit. Episcopi in exsilium acti, complures linguis truncati ac manibus, qui *Constantinopolim* & in alia loca delati, miraculo fuere, cum integra nihilominus voce loquerentur [a]. Quam piorum carnificinam horrenda tyranni mors brevi est consecuta, qui exitu anni 484 a vermibus consumtus periit [b].

Eruditionis & pietatis nomine clari.

§. 11. Eruditionis aut pietatis nomine clari habiti sunt, *Leo* I *Romanus* Episcopus ab anno 440 [c], & qui ei anno 461 successit *Hilarus* [d]. *Epiphanius Ticinensis* Antistes, magna apud *Theodoricum* Regem gratia florens [e]. *Sidonius Apollinaris* ab anno 473 *Arvernorum* Episcopus [f]. *Remigius*, qui admodum iuvenis, anno 470 *Remensem* Episcopatum adeptus est [g]. *Victorius Aquitanus*, qui anno 457 cyclum paschalem annorum 532 edidit [h]. *Serverinus Noricorum* Episcopus qui anno 482 obiit [i]. Et *Patricius Hibernorum* Apostolus ætate gravis obiit anno 493 [k]. *Vigilius Tapsensis* scriptis contra hæreticos clarus [l], & *Victor Vitensis*, qui anno 487 de Persecutione *Vandalica* scripsit [m].

L I-

a Æneas Gazensis in dialogo qui Theophrastus inscribitur. *Victor* Vitens. L. V. c. 6. Procop. I. B. Vand. c. 8. Ruinart. *Hist. Pers.* Vandal. c. 7. Marcell. & Victor Tunun. in Chron. apud Canis. T. I. p. 324. *b* Victor Vitens. L. V. c. 21. Passio Martyrum apud Carthaginem, quam Victori subiecit Ruinart. p. 101. Isidor. Chron. Vand. æra 501. *c* Marcell. in Chron. *d* Pag. Crit. an. 461. n. 14. *e* Ennodius in ipsius vita. *f* Gregor. Tur. L. II. c. 21. Vita Sidonii per Sirmondum. Pag. Crit. an. 472. n. 5. Histoire Literaire de la France T. II. p. 550. & seqq. *g* Ut ipse indicat in epist. Tom. I. Conc. Gall. p. 205. Histoire Literaire de la France T. III. p. 155. & seqq. *h* Pag. Crit. an. 463. n. 3. 4. Histoire Literaire de la France T. II. p. 424. & seqq. *i* Surius VIII Januar. *k* Usser. de Britan. Eccl. Primord. c. 17. *l* Cave Hist. Lit. an. 484. *m* Victor L. I. c. 1. Ruinartus in præfatione.

LIBER SEPTIMUS

Continens res ab anno *Christi* 491 *ad* 800 inde ab *Anastasio* Imperatore, & *Francorum* in *Gallia* initio, ad *Carolum Magnum* Imperatorem gestas.

CAPUT I.

A. 5204. Per. Jul. ad 5240. A. Christ. 491. ad 527.

De rebus, quæ in Orientis Imperio, Anastasio *&* Justino *imperantibus, contigerunt.*

Ab anno 491 *ad* 527.

§. 1.

ORientis imperium, *Zenone* mortuo, cum huius coniuge *Ariadna* suscepit *Anastasius*, ex *Silentiariorum* ordine, patria *Dyrrachinus* [a], coronatus XI *Aprilis* anni 491 [b]. In caussis Ecclesiasticis pacis studiosissimus *Henoticon Zenonis* probabat, & *Acacii* nomen diptychis eradi nolebat [c], quo nomine recentioribus male audit. Utilis alioqui reipub. Princeps. Statim sub initium imperii *Longinum Zenonis* fratrem, seditionem molientem, captum *Alexandriam* relegavit: alterumque *Longinum* militum magistrum sibi cum *Isauris* suspectum, dignitate privavit, ex quo bellum conflatum est *Isauricum*, quod anno 492 cœptum, quinto post anno 496 terminatum est [d]. — Anastasius utilis reipub. princeps.

§. 2. Anno vero 499 *Bulgari*, suis egressi locis, primum *Thraciam* infestare cœperunt [e]. — Bulgari innotuere.

§. 3. Anno sequente *Anastasius Chrysargyrum* infame tributum sustulit: magistratus, qui antea venales erant, gratis dedit, cruentas cum bestiis in cir- — Ab Anastasio prudenter instituta.

a Evag. L. III. c. 29. Theoph. p. 117. Theodor. Lect. L. II. c. 6. Marc. Chron. p. 46. b Chron. Alex. p. 328. Pag. Crit. an. 491. n. 2. c Evagr. L. III. c. 30. Liberat. c. 18. d Theoph. p. 117. 118. 119. 120. Evagr. L. III. c. 35. Theodor. Lect. L. II. c. 9. 10. Zonar. L. XIV. c. 3. Pag. Crit. an. 498. n. 3—6. e Marc. Chron. p. 47. Theoph. p. 123. 297.

A. 5204. Per. Jul. ad 5240. A. Christ. 491. ad 527.

co venationes abolevit[a], servans tantum eas, quæ ad delectationem plebis sine sanguine peragebantur[b].

Bellum Persicum.

§. 4. Post hæc *Cabades Persarum* Rex, quod sibi *Anastasius* pecuniam mutuam dare recusaverat, subito inrumpens *Amidam* expugnat anno 502[c]. *Anastasius* duces plures contra illos misit cum prævalidis copiis, sed quia illi inter se discordes erant, nihil magnæ rei gestum, *Amida* tamen data pecunia recuperata anno altero postquam in *Persarum* potestatem venerat[d]: ac sequenti anno septem annorum induciæ coaluere[e].

Vitalianus prætextu religionis rempubl. bellis miscet.

§. 5. Post hæc auctis Ecclesiasticorum litibus, dum ii, qui *Orthodoxi* dici atque haberi volebant, ne latum unguem a decretis concilii *Chalcedonensis* recedi paterentur[f], ut etiam *Euphemius Constantinopolitanus* Imperatorem rite designatum *Anastasium* agnoscere recusaret, nisi *Chalcedonensia* decreta scripto conprobaret[g], sæpe gravius tumultuatum est: qua occasione usus *Vitalianus Scytha*, dux *Fœderatorum*, (ita *Gothi* nominati sunt, ut refert *Jornandes*[h]) per speciem *Catholicarum* tuendarum partium, ab *Anastasio* defecit anno 510[i], ac conlecta magna multitudine *Romanos* exercitus delevit[k]: motu eo magis metuendo, quia inter hæc anno 512 mense *Novembri*, ob decantatum Trisagium cum additione, *qui crucifixus es pro nobis*, tanta *Constantinopoli* exarsit seditio, ut post mutuas utrimque cædes, plebs alium sibi Imperatorem postularet; sed eum tumultum *Anastasius*, posito diademate in Circum veniens prudenti oratione utcunque conposuit[l]. Attamen eo ferocior factus *Vitalianus*, sequenti anno occupata *Thracia*, *Scythia* & *Mœsia*, usque ad urbem regiam processit. Imperatoremque secum pacisci conpulit[m]: nec

a Theoph. p. 123. Evagr. L. III. c. 39. Glycas in Ann. p. 255. b Wilthemius ad Dyptychon Leodiense cap. 6. c Marcell. Theoph. p. 124. Procop. B. Pers. I. c. 7. d Theoph. p. 125. 126. 127. Procop. B. Pers. L. I. c. 8. 9. e Marcell. in Chron. p. 47. f Evagr. L. III. c. 30. g Theodor. Lector. L. II. c. 6. h Jorn. Get. c. 21. i Victor Tunun. in Chron. p. 337. k Theoph. p. 134. C. D. Victor Tunun. l. d. l Marcell. p. 48. Theoph. p. 136. Evagr. L. III. c. 44. Chron. Alex. p. 330. m Theoph. p. 137. Evagr. L. III. c. 43. Marcell. p. 49. Hist. Misc. p. 101. 102. Barb. Antiq. Fœd. P. II. §. 162.

nec tamen sic satis omnia quieta fuerunt, donec anno 516 *Vitaliano* in magisterio militum per *Thraciam*, quod ex pacto consecutus erat, subrogatus est *Rufinus* [a], post sex annos quam bellum civile a *Vitaliano* conmotum fuerat [b]. A. 5204. Per. Jul. ad 5240. A. Christ. 491. ad 527.

§. 6. Inter hæc alii ac metuendi hostes a septentrione orti sunt anno 515. *Hunni* quippe per portas *Caspias* egressi, late per *Asiam* usque in *Lycaoniam* strages dedere [c]: & *Ariadna Augusta* LX annis in palatio exactis vita decessit [d]. Hunni in Asia.

§. 7. Postremo *Anastasius* vir prudens, qui *Procopio* [e] iudice, nihil inconsiderate agere solebat, anno 518 [f], ineunte *Julio* [g], octogenario maior, subita morte obiit, cum regnasset annos 27, menses duos, dies 29 [h]. Filios non reliquit, sed nepotes plures [i]. Anastasius moritur.

§. 8. *Justinus* igitur ignobili genere, ex urbe *Bederiana* in *Thraciæ Illyricique* finibus ortus, sed ab *Anastasio* prætorianis præfectus, callida arte successit nono *Julii* anni 518 [k]. Cuius uxor *Lupicina*, mutato nomine, *Euphemia* vocata est [l]. Sumta purpura statim *Amantium* Cubiculariis præpositum, & *Andream* Cubicularium, nec non *Theocritum*, quem *Amantius* spado Imperatorem facere voluerat, vita privavit [m]. *Vitalianum* vero, quem metuebat, simulata amicitia *Constantinopolim* evocatum, primum Magisterio militum, mox Consulatu ornatum, anno 520 septimo mense Consulatus sui, in gratiam *Justiniani* confodi curavit [n]. Justinus litterarum rudis, sed callidus. Vitalianum tollit.

§. 9. *Lazorum* Rex *Tzathius*, ne a *Persis* gentilium ritu insignia regni acciperet, ad *Justinum* venit *Constantinopolim* anno 522, & postquam *Christiana* sacra suscepit, regiis ornamentis ab Imperatore donatus Tzathius Lazorum Rex.

a Theoph. p. 138. Marcell. p. 49. **b** Jorn. de Succes. Regn. c. 109. **c** Theoph. p. 138. C. Evagr. L. III. c. 43. Marcell. l. d. Victor Tunun. 327. **d** Theoph. p. 139. Marcell. l. d. **e** Procop. Pers. L. I. c. 10. **f** Theoph. p. 141. Marcell. p. 50. **g** Du Fresne Fam. Byzant. p. 85. **h** Evagr. L. III. c. 44. Anon. Vales. p. 669. Marc. p. 50. **i** Du Fresne Fam. Byzant. p. 86. 87. **k** Procop. Anecd. c. 6. l. de B. Pers. c. 11. Evagr. L. IV. c. 1. 2. Theoph. p. 141. Chron. Alex. p. 331. Marcell. l. d. **l** Theoph. l. l. **m** Marcell. p. 50. Evagr. L. IV. c. 2. Chron. Alex. p. 331. Zonar. L. XIV. c. 5. **n** Evagr. L. IV. c. 3. Theoph. p. 141. 142. Procop. Anecd. c. 6. Victor Tunun. p. 328. Marcell. l. d.

A. 5204. Per. Jul. ad 5240. A. Christ. 491. ad 527.

natus est, quod ægre ferens *Cabades Persarum* Rex bellum *Romanis* facere statuit, sed mox, cognita *Hunnorum* fraude, de pace agere cœpit, ea lege, ut *Justinus* filium eius *Chosroëm* natu minimum, quem successorem designarat, adoptaret, quod cum, *Proclo* Quæstore dissuadente, negatum esset, gravius parabat bellum: sed *Iberorum* ad *Justinum* defectione res dilata fuit ad imperium *Justiniani* [a].

Antiochia terræ motu convulsa.

§. 10. Magna hoc Imperatore clades *Antiochiam* adflixit, nam valido terræ motu pene omnis est eversa anno *Justini* octavo [b], *Olybrio* Cos [c], *Maii* 29 die, feria sexta, ut ait *Evagrius* [d]. Terræ motum vehemens incendium est consecutum [e].

Justinianus Imperator designatus.

§. 11. Sequenti denique anno *Christi* 527, *Mavortio* Consule, *Justinus* sororis suæ filium *Justinianum*, (quem *Nobilissimum* prius, deinde anno 524, ut *Victor Tunnunensis* [f] prodit, *Cæsarem* fecerat) Imperatorem creavit Kalendis ipsis *Aprilis*. Post quatuor deinde menses Kalendis ipsis *Augusti* moritur ex recrudescente vulnere *Justinus* anno ætatis 77, Indictione 5, cum imperasset annos novem, dies 23 [g].

Litterarum plane rudem atque inperitum hunc *Justinum* fuisse tradit *Procopius* [h], quod apud *Suidam* [i] librariorum errore male *Justiniano* tribuitur.

CA-

[a] Theoph. p. 143. 144. Chron. Alex. p. 332. 333. Malala p. 134. 137. Procop. B. Pers. L. I. c. 11. 12. Miscell. p. 103. Barbeir. Antiq. Fœd. P. II. §. 164. [b] Theoph. p. 147. [c] Marcell. p. 51. [d] Evagr. L. V. c. 5. [e] Auctores laudati. [f] Victor Chron. p. 328. [g] Marcell. p. 51. Victor Tun. l. d. Evagr. IV. 9. Theoph. p. 148. Chron. Alex. p. 334. Hist. Misc. L. XV. p. 103. [h] Procop. Anecd. c. 6. [i] Suidas v. Ἰουστινιανός.

CAPUT II.

A. 5204. Per. Jul. ad 5240. A. Christ. 491. ad 527.

De rebus Occidentis sub Theodorico *Rege, ac de* Francorum *Rege* Chlodoveo, Burgundionibus, Visegothis & Alarico. *Ab anno* Christi 491 *ad* 527.

§. 1.

CÆso *Odovacre Italiam* anno 493 obtinuit *Theodoricus*, vir litterarum rudis, sed prudens & bello bonus [a]. Regnum vicinorum Principum adfinitatibus ita conmunivit, ut vix ulla *Italiæ* vicina gens adfinitatis eius expers esset [b]. Etenim *Chlodovei Francorum* Regis sororem *Audefledam* ipse duxit [c]; filiarum vero, quas olim in *Mœsia* susceperat, alteram *Alarico Visegothorum*, alteram *Sigismundo Burgundionum* Regi conlocavit. Sororem quoque *Amalafridam Thrasemundo Vandalorum* in *Africa* Regi coniugem dedit, filiamque ex ea natam *Amalabergam Hermenefrido Thuringorum* Regi consociavit [d]. Rempublicam ita gessit, ut cum optimis *Romanorum Cæsarum* conparari queat: nemini religionis caussa gravis, iura tamen Regis circa sacra, *Romæ* in lite inter *Symmachum* & *Laurentium* de Pontificatu orta, adsertum ivit, & *Symmacho* Pontificatum Synodali iudicio adiudicavit [e].

Theodoricus Princeps prudentissimus.

§. 2. Interea *Chlodoveus*, qui *Childerico* patri, anno 481, ut supra [f] vidimus, in regno *Francorum* successerat, limites regni per *Galliam* usque ad *Ligerim* protulit, victo & occiso *Syagrio Ægidii* Comitis filio, qui *Suessionibus* præerat, anno regni sui 5, *Christi* 486 [g]. *Thuringis* vero anno decimo, id

Chlodoveus fundato in Galliis regno Christiana sacra accipit.

a Anon. Vales. p. 665. 666. 669. b Aimoin. L. II. c. 1. Hist. Misc. L. XV. p. 100. c Aimoin. L. II. c. 1. Gregor. Turon. L. III. c. 31. d Anon. Vales. p. 666. 667. Ennodius vita Epiphanii p. 368. & seqq. Ed. Sirmondi 1611. Jorn. Get. c. 58. Procop. I. B. Goth. c. 12. e Theodor. Lect. L. II. c. 17. 18. Theophan. p. 123. Anon. Vales. p. 667. f Lib. VI. c. 13. in fine. g Gregor. Tur. L. II. c. 9. & 27. Hist. ex Gregor. Epitom. c. 15. & in Gestis Franc. apud Freherum c. 9. Aimoin. L. I. c. 12. Excerpta ex vita S. Remigii apud du Chesne T. I. p. 524.

A. 5204. Per. Jul. ad 5240. A. Christ. 491. ad 527.

est, *Christi* 491 perdomitis [a], *Chilperici Burgundi*, qui *Gundobaldi* frater erat, filiam *Chlotildem* anno 493 coniugem duxit [b]: a qua sæpius de amplectenda *Christiana* religione monitus, tandem anno 496 eius consilio paruit, postquam in prælio, quod contra *Alemannos* ad *Tolbiacum* conmissum fuit, invocato *Chlotildis* Deo, præsentem eius opem est expertus [c]: Victis hostibus, apud *Remos* a S. *Remigio* eius urbis Episcopo *Christianis* sacris initiatus est, cum eoque sorores eius *Albofledis* & *Lanthildis*, magnaque *Francorum* multitudo [d]. Baptizatus est ipso die natali *Christi*, ut ex *Aviti* constat epistola [e], qua illi de suscepta *Christiana* fide gratulatur. Quod vero recentiores [f] de ampulla *Remensi* a columba adlata, ex qua Rex unctus sit, referunt, aperte fabulosum est, cum constet illis temporibus receptum fuisse, inaugurandos Reges non ungere, sed clypeo inpositos in gyrum agere [g].

Burgundionum Reges.

§. 3. Nec diu post cum *Burgundionum* Rege *Gundobaldo* bellum *Chlodoveus* gessit. *Gundericus* gentis illius Rex, ab *Athanarico*, *Gothorum* Principe, trahens originem, quatuor filios reliquerat, *Gundobaldum*, *Godegisilum*, *Chilpericum* & *Godomarum*. *Gundobaldus*, *Chilperico* eiusque coniuge, nec non *Godomaro* interfectis, cum *Godegisilo* regionem circa *Rhodanum* & *Ararim* cum *Massiliensi* provincia tenebat. Lite inter fratres orta *Chlodoveus*, instigante *Chlotilde*, & *Godegisili*, tributum promittentis, precibus adductus, *Gundobaldum* anno 500 adgreditur; & ad *Divionem* acie victum, *Avenionem* profugum; vectigali inposito, parte regni con-

ten-

a Gregor. Tur. L. II. c. 27. Gesta Franc. c. 10. Vita S. Remigii Ib. p. 525. Barbeir. Ant. Fœd. P. II. §. 147. b Gregor. L. II. c. 28. Hist. Epitomata c. 17—19. Gesta Epitom. c. 11—13. Pag. Crit. an. 494. n. 9. c Gregor. L. II. c. 29. 30. Hist. Epitom. c. 20. 21. Gesta Epitom. c. 14. 15. Excerpta ex vita. S. Vedasti apud du Chesne T. I. p. 523. Vita S. Remigii Ib. p. 526. Aimoin. L. I. c. 15. Cassiod. L. II. ep. 41. d Gregor. Tur. L. II. c. 31. Hist. Epitom. c. 21. Gesta Epitom. c. 15. e Tomo I. Conc. Gall. & apud du Chesne T. I. p. 835. Pag. Crit. an. 499. n. 9. 10. f Hincmarus in vita Remigii apud Surium 13. Januar. & in Excerpt. apud du Chesne T. I. p. 527. Flodoardus L. I. c. 13. Aimoin. I. c. 16. g Gregor. L. IV. c. 52. VII. c. 10.

tentum esse iubet[a]. Digresso *Chlodoveo*, *Godegisilum* nec opinato circumsessum *Viennæ*, capta urbe, *Gundobaldus* interficit: mox excusso *Francorum* iugo, regionem omnem, quæ *Burgundiæ* nomine venit, sibi subiicit, gentique suæ leges constituit[b], quas, *Avieni* Consulatu notatas, anno 501 editas oportet esse[c]. A. 5204. Per. Jul. ad 5240. A. Christ. 491. ad 527.

§. 4. Hæc *Francorum* incrementa haud secus, quam par erat, metuens *Visegothorum* Rex *Alaricus*, qui anno 485 *Evarico* patri successerat[d], cum *Chlodoveo* fœdus sancit[e], circa annum 503. Sed haud diu post discordia, quam *Theodoricus Ostrogothorum* Rex frustra conponere adlaboravit[f], orta, *Chlodoveus* iniuriam legato suo inlatam caussatus[g], prætextu a religione sumto[h], & *Burgundis* in societatem adlectis[i], bellum *Alarico* indixit: atque adeo quinto ante mortem anno, ut testatur *Gregorius*[k], *Christi* 507 decretali pugna cum *Alarico* dimicavit in campo *Vogladensi* iuxta *Clennum* fluvium, decimo ab urbe *Pictavorum* milliario, ac cæso *Gothorum* exercitu, Regem ipsum peremit[l], annos jam 23 in *Gallia* & *Hispania* dominantem[m]. Victoriam secuta urbium deditio[n], actumque videbatur de *Visegothorum* in *Gallia* imperio, nisi sequente anno laborantibus auxilio veniens *Theodoricus*, Rex *Italiæ*, *Francis* a *Carcassonis* obsidione depulsis[o], & insigni, *Hibba* duce, reportata victoria[p], mox & *Arelates* obsidione soluta[q], *Septimaniam* & *Provinciam Gothis* adseruisset. Itaque pace anno 509 conposita, quod

Alaricus a Chlodoveo victus.

a Gregor. L. II. c. 28. 32. Marius Aventic. p. 212. apud du Chesne T. I. Hist. Epitom. c. 17. 19. 22—24. Gesta Franc. c. 16. b Gregor. L. II. c. 33. Marius l. d. Hist. Epitom. c. 24. c Pag. Crit. an. 501. n. 3. d Pag. Crit. an. 484. n. 24. e Gregor. Tur. L. II. c. 35. f Cassiod. Var. L. III. ep. 1—4. g Hist. Franc. Epitom. c. 25. h Gregor. Tur. L. II. c. 37. Hincmarus vita Remigii apud du Chesne T. I. p. 529. i Isidor. Chron. æra 521. Fragm. ex vita S. Cæsarii apud du Chesne T. I. p. 231. k Gregor. L. II. c. 42. & Hincmarus. Ib. p. 530. C. l Gregor. L. II. c. 37. Hist. Franc. Epitom. c. 25. Gesta Epit. c. 17. Rorico Gestis Francorum L. IV. p. 812—816. apud du Chesne T. I. Aimoin. L. I. c. 20. 21. Procop. B. Goth. L. I. c. 12. m Isidor. l. d. n Gregor. L. II. c. 37. Aimoin. L. I. c. 22. o Procop. l. d. p Cassiod. in Chron. Jorn. Get. c. 58. Hist. Msc. L. XV. p. 103. q Cyprian. vita Cæsarii apud du Chesne L. I. p. 231. 232. Cassiod. Var. L. VIII. ep. 10.

A. 5204. Per. Jul. ad 5240. A. Christ. 491. ad 527.

quod reliquum est ad *Druentiam* fluvium *Francis* cessit[a]. Interim, *Alarico* cæso, filius eius ex concubina natus *Gisalicus* regnum arripuit *Visegothicum*; sed eo quarto post anno interemto, *Theodoricus* Rex *Italiæ Visegothicum* quoque in *Hispania* regnum tenuit annis quindecim, donec id nepoti suo *Amalarico* tradidit[b].

Ab Anastasio Consularia insignia accipit.

§. 5. Ad cumulum gloriæ *Chlodovei* accessit, quod per id tempus *Anastasius* Imperator Consulatus insignia ad ipsum misit; quæ cum apud *Turones* in splendido suorum consessu accepisset, *Consul* & *Augustus* appellatus est. Indeque *Lutetiam Parisiorum* veniens, ibi sedem regni posuit[c].

Sævit in propinquos.

§. 6. Post hæc propinquorum cædibus grassatus, *Coloniam Agrippinam*, *Morinos*, *Cameracum* & *Cenomanenses* sibi subiecit[d]. Ac denique annos natus 45, ex quibus 30 regnaverat, obiit V Kalendas *Decembres*, *Felice* Consule, anno *Christi* 511, anno 112 ab obitu S. *Martini*[e].

Regnum Francorum divisum.

§. 7. Regnum eius filii, quos quatuor superstites habebat, pro more eius ævi ita inter se diviserunt, ut *Theodoricus*, ex priori coniuge natus, præcipuam regni partem nactus, sedem apud *Metas* poneret: quod reliquum est ex *Chlotilde* nati filii haberent. ita ut *Chlodomiro Aurelianense*, *Childeberto Parisinum* & *Chlotario Suessionense* regnum cederet[f].

Boëthius & Symmachus a Theodorico necati. Succedit Athalaricus.

§. 8. *Theodoricus Ostrogothorum* Rex sub finem vitæ ad crudelitatem deflectens, ita civium offendit animos, ut *Boëthius Symmachi* gener, communicatis cum *Græcis* consiliis, id agere videretur, ut Urbem & *Italiam* ipsorum imperio subiiceret, sed re detecta, capitis damnatus est[g], anno *Christi* 524[h]: se-

[a] Pag. Crit. an. 507. §. 8. & 508. §. 3. Barbeir. Ant. Fœd. P. II. n. 158. 159. [b] Isidor. in Chron. p. 720. 721. Edit. Grotii. Chronologia Regum Gothorum apud du Chesne T. I. p. 818. Procop. B. Goth. L. I. c. 12. [c] Gregor. L. II. c. 38. Gesta Franc. c. 17. Barbeir. Antiq. Fœd. P. II. §. 160. Pag. Crit. an. 508. n. 2—4. [d] Gregor. L. II. c. 40. 41. 42. Hist. Epitom. c. 26—28. Gesta Epitom. c. 18. Aimoin. I. c. 23. [e] Gregor. L. II. c. ult. Hist. Epitom. c. 29. Aimoin. L. I. c. 25. Pag. Crit. an. 514. n. 7. 8. [f] Gregor. L. III. c. 1. Hist. Epit. Franc. c. 30. Barbeir. Ant. Fœd. P. II. §. 161. [g] Antiquus Prologus apud Mabillon. Musæo Italico T. I. p. 219. [h] Marius Aventic. in Chron. p. 212. Anon. Vales. p. 670.

ſequenti etiam *Symmachus* necatus [a]. Verum cum iam *Theodoricus* Eccleſias *Catholicis* ademtas *Arianis* tradi iuſſiſſet, profluvio ventris extinctus eſt III ante Kal. *Septembris Olybrio* Conſule, anno *Chriſti* 526 [b]. Succeſſit ei in regno *Oſtrogothico Athalaricus* ex *Amalaſuntha* nepos, qui cum *Amalarico* eiusdem *Theodorici* ex *Teudetuſa* nepote, cui *Viſegothicum* regnum ceſſerat, ita pactus eſt, ut quod inter *Alpes* & *Rhodanum* eſt *Oſtrogothis*, quod ultra flumen eſt *Viſegothis* cederet; nec vectigal *Oſtrogothis* penderent *Viſegothi* [c].

A. 5204. Per. Jul. ad 5240. A. Chriſt. 491. ad 527.

CAPUT III.

De Rebus Eccleſiæ, Viriſque Eruditis.

Ab anno 491 *ad* 527.

§. 1.

Erat hoc tempore in Eccleſia turbata rerum facies, non tantum in oriente occaſione Concilii *Chalcedonenſis* variis ſcindebantur factionum ſtudiis [d], ſed etiam grave erat inter ſedem *Romanam* & *Conſtantinopolitanam* diſſidium; dum *Romani* Epiſcopi, iam ſupremum ſibi in omnes Epiſcopos iudicium vindicantes [e], omnem reſpuunt communionem, niſi *Acacii* a *Felice* damnati nomen diptychis eradatur [f]: quod tamen vivo *Anaſtaſio* Imperatore conſequi non potuerunt [g].

Schiſma in Eccleſia propter Acacium.

§. 2. Eodemque tempore *Romæ*, cum poſt mortem *Anaſtaſii* Papæ anno 498 duo ſubfecti eſſent *Symmachus* & *Laurentius*, graviter tumultuatum eſt, donec poſt multas cædes *Theodoricus* Rex ſecundum *Symmachum* pronunciavit, iterumque exar-

Lis inter Symmachum & Laurentium.

Xx deſcens

[a] Marius l. d. Anon. Valeſ. p. 671. Procop. B. Goth. L. I. c. 1. [b] Anon. Valeſ. l. d. Anon. Cuſpin. Marius Avent. p. 213. [c] Procop. B. Goth. L. I. 2. 13. Barbeir. Ant. Fœd. P. II. §. 165. [d] Evagr. L. III. c. 30. [e] Gelaſ. ep. 9. 13. Johannes in epiſtola ad Juſtinianum in Cod. Juſtin. titulo de ſumma Trinitate. [f] Symmachus ep. 8. Hormisdas ep. 31. Gelaſii ep. 1. 2. 4. 7. apud Harduin. T. II. Conc. [g] Liberat. Breviar. c. 18.

A. 5204. Per. Jul. ad 5240. A. Christ. 491. ad 527.

descens incendium sua auctoritate & Synodali iudicio conpressit anno 501 [a].

Monophysitæ in sectas divisi.

§. 3. Quemadmodum in Oriente disputandi pruritus varia sententiarum divortia peperit: cum enim *Severus*, anno 512 *Flaviano* in sede *Antiochena* successor datus [b], unam tantum in *Christo* naturam post unitionem duarum naturarum agnosceret [c], ab eo *Severitæ* sive *Monophysitæ* orti sunt. Quæ secta paullo post, cum *Severus*, primo *Justini* anno *Antiochia* eiectus, *Alexandriam* venisset [d], in familias abiit, dum alii *Corrupticolæ*; alii *Incorrupticolæ* sive *Phantastæ*; alii *Agnoëtæ* appellantur [e]. Quemadmodum haud ita diu post a *Jacobo* quodam *Syro*, *Monophysitarum* errorem per *Syriam* & *Armeniam* spargente, *Jacobitarum* & *Armeniorum* nomina nata sunt, quibus adversi *Melchitæ* appellabantur, quod Regum pro Synodo *Chalcedonensi* decretis adhærebant [f].

Lis cum Monachis Scythis.

§. 4. Quin etiam Monachis *Scythis*, qui unum de Trinitate pro nobis carne passum esse adseverabant, otiosa lis conmota fuit, magnis animorum motibus acta [g].

Acacii damnata memoria.

§. 5. Interim *Hormisdas* Papa, qui *Symmacho* anno 514 successerat, legatis anno 519 *Constantinopolim* ad *Justinum* Imperatorem missis, adiuvante *Vitaliano* & *Johanne* Episcopo *Constantinopolitano* impetraverat, ut *Acacii*, *Euphemii*, *Macedonii*que, nec non *Zenonis* & *Anastasii* Imperatorum memoria damnata, dissidium inter Orientalem & Occidentalem Ecclesiam conponeretur [h].

§. 6.

[a] Theodor. Lect. L. II. c. 16. 17. Niceph. L. XVI. c. 35. Pontificalis. Theoph. p. 123. Harduin. T. II. Conc. p. 967. & seqq. [b] Marcell. in Chron. Evagr. L. III. c. 32. 33. [c] Anastasius Sinaita Odeg. c. 18. 23. Abulphar. Dynast. VII. p. 148. [d] Evagr. L. IV. 4. Harduin. T. II. Conc. p. 1323. & seqq. [e] Liberat. Brev. c. 19. Theoph. p. 141. Victor Tunun. p. 8. 9. [f] Nicephor. L. XVIII. c. 52. 53. Pag. Crit. an. 535. n. 13. [g] Labb. Conc. T. IV. p. 1513. & seqq. Hormisdas ep. 65. & seqq. Norisius L. II. Hist. Pelag. c. 18. & seqq. du Pin Bibl. Eccles. T. V. p. 23. 24. [h] Labb. Conc. T. IV. p. 1470. seqq. Hormisd. ep. 33. & seqq. Theoph. p. 141. Baron. Ann. an. 519. n. 3—14. Basnage Ann. an. 518. §. 19. 519. §. 3. & seqq.

§. 6. Sed cum *Justinus* in Oriente Hæreticos ac præsertim *Arianos* vexaret, eorumque Ecclesias *Catholicis* vindicaret[a], graviter id ferens *Arianus* Princeps *Theodoricus*, *Johannem* Papam, qui *Hormisdæ* anno 523 successerat, legatum anno 524 ire iussit ad *Justinum*, ut ab *Arianis* iniurias abstineret, minitans, se, nisi id faceret, in *Catholicos* vicissim tota *Italia* sæviturum. Imperator perhonorifice Pontificem excepit; reducem vero male habuit *Theodoricus*, qui, cum iam in eo esset, ut ademtas *Catholicis* Ecclesias *Arianis* traderet, profluvio ventris extinctus est anno *Christi* 526[b].

A. 5204. Per. Jul. ad 5240. A. Christ. 491. ad 527.

Johannes Papa legatus pro Arianis.

§. 7. Inter eruditos eius ævi censentur *Alcimus Avitus*, *Viennensis* Episcopus, Poëta elegans, a quo *Burgundiones* fidem Trinitatis acceperunt[c]. *Gelasius* ab anno 492 *Romanus* Episcopus, qui cum observasset, *Manichæos* in S. Synaxi a calice abstinere, decrevit, „ ut integra sacramenta percipiant, aut ab „ integris arceantur; quia divisio unius eiusdemque „ mysterii sine grandi sacrilegio non potest prove- „ nire[d]. „ Idem naturam sacramentorum explicans, dicit „ sacramenta quæ sumimus corporis & sangui- „ nis *Christi*, divina res est; & tamen esse non de- „ sinit substantia vel natura panis & vini: & certe „ imago & similitudo corporis & sanguinis *Christi* „ in actione mysteriorum celebrantur[e]. „ *Cæsarius* ab anno 502 *Arelatensis* Episcopus, exiliis & scriptis clarus[f]. *Fulgentius* ab anno 508 *Ruspensis* in *Africa* Episcopus a *Thrasamundo* in *Sardiniam* relegatus, post eius mortem ab *Hilderico Hunnerici* filio restitutus[g]. *Anicius Severinus Boëtius*, Vir Consularis, librorum V de consolatione *Philosophica* scriptor, a

Viri eruditi.

[a] Cod. Justin. lex 12. de Hæreticis & Manichæis. [b] Anon. Valesf. p. 671. Marcell. in Chron. p. 50. 51. Theoph. p. 145. Hist. Miscel. L. XV. p. 103. Anastas. Bibl. p. 35. [c] Gregor. Tur. L. II. c. 34. Ado Viennens. an. 492. Collatio apud Acherium T. III. p. 304. & seqq. Histoire Literaire de la France T. III. p. 115. & seqq. [d] Apud Gratianum de Consecr. Dist. 2. c. comperimus. [e] Gelasius adversus Eutychem & Nestorium. [f] Histoire Literaire de la France T. III. p. 190. & seqq. Cave Hist. Lit. an. 502. Vita Cæsarii in Sæculo I. Benedict. p. 659. [g] Auctor vitæ Fulgentii, quæ operibus eius præmittitur. Ruinart. Hist. Pers. Vandal. P. II, c. 11.

A. 5204. Per. Jul. ad 5240. A. Christ. 491. ad 527.

Theodorico anno 524 occisus [a]. *Felix Ennodius*, *Ticinensis* in *Italia* Episcopus, animoso pro *Symmacho* apologetico clarus [b]. In Oriente *Theodorus* Ecclesiæ Constantinopolitanæ Lector & historiographus [c]. *Procopius Gazæus*, Sophista, qui in varios Scripturæ S. libros commentatus est [d]. *Johannes Maxentius*, cum aliis scriptis tum acri monachorum contra *Hormisdam* defensione notus [e].

CAPUT IV.

De Justiniano *Imperatore*, *ac bellis eius auspiciis in* Oriente, Africa & Italia *gestis*. *Ab anno* Christi 527 *ad* 565.

§. 1.

Justinianus & Theodora.

JUstino Imperatore Kal. *Augusti* anni 527 mortuo, solus imperium tenuit *Justinianus* Imperator. Uxor ei *Theodora* fuit scenica, sed præstanti forma mulier, cui indignis modis serviit [f]. Princeps variis moribus, eruditus, bello felix, rempub. & Ecclesiam multis temperavit legibus [g], in hæreticos acerbior, ut etiam religionis nomine ad rapacitatem abuteretur [h], artium magistris publica stipendia subducens viam ad barbariem munivit [i]. A *Procopio* in *Anecdotis* atris pingitur coloribus [k].

Primum bellum Persicum.

§. 2. Multa & magna hoc Imperatore bella gesta; in primis *Persicum*: cum enim *Cabades Tzathium Lazorum* Regem, quod ad *Romanos* transierat, infestaret [l], anno 529 [m] missi sunt in auxilium *Romanorum* duces,

[a] Marius Avent. an. 524. Anon. Vales. p. 670. Cave an. 510. Du Pin Bibl. Eccl. T. V. p. 38. 39. [b] Histoire Literaire de la France T. III. p. 96. & seqq. Cave an. 511. du Pin T. V. p. 11. [c] Fabrit. Bibl. Gr. L. IV. c. 4. §. 34. Du Pin. T. V. p. 39. 40. [d] Phot. Cod. 160. 206. 207. Fabrit. Bibl. Gr. L. V. c. 5. §. 3. p. 259. Du Pin T. V. p. 51. [e] Cave Hist. Lit. an. 520. Du Pin Bibl. Eccl. T. V. p. 34—36. [f] Procop. I. de ædif. Justiniani c. 11. 25. Procop. Anecd. p. 32. 43. 44. ibique Aleman. Zonar. L. XIV. c. 6. [g] Pag. Crit. an. 528. n. 2—10. [h] Evagr. L. IV. c. 30. Theoph. p. 153. [i] Zonar. L. XIV. c. 6. p. 63. [k] Conferatur de Justiniano Rupertus ad Besoldum c. 15. p. 514—580. & Boxhorn. Hist. Univ. p. 374—394. [l] Theoph. p. 148. Chron. Alex. p. 335. Malala P. II. p. 54. [m] Marcell. in Chron. p. 51.

A. 5240. Per. Jul. ad 5278. A. Christ. 527. ad 565.

ces, & inter illos *Belisarius*, a quibus cum aliquot annis ancipiti fortuna certatum esset [a], tandem *Cabade* mortuo [b], pax aliquoties frustra tentata, cum *Chosroe* convenit anno 533 *Justiniani* sexto [c].

Tumultus Νίκα dictus. Johannes Cappadox. Tribonianus.

§. 3. Eodem, ut *Procopius* indicare videtur, an vero superiori anno, *Justiniani* quinto, ut *Theophanes* & *Marcellinus* scribunt, gravis *Constantinopli* seditio Idibus *Januariis* conmota est, cui ab tessera populari Νίκα nomen est inditum. Per hanc *Hypatius* Patricius, ex *Secundino* & *Magna*, *Anastasii* quondam Imperatoris sorore, natus, Imperator adclamatus est, cum *Pompeio* & *Probo* consobrinis, qui & ipsi *Anastasii* Imperatoris nepotes erant [d]. *Justinianus* a fuga, quam meditabatur, forti *Theodorae* cohortatione revocatus, per *Belisarium* & *Mundum* armata manu factiosos reprimit, caesa *Januarii* 19 hominum 35000, vel ut *Procopius* habet XXX millia. *Hypatius* ipse postridie cum *Pompeio* necatus [e]. In illa seditione tantus contra duos Imperatori carissimos, *Johannem Cappadocem* Praefectum Praetorio, & *Tribonianum* Quaestorem, popularis exarsit furor, ut Imperator multitudinis consensione territus utrumque exauctorare coactus fuerit, sed paullo post in gradum pristinum restituit [f]. Ac *Tribonianus* quidem, vir iuris scientia maxime inclytus, quamvis avarus, multis deinde annis in eodem magistratu exactis, morbo est extinctus [g]. *Joannes* vero decimo post anno, qui *Christi* videtur 542, *Theodorae* artibus eversus, invitus Presbyter ordinatus, inde in *Aegyptum* abreptus, miserrimam ibi vitam egit ad obitum *Theodorae* [h], hoc est annum *Christi* 548 [i]. Quando ab *Justiniano* revocatus est *Constantinopolim*, ubi in sacerdotio perseveravit [k].

[a] Procop. B. Perf. c. 12—18. 21. Theoph. Chron. p. 148. 152. 153. [b] Malala P. II. p. 73. C. [c] Procop. B. Perf. c. 22. Marcell. p. 51. Barbeir. Ant. Fœd. P. II. §. 172. [d] Du Fresne Fam. Byzant. p. 86. 87. [e] Procop. B. Perf. L. I. c. 24. Theop. p. 154—158. Marcell. p. 51. Chron. Alex. p. 336—340. Marius Aventic. p. 213. [f] Procop. B. Perf. II. c. 24. 25. [g] Procop. B. Perf. L. I. c. 25. [h] Procop. Ibr. p. 77. 78. [i] Theoph. p. 192. Victor Tunun. p. 332. [k] Procop. B. Perf. L. II. c. 30. in fine.

A. 5240. Per. Jul. ad 5278. A. Christ. 527. ad 565.

Bellum Vandalicum.

§. 4. *Persico* bello ineunte anno 533 conposito, eopse anno, sed *Justiniani* septimo [a] in *Africam* missus est *Belisarius* [b]. *Gilimer*, occiso *Hilderico*, *Hunerici* & *Eudoxiæ*, *Valentiniano* tertio genitæ, filio, regnum recuperaverat *Vandalicum* [c]: id ultum missus *Belisarius*, cum medio *Septembri* in *Africam* adpulisset, intra tres menses, *Carthagine* occupata, *Libyam* omnem subegit [d]. Sequente vero *Gilimerem*, tota obsessum hieme, in potestatem recepit, & cum thesauris maximis *Constantinopolim* adduxit ad *Justinianum* [e] quarto eius consulatu [f]: quo facto, cum sparsam de se adfectatæ in *Africa* tyrannidis calumniam absterfit: tum triumphi decus est consecutus [g]. *Gilimer Justinianum* adorare coactus, secundum triumphum agro in *Galatia* donatus, quietus vixit [h]. Exstinctum est *Vandalorum* regnum anno 95, post occupatam *Carthaginem* [i], post ingressum in *Africam* 105. Ut adeo falsus sit *Victor Tununensis* [k], qui *Africam* a *Belisario* captam scribit anno 97 ab ingressu *Vandalorum*.

Africa pacata.

§. 5. Recepta e *Vandalis Africa*, certamen cum *Mauris* fuit, quos tamen *Salomon* spado, post *Belisarii* discessum *Africæ* præfectus, anno 535 fortiter conpressit [l]. Sed cum sequente anno, militibus in *Africa* rebellantibus, gravius esset coortum bellum, illuc missus *Germanus* Patricius, ex *Justiniani* fratre natus, aliquamdiu fortiter pugnavit [m]: eoque sub annum *Justiniani* 13 [n], *Christi* 539, revocato, iterum annis quatuor *Salomon* rem prospere gessit [o]. Verum ea felicitas anno *Justiniani* 17, cum Imperator

[a] Theoph. p. 161. D. [b] Procop. B. Vand. L. I. c. 10. [c] Procop. B. Vand. L. I. c. 9. Theoph. p. 159—151. Victor Tunun. p. 329. [d] Procop. B. Vand. L. I. c. 15. 21. Theoph. p. 167. C. [e] Procop. L. II. B. Vand. c. 4—7. Theophan. p. 166—169. Marius p. 213. [f] Marcell. p. 52. [g] Procop. B. Vand. L. II. c. 8. 9. Theoph. p. 169. 170. Barbeir. Ant. Fœd. P. II. §. 174. 176. [h] Procop. B. Vand. L. II. c. 9. Theoph. p. 170. [i] Procop. B. Vand. L. II. c. 3. & Justinianus in Cod. leg. 1. de officio P. P. Africæ. [k] Victor Chron. p. 329. [l] Procop. B. Vand. L. II. c. 8. 10—13. Theoph. p. 170. 171. [m] Procop. Vand. L. II. c. 14—18. Marcell. Chron. p. 56. Theoph. p. 172—174. [n] Procop. Vand. L. II. c. 19. Marcell. p. 57. [o] Procop. Vand. L. II. c. 19. 20. Theoph. p. 174—176.

rator *Cyrum* & *Sergium* filios *Bacchi*, fratris *Salomonis*, urbibus *Africæ* præfecisset, in peius versa; iniuriis enim provocati *Mauri*, qui *Leucathæ* vocantur, *Romanos* vincunt, *Salomonem* obtruncant [a]. Turbatis *Africæ* rebus præficitur *Areobindus*, genere clarus, sed armorum rudis: hunc contemnens *Guntharis*, *Salomonis* antea satelles, tyrannidem invadit, *Areobindum* occidit [b] anno *Justiniani* 19 [c]. Ipseque mox sexto & tricesimo tyrannidis die ab *Artabane Persa* interficitur [d]. Huic in Præfectura *Africæ* subrogatus *Johannes* post bellum varium ac multiplex *Africam* pacavit [e], anno 548 [f]. A. 5240. Per. Jul. ad 5278. A. Christ. 527. ad 565.

§. 6. *Gothicum* bellum nono *Justiniani* anno cœptum est [g], cuius ea series habetur. *Theodorico* Rege anno, ut dictum est, 526 mortuo, *Gothis* regnavit *Athalaricus*, *Theodorici* ex filia *Amalasuntha*, & *Eutharico* ex *Amalorum* stirpe, nepos, sub matris tutela, annos natus 8 [h], qui crapulæ indulgens, tabe confectus post 8 regni annos obiit VI Nonas *Octobris* anni 534 [i]. *Amalasuntha Gothos* verita, sceptrum in *Theodatum*, filium *Amalafridæ* sororis *Theodorici*, transtulit, qui paullo post egregiam & bene de se meritam feminam occidit [k]; quod agente *Theodora Justiniani* coniuge perpetratum testis est *Procopius* [l]. Caussa belli Gothici.

§. 7. Huius necem belli caussam interserens Imperator, & alioquin recuperandæ *Italiæ* cupidus, *Belisarium* ducem cum victore exercitu in *Gothos* inmittit anno *Christi* 535 [m], indictione 13 [n]. Initium bellandi ab *Sicilia*, quam anno eodem occupavit, & *Syracusas* ultimo Consulatus sui die ingressus est *Belisarius* [o]. Bellum cum Theodato & Vitige.

Se-

[a] Procop. Vand. L. II. c. 21. Theoph. p. 176. 177. [b] Procop. Vand. L. II. c. 24—26. Theoph. p. 178—180. Marcell. p. 54. [c] Procop. Vand. L. II. c. 28. p. 305. B. [d] Procop. Vand. L. II. c. 27. 28. Theoph. p. 180—182. [e] Procop. Vand. L. II. in fine. Theoph. p. 182. [f] Marcell. Chron. p. 54. [g] Procop. B. Goth. L. I. c. 5. p. 319. B. [h] Procop. B. Goth. L. I. c. 2. Jorn. Get. L. I. c. 59. [i] Procop. B. Goth. L. I. c. 2—4. Anon. apud Muratorium Script. Rer. Ital. T. II. p. 101. C. [k] Procop. B. Goth. L. I. c. 3. 4. Jorn. Get. c. 59. [l] Procop. Anecd. c. 16. Barb. Ant. Fœd. P. II. §. 173. [m] Procop. B. Goth. I. c. 5. Jorn. Get. c. 60. [n] Marcell. Chron. p. 52. [o] Procop. Goth. L. I. c. 5. Marc. p. 52. Jorn. l. d.

A. 5240. Per. Jul. ad 5278. A. Christ. 527. ad 565.

Sequenti anno copiis in *Italiam* traductis & *Neapoli* capta [a], *Gothi Vitigem*, haud inlustri loco natum, sed bello spectatum, Regem eligunt, qui occiso *Theodato*, *Romanis* fortiter restitit [b]. Cum enim *Belisarius Romam* occupasset IV ante Idus *Decembres* anni 536 [c], veniens ineunte *Martio* [d] cum validis copiis *Vitiges* urbem gravi obsidione pressit [e], sed post annum ac novem dies circa Æquinoctium vernum anni 538 infecta re discedunt *Gothi* [f]. Tandem post varias strages *Ravenna* cum *Vitige* ipso, eiusque coniuge, desinente anno belli quinto, in potestatem redactis [g], ineunte anno sexto, *Christi* 540, *Belisarius*, ad bellum *Persicum* revocatus, *Vitigem* ad *Justinianum* deduxit [h].

Cum Ildibaldo, Erarico & Totila.

§. 8. Cuius loco Regem *Gothi* renunciant *Ildibaldum* ex *Visigothorum* genere [i], sed eo vixdum circumacto anno, desinente belli sexto, ex insidiis interemto [k], regnum occupat *Eraricus*, natione *Rugus*: verum, & illo post menses quinque cæso, *Totilas*, *Ildibaldi* ex fratre nepos, vir acer ac prudens, ac multis principe dignis ornatus virtutibus, regnum obtinuit [l]: Hic conlapsam in *Italia* rem *Gothicam*, non minus æquitate ac moderatione, quam fortitudine bellica restituit [m]. Etiam cum *Belisario*, qui anno belli decimo in *Italiam* redierat, varie rem habuit, ac *Romam* ipsam anno 546 recepit [n]: quam tamen sequente anno *Belisarius* recuperavit [o]; & *Totilas* biennio post, anno belli decimo quinto, denuo *Isaurorum* proditione occupavit [p].

§. 9.

[a] Procop. B. Goth. L. I. c. 7—10. [b] Procop. B. Goth. I. c. 11. Marcell. p. 52. Barbeir. Ant. Fœd. P. II. §. 180. [c] Procop. B. Goth. L. I. c. 14. Anastasius in vita Silverii. Marcell. p. 52. [d] Procop. Goth. I. c. 24. [e] Procop. Goth. L. I. c. 16. & seqq. Marc. p. 52. [f] Procop. Goth. L. II. c. 10. Marcell. p. 52. 53. Barbeir. P. II. §. 182. [g] Procop. Goth. L. II. c. 29. 30. Marcell. p. 35. Barbeir. P. II. §. 183—185. [h] Procop. Goth. L. III. c. 1. Marcell. p. 53. Marius Avent. p. 213. [i] Procop. Goth. L. II. c. 30. [k] Procop. Goth. L. III. c. 1. [l] Procop. Goth. L. III. c. 2. Marcell. p. 53. Barbeir. P. II. §. 191. [m] Procop. Goth. L. III. c. 4—9. Marc. p. 54. [n] Procop. Goth. L. III. c. 10—13. & 22. Marcell. p. 54. [o] Procop. L. III. c. 24. [p] Procop. L. III. c. 36. Barbeir. Antiq. Fœd. P. II. §. 195.

A. 5240. Per. Jul. ad 5278. A. Christ. 527. ad 565.

§. 9. Tandem *Narses* spado, genere *Persa*, dux egregius, anno belli decimo septimo ad rem gerendam missus [a], sequenti, qui *Christi* erat 552, *Totilam* acie vicit, qui e prælio fugiens obtruncatus est [b], cum annos regnasset undecim [c]. Post hunc *Teias* *Gothis* præfuit, sed & eo brevi post in prælio cæso [d], anno belli exeunte decimo octavo [e], *Christi* 553, cum *Gothis* debellatum est [f].

Bellum Gothicum a Narsete confectum.

§. 10. Flagrante *Gothico* bello *Persicum* in Oriente repetitum est: cum enim ad pacem violandam satis suapte sponte concitatum *Chosroëm*, & *Africanis* atque *Italicis Romanorum* successibus invidentem [g], perpulisset *Vitiges Gothorum* Rex, missis ad eum *Liguribus* duobus sacerdotibus, anno belli *Gothici* quarto, *Christi* 539 [h]: eopse anno circa autumnum, imperii *Justiniani* 13, bellum est decretum [i]. Sequente igitur anno, vastata *Syria*, *Antiochiam* cepit, incenditque *Chosroës* [k]. Et quamvis pax eopse denuo anno, data *Persis* pecunia, convenerit, ea tamen mox interturbata fuit [l]. *Chosroës* a *Gubaze Lazorum* Rege ultro evocatus, anno 541 tota potitur *Colchide*; *Belisarius* altera parte cum *Persis* confligit [m]: tandem re in annum 545 extracta quinquennales initæ induciæ [n], ita tamen ut bellum nihilo minus in *Colchide* gereretur [o]. Tum vero *Gubazes Lazorum* Rex, insidiis a *Persis* petitus, *Romanorum* denuo opem inploravit, bellumque ea parte perpetuum fuit [p].

Bellum secundum Persicum.

§. 11. Quamvis enim, finitis prioribus induciis, post 18 mensium tractationem anno 551 alias in annos quinque inducias magno auri pondere redemerint *Romani* [q]; bellum tamen manebat in *La-*

Bellum Lazicum.

a Procop. Goth. L. IV. c. 1. *b* Procop. IV. c. 29—32. Marius Aventic. p. 214. Hist. Misc. L. XVI. p. 107. 108. *c* Procop. Goth. L. IV. c. 32. p. 656. C. *d* Procop. Goth. L. IV. c. 33—35. *e* Procop. l. d. c. 35. p. 666. *f* Barbeir. Antiq. Fœd. P. II. §. 199. *g* Procop. B. Perf. L. II. c. 1. *h* Procop. B. Goth. L. II. c. 22. & B. Perf. L. II. c. 2. *i* Procop. B. Perf. L. II. c. 3. p. 94. D. *k* Procop. Perf. L. II. c. 5—9. Marius p. 213. *l* Procop. Perf. L. III. c. 10. 15. *m* Procop. Perf. L. II. c. 14—19. *n* Procop. Perf. L. II. c. 28. p. 160. A. *o* Agathias L. II. c. 9. p. 55. Barbeir. P. II. §. 193. *p* Procop. Perf. L. II. c. 28. 29. 30. Goth. L. IV. c. 1. 8—10. *q* Procop. Goth. L. IV. c. 11. 15. Barbeir. P. II. §. 196.

A. 5240. Per. Jul. ad 5278. A. Christ. 527. ad 565.

zica[a] (ea *Colchis* est[b]) qua occasione magnam *Romani* a *Mermeroë Persarum* duce cladem acceperunt anno 551[c], quo nomine cum *Gubazes Lazorum* Rex ducum *Romanorum* ignaviam apud Imperatorem accusaret, adeo eos offendit, ut falso delatus, ex insidiis interemtus fuerit[d]. Quæ res *Colchorum* alienavit animos & ad *Persas* adiunxit, sed *Tzathe* Rege *Lazis* ab *Justiniano* dato, *Persæ* anno 552 magno conflictu superati sunt[e]. *Nachoragan Persarum* dux, revocatus ab *Chosroë*, cute detracta male gestæ rei pœnas dedit[f]: de *Gubazis* nece habita a *Romanis* quæstio, & in eius auctores animadversum[g]: Ita conciliatis *Lazorum* animis *Chosroës*, belli difficultate deterritus, denuo anno 556 cum *Romanis* de *Colchide* paciscitur; ut, quod in ea quisque tum habebat, interim obtineret, dum plenior inter eos sancita pax esset[h], quæ tandem anno 561 in annos 50 ita convenit, ut *Lazica Romanis* cederet, ipsi quotannis *Persis* triginta aureorum millia penderent[i].

Bellum Hunnicum.

§. 12. Medio tempore *Hunni* in *Thraciam* frequenter excurrere[k], in primis anno 558[l], propius ad Urbem positis castris, late prædas egere, donec *Belisarii*, iam senis, virtute repressi, accepta pecunia domum redierunt, ubi civile inter ipsos bellum coortum, ultimum genti illi exitium adtulit[m].

Justinianus Aphtardocetis favens moritur.

§. 13. Tandem *Justinianus* Imperator, cum sub finem vitæ in *Aphtardocetarum* sententiam deflecteret, iamque *Eutychio* Patriarcha, quod sententiæ eius adsentiri nollet, pulso[n], edictum de incorruptibilitate corporis *Christi* concepisset[o], eo nondum publi-

a Procop. B. Goth. IV. 16. 17. b Procop. B. Goth. IV. c. 1. c Agath. L. II. p. 55—59. Edit. Regiæ. Pag. Crit. an. 552. n. 12. —15. 29. d Agath. L. III. p. 73—76. e Agath. L. III. p. 76. 81—90. 94—105. f Agath. L. IV. p. 132. 133. g Agath. L. IV. p. 107. 120. h Agath. L. IV. in fine. Menander Excerpt. Legat. p. 132. Pag. Crit. an. 556. §. 20. i Menander l. d. p. 121. 136—142. Theop. p. 203. A. Barbeir. P. II. §. 208. k Procop. B. Goth. IV. c. 19. l Theoph. p. 197. 198. m Agath. L. V. p. 156. 160—171. Barbeir. P. II. §. 207. n Eustathius in vita Eutychii c. 5. o Evagr. L. IV. c. 39. Theoph. p. 203. D.

publicato, obiit *Novembris* 14 anni 565, cum regnasset annos 38, menses 7 & dies 13[a]. A. 5240. Per. Jul. ad 5278. A. Christ. 527. ad 565.

§. 14. Eo imperante serici conficiendi rationem *Monachi* quidam, ex *India* profecti, *Constantinopolitanos* docuerunt, ovis inde translatis; quod circa annum *Justiniani* 25 accidisse indicat *Procopius*[b]. Serici conficiendi ratio.

§. 15. *Belisarius* eodem, quo *Justinianus*, obiit anno, Indictione 13 mense *Martio*, hoc est, anno 565: cum biennio ante conspirationis in eundem suspectus, ac domo vetitus egredi, paullo post reconciliatus esset, omnibus, quæ ademta erant, bonis cum honore restitutis[c]. Belisarius.

CAPUT V.

De rebus, quæ alibi quam in Romano *orbe, maxime in* Francorum *regno, imperante* Justiniano *contigerunt.*

Ab anno 522 ad 561.

§. 1.

GOthicis rebus in *Italia* laborantibus, ac demum *Græcorum* virtute subversis, *Francorum* regnum maiora in dies incrementa cepit. Primus in *Burgundiones* conversus belli inpetus. *Chlotildis* videns cæde *Sigerici*, quem *Sigismundus Burgundionum* Rex, ex *Theodorici* filia susceptum, posteriore instigante coniuge, anno 512 peremerat[d], societatem inter *Burgundiones* & *Ostrogothos* esse solutam, filios ad bellum concitat, prælioque victum *Sigismundum* captivum abducunt anno 523[e]: *Godomarus* tamen, *Sigismundi* frater, digressis *Francis*, regnum recipit, quod inpotentius ferens *Chlodomirus*, *Sigis-* Burgundia a Francis subacta.

Y y 2 *mundo*

[a] Theoph. l. d. Chron. Alex. p. 375. Evagr. L. IV. c. 41. Pag. Crit. an. 565. n. 3. & seqq. du Fresne Fam. Byzant. p. 96. [b] Procop. Goth. L. IV. c. 17. Theophanes Byzant. apud Phot. Cod. CLXIV. p. 80. Zonar. L. XIV. c. 9. [c] Theoph. Chron. p. 201, 202. 203. [d] Gregor. Tur. L. III. c. 5. Marius Avent. p. 212. Chron. Besuense apud Acher. T. II. p. 360. [e] Gregor. Tur. L. III. c. 6. Marius l. d. Procop. Goth. L. I. c. 12. Aimoin. L. II. c. 3. 4. Gesta Franc. Epitom. c. 20. Hist. Franc. Epitom. c. 34.

A. 5235. Per. Jul. ad 5274. A. Christ. 522. ad 561.

mundo cum suis in puteum proiecto, anno 524 novam in *Burgundos* expeditionem facit, qua victor occubuit, regnum tamen retinuit *Godomarus* [a]: donec anno 534 a *Childeberto* & *Chlotario*, quibus se *Theodebertus* iunxerat, victus regno excidit, quod *Francorum* Reges inter se diviserunt [b].

Thuringi ad Unstrutam victi.

§. 2. Ante hoc tempus, sed mortuo *Theodorico* *Ostrogothorum* Rege, *Theodoricus*, qui *Metis* sedem regni habebat, stimulante veteri iniuria, accito fratre *Chlotario*, in *Thoringos* arma vertit, ac victo ad *Unstrutam*, *Saxonum* auxiliis, *Hermenefrido* Rege, cui *Amalaberga*, neptis *Theodorici* Regis *Ostrogothorum* nupserat, *Thoringiam* magnam partem suis rebus adiecit [c], quod circa annum 530 evenisse videtur.

Primum bellum Visegothicum.

§. 3. Vixdum enim inde redierat *Theodoricus*, cum *Childebertus*, ultum iniurias sororis *Chlotildis*, quæ *Amalarico Visegothorum* Regi nupserat, profectus est in *Hispaniam*, victumque prope *Narbonem Amalaricum* occidit [d], postquam annos quinque a morte *Theodorici*, quæ, ut supra vidimus, contigit anno 526, inter *Visegothos* regnaverat [e].

Chlodomiri filii a patruis cæsi.

§. 4. Ut hoc laudi datur, sic detestandum *Chlotarii* facinus, qui, ne fratris *Chlodomiri*, bello *Burgundico* occisi, filii regnum paternum obtinerent, in ipsorum perniciem cum *Childeberto* fratre conspiravit: qua occasione *Chlotarius* duos fratris filios *Theodovaldum* & *Guntharium* sua manu peremit, tertius *Chlodovaldus* cædi subductus, postea inter clericos adscriptus est, regnum *Chlodomiri* fratres inter se æqua lance diviserunt [f].

Bellum intestinum Francorum.

§. 5. Post hæc, ut *Sigebertus* [g] numerat, anno a mor-

a Gregor. Tur. L. III. c. 6. Marius in Chron. p. 212. Agath. L. I. p. 14. Hist. Franc. Epit. c. 35—37. *b* Gregor. Tur. L. III. c. 11. Procop. B. Goth. L. I. c. 13. Marius p. 213. Aimoin. L. II. c. 7. Barbeir. Ant. Fœd. P. II. §. 175. *c* Gregor. L. III. c. 4. 7. 8. Gesta Franc. c. 22. Aimoin. L. II. c. 9. Procop. Goth. L. I. c. 13. Witichindus Corbeiens. apud Meibom. T. I. p. 630—633. *d* Gregor. Tur. L. III. c. 9. 10. Gesta Franc. Epit. c. 23. Hist. Franc. Epit. c. 31. 42. Aimoin. L. II. c. 8. *e* Isidor. Chron. p. 721. Edit. Grotii. Chronol. Regum Gothorum apud du Chesne T. I. p. 819. Pag. Crit. an. 531. n. 8. *f* Gregor. Tur. L. III. c. 18. Hist. Epit. Franc. c. 39. Gesta Franc. c. 24. Aimoin. L. II. c. 12. *g* Sigeb. in Chron. p. 516. apud Pistor. T. I.

morte *Chlodovei* 26, qui *Christi* est 537, discordia inter fratres orta, *Childebertus* cum *Theodeberto*, *Theodorici* fratris filio, in *Chlotarii* conspiravit perniciem; sed subita interveniente tempestate id bellum conpositum [a]. A. 5235. Por. Jul. ad 5274. A. Christ. 522. ad 561.

§. 6. Biennio post, anno *Christi* 539 [b], *Theodebertus*, qui patri *Theodorico* anno 534 in regno successerat [c], rebus se *Italicis* inmiscens, non tantum *Alemannorum* gentem, quæ iuris *Gothici* antea fuerat, sibi subiecit [d], sed etiam cum valido exercitu *Liguriam*, *Æmiliam*que pervagatus, *Genuam* evertit, indeque morbo in castris orto domum rediit, relicto in *Italia* *Bucellino* sive *Butilino* *Alemannorum* Duce [e], qui magnas inde prædas egit [f]. Theodebertus subactis Alemannis bellum gerit in Italia.

§. 7. Subinde fratres *Childebertus* & *Chlotarius*, fœdere inter se repetito, circa annum 543 contra *Theudem*, qui *Amalarico* successerat [g], in *Hispaniam* inrumpunt, ac magna strage edita, usque *Cæsaraugustam* penetrant; inde accepta clade reiecti ægre domum redierunt, ita tamen, ut sequenti denuo anno nobilem de *Gothis* ad *Setiam* victoriam reportarent [h]. Alterum bellum Visegothicum.

§. 8. *Theodeberto* anno regni sui 14, *Christi* 547 [i], mortuo, successit filius eius *Theodebaldus* [k], qui sub finem belli *Gothici*, annumque *Christi* 553, a *Gothis* ad *Padum* degentibus in auxilium vocatus, quamvis aperte negaret, *Alemannorum* tamen, sibi subditorum duces, *Leutharim* & *Butilinum* ire in *Italiam* permisit [l]: qui licet sub initium magnam *Italiæ* vastitatem induxerint, anno tamen sequente ambo pœnas dedere, ea clades evenit anno *Christi* 554 [m]: Leutharis & Butilinus in Italia.

Y y 3 cum

[a] Gregor. Tur. L. III. c. 28. Gesta Franc. c. 25. Hist. Epit. c. 41. Aimoin. L. II. c. 18. [b] Marius in Chron. & Contin. Marcellini. [c] Gregor. L. III. c. 23. Agat. L. I. p. 14. [d] Agath. L. I. p. 14. coll. 17. [e] Agath. L. I. p. 17. [f] Gregor. Tur. L. III. c. 32. Procop. Goth. II. c. 25. Hist. Epit. c. 45. Aimoin. L. II. c. 21. Paulus Warnef. de gestis Longobard. L. II. c. 2. Marius p. 213. [g] Pag. Crit. an. 531. n. 8. 9. [h] Isidor. in Chron. p. 721. 722. Gregor. Tur. L. III. c. 29. Appendix quæ exstat in margine Chron. Victor Tunun. p. 9. Gesta. Epit. c. 26. Aimoin. L. II. c. 19. [i] Marius Avent. p. 213. Vita S. Mauri apud du Chesne T. I. p. 541. B. Pag. Crit. an. 552. n. 21. 22. [k] Gregor. Tur. L. III. c. 37. Agath. L. I. p. 15. [l] Agath. L. I. p. 16. 17. [m] Agathias L. I. p. 19. & in fine L. I. & L. II. p. 35—46. Marius p. 214.

A. 5235. Per. Jul. ad 5274. A. Christ. 522. ad 561.

cum iam anno ſuperiore, regni ſui ſeptimo, diem obiiſſet *Theodebaldus* nulla prole relicta.

Chlotarius ſolus imperio Francico potitur.

§. 9. Regnum eius pervenit ad magnum patruum eius *Chlotharium* [a]; qui, cum etiam fratri ſuo *Childeberto*, exeunte anno 558 mortuo [b], ſucceſſiſſet, ſolus *Francorum* principatum tenuit ad annum 561, quo tempore de *Chramno*, contumaci ac rebellante filio, quem ex concubina ſuſceperat, vindictam ſumſit anno 560 [c], ac vivere deſiit anno regni 51 [d].

CAPUT VI.

De rebus Eccleſiaſticis utriusque Imperii, deque viris eruditis, qui Juſtiniano *imperante floruerunt.*

§. 1.

Semipelagiani damnati.

SEcunda ſynodus *Arauſicana* in *Galliis* habita eſt anno 529, *Decio* iuniore Cos, in qua præſide *Cæſario Arelatenſi* ſecundum admonitionem & auctoritatem ſedis *Apoſtolicæ* damnata eſt *Semipelagianorum* ſententia, decretumque, nihil hominem de ſuo habere niſi mendacium & peccatum, omne boni principium etiam fidei eſſe a gratia Dei præveniente [e], „cum per peccatum primi hominis ita inclinatum „& attenuatum fuerit liberum arbitrium, ut nullus „poſtea aut diligere Deum, ſicut oportuit, aut operari propter Deum quod bonum eſt poſſit, niſi „eum gratia miſericordiæ divinæ prævenerit: ac ſimul, ut detergant illam a *Semipelagianis* in *Auguſtinum* eiusque adſeclas iactatam calumniam, addunt; „Aliquos vero ad malum divina poteſtate prædeſtinatos eſſe, non ſolum non credimus, ſed etiam, „*ſi ſunt* qui tantum malum credere velint, cum „omni deteſtatione illis anathema dicimus.„

§. 2.

a Agat. L. II. p. 51. Greg. Tur. L. IV. c. 9. Marius p. 214. Geſta Franc. c. 21. Contin. Marcellini. b Marius p. 214. Gregor. Tur. L. IV. c. 20. c Marius p. 214. Gregor. L. IV. c. 20. d Marius l. d. Gregor. L. IV. c. 21. e Exſtat apud Hard. Conc. T. II. p. 1097. & ſeqq. & 1109. Pag. Crit. an. 529. §. 3–8. 530. §. 7.

A. 5240. Per. Jul. ad 5278. A. Christ. 527. ad 565.

Agapethus & Mena.

§. 2. Anno vero 536 *Agapethus* Papa, a *Theodato Gothorum* Rege legatus ad *Justinianum* ire iussus[a], *Constantinopolim* veniens, *Anthimum*, qui ex *Trapezuntina* Ecclesia ad *Constantinopolitanam* transierat, insuperque *Eutychianis* favere credebatur, deposuit, locoque eius *Menam* ordinavit[b]. Qui eodem anno, *Agapetho* vita functo, de Imperatoris auctoritate, Synodum celebravit VI Nonas *Maias* in qua cum *Anthimo Severus* aliique damnati sunt hæretici[c]; qui omnes *Justiniani* edicto relegati sunt, libris eorum incendio addictis[d].

Silverius & Vigilius.

§. 3. *Agapetho* X ante Kal. *Maii Constantinopoli* mortuo, *Romæ* Pontifex creatus est *Silverius Hormisdæ* Papæ filius[e]. At *Theodora*, clam cum *Vigilio*, *Romano* diacono, pacta de *Anthimo* restituendo, *Silverium* a *Belisario*, prætextu consensionis cum *Gothis*, relegari, ac pro eo *Vigilium* X ante Kalendas *Decembres* anni 537 *Romanum* Episcopum fieri curavit[f]. Qui occulte litteris suum cum *Severo* & *Anthimo* consensum testatus[g], etiam sibi traditum *Silverium* in insula *Palmaria* inedia & ærumnis necavit XII Kal. *Julii* anno 538[h].

Tria Capitula.

§. 4. Hoc *Vigilio* sedem *Romanam* tenente, de tribus libellis ab *Theodoro*, *Iba* & *Theodoreto* scriptis, qui *Trium Capitulorum* nomine veniunt, gravis exorta est altercatio, ob quam quinta *Constantinopoli* generalis est peracta Synodus, cuius rei originem paullo altius repetiisse iuvabit.

Lites de Nestorianismo.

§. 5. Damnato *Nestorio*, necdum omnia dissensionum semina sublata, cum igitur eius fautores *Theodori*, *Mopsuestiæ* quondam Episcopi, & magni nominis viri scripta, quibus duas in *Christo* naturas contra *Eunomianos* defenderat, in vulgus spargerent; ad-

[a] Procop. B. Goth. L. I. c. 7. Liberat. Breviar. c. 21. Marcell. Chron. p. 56. [b] Liberat. Brev. c. 21. Marcell. l. d. Victor Tunun. p. 9. Epistola Agapithi in actis Concilii sub Mena habiti. [c] Acta Conc. sub Menna apud Hard. T. II. p. 1186. & seqq. & 1257. Evagr. L. IV. c. 11. Theoph. p. 183. 184. [d] Justiniani Novella XLII. [e] Liberat. Brev. c. 22. Anastas. Vita Agapethi p. 38. Edit. Reg. [f] Liberat. l. d. Procop. I. B. Goth. c. 25. Victor Tun. p. 330. Marcell. p. 56. Anastas. vita Silverii p. 39. [g] Exstant apud Liberat. l. d. Victor Tunun. p. 330. ibique Basnage. [h] Anastasius Bibl. p. 39. Pag. Crit. an. 540. n. 2—5.

A. 5240. Per. Jul. ad 5278. A. Christ. 527. ad 565.

adversarii, & inter illos *Rabula Edessenus* Episcopus contendere cœperunt, scripta hæc *Nestoriano* suffragari errori [a]. *Ibas* vero, qui *Rabulæ* successerat, epistola ad *Marim Persam* data, caussam *Theodori* defendendam suscepit, *Cyrillum* & *Rabulam* perstringens [b]. Quemadmodum iam ante *Theodoretus*, lite adhuc inter *Johannem Antiochenum* & *Cyrillum*, de qua supra diximus [c], fervente aculeatum commentarium contra *Cyrilli* anathematismos ediderat [d]. De quibus ab eo tempore sæpe altercatum fuerat.

Damnato Origine lis de tribus Capitulis fervidius acta.

§. 6. Sed inter hæc, latius sparsis *Origenis* erroribus, *Pelagius*, *Romanæ* sedis diaconus & Apocrisiarius a *Justiniano* Imperatore anno 541 decretum impetravit, quo gravissimorum errorum damnabatur dudum mortuus *Origenes* [e]. Quæ res *Theodorum Cæsareensem* Episcopum, inter quem & *Pelagium* simultas erat, graviter offendit. Itaque pro ea qua apud Imperatorum valebat gratia, auctor fuit, ut pacis conciliandæ caussa etiam edicto suo *Theodorum Mopsuestenum* in *Ibæ* epistola laudatum, una cum epistola ipsa, simul & *Theodoreti* libros contra *Cyrillum* damnaret [f], quod cum pacis cupido Imperatori persuasisset, complures intercesserunt [g], rati, tribus illis condemnatis, labefactari synodi *Chalcedonensis* auctoritatem, in qua & *Ibas* cum epistola sua, quæ *Theodori* commendationem habebat, probatus erat, & *Theodoretus* sedi suæ restitutus. Prævaluit tamen Imperatoris auctoritas, qui etiam anno 544 libellum edidit, quo *tria* illa damnavit *Capitula* [h], eique *Menam* ac cæteros Patriarchas coëgit subscribere [i]. *Vigilium* etiam, *Romanum* Pontificem *Constantinopolim* excitum in suam pertraxit sententiam anno

a Liberat. c. 10. Lupus Sylloge c. 43. 44. Acta Conc. II. Constantinop. collatione quinta apud Harduin. T. III. p. 91. & seqq. *b* Conc. Constant. Coll. sexta ib. p. 104. Facund. L. VI. c. 3. *c* Lib. VI. c. 15. *d* Opera Marii Mercatoriis Garnerii T. II. p. 267. & seqq. *e* Liberat. c. 23. 24. Libellus Imperat. Tom. III. Conc. apud Harduin. p. 243—283. Evagr. L. IV. c. 38. *f* Liberat. c. 24. *g* Epistola Facundi Hermianensis apud Acher. T. III. p. 307. *h* Exstat in Actis Conc. Constant. apud Hard. T. III. p. 286. & apud Baluz. p. 1545. 1546. de tempore Pag. Crit. an. 546. §. 3—5. *i* Facund. L. IV. c. 4.

anno 547[a], effecitque ut sequenti anno *Judicatum* ederet, quo, non sine manifesta contradictione, salva Synodi *Chalcedonensis* reverentia, tria ista Capitula damnabat[b].

A. 524e. Per. Jul. ad 5278. A. Christ. 527. ad 565.

§. 7. Sed cum ea adiecta conditione neutri parti placeret *Vigilius*, homo levis & inconstans. Imperator denique, ut ei controversiæ modum poneret, generale Concilium indixit[c], quod quintum ordine celebrari cœpit *Constantinopoli* III Nonas *Maii* anno 553[d]. In quo, licet *Vigilius*, mutata sententia, *Constituto* edito, *Trium Capitulorum* defensionem susciperet[e], nihilo minus damnata sunt *tria Capitula*, *Origenes*, *Didymus* aliique anathemate notati[f]. *Vigilius*, quod decretis Concilii subscribere nollet, in exilium missus[g], nomenque e diptychis erasum[h]: donec sequenti anno 554 novo *Constituto*, iterum *Tria Capitula* damnans, Synodi decretis adsensum præbuit[i]. Itaque *Romam* redeundi venia inpetrata in *Sicilia* calculi morbo periit anno post Consulatum *Basilii* 13, qui *Christi* fuit 554[k].

Concilium Constantinopolitanum. Vigilii inconstantia.

§. 8. Eius loco *Pelagius*, cum & ipse *Tria Capitula*, quorum acer antea adsertor fuerat, damnasset, Episcopus ordinatus est[l]: atque ab eo tempore constat, exemplo a Regibus *Gothorum* tradito, receptum fuisse, ut non prius *Romani* Episcopi ordinarentur, quam ipsorum electio ab Imperatore *Græco* probata fuerit[m].

Pelagius Papa.

§. 9. Doctrinæ fama, *Justiniano* rerum potiente, celebrantur *Cassiodorus* Senator & Prætorio Præfectus, postea in *Vivariensi* Cœnobio, a se structo, monachus

Eruditione celebres.

[a] Victor Tun. p. 332. Theoph. p. 190. 191. Baluz. nova Coll. Conc. p. 1544. Pag. Crit. an. 547. n. 4—7. [b] Baluz. l. d. p. 1495. Epist. ad Rustic. T. III. Conc. Hard. p. 177. [c] Evagr. L. IV. c. 28. Epistola Imperatoris apud Hard. T. III. p. 54. 56. [d] Apud. Baluz. l. d. p. 1491. [e] Exstat apud Baron. in Ann. an. 553. addatur epistola Imperat. apud Hard. T. III. p. 187. [f] Vid. Anathemat. XIV. apud Hard. Conc. T. III. p. 193. Chron. Alex. p. 345—373. [g] Anastasius vita Vigilii p. 41. [h] Epistola Justiniani apud Baluz. Coll. Conc. p. 1545. [i] Exstat apud Baluz. l. d. p. 1551. [k] Appen. Marcellini p. 57. [l] Victor Tun. p. 333. [m] Mabillon Musei Ital. Tom. II. in comment. prævio ad Ordinem Romanum §. 17. & Pag. Crit. an. 555. §. 10. 11.

A. 5240. Per. Jul. ad 5278. A. Christ. 527. ad 565.

nachus & Abbas [a]. *Dionysius Exiguus*, qui cyclum suum annorum 532 condidit anno 526, sed publicavit anno 532, auctor æræ Vulgaris [b]. *Facundus*, *Hermianensis* Episcopus, propugnator *Trium Capitulorum* [c]. *Liberatus* Ecclesiæ *Carthaginiensis* Archidiaconus Breviario notus [d]. *Victor Tunnunensis* Episcopus in *Africa*, cuius Chronicon desinit anno 565 [e]. In Oriente *Procopius*, *Agathias* & *Marcellinus* Comes Historici floruere. Philosophi *Isidorus Gazæus*, & *Damascius Syrus* ultimi in schola *Platonicorum* recentiorum [f]: *Simplicius Cilix*, *Priscianus Lydus* Peripatetici [g], aliique gentiles, qui fama *Chosrois* *Persarum* Regis excitati in Orientem profecti sunt, sed postea domum redierunt [h].

Benedictus Nursinus.

§. 10. Etiam hoc tempore celebre nomen adeptus est *Benedictus Nursinus*, qui eruditionem fugiens, monasticæ vitæ regulam scripsit [i].

C A-

[a] Vita eius a Garetio ex ipsis operibus collecta & iis præmissa. [b] Beda Libro de sex Ætatibus Mundi an. 4480. Cassiod. Div. Lect. c. 23. Sigeb. an. 532. Pag. Crit. an. 527. n. 7. & seqq. [c] Facundus in libris suis: & in epistola apud Acher. T. III. p. 307. du Pin Bibl. Eccl. T. V. p. 75. [d] Liberat. c. 20. Du Pin T. V. p. 82. [e] Du Pin T. V. p. 83. Gundling in Gundl. P. XIX. Diss. 1. Tom. IV. p. 299. [f] Bruck. Hist. Philos. T. II. p. 341. & seqq. [g] Bruck. l. d. p. 491. 492. [h] Agathias L. II. p. 65. [i] Antonin. in Chron. Tit. XV. c. 13. Du Pin Bibl. T. V. p. 65. Bruk. T. III. p. 573.

CAPUT VII.

A. 5273. Per. Jul. ad 5315. A. Christ. 565. ad 602.

De rebus memoria dignis quæ Justino *iuniore*, Tiberio & Mauricio *imperantibus in Orientali Imperio acciderunt.*

Ab anno Christi 565 *ad* 602.

§. 1.

Justinus II. Imperator pecuniæ avidus, a bello abhorrens.

VIgilantia, *Justiniani* sorore & *Dulcissimo* patre natus *Justinus* [a], ex *Curopalata* Imperator coronatus est, eo ipso XIV *Novembris* die, quo *Justinianus* excesserat, anno 565, una cum *Sophia* coniuge, imperiosa muliere, *Theodoræ*, uxoris *Justiniani*, nepte [b]. Laudi datur, quod statim primo imperii anno lites de *Tribus Capitulis* motas conposuit, omnesque pacem colere iussit [c]: est & insigne severitatis exemplum, quod *Cedrenus* [d] & *Zonaras* [e] referunt, quo conlapsam Principum inpotentia iustitiam restitutum ivit. Cetera mollis & dissolutus, a bellicis negotiis abhorrens, & in pecunia cogenda totus [f]. *Abares* maiora, quam a *Justiniano* ipsis promissa fuerant, munera petentes reiecit [g]: *Turcos*, qui hoc tempore innotescere cœperunt, anno regni quarto, in fœdus & societatem recepit [h]: anno vero regni septimo, *Christi* 571, longum & difficile contra *Persas* orsus est bellum [i], quod *Theophylactus* [k] annos viginti durasse, & negligentia Principis minus ex sententia gestum scribit [l]: cui accessit clades ab *Avaribus* anno 574 ad *Danubium* accepta [m]: qua adversa fortuna fractus *Justinus*, in phrenitin & amentiam in-

[a] Du Fresne Fam. Byzant. p. 93. 99. [b] Theoph. p. 204. Evagr. L. V. c. 1. Victor Tunun. p. 12. [c] Biclarien. p. 13. Evagr. V. 1. 4. [d] Cedren. pag. 389. [e] Zonar. L. XIV. c. 10. [f] Evagr. L. V. c. 1. [g] Menander Protector Excerpt. Legat. p. 99. & seqq. Edit. Reg. [h] Menand. Prot. Exc. p. 106. 151. 152. Theoph. Byzant. apud Phot. Cod. LXIV. p. 80. [i] Menand. l. d. p. 103. 114. 115. & seqq. Theophylact. L. III. c. 9. Evagr. L. V. 7. Theoph. Chron. p. 206. Theoph. Byzant. p. 80. 81. Hist. Misc. L. XVI. p. 110. [k] Theophyl. L. III. c. 8. [l] Evagr. L. V. c. 7. & seqq. Theophyl. L. III. 10. 11. Theoph. l. d. [m] Theoph. p. 208. 209. Evag. L. V. 11, Menander p. 115. 117. 154.

A. 5278. Per. Jul. ad 5315. A. Christ. 565. ad 602.

incidens, eopse anno mense *Decembri*, cum lucida interdum intervalla haberet, *Tiberium*, Comitem Excubitorum, *Cæsarem* renunciavit, a quo deinceps administrata respubl.[a]

Tiberii Cæsaris & Sophiæ cum Persis bellum.

§. 2. Interim *Sophia* de induciis cum *Chosroë Persarum* Rege egerat, easque primum in annum[b]: iterumque alias anno 575 in triennium sub annuo tributo inpetraverat, ita tamen, ut interim in *Armenia* bellum gererent[c]. Ibi ergo redintegrato bello, *Chosroës* anno 575, ut ex *Biclariensi* constat, tantam a *Justiniano* duce cladem accepit, ut lege perpetua sanxerit, ne deinceps contra *Romanos* exercitum Rex ipse duceret[d]. Victoriam hanc male *Theophanes*[e] post mortem *Justini* ad annum *Tiberii* tertium refert. Fuit tamen hæc victoria sequenti anno fœdata clade in *Armenia* accepta[f].

Justinus moritur.

§. 3. *Justinus* ingravescente morbo, Indictione XII, *Septembris* die 26 (hic est annus 578) *Tiberium* ex *Cæsare* creavit *Augustum*, ac paullo post ipse quinto die mensis *Octobris* e vita excessit, cum regnasset annos 12, menses 10 & dies 22[g].

Tiberius Imperator publice utilis.

§. 4. *Tiberius* ergo, genere *Thrax*, solus imperare cœpit anno 578. Vir præstanti corporis forma, lenis & in pauperes liberalis[h]. Initio imperii *Sophiam*, *Justinianum* ad imperium provehere conantem, privatam ad vitam redegit[i]. A *Baiano Abarum* Rege gravi in *Pannonia* bello vexatus, pacem *Sirmio* tradito redemit anno 580[k]. *Persas*, *Romanam* pacem superbe respuentes, duce *Mauricio* cecidit & quæ *Justiniano* & *Justino* imperantibus, ab iis occupata fuerant, recuperavit anno imperii quarto[l]. Imperavit

a Evagr. L. V. 11. 13. Theophylact. L. III. c. 11. Chron. Alex. Pag. Crit. an. 574. §. 4—9. *b* Menander p. 118. 156. Barbeir. Ant. Fœd. P. II. §. 222. *c* Theophyl. L. III. 12. Menander p. 147. 157. Evagr. L. V. 12. Barbeir. l. d. §. 225. *d* Evagr. V. 14. 15. Biclar. p. 14. Theophylact. Symocatta L. III. c. 14. *e* Theoph. Chron. p. 212. *f* Menand. p. 119. & seqq. & 158. *g* Chron. Alex. p. 376. Theoph. p. 210. 211. Theophyl. L. III. c. 16. *h* Evagr. L. V. c. 13. Greg. Tur. L. V. c. 20. Theophyl. L. III. c. 16. *i* Gregor. Tur. L. V. c. 51. Theoph. p. 211. *k* Menander p. 126. & 174. 175. Biclar. p. 14. Evagr. L. V. c. 12. *l* Theophan. Chron. p. 215. Biclar. p. 15. Evagr. V. 19. Theophyl. L. III. c. 17. 18. Menander p. 166. & seqq.

ravit post obitum *Justini* annos 3, menses 10, & dies 8, mortuus quippe 14 *Augusti* mensis anno 582, Indict. 15 [a]: cum pridie *Mauricio*, *Persici* belli gloria florenti [b], *Constantinam* filiam coniugem dedisset, ac successorem sibi designasset: quemadmodum alteram filiam *Charitonem Germano* nuptum dedit [c]. A. 5278. Per. Jul. ad 5315. A. Christ. 565. ad 602.

§. 5. *Mauricius* igitur, genere *Romanus*, sed e *Cappadocia*, oppido *Arabisso* oriundus [d], vir solers & prudens, bellicaque laude clarus [e]; sed avaritiæ labe adspersus [f], bellum cum *Persis*, *Justino* Imperatore susceptum, per *Philippicum* ducem ad annum 587 feliciter administravit [g]. Sequenti vero, cum *Priscus* ad exercitum missus esset, graviter tumultuatum [h], eoque conposito primum *Heraclio* duce [i], iterumque anno 589 *Romano* duce insignis de *Persis* parta est victoria [k]. Ob quam iratus *Hormisdas Baramo* duci muliebrem stolam per ludibrium misit, qui eo irritatus ab eo cum exercitu defecit [l]. Interim & *Vindoës Chosroëm Hormisdæ* filium ad imperium occupandum incitat, *Hormisdam* conprehensum excæcari, necarique curat exeunte anno 590 [m]. *Baramus* bellum persequens *Chosroëm* ad *Mauricium* fugere conpellit, a quo adoptatus, victo *Baramo*, in regnum restitutus est anno 591 [n]. Atque ita finitum est bellum *Persicum*, cum durasset annos viginti [o].

Mauricius bellica laude clarus. Res Persicæ.

§. 6. Rebus in Oriente conpositis *Europam* bellorum procellis exagitarunt barbaræ gentes, *Sclavi*, *Bulgari* maximeque *Avares*, quibuscum alternante sæpe fortuna; interdum & bello pactionibus interrupto,

Mauricius a Phoca cæsus.

a Chron. Alex. p. 376. Theoph. p. 213. *b* Theophyl. L. III. c. 18. Evagr. V. 20. *c* Evagr. L. V. c. 22. Chron. Alex. Theoph. ll. dd. Du Fresne Fam. Byzant. p. 103. *d* Du Fresne Fam. Byz. p. 106. *e* Evagr. L. V. 19. Theophyl. L. VIII. c. 13. *f* Theoph. Chron. p. 219. *g* Theophylact. L. I. c. 12—L. II. c. 10. 18. Evagr. L. VI. c. 3. Theoph. p. 216. *h* Theophyl. L. III. c. 1—4. Evagr. L. VI. c. 4—13. Theoph. p. 219. *i* Theophyl. L. III. c. 6. Theoph. p. 220. *k* Theophyl. L. III. 6. 7. 8. Evagr. L. VI. c. 15. Theoph. p. 221. *l* Theophyl. L. IV. c. 1. 2. Theoph. p. 222. *m* Theophyl. L. IV. c. 3—7. Evagr. V. 16. Theoph. p. 222. 223. *n* Theophyl. L. IV. c. 3—15. V. 1. & seqq. Evagr. VI. 17. 19. Chron. Alex. p. 377. Theoph. p. 223. 224. Biclariensis in fine. Abulphar. Dynast. p. 154—156. Johannes Fourmont Hist. de l'Acad. des Inscript. T. XIII. p. 508. & seqq. *o* Theophyl. L. III. c. 3.

A. 5278. Per. Jul. ad 5315. A. Christ. 565. ad 602.

rupto, certatum est[a]. Sed cum anno imperii sui XVII, *Christi* 599[b], aliquot seditiosorum millia, *Comentiolo* duce, barbaris obiecisset, captivos autem vili licet pretio redimere recusasset, proptereaque *Chaganus* omnes iugulari iussisset, id militum ab eo animos alienavit[c]. Et quamvis eopse anno pax cum *Chagano* ea lege conposita fuerit, ut *Danubius* utriusque regni terminus esset[d], fuit tamen illa mox sequenti anno turbata[e], quo bello fervente, cum *Petrum* fratrem suum anno 602 iuberet, militem per hiemem in *Sclavinorum* regione retinere, ii aspera loca aversati, per tumultum *Phocam* centurionem sibi ducem præficiunt[f]; a quo *Mauricius*, trucidatis in conspectu eius sex filiis, ad *Chalcedonem* occiditur die 27. *Novembris*, feria 3[g]. *Constantina* vero eius uxor triennio post, Indictione VIII, perimitur, unaque tres eius filiæ[h]. Non alius Imperator, aut acerbiorem fortunam expertus est, aut æquiore animo tulit. Una vox in tanta suorum carnificina illius excepta est. *Justus es Domine & rectum iudicium tuum*[i].

CA-

a Theophyl. L. VI. c. 3. & seqq. Theoph. p. 225. & seq. *b* Theophyl. L. VII. c. 13. *c* Theophyl. L. VII. c. 13. & seqq. Theophan. p. 234—236. Chron. Alex. p. 379. Zonar. L. XIV. c. 13. *d* Theophyl. L. VII. c. 15. *e* Theoph. L. VIII. c. 1. *f* Theophyl. L. VIII. c. 5. & seqq. Theophan. p. 238—241. Zonar. L. XIV. c. 13. p. 78. *g* Chron. Alex. p. 378. 379. Theoph. p. 241—244. Zonar. L. XIV. c. 14. Du Fresne Fam. Byzant. p. 107. *h* Chron. Alex. p. 380. Theoph. L. VIII. c. 15. *i* Theophyl. L. VIII. c. 11. Theoph. p. 243.

CAPUT VIII.

De rebus Occidentis. *Et in specie de* Longobardorum *originibus*, *eorumque in* Italia *regno*.

§. I.

Longobardorum origines.

LOngobardi, genere *Germani*, feroces & bellicosi [a], *Suevis* ab antiquo adnumerati, cis *Albim* [b], & auctore *Strabone* [c], etiam ultra *Albim* olim incoluerunt: quamvis *Paulus Warnefridi* [d] eorum e *Scandinavia* origines repetat, ut demum *Iborea* & *Aione* ducibus ex patria progressi *Vandalos* devicerint [e], quod *Prosper* [f] refert ad annum *Christi* 379. Post hæc, *Rugis* ab *Odovacre* victis, in eorum locum inmigrarunt [g]. Ac denique a *Justiniano* Imperatore *Norico* & *Pannonia* donati *Longobardi*, *Audoino* Rege, qui nonus a *Paulo* [h] numeratur, in adversa *Istri* fluminis ripa, haud procul a *Gepidis* consederunt [i], quod anno *Christi* 527 *Justiniani* primo factum oportet, si, quod *Paulus Warnefridi* [k] & *Sigebertus* ad annum 527 scribunt, anno post 42 in *Italiam* venerunt: ita tamen ut inquieta gens iam ab anno 548 *Romanorum* ditiones in *Dalmatia* & *Illyrico* infestare cœperit [l]. Bellum etiam prospere cum *Gepidis* gesserit [m]. Quo conposito in ultimo contra *Totilam* prælio anno 552 *Romanis* subsidio venerunt [n]. Sed cum belluarum ritu tota *Italia* grassarentur, ac ferro flammisque cuncta vastantes, mulieres ad templa fugientes stupris

a Tacit. de Mor. Germ. c. 40. Vell. Paterc. L. II. c. 106. n. 2. b Tacit. II. Ann. c. 45. XI. 17. c Strabo L. VII. p. 290. 301. & Leibnit. ad Exc. ex Tacit. Script. Brunf. T. I. p. 13. d Paulus Warnef. de Gestis Longob. L. I. c. 2. e Paulus l. d. L. I. c. 7. & 10. f In Chron. Scalig. p. 188. g Paulus Warn. L. I. c. 19. h Paul. l. d. c. 22. i Procop. Goth. L. III. c. 35. k Paulus Warn. L. II. c. 7. l Procop. B. Goth. L. III. c. 33. Pag. Crit. an. 568. n. 3. m Procop. Goth. L. III. 34. 35. L. IV. c. 18. 25. 27. Paul. Warn. L. I. c. 23. n Procop. B. Goth. L. IV. c. 26. 31.

pris polluerent, *Narses* eos datis magnis muneribus a se dimisit in *Pannoniam* [a].

Longobardi in Italia.

§. 2. Regnabat tunc *Longobardis Audoinus*, cuius filius *Alboinus*, fœdere cum *Hunnis Abaribus* inito, *Gepidarum* regnum, cæso ipsorum Rege *Cunimundo*, delevit anno 568 [b]. Eodemque anno a *Narsete* invitatus [c], ex *Pannonia* movens, sequente *Italiam* incursare cœpit [d]. Regnatum a *Longobardis*, a quibus superior *Italiæ* pars *Longobardiæ* nomen accepit, annis 204. Postremus enim Rex *Desiderius* a *Carolo Magno* victus anno 773 & *Ticino* inclusus, sequenti anno, urbe capta, in *Gallias* est abductus [e].

Alboinus Rex Longobardorum.

§. 3. *Alboinus*, igitur anno 569 celeri victoriarum cursu, multis *Venetiæ* civitatibus captis, mense *Septembri Liguriam* pene omnem, præter maritimas urbes occupavit [f]. *Mediolanum* ingressus, *Ticinum* triennio toto obsedit, ita tamen ut interea temporis superiorem pervagatus *Italiam*, omnia fere præter *Romam* & *Ravennam* in ditionem suam redigeret [g]. Sed cum res eius maxime florerent fraude coniugis *Rosemundæ*, filiæ *Cunimundi*, interemtus est, cum regnasset in *Italia* annos tres & sex menses [h], anno *Christi* 572 [i], ut *Marius* scribit, sed *Sigebertus* & *Hermannus Contractus* in fusiori chronico mortem eius referunt ad annum 574, ac annos tres regni repetunt ab eo tempore, quo *Ticini* sedem posuit, qua ratione defendi potest, quod scribit *Gregorius Turonensis* [k], ipsum septimo anno, postquam in *Italiam* venerant *Longobardi*, cæsum esse.

Rosemunda & Helmiches.

§. 4. *Rosemunda* cum thesauris *Alboini*, & adultero suo *Helmiche* ad *Longinum* Exarchum *Ravennam* fugiens, eius suasu venenum illi propinavit, cuius hausta parte, reliquum eam *Helmichis*, stricto gladio,

[a] Procop. B. Goth. L. IV. c. 33. [b] Menander p. 110. 111. Paul. Warn. L. II. c. 27. Barbeir. Antiq. Fœd. P. II. §. 215. [c] Paulus Warn. L. II. c. 5. Anastas. in Johan. III. p. 43. [d] Marius Aventic. p. 215. Basn. Ann. an. 569. n. 1. [e] Eginh. Vita Caroli c. 6. Ann. Fuld. an. 773. & 774. & Sigeb. [f] Paulus Warnefr. L. II. c. 9. 10. 12. 14. 25. [g] Paulus L. II. c. 25-27. [h] Paulus L. II. c. 28. [i] Marius Aventic. p. 215. [k] Gregor. Tur. L. IV. c. 41. Pag. Crit. an. 571. n. 2.

gladio, coëgit bibere. Sic adulteri ambo parricidii pœnas dedere[a]. *Longinus* thesauros *Constantinopolim* misit ad *Tiberium*[b], quod indicio sit, non ante annum 574, quo *Tiberius Cæsar* factus est, *Alboinum* interemtum esse.

Reges Longobardorum post Alboinum.

§. 5. Post *Alboinum* Rex factus est *Clephus*, eoque post annum & sex menses interemto, decem annis sub ducibus fuerunt[c], itaque anno 586 de communi consensu Regem constituunt *Autharim*[d], eoque anno 590 mortuo[e], successit cognatus eius *Agilulfus*[f], qui pace cum *Francis* conposita[g], contra Exarchum bellum gerens, privatim tamen cum *Gregorio* Papa transegit[h], ac paullo ante mortem, quæ incidit in annum 616[i], ita cum *Chlotario Francorum* Rege pactus est, ut *Longobardi* ab annuo tributo inmunes essent[k].

Exarchi Græci.

§. 6. Eodem porro tempore, quo *Longobardi* in *Italia* dominabantur *Ravennam* Exarchi tenuerunt: *Græci* erant præfecti, qui ab Imperatore *Constantinopoli* missi, sede *Ravennæ* posita, imperii reliquias in *Italia* utcunque tutabantur. Primus ex illis *Longinus*, *Narsete* amoto, *Justino* iuniore imperante in *Italiam* missus est[l]. Postremus *Eutychius* fuit, sub quo *Aistulphus*, *Longobardorum* Rex, *Ravennam* armis occupavit, circa annum 752[m]. Hac ratione annos circiter 185 Exarchi *Græci Ravennæ* præfuerunt.

[a] Paulus Warnefr. L. II. c. 29. [b] Ibid. c. 30. [c] Ibid. c. 31. 32. III. 16. Chron. Divion. apud Acher. T. II. p. 361. Sigeb. Chron. an. 576. Menander Prot. p. 126. [d] Paulus Warnefr. L. III. c. 16. [e] Gregor. Magnus L. I. ep. 17. [f] Paulus Warnefr. L. III. c. 36. [g] Barbeir. P. II. §. 237. [h] Paulus Warnefr. L. IV. c. 8. [i] Pag. Crit. an. 616. n. 2. [k] Fredeg. c. 45. [l] Paulus Warnefr. L. II. c. 29. Sigeb. an. 568. [m] Anastasius Bibl. vita Stephani III. Rubeus Hist. Raven. L. IV. p. 221. Sigon. regno Italiæ L. III. vita Aistulphi.

A. 5275. Per. Jul. ad 5315. A. Christ. 562. ad 602.

CAPUT IX.

De rebus quæ, Justiniano II, Tiberio & Mauricio *imperantibus*, *in* Francia & Hispania *memoratu digna gesta sunt*, *ab anno 562 ad 602*.

§. 1.

Francorum regnum inter Chlotarii filios divisum. Sigebertus, Brunechildis & Fredegundis.

CHlotario anno 561 mortuo[a], repressoque *Chilperici* conatu, filii ejus quatuor regnum inter se ita diviserunt, ut *Chariberto* regnum *Parisiense*, *Guntramno Burgundicum*, *Chilperico Suessionense*, & *Sigeberto* regnum *Austrasiæ* cederet[b]. Ex his *Sigebertus*, *Hunnos* statim post *Cholthariі* mortem ditiones transrhenanas infestantes, ad *Albim* vincit[c]: mox *Chilpericum* fratrem, qui per absentiam eius *Remos* occupaverat, bello victum, mox & *Suessionibus* captis, occupatis locis decedere cogit[d]. Idem ut indecora fratrum suorum coniugia suo exemplo reprehenderet, missis ad *Athanagildum Visegothorum* in *Hispania* Regem nunciis, eius sibi filiam *Brunechildem* uxorem petiit[e]; quem imitatus *Chilpericus* sororem eius *Galsuintham* paullo post adscivit, *Fredegunde* reiecta pellice, cuius dein blanditiis irretitus, innocentem feminam vita privavit, eiusque loco pellicem accepit[f], quod circa annum 566 factum oportet, *Athanagildus* enim obiit, *Justini* anno secundo, adeoque *Christi* 567, quo *Liuba* successit[g].

Charibertus Rex Parisinus.

§. 2. *Charibertus* libidine infamis[h], cetera prudens & pacis amans[i], obiit nono regni anno[k]; proinde *Christi* circiter 570, cuius regnum fratres eius inter se partiti sunt[l].

§. 3.

[a] Marius Avent. p. 214. [b] Gregor. Tur. L. IV. c. 22. Hist. Epitom. c. 55. Fredegar. c. 1. [c] Paulus Warnefr. L. II. c. 10. Gregor. Tur. L. IV. c. 23. Gesta Regum. Franc. c. 30. Aimoin. L. III. c. 6. [d] Gregor. Tur. L. IV. c. 23. [e] Gregor. L. IV. c. 27. [f] Gregor. L. IV. c. 28. [g] Johan. Biclar. Isidor. Chron. p. 724. Edit. Grotii. [h] Gregor. L. IV. c. 26. [i] Fortunat. L. VI. carm. 4. [k] Sigebert. in Chron. [l] Gesta Reg. Franc. c. 31. Gregor. L. IV. c. 40. Barbeir. P. II. §. 216.

A. 5275. Per. Jul. ad 5315. A. Chriſt. 562. ad 602.

Sigeberti cum Chilperico bellum.

§. 3. Poſt hæc *Chilpericus*, inquieti animi Princeps, ſæpe bella civilia contra fratrem *Sigebertum* movens, ſæpiusque victus [a], tandem anno 575 apud *Tornacum* in *Nerviis* obſeſſus, ad incitas redactus videbatur, cum *Sigebertus*, quem *Franci* ſolemni ritu clypeo inpoſitum ipſius loco Regem ſalutaverant, a ſicariis duobus, quos *Fredegundis* ſubmiſerat, tinctis veneno cultris confoſſus eſt anno regni 14, ætatis 40, *Chriſti* deſinente 575 [b]. Erat tunc *Lutetiæ Brunechildis* cum filio *Childeberto*, quem vix quinquennem celeri fuga periculo ſubductum *Gundobaldus* in *Auſtraſiam* abduxit, & ipſo die nati Domini in ſolio conlocavit [c].

Longobardi & Saxones a Mummolo cæſi.

§. 4. Inter hæc, aut paullo poſt hæc, aliquot *Longobardorum* duces, qui poſt annos ſeptem, quam in *Italiam* venerat *Alboinus*, numero XXXV occupatam ditionem inter ſe diviſerant [d], in *Gallias* effuſi *Burgundiones* cædibus ac populationibus infeſtare cœperunt [e], dones eos *Eunius* cognomento *Mummolus*, *Guntramni* dux, ad *Ebrodunum* concidit [f]. Nec multo poſt *Saxones*, qui cum *Longobardis* in *Italiam* venerant, *Galliam* infeſtare auſos non minori ſtrage conpreſſit [g].

Chilpericus cæſus.

§. 5. Interim *Childebertus* in *Auſtraſia* regnans, anno 577 a patruo *Guntramno* adoptatur [h]. *Chilpericus*, cum natum ſibi e *Fredegunde Chlotarium* vidiſſet, quarto poſt menſe ſub noctem a ſicariis e venatione rediens occiditur, anno *Chriſti* 584, nono *Childeberti* anno, ut *Gregorius* [i] narrat. Dicitur ea cædes ab *Landerico Fredegundis* adultero eius eſſe conſilio facta [k]; quod *Gregorius* tacuit, qui hoc unum ſcribit, *Fredegundem* filii ſui, ex *Chilperico* ſuſcepti, *Chlotharii* ſecundi tutelam ad *Guntramnum* de-

[a] Gregor. L. IV. c. 46. 48. 50. [b] Gregor. L. IV. c. 51. 52. Marius Avent. p. 215. [c] Gregor. L. V. c. 1. VIII. 4. Vita S. Columbani apud du Chesne T. I. p. 554. [d] Paulus Warnefr. L. II. c. 32. [e] Paulus Warnefr. L. III. c. 3. Gregor. L. IV. c. 42. 45. Chron. Divion. apud Acher. T. II. p. 362. [f] Paulus L. III. c. 4. 8. Gregor. l. d. Fredegar. c. 45. Marius Aventic. p. 215. [g] Paulus Warnefr. L. III. c. 5. Gregor. Tur. L. IV. c. 43. [h] Gregor. L. V. c. 17. 18. Marius an. 577. & Epitaphia apud du Chesne T. I. p. 512. [i] Gregor. L. VI. c. 46. [k] Geſta Francor. c. 35. Aimoin. L. III. c. 56.

A. 5275. Per. Jul. ad 5315. A. Christ. 562. ad 602.

tulisse, eiusque præsidio contra *Childeberti* criminationes tutam fuisse [a].

Childeberti cum Longobardis bella.

§. 6. Secundum hæc *Childebertus*, anno 585 contra *Longobardos* auctoratus a *Mauricio*, metu eos ad pacem sub annuo tributo redimendam adegit [b]. Qua occasione *Longobardi* Regem sibi constituerunt *Autharim* [c], cum quo, recrudescente anno 587 bello, varia fortuna bellavit *Childebertus* [d], donec post eius mortem pax cum successore eius *Agilulfo* convenit anno 591 [e].

Guntramni cum Visegothis bella.

§. 7. *Guntramnus* anno 586 prætextu vindicandi mortem *Ingundis* in *Septimaniam*, quæ *Gothicæ* ditionis erat, inrumpens, cum clade reiicitur [f]: iterumque anno 589 tentata *Septimania Guntramni* exercitus maiori strage concisus est, & *Septimania Gothis* adserta [g]. *Guntramnus* anno *Christi* 593 moritur V ante Kal. *Aprilis*, inlustri pietatis ac virtutum ceterarum relicta memoria [h].

Childebertus Rex Austrasiæ & Burgundiæ.

§. 8. Regnum *Burgundicum*, quod *Guntramni* fuerat, sive ex adoptione anno 577 facta [i], sive ex pacto ad *Andelaum Campaniæ* anno 587 inito [k], *Childebertus* accepit [l]. Eodemque anno *Chlotarii* regnum invadens, prudentia *Fredegundis*, quæ ex inproviso suos impetum in hostem facere iusserat, magna cum clade reiicitur [m].

Theodebertus & Theodoricus Chlotarium maxima regni parte exuunt.

§. 9. *Childebertus* anno quarto ab *Guntramni* obitu *Christi* 596 moritur [n], anno ætatis vicesimo quinto, veneno, ut fama fuit, cum uxore sublatus [o], regnum eius sub *Brunechildis* aviæ tutela suscepere filii minorennes, *Theodebertus Austrasiam*, & *Theodori-*

a Gregor. L. VII. c. 4—7. 14. *b* Gregor. VI. c. 42. Paulus Warn. L. III. c. 17. Fredegar. Chron. c. 45. *c* Fredeg. l. d. Paulus L. III. c. 16. *d* Gregor. L. VIII. 18. IX. 25. 29. X. 3. Paulus Warnefr. L. III. c. 22. 29. 30. 32. *e* Paulus L. III. c. 35. 36. IV. 1. Fredeg. c. 45. Barbeir. P. II. §. 230. 237. *f* Gregor. L. VIII. c. 28. 30. 38. Fredeg. c. 5. Biclariensis ad annum Mauricii tertium. *g* Gregor. L. IX. c. 31. Isidor. Chron. p. 726. Fredeg. c. 10. Biclar. ad annum Mauricii 5. & 7. *h* Fredeg. c. 14. Aimoin. L. III. c. 80. & seq. Pag. Crit. an. 598. n. 7. 8. *i* Gregor. L. V. c. 17. 18. *k* Gregor. IX. 20. Fredeg. c. 7. coll. 38. *l* Fredeg. c. 14. Mabill. in Analectis p. 257. *m* Gesta Franc. c. 36. Fredeg. c. 14. Aimoin. L. III. c. 82. *n* Fredeg. c. 16. *o* Paulus Warnefr. L. IV. c. 12.

doricus Burgundiam [a]. *Fredegundis*, pro filio *Chlothario Neustriam* administrans, captata ex morte *Childeberti* occasione, in filios eius inruens, nobilem reportat victoriam [b], post quam, cum maxime res eius florerent, mortua est anno 597 [c]. Triennio vero post anno *Christi* 600 *Childeberti* filii, instigante avia, *Chlotharium* victum maxima regni parte cedere cogunt [d]: eundemque quarto post anno res suas repetentem ad *Stampas* vincunt, capto *Meroveo Chlotharii* filio [e].

A. 5275. Per. Jul. ad 5315. A. Christ. 562. ad 602.

§. 10. In *Hispania* post *Theudam*, qui *Amalarico* successerat, & *Theudisclum* regnum inter *Gothos*, sed nullo cum exteris bello clari, tenuerunt *Agila* & *Athanagildus* [f], cui *Liuba* successit, qui anno *Justini* tertio [g], *Christi* 568, in consortium regni adscivit fratrem *Leovigildum* [h]. Hic *Gosuintham Athanagildi* viduam duxit [i], cum iam antea ex *Theodosia*, *Severiani* ducis *Carthaginiensis* filia suscepisset *Hermenegildum* & *Recaredum* [k]. Idem integro *Gothorum* regno cum *Gallia Narbonensi* potitus, *Cantabros* subegit, variasque occupavit urbes [l]: sed cum *Ariano* inbutus veneno *Catholicos* vexat, filius eius *Hermenegildus*, qui hortatu uxoris *Ingundis*, filiæ *Sigeberti* Regis *Metensium*, *Arianam* hæresin *Catholica* fide mutaverat, contra patrem rebellat anno 578, sed frustra *Romanorum* & *Suevorum* inplorata ope a patre victus captusque *Valentiam* in exilium mittitur anno *Mauricii* secundo, ac sequenti apud *Tarraconem* necatur [m]. Tum vero in *Suevos*, qui rebellem filium iuverant, versis armis *Galæciam*, regno *Suevorum* funditus deleto, provinciam regni *Gothici* fecit

Successio regum Visegothorum: Res a Leovigildo gestæ.

a Fredeg. c. 16. Gesta Franc. c. 37. Vita S. Columbani apud du Chesne T. II. p. 554. Aimoin. L. III. c. 84. *b* Fredeg. c. 17. Aimoin. L. III. c. 86. *c* Fredeg. & Aimoin. ll. dd. *d* Fredeg. c. 20. Gesta Franc. c. 37. Aimoin. L. III. c. 88. *e* Fredeg. c. 25. 26. Aimoin. L. III. c. 91. *f* Isidor. p. 723. 724. Edit. Grotii. Roder. Tolet. L. II. c. 13. 14. Chronol. Reg. Gothorum apud du Chesne T. I. p. 819. *g* Biclar. p. 13. edit. Scal. *h* Isidor. p. 724. Rodericus L. II. c. 14. Vasæus Chron. p. 552. *i* Biclar. l. d. *k* Roder. Tolet. L. II. c. 14. *l* Biclar. p. 13. 14. Isidor. p. 725. Chron. Gothor. p. 819. Vasæus p. 553. 554. Roder. l. d. *m* Biclar. p. 14. 15. Isidor. p. 725. Gregor. Tur. L. V. c. 39. VI. 43. Paulus Warnefr. L. III. c. 21. Vasæus p. 554. 555.

A. 5275. Per. Jul. ad 5315. A. Christ. 562. ad 602.

cit anno 585 [a]. Atque ita *Leovigildus*, cum regnasset annis XVIII, *Toleti* mortuus est, quarto *Mauricii* anno, *Christi* 586 [b].

Ricaredus cultum catholicum recipit.

§. 11. Regnavit eius loco *Ricaredus*, qui *Catholicam* professus fidem, sapienti magis colloquio, quam imperio *Gothos Suevos*que ad unitatem Ecclesiæ revocavit [c]. Idem bello bonus *Guntramnum Galliam Narbonensem* infestantem cum clade reiecit [d], & cum regnasset annos 14, successorem reliquit filium *Liubam*, quem altero anno interemtum excepit *Wittericus* anno *Mauricii* vicesimo [e], *Christi* 602: a quo tempore toto sæculo parum *Gothis* in *Hispania* rei cum exteris fuit usque ad *Rodericum* Regem [f].

CAPUT X.

De fide Ecclesiæ Sæculo sexto; deque viris quibusdam qui doctrinæ nomine celebres fuerunt, ab anno 565 ad 600.

§. I.

Fides Ecclesiæ Sæculo VI.

FIdem a maioribus traditam, certe in præcipuis capitibus de Deo uno & Triuno [g], unico cultus religiosi obiecto, exclusis Angelis, Imaginibusque [h], de prædestinatione mere gratuita sine respectu meriti [i], de iustificatione per fidem [k], & inpotentia liberi arbitrii, peccatoque originali [l], sexto hoc Sæculo salvam fuisse, cum ex *Gregorii* magni tum ex aliorum scriptis constat: constat etiam fœderis pignora inlibata calicem æque ac panem ministratum fuis-

[a] Biclar. p. 15. Isidor. l. d. Pag. Crit. an. 582. n. 12. [b] Biclar. p. 15. Isidor. l. d. [c] Biclar. p. 16. Isidor. p. 726. Roder. Tolet. L. II. c. 15. [d] Biclar. p. 16. Isidor. p. 726. [e] Isidor. p. 726. Chronol. Gothorum l. d. Roder. L. II. c. 16. [f] Chronol. Regum Gothorum apud du Chesne T. I. p. 819. 820. brevem rerum summam, annosque, quibus singuli Reges fuerunt, exhibet. [g] Justinianus in Codice L. I. tit. 1. de summa trinitate. [h] Gregor. Epist. 119. Lib. VII. Indict. 2. & ep. 9. L. IX. Moral. L. XVI. c. 22. & L. XXXII. c. 8. [i] Fulgent. L. I. c. 7. 21. ad Monimum: & L. I. c. 4. III. c. 4. de Prædestinatione. & de Fide c. 32—35. [k] Gregor. Moral. L. XVIII. c. 22. L. XXXIII. c. 20. Fulgent. de Fide c. 25—27. [l] Gregorius passim libris Moralium: in Jobum: in Psalmum VII. pœnitentialem. Synodus Arausicana II.

A. 5278. Per. Jul. ad 5313. A. Christ. 565. ad 600.

fuisse[a], neminemque hoc sæculo de Transsubstantiationis portento cogitasse[b], *Romanos* etiam Episcopos a clero lectos a Principe confirmari consuevisse[c].

Romanorum Pontificum incrementa.

§. 2. Fuit tamen Episcoporum *Romanorum* auctoritas non parum aucta & confirmata per Vicarios, quos per provincias Occidentis constituebant[d]: per pallium quod *Metropolitanis* dabant[e]; per appellationes ad sedem *Apostolicam*[f], & per cognitionem, quam sibi de caussis totius Ecclesiæ vindicabant Pontifices[g]. Accedebat ad hæc nimia decretis Conciliorum vindicata auctoritas[h], & iactatæ Traditiones Ecclesiæ[i].

Novi ritus & superstitio varia.

§. 3. Plures etiam novi ritus in cultum introducti sunt. Confessio peccatorum publica in secretam coram Sacerdote factam conmutari: litaniæ varii generis introduci; processiones publicæ ad mala averruncanda haberi cœperunt[k]: novam quoque Officii & Canonis Missatici rationem *Gregorius* M. introduxit[l]. Templa *Mariæ* Virgini aliisque Sanctis strui, eademque in asyla inpietatis converti[m], simul & Festa in honorem *Beatæ Virginis*[n], *Johannis Baptistæ*[o] & aliorum celebrari: pluraque alia paullo ante introducta, imaginum publicus usus, sed sine adoratione[p], Sanctorum & reliquiarum veneratio[q], purgatorii mentio[r], clericorum cælibatus[s], & opinio de baptismi necessitate magis magisque confirmari cœpit[t]: insuper hoc tempore monasteriorum numerus admodum auctus, & iam barbarie invalescente, mul-

[a] Card. Bona Liturgic. L. II. c. 18. Mabillon. Comment. in Ordinem Romanum §. 9. [b] Facund. Hermian. L. IX. c. 5. [c] Mabillon l. d. §. 17. [d] Hormisdas ep. 1. 24. 26. Vigilius ep. 8. Gregor. L. IV. ep. 50. 52. [e] Gregorius in epistolis. Zacharias epist. 105. de Marca de Concord. Sacerd. & Imp. L. VI. c. 6. [f] Gregor. Epist. L. I. ep. 82. L. V. ep. 36. L. II. Indict. 2. ep. 6. & 7. L. V. ep. 15. 16. [g] Agapithus in epist. ad Justinianum Imperatorem. [h] Ferrand. ep. [i] Anastasius Sinaita in ὁδηγῷ. [k] Spanh. Hist. Eccl. Sec. VI. c. IV. §. 4. [l] Gregor. L. VII. ep. 64. [m] Canon. I. Synodi I. Aurelianensis. [n] Theoph. anno Justin. XV. p. 188. Anastas. Hist. p. 63. [o] Canon. XXI. Conc. Agathensis & Canon. XVII. Conc. Turonensis II. [p] Gregor. L. IX. ep. 9. [q] Avitus ep. 27. Gregor. L. III. ep. 30. L. II. Indict. 2. ep. 9. L. V. ep. 45. 50. Du Pin T. V. p. 121. [r] Gregor. Dial. L. IV. [s] Gregor. L. III. ep. 34. L. I. ep. 50. L. III. ep. 26. L. IX. ep. 64. [t] Fulgent. ad Monimum L. I. c. 5. in Tractatu de Fide c. 27. Gregor. L. IX. ep. 39. Canon. XVII. Conc. I. Bragensis.

A. 5278. Per. Jul. ad 5313. A. Christ. 565. ad 600.

multiplicabantur, ut scribit *Du Pinius* [a], „ quæstiones inutiles, explicabantur mysteria per principia „ dialectica, alebantur disputationes vehementes de „ rebus exiguis, vel plane nullis. Porro nimia credulitas occupare cœpit animos etiam doctissimorum & sapientissimorum hominum. Personabant „ omnia miraculis, visionibus, revelationibus, & „ apparitionibus [b]. „

Eruditi Occidentis. §. 4. Sed quo magis crevit superstitio, eo magis bonæ litteræ & eruditio exularunt. Potest tamen inter primos huius ætatis referri *Gregorius Magnus Pelagii* II in Pontificatu *Romano* successor ab anno 590, qui primus se *Servum Servorum* dixit, ac graves de *Oecumenici* titulo lites exercuit cum *Johanne Jeiunatore* Episcopo *Constantinopolitano* [c]. In eo culpandus, quod litterarum ipse rudis, & elegantiora studia contemnens, viam ad barbariem munivit [d]. Item *Gregorius* alter *Turonensis* Episcopus scriptis libris clarus [e]. *Marius Aventicensis* auctor chronici, quod *Prosperum* excipit [f]. Et *Johannes Biclariensis*, cuius chronicon est continuatio *Victoris Tununensis* [g]. *Gildas* Sapiens, severus vitiorum sui sæculi & maxime clericorum censor [h]. *Venantius Fortunatus* poësi clarus [i]. *Leander Hispalensis* Episcopus [k]: item frater eius & successor *Isidorus* variis scriptis celebris [l].

Orientis. §. 5. In Oriente *Anastasius Sinaita*, *Antiochenus* Episcopus [m]. *Cosmas* Ινδικοπλεύστης [n]. *Theophanes Byzantius* [o], *Evagrius* Scholasticus [p], aliique.

Incrementa Ecclesiæ. §. 6. Inter incrementa vero doctrinæ *Christianæ* maxime hoc tempore referunt, quod *Columba* ex *Hibernia* profectus, septentrionales *Pictos* [q]: *Augustinus*

a Du Pin Bibl. T. V. in præfat. ad Sæc. VI. b Exemplo esse possunt dialogi Gregorii Magni. Du Pin T. V. p. 138. & seqq. c Gregor. Epist. L. IV. ep. 32. 34. VI. 4. 5. 30. VII. ep. 69. Du Pin T. V. p. 102. & seqq. d Bruk. Hist. Philos. T. III. p. 560—562. 572. e Du Pin Bibl. Eccl. T. V. p. 89. f Pag. Crit. an. 855. n. 11. 581. n. 17. g Pag. Crit. an. 566. n. 2. an. 589. n. 7. 591. n. 3. Du Pin T. V. p. 95. h Du Pin T. V. p. 90. i Ibid. p. 87. k Du Pin T. V. p. 146. Fabrit. Bibl. Med. Lat. T. IV. p. 749. l Fabric. Bibl. Lat. Med. T. IV. p. 539. & seqq. Du Pin T. VI. p. 1. m Du Pin T. V. p. 95. n Fabric. Bibl. Gr. T. II. p. 612. o Fabrit. Bibl. Gr. T. VI. p. 239. p Fabrit. Bibl. Gr. T. VI. p. 126. Du Pin T. V. p. 98. q Beda Hist. Angl. L. III. c. 4.

nus vero a *Gregorio Romano* Pontifice missus *Anglo-Saxones*, australem insulæ partem incolentes, *Christiana* sacra docuit [a]. Quæ iam in ultimas *Indiæ* oras usque *Taprobanen* & *Malabariam* prolata erant [b].

A. 5278. Per. Jul. ad 5313. A. Christ. 565. ad 600.

CAPUT XI.

De rebus Orientalis imperii ab anno 602 ad 711 sub Imperatoribus Phoca *&* Heraclio: *deque* Muhammede, *conditore sectæ* Arabum, *ut &* Heraclii *successoribus ad* Philippicum Bardanem.

§. 1.

Phocas immanissimus tyrannus.

PHocas monstrum hominis [c], occiso *Mauricio*, eadem qua sibi quæsierat inmanitate administravit imperium annis fere octo. Cœpit enim anno 602 Indict. 6, *Novembris* die 23, feria 6, qua illum *Cyriacus* Patriarcha coronavit [d]: & ab *Heraclio* captus interfectusque est anno 610, Indictione 14, sexto *Octobris* feria 2 [e].

Persæ Asiam vastant.

§. 2. Eo imperante, *Chosroës Persarum* Rex, tanquam *Mauricii* necem vindicaturus *Romanos* populatus est fines, victisque *Romanorum* ducibus *Germano* & *Leontio*, longius progressus, non *Mesopotamiam* tantum & *Syriam* pervastavit, sed etiam anno *Phocæ* sexto, *Armenia* & *Cappadocia* occupata, omnia torrentis instar rapiens *Chalcedonem* usque in *Bithyniam* pervasit [f]. Cum *Phocas* interim, rerum omnium securus, ac domi sedens, obscenis se libidinibus ac principum cruore satiaret [g]. Hoc cum ferri

[a] Beda L. I. c. 23. & seqq. Joh. Diac. in vita Gregorii L. II. c. 34. Gregor. Papa L. V. ep. 52. & seq. & L. VII. Indict. 2. ep. 30. L. IX. ep. 5. & 59. [b] Cosmas Indicopleustes L. III. p. 178. in Coll. Patrum Græcorum Montfauconii T. II. & la Croze Historia Christianismi Indorum p. 74—78. [c] Theophyl. Simocatta in dialogo Historiæ præfixo, & L. VIII. c. 10. Cedren. p. 404. [d] Chron. Alex. p. 378. Theoph. p. 244. [e] Chron. Alex. p. 383. Theophan. p. 250. [f] Theophan. p. 245—248. Cedren. p. 405. 406. Zonar. L. XIV. p. 14. Niceph. Callist. L. XVIII. c. 43. [g] Theophan. p. 248. 249.

A. 5315. Per. Jul. ad 5424. A. Christ. 602. ad 711.

ferri diutius non posset, *Heraclius*, filius *Heraclii* Patricii, qui *Africæ* præerat, ab ipso *Crispo*, qui *Domentiam Phocæ* filiam unicam in matrimonio habebat, evocatus, *Constantinopolim* veniens mense *Octobri* anni 610, conprehensum *Phocam* neci dari iussit [a].

Heraclius vir fortis & prudens. Persas repressit.

§. 3. Itaque *Heraclius*, re *Romana* vehementer labefactata, *Europam* enim Barbari, *Asiam Persæ* pessumdederant [b], accepit imperium: & vero grassabatur adhuc *Persicum* illud incendium, quod Orientem *Asiam*que momento corripuit: non tantum enim primo *Heraclii* anno *Persæ*, in *Syriam* inruptione facta, *Antiochiam* usque pervenere [c]; sed etiam anno 614, mense *Junio*, Indictione 2, *Hierosolyma* occuparunt, innumeramque hominum multitudinem in *Persidem* abduxerunt [d]. Sequenti anno *Ægypto*, *Alexandria*, *Libya*que potiti sunt *Persæ*; dum altera parte *Sais*, *Chosrois* dux, populabundus *Chalcedonem* usque penetrat [e]. Quibus perculsus calamitatibus *Heraclius* pacem supplex a *Chosroë* petiit anno 615: at ille, legatis in custodiam datis pacem adspernatus *Romanos* gravius urgebat [f]. Accedebat ad cumulum malorum *Avarum* in *Thraciam* inruptio; sed iis muneribus placatis [g], *Heraclius* totus in bellum *Persicum* incubuit, cuius, adspirante Numine, voto potior omni successus fuit: cum enim pecunia ex ærario deficiente vasa templorum in publicos usus vertisset [h], iamque instructo exercitu anno 622 copias in *Asiam* traduxisset, sex ipsis annis rem ex sententia gerens [i], magnis *Persarum* deletis exercitibus, altius in *Persidem* penetrans *Chosroëm* fugavit [k]. Qui cum nihilo minus pacem adspernaretur [l], ac filium suum natu minorem *Merdasen* sibi successo-

[a] Chron. Alex. p. 383. Theoph. p. 248—250. Fredeg. c. 63. Cedren. p. 407. Zonar. L. XIV. c. 14. du Fresne Fam. Byzant. p. 111. [b] Theophan. p. 251. [c] Theoph. p. 250. Cedren. P. I. p. 407. [d] Chron. Alex. p. 385. Theophan. p. 252. Cedren. p. 408. Zonar. L. XIV. c. 15. Pag. Crit. an. 614. n. 38. 39. [e] Chron. Alex. p. 386. Theoph. p. 252. [f] Chron. Alex. p. 386. 387. Cedren. p. 410. Pag. Crit. an. 615. n. 3—9. [g] Niceph. Constant. in Breviario p. 9. 10. 12. Edit. Reg. Theophan. p. 252. 253. Chron. Alex. p. 389. Cedren. P. I. p. 408. 409. Zonar. L. XIV. c. 15. [h] Theoph. p. 253. [i]. Pag. Crit. an. 621. n. 2—4. [k] Theoph. p. 254—269. Cedren. P. I. p. 410—418. [l] Theoph. p. 270. Elmacin. Hist. Sarac. p. 13. Niceph. p. 12. 13.

A. 5315. Per. Jul. ad 5424. A. Christ. 602. ad 711.

cessorem destinaret; id adeo cum procerum *Persarum* tum *Sirois* filii natu maioris stimulavit animum, ut conspiratione inita *Chosroëm*, necatis in ipsius conspectu filiis, neci darent [a]. Quo tempore *Siroës*, captivis liberatis, ac redditis, quæ *Romanis* erant ademtæ, provinciis, pacem cum *Heraclio* pepigit anno 628 [b]: qui, deinde difficili contra *Saracenos* bello exercitus ex hydrope obiit undecimo *Februarii* anno 641 [c]. Uxores duas habuit *Eudociam*, ex qua præter filiam *Epiphaniam* natus est filius *Heraclius Constantinus*; & *Martinam*, ex qua cum alii tum *Heracleonas* susceptus est [d].

Muhamed novæ sectæ auctor.

§. 4. Hoc imperante, *Muhammedes*, *Arabum* princeps, exitialem condidit sectam, quam ipse & successores eius armis longius extenderunt. Hic *Medina*, urbe *Arabiæ* desertæ, nobili *Koraischitarum* familia, patre *Abdollah*, anno æræ *Seleucidarum* 882, qui *Christi* est 570 [e], ortus, connubio cum *Chadiza* opes nactus [f], cum ad *Meccæ* principatum adspiraret, ab anno ætatis 40, *Chosrois* vicesimo [g], qui *Christi* est 610, commercium cum *Gabriele* mentiens pro Propheta se gerere cœpit, primum clam, post annos tres quatorve publice; id veriti *Meccenses* anno octavo edictum contra ipsum proponunt: itaque anno decimo tertio *Mecca* relicta *Medinam* seu *Jathreb* se contulit, anno *Christi* 622, *Julii* die 16, feria 6 [h]. Ab hac *fuga*, quam *Hegiram* vocant *Arabes*, nova illorum Epocha proficiscitur.

Sectam armis propagat.

§. 5. A quo tempore rebus bello præclare gestis, *Mecca* quoque anno 629 occupata, sectam suam per *Arabiam* armis propagavit, donec annos natus 63 veneno periit *Medinæ*, ubi & sepultus est, anno *Christi* 632 [i].

a Theoph. p. 270—272. Chron. Alex. p. 398. 399. *b* Elmacin. p. 14. Theophan. p. 272. Niceph. p. 14. Barbeir. P. II. §. 257. *c* Niceph. p. 18. Theoph. p. 283. Cedren. P. I. p. 425. 429. 430. Elmacin. L. I. c. 3. p. 24. Pag. Crit. an. 641. n. 2. *d* Du Fresne Fam. Byzant. p. 118. 119. *e* Elmacin. L. I. c. 1. p. 2. Abulfeda vita Mohammedis c. 1. *f* Theophan. p. 277. Abulfeda c. 5. *g* Abulfeda c. 7. Elmacin. l. d. Reland de Relig. Mohamm. L. I. p. 45. *h* Abulfeda c. 8. 11. 15. 17. 22. Elmacin. L. I. c. 1. p. 2. 3. & Taanich apud Reland. l. d. *i* Abulfeda c. 51. 61. 62. 63. Elmacin. L. I. c. 1. p. 5—9. Abulphar. Dynast. IX. p. 160—164. Prideau in vita Mohammedis p. 138. 148.

A. 5315. Per. Jul. ad 5424. A. Christ. 602. ad 711.

Id imitati Successores Abubecrus, Omar & Otsman.

§. 6. Eius imperium, *Persarum Graecorum*que viribus superiori bello exhaustis, ecclesiaque clericorum litibus graviter concussa, insigniter auxerunt successores eius *Abubecrus*, & *Omar*, qui, regnante *Heraclio*, *Iracam*, *Palæstinam*, *Syriam* & *Ægyptum* occuparunt [a], quin & *Persidem*, fugato Rege *Hormisda* sive *Jazdegirde*, adierunt anno 637 [b], totaque *Perside* post *Jazdegirdis* mortem potitus est *Otsman* anno 651 [c].

Heraclius Constantinus & Heracleonas.

§. 7. *Heraclio* anno 641 mortuo in imperio successerunt *Heraclius Constantinus* eius ex priori coniuge filius; & *Heracleonas*: sed *Constantino* mense post quarto 25 *Maii* a *Martina* noverca veneno sublato [d], *Heracleonas* cum *Martina* matre, senis, haud amplius, mensibus regnum tenuit; quibus exactis, nares illi Senatus decreto matri lingua præciditur [e].

Constans re cum Saracenis conposita Longobardos tentat.

§. 8. Et fit Imperator *Constans*, *Constantini* filius, *Heraclii* nepos, grave huic bellum cum *Saracenis* fuit, qua occasione a *Mauvia Osmanis* duce *Cyprus* anno 648, dein & *Rhodus* [f] capta, *Christiani* etiam navali prælio victi anno 654 [g], sed *Osmane* sequenti anno suorum coniuratione cæso [h], cum civile bellum inter *Alim* & *Mauviam* ortum esset [i], honestis conditionibus pax conposita est anno 659 [k]. Post hæc indictione sexta [l], adeoque anno vel desinente 662 vel sequente ineunte, in *Italiam* transmittens, cum *Longobardis* rem habuit [m]; paulloque post expilata *Roma* in *Siciliam* abiens, sexto post anno *Syracusis* in balneo interficitur XV *Julii* anno 668 [n], anno imperii 27 [o].

§. 9.

[a] Elmacin. L. I. c. 2. 3. p. 17—23. Abulph. Dynast. IX. p. 172—179. Theophan. p. 279—282. Ockley Hist. der Saracenen P. I. p. 21—344. Edit. Amst. 1741. [b] Elmac. L. I. c. 3. p. 28. Theophan. p. 283. Ockley P. I. p. 117—125. 256. [c] Elmacin. L. I. c. 4. p. 32. Ockley P. I. p. 364—367. Pag. Crit. an. 632. n. 10—12. & 651. n. 10. [d] Theoph. p. 283. Cedren. P. I. p. 430. Niceph. p. 19. Zonar. L. XIV. c. 18. [e] Theophan. p. 283. Cedren. & Zon. ll. dd. [f] Theoph. p. 285. 286. Elmacin. L. I. c. 4. p. 32. Cedren. p. 431. [g] Theoph. p. 287. Zonar. L. XIV. c. 19. [h] Theoph. p. 287. 288. Elmacin. L. I. c. 4. p. 35. Ockley P. I. p. 367—377. [i] Abulphar. Dyn. IX. p. 185—190. Ockley P. II. p. 1—73. [k] Theoph. p. 288. Barbeir. P. II. §. 234. [l] Anastas. in Vitaliano p. 51. [m] Paul. Warn. L. V. c. 6. & seqq. Theophan. p. 289. Paul. Diac. L. XVIII. p. 587. [n] Paul. Warn. L. V. c. 11. Theoph. p. 292. Anastas. p. 52. Paulus Diac. L. XVIII. p. 591. Zonar. L. XIV. c. 19. [o] Theoph. p. 283. Niceph. p. 21. Zon. l. d.

§. 9. *Conftantinus* huius filius, victo in *Sicilia* *Mecetio* [a], eodem imperare adgreffus eft anno cum fratribus *Tiberio* & *Heraclio*, qui iam anno 659 *Cæfares* appellati fuerant [b], quos tamen anno imperii 14 *Chrifti* 681 naribus mutilatos ab imperio removit [c]. *Saraceni*, *Mauvia Calipha*, vincendo longius progreffi, poft *Africam* [d], *Siciliam*que vaftatam [e], *Cyzico* capta [f], *Conftantinopolim*, ab anno 672 ad 678 [g], feptem annis infeftarunt; fed tandem accepta mari clade, duce etiam cæfo, cum infuper *Mardaitæ*, *Libani* incolæ, eos domeftico bello diftinerent, pacem cum *Romanis* in annos triginta ita conpofuerunt, ut quotannis ter mille libras auri, vel 365 aureorum millia, *Romanis* penderent, infuperque virorum capita 50, totidemque equos nobiles [h]. *Saracenorum* exemplum fecuti *Avares* aliique in Occidente barbari pacem cum *Romanis* fecerunt [i], quam etiam biennio poft a *Bulgaris*, *Thraciam* incurfantibus, data pecunia redemit Imperator [k]. Eodemque illo anno 680 menfe *Maio* aut *Aprili* mortuus eft *Mauvias Saracenorum* princeps, qui imperium, quod electivum fuerat, hereditarium fecit, atque adeo fuccefforem nactus eft filium *Jezidum* [l]. Ipfe vero *Conftantinus*, cum regnaffet annis 17, obiit ineunte *Septembri* anno *Chrifti* 685 [m]. Filios ex *Anaftafia* duos habuit *Juftinianum* & *Heraclium* [n].

A. 5315. Per. Jul. ad 5424. A. Chrift. 602. ad 711.

Conftantinus pacem cum Barbaris conponit. Saracenorum fub Mauvia incrementa.

§. 10. Itaque patri fucceffit filius *Juftinianus* II [o], a præcifis, ut poftea dicetur, naribus *Rhinotmetus* dictus, annos natus 16 [p], qui puerili levitate, renovato cum *Abdulmelico Saracenorum* Calipha, (qui

Juftinianus II. & Mauviæ fucceffores.

 poft

[a] Paul. Warn. L. V. c. 12. Theoph. p. 292. Anaftaf. p. 52. Zonar. L. XIV. c. 20. [b] Acta Conc. Conft. apud Hard. T. III. p. 1056. Pag. Crit. an. 659. n. 2. [c] Theoph. p. 293. 300. Cedren. p. 436. 440. Du Fresne Fam. Byzant. p. 120. [d] Theoph. p. 293. Ockley P. II. p. 119. 120. [e] Paul. Warn. L. V. c. 13. [f] Theoph. p. 294. [g] Pag. Crit. an. 672. n. 10—13. Ockley P. II. p. 118. [h] Theoph. p. 294—296. Niceph. p. 22. Zonar. L. XIV. c. 20. Elmac. L. I. c. 7. p. 48. Leunc. Hift. Muful. L. I. p. 37—47. [i] Theoph. p. 296. Niceph. Breviar. p. 22. [k] Theoph. p. 296—298. Niceph. p. 22—24. Zon. XIV. c. 21. [l] Theoph. p. 296. Elmac. L. I. c. 7. p. 48. Abulph. p. 195. Ockley P. II. p. 135—153. Pag. Crit. an. 678. n. 6. [m] Theoph. p. 301. Niceph. p. 24. Paul. Diac. L. XIX. p. 139. Zonar. L. XIV. c. 21. [n] Du Fresne Fam. Byzant. p. 121. [o] Theoph. p. 301. [p] Theoph. p. 303. Neceph. Brev. p. 24.

A. 5315. Per. Jul. ad 5424. A. Christ. 602. ad 711.

post *Jezidum*, primo *Novembris* anno 683 mortuum [a], eiusque filium *Mauviam* II & *Mervanem*, turbatis ab *Abdollah* rebus, 12 *Aprilis* anno 685 successerat [b],) pacto, *Mardaitas*, imperii propugnaculum, de *Libano* deduxit, & in *Armeniam* transtulit [c]. Post hæc, *Leontio* duce re in *Armenia* & contra *Bulgaros* in Occidente ex sententia gesta, pacem cum *Saracenis* initam dissolvit anno 691, *Sclavorum* fretus auxiliis, a quibus destitutus partam iam victoriam turpi corrupit fuga [d]. Quo ex tempore *Saraceni Romanos* fines inpune vastarunt. Cum vero *Byzantium* reversus *Justinianus* insuper se domi rapacitate & crudelitate invisum redderet, usus ea occasione *Leontius* Patricius, effracto carcere manuque facta conprehensum, nasoque mutilatum in *Chersonam* relegavit anno 695 [e].

Leontius Imperator.

§. 11. *Leontius* ut *Carthaginem* ab *Saracenis* occupatam recuperaret, classem cum copiis, ad eam recuperandam misit; sed cum res minus succederet, offensionem principis veriti milites, *Absimarum* quendam ad imperium evehunt, eumque *Tiberium* appellant [f], qui regia urbe potitus *Leontium*, clade nasi deformem redditum, monasterio sepsit anno 698 [g].

Tiberius Absimarus.

§. 12. *Tiberio Absimaro* perpetuum cum *Saracenis* bellum fuit de *Armenia* & *Cilicia* qua occasione anno *Tiberii* secundo *Saracenorum* ducenta millia ab *Romanis* in *Caria* concisa fuisse auctor est *Theophanes* [h]. Imperavit annos 7: etenim *Justinianus* anno *Tiberii* 6 ad *Chaganum* Regem *Avarum* e *Chersona* fugiens, eius sororem *Theodoram* uxorem duxit, cuius indicio, cum insidias sibi a *Chagano* paratas conperisset, ad *Terbelem Bulgarorum* Regem transiens eius ope restitutus, post 10 annorum exilium anno

a Ockley P. II. p. 232. *b* Ockley P. II. p. 234—284. *c* Theoph. p. 302. 303. Abulph. Dyn. p. 200. Cedren. P. I. p. 440. Zonar. l. XIV. c. 22. Ockley P. II. p. 308. *d* Theoph. p. 304—306. Cedr. p. 441. Zon. l. d. Ockley P. II. p. 333. *e* Theoph. p. 307. 308. Niceph. Brev. p. 25. 26. Cedr. p. 442. *f* Theoph. p. 309. 310. Niceph. p. 26. Cedren. p. 443. Zonar. l. XIV. c. 23. Pag. Crit. an. 691. n. 5. 696. n. 3. 4. *g* Theoph. p. 310. Niceph. l. d. *h* Theoph. p. 310. Cedren. P. II. p. 444.

anno 705 novum imperandi habuit exordium, ac præter *Absimarum* & *Leontium* plures neci dedit [a]. A. 5315. Per. Jul.

§. 13. *Justinianus* recuperato imperio truculentior, cum & pacem cum *Bulgaris* conpositam violasset, ab iis anno imperii 3 cladem accepit [b]. Ab postremum *Chersonitis* offensus, quod ab iis sibi insidias factas meminerat, validam mittit classem, ut eos ad internecionem deleret, qua efferata crudelitate conmoti *Chazari* laborantibus auxilium ferunt: milites, cum re infecta redirent, iram principis veriti, *Bardanem Philippicum* Imperatorem renunciant anno 711, cum sextum ab recuperato imperio *Justinianus* ageret annum: isque adeo *Justinianum* cum filio *Tiberio* iugulari iubet, quo extinctum est *Heraclii* genus [c].

ad 5424. A. Christ. 602. ad 711. In Justiniano II. exstinctum Heraclii genus.

CAPUT XII.

De rebus Occidentis maxime Francorum *ab anno circiter* 604 *usque ad annum* 687, *quo* Berchario *cæso solus* Pipinus *rerum in regno* Francico *est potitus; ut &* Longobardorum, *ad annum* 744.

§. 1.

IN Galliis *Childeberti* filii duo, *Theodebertus* ac *Theodoricus*, avia id agente *Brunechilde*, secum invicem internecina bella gessere [d]. *Theodebertus* a fratre bis prælio victus anno regni eorum 17, *Christi* 612, vivus in fratris potestatem venit, ac paullo post necatus est [e]. *Theodoricus* sequente anno contra *Chlotharium* ducturus moritur, relictis quatuor spuriis filiis [f]: ex quibus natu maiorem *Sigebertum* proavia *Brunechildis* Regem appellavit: sed *Chlotharius*

Theodeberto victo moritur Theodoricus. Arnulphus & Pipinus Landensis.

[a] Theoph. p. 311—313. Cedren. p. 445. Niceph. p. 27. 28. Anastas. in Johanne VII. p. 64. Zonar. L. XIV. c. 24. 25. [b] Niceph. p. 28. Theoph. p. 314. [c] Niceph. p. 29—31. Theoph. p. 315—319. Agatho Diaconus apud Pagium Crit. an. 711. n. 5. Zonar. L. XIV. c. 25. Du Fresne Fam. Byzant. p. 121. [d] Fredegar. c. 27. Aimoin. L. III. c. 96. Chron. Divion. apud Acher. T. II. p. 364. 365. [e] Fredegar. c. 37. 38. Jonas vita Columbani c. 27. Gesta Franc. c. 38. Aimoin. L. III. c. 98. [f] Fredegar. c. 38. 39.

A. 5317. Per. Jul. ad 5457. A. Christ. 604. ad 744.

rius a proceribus, qui de factione *Arnulphi* ac *Pipini Landensis* erant, ad regnum vocatus, victum *Sigebertum* cum duobus fratribus capit, *Brunechildem* in camelo circumductam, indomiti equi caudæ adligatam lacerari curat; ac solus imperio *Francico* potitur anno *Christi* 613 [a].

Chlotharius & Dagobertus.

§. 2. Quietæ post hæc & florentes hoc, & *Dagoberto* Rege eius filio, res *Francorum* fuere; quem anno 622 in regni consortium adscitum, cum *Pipino* duce *Austrasiæ* præfecit, sibi tamen servans, quæ cis *Ardennam* & *Vogesum* versus *Neustriam* & *Burgundiam* sunt [b], de quo, cum anno 625 lis inter patrem & filium orta esset, omnia *Austrasiæ* restituit præter illa quæ trans *Ligerim* sunt [c]. Eundem in bello contra *Bertoldum Saxonum* ducem male acceptum, & capite sauciatum magna strage hostium ultus est ad *Visurgim* [d]. Moritur *Chlotharius* anno regni 45, *Christi* 628 [e].

Dagobertus eiusque filii Sigebertus & Chlodoveus.

§. 3. Regnum patris in solidum accepit *Dagobertus*, excluso fratre natu minore *Chariberto*, quod exemplum ad posteritatem valuit [f]: mox tamen in regno stabilitus maximam *Aquitaniæ* partem fratri tradidit, qui *Tolosæ* sede regni constituta intra triennium omnem *Vasconiam* subegit [g], quam, *Chariberto* anno 630 mortuo, cum omni regno eius, *Dagobertus* sibi vindicavit [h]. Sub initium regni, consiliis usus *Arnulphi Metensis* Episcopi & *Pipini Austrasii*, magna iustitiæ fama apud suos, apud exteros auctoritate floruit [i]. Post in luxum resolutus, præter tres eodem tempore uxores, concubinas plures aluit [k]. Anno regni nono & decimo, *Christi* 631 & 632 bello a *Sclavis Vinidis* vexatus, *Saxonibus* id sibi

[a] Fredegar. c. 40—43. Jonas vita Columbani c. 30. Aimoin. L. IV. c. I. Gesta Franc. c. 40. Chron. Divion. l. d. p. 366. Pag. Crit. an. 614. n. 28—33. [b] Fredeg. c. 47. Anon. de gestis Dagoberti c. 14. apud Leibn. Script. Brunsv. T. I. p. 65. [c] Fredegar. c. 54. Aimoin. L. IV. c. 12. Chron. Divion. l. d. [d] Gesta Franc. c. 41. Anon. de Gestis Dagoberti l. d. Vita S. Faronis apud du Chesne T. I. p. 569. 570. Aimoin. L. IV. c. 18. vita Eligii L. I. c. 10. Klaas Kolyn. p. 145. [e] Fredeg. c. 56. [f] Fredeg. c. 56. [g] Fredeg. c. 57. Vita S. Rictrudis apud du Chesne T. I. p. 653. C. [h] Fredeg. c. 67. [i] Fredeg. c. 58. [k] Fredeg. c. 60. Vita Pipini Ducis apud du Chesne T. I. p. 595. Mabillon Acta Sanctorum ordinis S. Benedicti T. II. p. 715. n. 15.

fibi bellum privatim depoſcentibus, imperatum a patre *Chlothario* annuum tributum quingentarum vaccarum remiſit[a], atque ſequenti ita poſtulantibus *Auſtraſiis* inpuberem filium ſuum *Sigebertum*, anno 630 ex *Ragnetruda* natum[b], Regem dedit ſub tutela *Cuneberti* Epiſcopi *Colonienſis* & *Adalgiſeli* Ducis, a quibus bellum *Sclavicum* feliciter confectum[c]. Inde *Vaſconibus*, qui anno 635 rebellaverant, ad officium revocatis[d] moritur *Dagobertus* anno regni 16, die XIV ante Kal. *Febr.* *Chriſti* 638[e]: regni *Neuſtriæ* & *Burgundiæ* heredem relinquens filium *Chlodoveum* vixdum quinquennem ſub tutela matris *Nantildis*, addito & *Æga* Palatii magiſtro, viro laudatiſſimo[f]. A. 5317. Per. Jul. ad 5457. A. Chriſt. 604. ad 744.

§. 4. Ab eo tempore regno ad inpuberes delato, vis omnis imperii in manu Maiorum Domus eſſe cœpit[g], ex quibus *Pipinus* anno poſt *Dagoberti* obitum moriens[h], *Grimoaldum* filium in *Auſtraſia* eadem dignitate ſucceſſorem habuit[i]. *Æga* vero *Chlodovei* anno tertio, *Chriſti* 640 mortuo, *Erchinoaldus* Maior domus in *Neuſtriæ* regno, *Floachatus* in *Burgundia* creantur[k]. Sed hic, poſt bellum civile contra *Willebadum* geſtum, ſequenti anno obiit[l]. Poſt Dagobertum vis imperii ad Maiores Domus translata.

§. 5. *Sigebertus* octavo regni anno, bello contra *Radulfum Thuringiæ* ducem minus ex ſententia geſto[m], cum regnaſſet annos 23, obiit anno *Chriſti* 656, relicto filio minorenni *Dagoberto*, quem *Grimoaldus* amandavit in *Hiberniam*, ac filium ſuum *Childebertum* Regem renunciavit[n]. Qua offenſi perfidia *Franci* conprehenſum poſt ſeptem menſes *Grimoaldum Chlodovei* iudicio ſiſtunt, qui, eo in carcerem detruſo, ſubmotoque *Childeberto*, ipſe monarchiam tenuit, ſed ita, ut eopſe illo anno exeunte, poſtquam regnaſſet annos 18[o], diem obierit ſu- Sigeberto mortuo Grimoaldus filium ſuum Regem renuncians pœnas dat.

 pre-

a Fredeg. c. 68. 74. Aimoin. L. IV. c. 23. 26. b Fredeg. c. 59. c Fredeg. c. 75. 77. Geſta Dagoberti c. 31. Aimoin. L. IV. c. 26. d Fredeg. c. 78. Aimoin. L. IV. c. 28. e Fredeg. c. 79. Geſta Dagoberti c. 43. Aimoin. IV. c. 33. f Fredeg. c. 76. 79. 80. Geſta Dagoberti c. 46. Aimoin. IV. c. 27. 30. 33. g Theoph. p. 337. Erchambertus in Breviario. h Fredeg. c. 85. i Fredeg. c. 85. 86. 88. Vita Sigeberti Regis apud du Cheſne T. I. p. 592. k Fredeg. c. 83. 84. 89. l Fredeg. c. 90. m Fredeg. c. 77. & 87. n Pag. Crit. an. 656. n. 9—14. o Contin. Fredeg. c. 91. Chron. Moiſac. Vita Sigeberti apud du Cheſne T. I. p. 593.

A. 5317. Per. Jul. ad 5457. A. Christ. 604. ad 744.

premum, relictis tribus tenera ætate filiis *Chlothario* III. *Childerico* & *Theodorico* [a]. Eodemque tempore *Erchinoaldo*, palatii Præfecto mortuo, *Franci* *Ebroinum* substituunt [b].

Chlotarius & Childericus.

§. 6. *Chlodoveo* II in omne regnum *Francicum* successit filius *Chlotharius* III, quod annos 4 tenuit [c], quando de consilio matris eius *Bathildis* Proceres *Austrasiæ* Regem sibi elegerunt fratrem eius *Childericum*, *Chlotario* in *Neustria* & *Burgundia* regnante [d], eoque post annos decem *Christi* 670 mortuo, *Ebroinus* *Theodoricum* eius loco Regem constituit: sed *Franci*, *Ebroini* arrogantiam aversati, *Childericum*, qui in *Austrasia* regnabat, evocant; *Theodoricum* cum *Ebroino* detonsos per monasteria dividunt [e]. *Childericus*, posthæc tribus in regno annis exactis, cum 14 annos in *Austria* regnasset [f], *Christi* 673 a *Bodilone*, nobili *Franco*, quem ad stipitem adligatum virgis cædi iusserat, cum uxore gravida interfectus est [g].

Res turbatæ in Francia.

§. 7. Eius morte res vehementer turbatæ, quamvis enim in *Neustria* & *Burgundia* fratri successerit *Theodoricus*, principum tamen studiis concussa respub. *Wulfoaldus*, qui sub *Childerico* Maior domus fuerat, fugit in *Austrasiam*: *Franci* *Leudesium* *Erchinoaldi* filium de consilio *Leodegarii* Maiorem domus in *Neustria* & *Burgundia* renunciant: id non ferens *Ebroinus*, ex monasterio elapsus, arma capit, *Leudesium* obtruncat, *Leodegarium* luminibus privat, *Pseudo-Chlodoveum*, tanquam *Chlotarii* filium, ad regnum evehere nititur [h].

Dagobertus e Scotia revocatus.

§. 8. Inter hæc occasione eorum motuum ex *Scotia* revocatus *Dagobertus* II, *Sigeberti* filius, regno *Austra-*

a Contin. Fredeg. c. 91. Pag. Crit. an. 656. n. 15—19. *b* Contin. Fredeg. c. 92. Schminkius in Dissert. de Athico duce, quæ ab Eckardo Orig. Habsp. subiicitur p. 251. n. 3—11. *c* Contin. Fredeg. c. 93. Gesta Franc. c. 45. Anon. vitæ Andregisili n. 15. & Anon. vitæ S. Bathildis. Vita S. Leodegarii c. 1. apud du Chesne T. I. p. 601. *d* Pag. Crit. an. 656. n. 20—23. & 660. n. 6. 7. *e* Fredeg. c. 94. Gesta Franc. c. 45. Vita S. Leodegarii c. 3. p. 601. 602. & altera vita S. Leodegarii Ib. p. 618. Pag. Crit. an. 668. n. 6—11. an. 669. n. 6. 7. *f* Pag. Crit. an. 673. n. 11. *g* Fredeg. c. 45. Anon. in vita S. S. Lantberti apud Mabillon Sec. IV. Benedictino. Chron. Centulense L. I. c. 24. apud Acher. T. II. p. 300. 301. *h* Fredeg. c. 95. 96. Gesta Franc. c. 45. Vita S. Leodegarii c. 6—10. Pag. Crit. an. 674. n. 4—6.

A. 5317. Per. Jul. ad 5457. A. Christ. 604. ad 744.

Austrasiæ potitur anno 674[a], qui tamen dolo Ducum & consensu Episcoporum ex insidiis occisus est anno 678[b].

Theodoricus, Ebroinus & Pipinus Heristallensis.

§. 9. Tum vero *Ebroinus Theodoricum* Regem *Austrasiæ* renunciat; ex quo gravis inter duces orta discordia, cum enim paullo ante in *Austria* mortuus esset *Wulfoaldus*, qui ei successerant *Martinus* & *Pipinus* fratres patrueles, *Ebroino* resistere cupientes, arma capiunt, & vincuntur: *Martinus* temere pacto confisus interficitur[c]; *Ebroinus* crudelius sæviens coniuratione suorum tollitur anno 681[d]; in cuius locum Maiorem domus *Franci* substituunt *Waradonem*, qui pace cum *Pipino Heristallensi*, qui *Pipini* prioris ex *Begga* & *Ansegiso Arnulphi* filio nepos erat, conposita[e], successorem anno 684 habuit *Bercharium*; hic arrogantia sua offendens *Francorum* animos, effecit, ut plerique Proceres *Pipinum* evocarent, a quo *Theodoricus* & *Bercharius* ad *Textricium* victi sunt anno 687[f], a quo tempore *Berchario* cæso *Pipinus* solus rerum est potitus annis 27[g].

Reges Longobardorum ab Agilulfo ad Grimoaldum.

§. 10. Interim vero dum hæc geruntur in *Gallia*, apud *Longobardos* in *Italia*, *Agilulfo* Rege anno 616, vel, ut *Sigebertus*[h] & *Fredegarius*[i] innuunt, 617 mortuo, regnum rediit ad filium eius *Adaloaldum*[k], sed cum is truculenter imperaret, *Arioaldus*, qui sororem eius in matrimonio habebat, partem regni occupat anno 624[l], quod, *Adaloaldo* post 13 regni annos[m] mortuo, solus tenuit *Arioaldus*[n], quem anno 630 excepit *Rhotaris*, qui *Longobardorum* leges scripto mandavit[o], bellum cum *Romanis* prospere gessit[p], ac postquam annos 16 mensesque quatuor regnaverat, anno 646 successorem reliquit fi-

a Vita S. Wilfridi c. 28. Pag. Crit. an. 674. n. 10. 11. *b* Eddius in vita Wilfridi c. 31. Pag. Crit. an. 678. n. 12. & seq. van Loon. Aloude Hollandsche Historie T. I. p. 287. *c* Contin. Fredeg. c. 97. *d* Contin. Fredeg. c. 98. vita S. Leodegarii c. 17. Pag. Crit. an. 681. n. 27. *e* Contin. Fredeg. c. 98. *f* Contin. Fredeg. c. 99. 100. Ann. Metens. apud du Chesne T. III. Gesta Franc. c. 48. Diploma Pipini apud Mir. T. II. p. 1126. Pag. Crit. an. 687. n. 8—10. *g* Ann. Metens. Fuldens. & Pithœani ad an. 714. *h* Sigeb. Chron. an. 617. *i* Fredeg. c. 45. *k* Paul. Warnefr. L. IV. c. 43. *l* Fredeg. c. 49. Aimoin. L. IV. c. 10. *m* Sigeb. ad an. 617. *n* Jonas in vita S. Bertulfi n. 12. *o* Paul. Warnefr. L. IV. c. 44. Sigeb. an. 630. Sigon. L. II. de regno Italiæ p. 39. *p* Warnefr. L. IV. c. 47.

A. 5317. Per. Jul. ad 5457. A. Christ. 604. ad 744.

lium *Rodoaldum* [a], eoque post annos quinque diesque septem interemto, regnum anno 651 accepit *Aribertus* [b], post cuius mortem, quæ in annum 660 vel 661 convenit, filii eius *Bertaridus* & *Godebertus* annum perpetem de regno contendentes *Grimoaldo* anno 662 regnum *Longobardicum* occupandi occasionem præbuerunt [c].

Secuti deinde reges ad Rachisium.

§. 11. *Grimoaldus* post bellum contra *Francos* [d], *Constantem* Imperatorem [e] & *Hunnos* [f] prospere gestum, obiit, cum regnasset annos novem, filio relicto *Garibaldo*, sed eo excluso regnum obtinuit *Bertaridus*, Regis *Ariberti* filius [g], anno 671 [h], qui, adscito post annos septem filio *Cuniberto* [i], ei anno 688 moriens regnum reliquit [k]. Hic, civili bello aliquamdiu exercitus [l], post annos duodecim a morte patris moriens, regnum inpuberi filio *Liutberto* tradidit [m]; sed eo turbatis rebus post biennium ab *Ariberto* capto, regnum *Aribertus* obtinuit anno 702 [n], eoque anno post decimo ab *Ansprando*, *Luitberti* quondam tutore, *Boioariorum* ope victo, regnum anno 712 accepit *Luitprandus Asprandi* filius [o], qui, cum regnum *Longobardorum* magna gloria tenuisset annos triginta & unum, mensesque septem, obiit anno 744 [p]. Eodemque anno excluso *Hildeberto* regnum obtinuit *Rachisius* [q].

C A-

a Paulus Warnefr. L. IV. c. 48. Sigeb. an. 646. *b* Paul. Warn. L. IV. c. 50. Sigeb. an. 651. Pag. Crit. an. 659. n. 4—6. *c* Paul. Warn. L. IV. c. 53. V. 2—4. 33. Sigeb. an. 660. 661. Pag. Crit. an. 663. n. 4. *d* Paul. Warn. L. V. c. 5. *e* Ibid. c. 6. & seqq. *f* Ibid. c. 19—21. *g* Ibid. c. 33. *h* Pag. Crit. an. 673. n. 2. *i* Paul. Warn. L. V. c. 35. *k* Ibid. c. 37. *l* Ibid. c. 38—41. *m* Ibid. L. VI. c. 17. *n* Ibid. c. 18. 19. *o* Ibid. L. VI. c. 21. 35. *p* Ibid. c. 58. *q* Anastas. p. 78. Sigeb. an. 742. Pag. Crit. an. 744. n. 6.

CAPUT XIII.

A. 5313. Per. Jul. ad 5413. A. Christ. 600. ad 700.

De rebus Ecclesiæ Sæculo VII. Temporibus Heraclii *& filiorum eius, quo tempore maxime deferbuit lis cum* Monothelitis.

§. 1.

Monothelitarum sententia.

NEcdum satis conposita cum *Eutychianis* & *Monophysitis* lite, novus imperante *Heraclio* a *Monothelitis* tumultus ortus est. Auctores & fautores huius sententiæ præcipui *Theodorus Pharanensis*, *Sergius Constantinopolitanus*, & *Cyrus Alexandrinus* Antistites fuisse perhibentur [a]. Qui duas distinctas in *Christo* naturas, humanam & divinam agnoscentes [b], tamen statuebant, unam esse agnoscendam in *Christo* Domino θεανδρικὴν *Deivirilem* operationem, ut omnis Deo & homine digna operatio ex uno eodemque incarnato Deo Verbo indivise & inconfuse procedat, & ad unum eundemque redigatur [c]. Dum diversa sentientes duas in *Christo* naturas seorsim considerantes, duas naturales voluntates & operationes in *Christo* domino agnosci oportere contenderent [d]. Quæ lis fervidius acta magnum concitavit incendium.

Tumultus eo nomine orti. Ecthesis & Typus.

§. 2. Initium litis repetunt ab anno 622 [e], sed celebrari magis cœpit, postquam *Cyrus Alexandrinus* Episcopus anno 633, hoc dogmate de una in *Christo* operatione admisso, multos in *Ægypto Eutychis* & *Severi* adseclas ad communionem Ecclesiæ revocavit [f]: cum enim id non ferret *Sophronius*, qui paullo

 post

[a] Martinus in epist. ad Constantem Imperat. apud Hard. Conc. T. III. p. 629. & Anastas. in Conc. Lateran. Secret. II. Ib. p. 712. [b] Paulus epistola ad Theodorum Papam apud Hard. T. III. Conc. p. 817. D. 820. A. Et in Heraclii Ecthesi Ib. p. 793. E. [c] Cyrus in capite septimo apud Harduin. T. III. p. 776. D. E. Sergius epistola ad Cyrum Ib. p. 777. & in epist. ad Honorium Ib. p. 1315. 1341. C. Paulus epistola ad Theodorum Ib. p. 817. D. E. Maxim. Disput. cum Pyrrho T. II. app. p. 183. Theoph. p. 274. [d] Martinus in epistola ad Ecc. Hierosolym. apud Hard. T. III. p. 657. E. & epist. Encycl. Ib. 936. Paulus epist. ad Theodorum Ib. p. 817. 818 Liber diurnus Pontif. Roman. Cap. III. tit. 6. [e] Pag. Crit. an. 622. n. 2. 3. & an. 629. n. 2. & seqq. [f] Sergius in epist. ad Honorium Papam apud Hard. T. III. p. 1313. C. D. & p. 1339.

A. 5313. Per. Jul. ad 5413. A. Christ. 600. ad 700.

post Patriarcha *Hierosolymitanus* factus est [a]; *Sergius* autem *Cyri* caussam defendendam sumeret [b], eique *Honorius Romanus* Pontifex adsentiretur [c], Imperator *Heraclius* ἔκθεσιν sive *Fidei Expositionem* anno 638 proposuit [d], in qua vetita de una an duabus operationibus disputatione unam tamen voluntatem confitetur [e]: cui decreto cum reluctarentur qui *Honorio* in pontificatu successerunt [f]; *Sergii* vero caussam defenderent ejus successores *Pyrrhus* & *Paulus*, schisma ortum est, cui conponendo *Constans* Imperator anno 648 publicavit *Typum*, in quo, gravi pœna proposita, omnem de una an duplici voluntate & operatione altercationem prohibet [g]. Huic Principis decreto cum aliis subscribere iussus *Martinus* Papa usque adeo reluctatus est, ut non tantum sequenti anno 649, coacto *Lateranensi* concilio, & *Typum* & *Monothelitas* damnaret [h], sed etiam *Occidentem* & *Orientem* conmoveret [i]. Qua re concitatus Imperator per *Theodorum Calliopam* Exarchum, *Martinum Constantinopolim* abripuit anno 653, quo scilicet XIII Kal. *Julii* erat feria 4 [k]; indeque *Chersonam* relegavit, ubi is anno 655 mortuus est Indictione XIV. *Septembris* 16 [l].

In Sexto Concilio damnati Monothelitæ.

§. 3. Cum tamen ne sic quidem satis omnes sedarentur lites [m], qui *Constanti* in imperio successit filius *Constantinus*, re cum *Saracenis* conposita [n], sextum, quod generale vocant, Concilium *indixit* [o], quod

[a] Anastas. Conc. Later. Secret. II. p. 713. [b] Serg. Epist. ad Honor. T. III. Conc. Hard. p. 1314. [c] Honor. epist. ad Sergium Ibid. p. 1322. 1323. Epist. Sophronii Ib. p. 1258. & seqq. [d] Martinus in Conc. Later. Secret. III. apud Hard. T. III. p. 792. & seqq. & Collectanea Anastasii. Pag. Crit. an. 639. n. 2. [e] Exstat Ectesis Conc. Later. Secret. III. p. 794. 795. [f] Liber diurnus Pontificum Cap. III. tit. 6. Pag. Crit. an. 639. n. 4. [g] Exstat Typus in Conc. Lateran. Secret. IV, apud Hard. T. III. p. 824. 825. Addantur monachi in Conc. Later. Secret. II. Ib. p. 724. Pag. Crit. an. 648. n. 6. [h] Conc. Later. Secret. I. p. 699. D. Secret. IV. p. 823. Secret. V. p. 920. & seqq. Anastas. Martino p. 49. 50. [i] Epist. Martini apud Harduin. T. III. p. 628—638. 933. & seqq. Baron. an. 649. n. 69. [k] Historia exilii Martini in collectaneis Anastasii a Sirmondo editis p. 79. & apud Hard. Conc. T. III. p. 675. & seqq. Anastas. Martino p. 51. [l] Collectaneis Anastasii p. 104. & apud Hard. T. III. p. 685. [m] Sacra Imperatoris ad Donum apud Hard. T. III. p. 1044. [n] Supra C. XI. §. 9. [o] Actione I. Conc. Constant. apud Hard. T. III. p. 1056. Epist. Agathonis Ib. p. 1076. 1077. & 1417. A.

A. 5313. Per. Jul. ad 5413. A. Christ. 600. ad 700.

quod ipso Imperatore Præside & præsentibus Legatis *Agathonis Romani* Pontificis anno 680 Indict. IX *Novembri* mense cœptum [a], sequenti anno terminatum est. In eo Concilio decretum est, duas in *Christo* voluntates ac totidem actiones esse, quot in eo sunt naturæ: & qui secus docuerant *Theodorus Pharanensis*, *Sergius*, *Cyrus*, *Pyrrhus*, *Paulus* aliique ceu hæretici damnati [b], quibus & *Honorius* Papa in Actis & Edicto Principis [c], ut & in epistola *Leonis* Papæ [d] adiungitur.

Concilium Quini-Sextum.

§. 4. Verum quia neque in hoc, neque in quinto Concilio, quod *Justiniano* imperante *Constantinopoli* habitum fuerat, canones ulli scripti erant [e], iterum *Justinianus* II anno 691 Præsules *Constantinopolim* in *Trullo* (ita Palatium nominant) coire iussit [f], ubi, quasi ad supplendas Quintam & Sextam Oecumenicas Synodos, Canones editi sunt CII [g], unde & hanc Synodum πενθέκτην, id est, *Quini-Sextam*, vel a loco *Trullanam* vocarunt. *Sergius* tamen Papa *Romanus* iis subscribere recusavit [h], quod tamen paullo post fecit *Johannes* VII [i].

Corruptæ magis magisque Ecclesiæ facies.

§. 5. Ceterum status Ecclesiæ septimo hoc Sæculo multo magis corrumpi cœpit: nam præter pauca quædam fidei capita, quibus religionis fundamentum continetur [k], reliqua varie adfecta & superstitionibus conmaculata sunt. Iam baptismi ad salutem necessitas confirmari [l]; iam veri corporis *Christi* in Eucharistia præsentia crassius propugnari cœpit [m]: purgatorium creditum [n], preces & sacrificia pro mortuis

a Actione I. Conc. Constant. I. d. Anastas. in Agathone p. 54. *b* Apud Hard. T. III. p. 1398. 1399. *c* Act. XIII. apud Hard. T. III. p. 1333. Act. XVIII. p. 1421. & Edict. Imperat. Ib. p. 1448. *d* Epist. Leon. apud Hard. T. III. p. 1476. Du Pin Bibl. Eccl. T. VI. p. 67. 68. *e* Conc. Trull. apud Hard. T. III. p. 1635. *f* Apud Hard. T. III. p. 1654. 1655. *g* Conc. Trull. apud Hard. T. III. p. 1656. & seqq. Fleury Hist. Eccl. L. XL. §. 49—53. Pag. Crit. an. 692. n. 2—13. *h* Anastas. vita Sergii p. 60. 61. Paul. Warn. L. VI. c. 11. *i* Anastas. vita Johann. p. 64. *k* Spanh. Sæc. VII. c. 3. §. 1. *l* Isidor. L. II. de Offic. Eccles. c. 20. *m* Eligius Homil. 8. & 15. Johannes Damascenus L. IV. de fide orthodoxa c. 14. Act. VI. Conc. II. Nicæni apud Hard. Conc. T. IV. p. 370. 371. *n* Beda L. III. c. 19. V. 13. Julianus Toletanus Prognostico futuri sæculi L. II. c. 8. Epist. Bonif. apud Baron. Ann. an. 716. n. 21.

A. 5313. Per. Jul. ad 5413. A. Christ. 600. ad 700.

tuis recepta [a], templa facinorosis asyla data [b], de vera pietate operibusque misericordiæ vix ulla mentio; eorum locum occupant cœlibatus & vitæ monasticæ commendatio; peregrinationes religionis caussa susceptæ [c]; templorum dotationes, monasteriorum exstructiones [d]; lustrationes; crucis, imaginum, reliquiarum [e], & *Mariæ* Virginis veneratio [f]: nova festa, quæ pauca antea erant [g], addita, quale illud omnium Sanctorum [h] anno 607, & Exaltationis Crucis anno 629 institutum [i]. Etiam auctis opibus Ecclesiarum Patrimonia, & maxime Patrimonium *Petri* celebrari cœpit [k].

Romani Pontifices ad dominatum adspirant.

§. 6. Multum etiam sub initium huius sæculi ad Pontificis *Romani* dignitatem augendam contulit, si vera sunt quæ *Anastasius* Bibliothecarius habet, decretum *Phocæ* Imperatoris, quo sancivit, ut sedes *Apostolica* Beati *Petri*, caput esset omnium Ecclesiarum [l]: ab eo certe tempore ius sibi & imperium in omnes, etiam *Constantinopolitanos* Episcopos vindicare adlaborarunt [m]. Nec veritus est *Agatho* Papa anno 678 decernere [n]. Sic omnes sanctiones Apo-
„ stolicæ sedis esse accipiendas tanquam ipsius divina
„ voce *Petri* firmatas: sedem *Romanam* a veritate
„ neque deflexisse, neque errare potuisse.

Alios ad sui ritus observantiam cogere adlaborant.

§. 7. Hinc Papa ceu Vicarius *Christi*, clerici tanquam eius personam sustinentes efferri; gentes a monachis *Roma* missis religionem nuper doctæ ad ser-

monem

a Isidor. Hispal. de Offic. L. I. c. 15. Gregor. L. III. epist. 3. Damas. Oratione de precibus pro mortuis. Julianus Prognost. L. I. c. 22. *b* Gregor. L. XI. ep. 54. Anastas. in Bonifacio V. p. 45. *c* Spelman Conc. Brit. p. 163. Hard. Conc. T. III. p. 1036. Baron. an. 672. n. 2. 3. *d* Anastasius passim. Paulus Warnef. Miræi donationes piæ. Vitæ sanctorum. *e* Beda L. III. c. 13. V. 21. Theodori Cantuariensis capitula apud Acher. T. I. p. 487. Homiliæ in sanctos & in crucem Christi scriptæ. *f* Martinus ep. 14. apud Hard. T. III. Conc. p. 675. *g* Isidor. de Offic. L. I. c. 25. *h* Anastas. in Bonifacio IV. p. 45. Paulus Diac. L. IV. c. 37. Isidor. de Offic. L. I. c. 39. Sigeb. an. 835. Martyrologium Romanum III. Idus Maii. *i* Theoph. p. 272. 273. Suidas v. Heraclius. Anastas. p. 61. *k* Gainnone Hist. Neap. L. IV. c. 12. §. 4. *l* Beda de Sex Ætat. mundi ad an. 4557. Operum T. II. p. 115. Paulus Diac. L. IV. c. 37. Anastas. in Bonifacio III. p. 44. Conferatur Ch. Matt. Pfaffii Dissertatio de titulo Patriarchæ Oecumenici, quæ exstat in Tempe Helvetica T. IV. p. 108. & seqq. *m* Anastas. in Theodoro p. 49. *n* Agatho epistola ad Imperat. Act. IV. Conc. VI. Oecum. apud Hard. T. III. p. 1080. Gratianus Distinct. 19. C. *sic omnes* 2.

monem *Latinum*, ritum *Romanum* & obedientiam Pontificis informari, alii in eiusdem ritus observantiam cogi cœperunt [a]: cui ut obicem ponerent *Græci* in decretis Concilii *Quini-Sexti* varia sui ritus capita stabilitum iverunt [b], & *Britanni* pro more in Ecclesia sua recepto acriter decertarunt [c]. A. 5313. Per. Jul. ad 5413. A. Christ. 600. ad 700.

§. 8. Eruditi oppido pauci, Scriptores plerique compilatores eorum, quæ olim dicta erant [d]; in controversiis dirimendis canonum auctoritate, & decretis Pontificum magis quam S. Scripturæ dictis nituntur [e]. Litteræ iacent.

§. 9. In ipsis Conciliis plerumque magis de externis ritibus, defensione & administratione possessionum Ecclesiæ, celericorum vitiis emendandis & cœlibatu tuendo, quam de fide & pietate actum [f]. Maior cura rituum quam pietatis.

CAPUT XIV.

De rebus imperii Orientis *inde a* Philippico Bardane *usque ad* Nicephorum: *ubi præcipue omnes Imperatores familiæ* Leonis Isauri *exhibentur*,

ab anno 711 *ad* 800.

§. 1.

PHilippicus partum per scelus imperium, negligenter administravit, atque ab *Justiniano* II coactas opes nimiis nec utilibus profudit sumtibus [g]: itaque post annum & 6 menses [h], *Circensi* certamine edito, cum tumultuarentur in *Thracia* exercitus, a coniuratis arreptus oculisque privatus est, pridie *Pentecostes*, quæ *Junii* 4 anno isto 713 incidit [i]. Philippicus negligentior.

 §. 2.

[a] Exempla sunt in Augustino, Kiliano & Wilibrordo. [b] Canones sunt apud Hard. T. III. p. 1655. & seqq. addatur Spanh. Hist. Eccl. Sæc. VII. C. IX. §. 9. [c] Cummiani epistola in Usserii Sylloge Epist. Hibern. p. 24. & seqq. Beda Hist. Eccles. L. II. c. 2. III. c. 25. L. IV. c. 1. & L. V. c. 22. [d] Du Pin Bibl. T. VI. in præfatione. [e] Du Pin Bibl. T. VI. p. 1. & seqq. [f] Vid. Concilia huius ævi: & in compendio du Pin Bibl. Eccl. T. VI. p. 47. & seqq. [g] Theoph. p. 319. Niceph. Brev. p. 31. Cedren. p. 448. Agatho Diaconus apud Hard. T. III. p. 1835. [h] Paulus Warnefr. L. IV. c. 34. Beda de VI. Ætat. [i] Theoph. p. 320. 321. Agatho l. d. Niceph. Brev. p. 32. Cedren. P. I. p. 448. Zonar. L. XIV. c. 26.

A. 5424. Per. Jul. ad 5513. A. Christ. 711. ad 800.

Anastasius.

§. 2. Postridieque eius diei ipso festo *Pentecostes* imperii insignia accepit *Artemius*, qui *Philippico* a secretis fuerat, mutatoque nomine *Anastasius* dictus est[a]. Hic magnam contra *Saracenos*, a quibus se peti conpererat, classem instituit; sed, orta in exercitu seditione, milites, occiso duce, *Adramytti Theodosium* quendam, tributorum exactorem, hominem quietum, invitum ac latitantem imperium occupare cogunt anno 715. ac post sex menses *Anastasium*, rebus suis diffisum, positis imperii insignibus, inter monachos adscriptum, *Thessalonicam* transferunt[b], ineunte anno 716, quum regnasset annos duos, menses novem[c].

Theodosius.

§. 3. *Theodosius Adramyttenus*, quasi per ludibrium factus Imperator, gravi a *Saracenis Solimano* Calipha, & *Musalma* duce bello petitus[d], simul & a *Leone Isaurico* vexatus[e], cum tantis hostium viribus sustinendis inpar esset, sponte se abdicavit, anno imperii vertente[f], & cum filio suo clericorum ordini adscriptus, quod reliquum habuit ætatis in otio transegit[g].

Leo Isaurus rem restituit.

§. 4. *Leo* igitur obscuro in *Isauria* genere natus, qui prius *Conon* appellabatur, sed ab *Justiniano* in aulam vocatus, ab *Anastasio* dux *Orientis* factus, & contra *Theodosium* missus fuerat[h], imperium adiit anno 717 Indictione XV, *Martii* 25 die, ut scribit *Theophanes*[i]. *Saracenos*, vastata *Asia* & expugnata *Pergamo*, *Byzantium* obsidentes, mortuo commodum per id tempus *Octobri* mense *Solimano* Calipha, magna eorum clade repulit[k]. *Tiberium* in *Sicilia* Tyrannum per duces suos oppressit, & *Occidentem* pacavit anno imperii secundo[l]. Sequenti vero *Christi* 719

a Auctores citati ll. dd. & Acta apud Baron. an. 713. n. 5. & 8. b Niceph. Brev. p. 32—34. Theoph. p. 321—323. Anastas. Bibl. p. 67. Paulus Warnefr. L. VI. c. 36. Zonar. L. XIV. c. 27. Barbeir. P. II. §. 293. c Pag. Crit. an. 714. n. 3. d Theoph. p. 324—326. e Theoph. p. 327. 331. Zonar. L. XIV. c. 26. Barbeir. P. II. §. 294. f Niceph. p. 34. g Theoph. p. 327. Niceph. l. d. Cedren. p. 450. h Theoph. p. 303. 323. 331. i Theoph. p. 346. A. k Theoph. p. 327. 331—333. Niceph. Brev. p. 34. 35. Zonar. L. XV. c. 1. Abulph. Dynast. IX. p. 203. Elmacin. L. I. c. 14. p. 74. Paulus Warnefr. L. VI. c. 47. Anastas. Bibl. p. 68. Barbeir. Ant. Fœd. P. II. §. 294. l Niceph. p. 35. 36. Theoph. p. 333. 334. Cedren. p. 451. 452. Zonar. L. XV. c. 2. Barb. P. II. §. 295.

719 *Artemium Bulgarorum* ope imperium recuperare nitentem, a *Bulgaris* sibi traditum, necavit [a]. Eademque felicitate *Cosmam Græcorum* opera imperium adfectantem, & iam regiam urbem occupatum venientem, 18 *Octoris* Indictione X, anno 726 devicit [b]. Bellum cum *Saracenis* multiplex habuit, quos etiam anno 727 a *Nicæa* cum clade depulit [c].

A. 5424. Per. Iul. ad 5513. A. Christ. 711. ad 800.

§. 5. Inter hæc conmota lite de imaginum cultu cum *Gregorium* II Papam, *Romanos* & *Italos* ad defectionem concitantem [d], & tributum exigi prohibentem [e], per *Paulum* Exarchum, eiusque successorem *Eutychium* opprimere frustra conatus esset [f], iamque *Longobardi* varia exarchatus loca occuparent [g], classem anno 732 misit in *Italiam*, sed ea in mari *Adriatico* tempestate periit [h].

Gregorium II. captivum abripi iubet.

§. 6. Anno quoque *Leonis* ultimo Indictione IX, *Octobris* 26, *Christi* 740 terræ motus *Thraciam Bithyniam*que concussit, cuius occasione ad reficiendos regiæ urbis muros novum vectigal imperatum est, quod deinceps perseveravit [i]. Moritur ex aqua intercute, aut intestinorum dolore anno 741 *Junii* die 18, Indict. XI. cum regnasset anno 24, menses 2, & dies 25 [k]. Ex uxore *Maria*, quam privatus duxerat, reliquit filium *Constantinum* & *Annam*, quæ *Artabasdo* Thematis *Armeniaci* duci nuptum data [l].

Novo tributo imperato moritur.

§. 7. Successit patri, non minus Iconolatris invisus, filius *Constantinus*, *Copronymus* cognomine dictus. Hic anno imperii *Leonis* 3, *Christi* 719 natus, mox sequente a patre coronatus [m], post eius mortem, annum agens 22, solus imperare cœpit anno *Christi* 741 [n]. Princeps bello bonus & reipubl. utilis [o]. *Artabasdum Annæ* sororis maritum initio æmu-

Constantinus Copronymus reipub. utilis.

Ddd 2

[a] Niceph. p. 36. 37. Theoph. p. 335. Zonar. L. XV. c. 2. [b] Niceph. p. 37. Theoph. p. 339. Pag. Crit. an. 727. n. 1. [c] Niceph. p. 38. Theoph. p. 339. 340. [d] Theoph. p. 338. B. C. 343. A. Ann. Metens. an. 741. Fredeg. Contin. c. 110. [e] Anastas. vita Gregorii II. p. 69. Zonar. L. XV. c. 4. [f] Anastas. p. 69. 70. [g] Paulus Warnefr. L. VI. c. 49. Anastas. l. d. Barbeir. P. II. §. 300. [h] Theoph. p. 343. Cedren. p. 457. [i] Niceph. Brev. p. 38. Theoph. p. 345. Anastas. in Hist. p. 138. [k] Niceph. p. 38. Theoph. p. 346. [l] Du Fresne Fam. Byzant. p. 124. [m] Niceph. p. 37. Theoph. p. 334. 335. [n] Theoph. p. 346. Niceph. p. 38. [o] Spanh. Hist. Imag. p. 137. & seqq.

A. 5424. Per. Jul. ad 5513. A. Christ. 711. ad 800.

æmulum habuit imperii, qui etiam *Constantino* ad bellum contra *Arabes* gerendum profecto regia urbe potitus, per fraudem Imperator salutatus, imaginum cultum restituit [a]; verum anno 743, Indictione XII, *Novembri* mense à *Constantino* captus cum filio *Nicephoro*, quem ad societatem imperii adsciverat, excæcatus est [b]. Quum vero occasione istorum motuum usus *Luitprandus Longobardorum* Rex *Ravennæ* immineret, legatione ad Regem functus *Zacharias* Papa pacem æquis conditionibus inpetravit [c].

Post Omniadas Abassidæ rerum potiuntur.

§. 8. Inter hæc rebus in imperio *Saracenorum* a cæde *Walidi* II [d], quæ convenit in annum *Christi* 744, usque adeo turbatis, ut *Mervane* II, & cum eo *Ommiadarum* familia deleta, imperium anno 750 auctore *Abdolla* ad *Abassidas*, sedes regni *Damasco Cufam* transferretur [e], usus ea occasione *Constantinus* varia *Saracenis* ademta loca recuperavit [f].

Constantinus moritur.

§. 9. Occupatis in Oriente *Græcorum* copiis *Aistulphus*, *Ravenna* anno 751 capta, Exarchatui *Græcorum* in *Italia* finem adtulit [g]. Post hæc, re contra *Sclavos* anno 758 ex sententia gesta, multiplex *Constantinus* bellum cum *Bulgaris* habuit [h], in quo ardente febri correptus obiit 14 *Septembris*, Indictione XIV, *Christi* 775, cum solus post patris obitum regnasset anno 34, menses 2, & dies 26 [i]. Uxores tres habuit *Irenen Chazarorum* Principis filiam, ex qua natus est *Leo*; *Mariam*, & *Eudociam*, cuius filii *Nicephorus*, *Christophorus*, *Nicetas* & *Eudocimus* in rebellione deprehensi male multati sunt a *Constantino Leonis* filio [k].

§. 10.

[a] Niceph. Brev. p. 38. 39. Theoph. p. 347. 348. Anastas. vita Zachariæ p. 78. Hist. Misc. L. XXII. p. 154. Pag. Crit. an. 741. n. 1—7. [b] Niceph. p. 40. Theoph. p. 350. C. 351. D. 352. 353. Miscell. L. XXII. p. 155. Du Fresne Fam. Byzant. p. 124. Pag. Crit. an. 742. n. 1. 2. 743. n. 18. [c] Anastas. vita Zachar. p. 76. 77. Barbeir. P. II. §. 308. 311. [d] Elmacin. L. I. c. 18. p. 84. 85. 86. Theoph. p. 351. Pag. Crit. an. 743. n. 17. [e] Elmac. L. II. c. 2. p. 98. Abluph. Dyn. IX. p. 214. Theoph. p. 357. 358. [f] Theoph. p. 354. & seqq. Miscell. L. XXII. p. 156. 157. Fleury Hist. Eccl. L. XLII. §. 44. XLIII. §. 6. [g] Rubeus Hist. Ravenn. L. IV. p. 221. in Thes. Ital. T. VII. P. I. [h] Niceph. p. 43. 44. 45. 47. Theoph. p. 361. 362. 364. 367. 368. 376. 377. Miscell. L. XXII. p. 159. 160. 163. Barbeir. P. II. §. 329. 337. [i] Theoph. p. 378. [k] Du Fresne Fam. Byzant. p. 125.

§. 10. Eodemque anno 775 mortuus est *Almansor*, secundus Calipha ex familia *Abassidarum*, qui *Bagdadum* ad *Tigrim* condidit [a], eoque sedem regni transtulit, ac successorem nactus est filium *Muhamedem Mahadis*, qui decimo post anno mense *Augusto* anno 785, *Hegiræ* 169 obiit [b]. A. 5424. Per. Jul. ad 5513. A. Christ. 711. ad 800. Res Saracenorum.

§. 11. *Constantino* successit filius *Leo*, annum agens 26, natus enim anno 750, *Januarii* 25, Indict. III [c], sequenti a patre coronatus [d], anno 769 volente patre uxorem duxerat *Irenen Athenis* oriundam [e], ex eaque ineunte anno 771 natum filium *Constantinum* [f] statim post mortem patris, ita postulantibus proceribus, ad societatem regni adscivit anno 776 [g]. Bello contra *Saracenos* maxime exercitus [h], cum uxorem contra fidem datam imagines colentem repudiasset, subita morte exstinctus est 8 *Septembris* anno 780, cum regnasset anno 5, minus dies 6 [i]. Leo Imperator.

§. 12. Reliquit heredem unicum filium, eundemque decennem *Constantinum* sub matris *Irenes* tutela, quo tempore *Stauracii* Patricii consilio omnia gerebantur [k]. Bello ab *Aarone Recide Mahadis* Caliphæ filio vexata anno 781 pacem ea lege composuit, ut quotannis LXX aureorum millia *Saracenis* penderet [l]. Cum *Salvis* sequenti anno felicius certatum [m]. Secundum hæc *Irene Constantinum* filium, cui *Caroli Francorum* Regis filiam *Rotrudim* anno 781 desponderat [n], *Mariam* quandam *Armenia* oriundam invitum ducere cogit mense *Novembri* anni 788 [o]: a quibus ille nuptiis abhorrens, nec non infinitæ *Stauracii* potentiæ pertæsus, matrem denique mili- Constantinus & Irene.

[a] Elmacin. L. II. c. 3. p. 102. 104. Abulphar. Dyn. IX. p. 218. 220. Pag. Crit. an. 775. n. 2. 3. [b] Elmacin. L. II. c. 4. p. 109. Abulphar. p. 225. 227. [c] Niceph. p. 41. Theoph. p. 357. C. [d] Niceph. p. 42. Theoph. p. 358. [e] Niceph. p. 49. Theoph. p. 374. [f] Theoph. p. 375. B. [g] Theoph. p. 379. [h] Theoph. p. 380. 381. Miscell. L. XXIII. p. 164. Elmacin. L. II. c. 4. p. 106. [i] Theoph. p. 382. Cedren. p. 469. Anast. Hist. p. 157. Pag. Crit. an. 780. n. 2. [k] Theoph. p. 383. Cedren. p. 469. Miscell. L. XXIII. p. 165. Anastas. Hist. p. 157. [l] Elmac. L. II. c. 4. p. 106. Abulphar. p. 226. 227. Theoph. p. 385. [m] Theoph. p. 385. Cedren. p. 470. [n] Theoph. p. 384. Appendix ad Chronicon Nebelungi apud du Chesne T. II. p. 22. Anastas. in Hist. p. 162. [o] Theoph. p. 391. Cedren. p. 471. Anastas. l. d. Pag. Crit. an. 787. n. 14. 15. an. 788. n. 4. 5.

A. 5424. Per. Jul. ad 5513. A. Christ. 711. ad 800.

tes in sua verba adigentem anno 790 mense *Octobri* redegit in ordinem [a], ac solus imperavit annos fere septem, quo tempore, post unam alteramque infelicem contra *Bulgaros* expeditionem [b], *Nicephorum* patruum, quem milites Imperatorem appellare volebant, ut & *Alexium* quoudam *Armeniacorum* ducem, de consilio matris, quam in aulam revocaverat, oculis privavit *Augusto* mense Indict. XV, *Christi* 792 [c], ac tumultuantes eo nomine *Armeniacos* exercitus sequenti anno fortiter repressit [d]. Anno vero 795 de consilio matris, quæ imperandi cupiditate filium omnium odio exponere satagebat, *Maria* coniuge repudiata, & in monasterium detrusa, *Theodoten* cubiculariam duxit, quæ res Orientalem Ecclesiam tumultibus ac dissidiis inplevit [e]. Sed cum *Octobri* mense anno 796 natus esset Imperatori filius *Leo*, isque ad puerperam invisendam ivisset, usa ea occasione mater eius, conciliatis sibi militibus, sequente *Augusto* mense anno 797 dolo conprehensum filium inmaniter excæcari curavit [f]. Uxores duas habuit *Mariam*, ex qua *Euphrosine* nata, quæ post *Michaëli Balbo* nupsit; & *Theodotam*, cuius filius *Leo* ante patrem mortuus est Kalendis *Maii* anno 797 [g]. *Irene* vero anno post sexto, *Christi* 802, *Octobris* 3, feria 2 ab *Nicephoro* imperio fortunisque omnibus exuta [h], & in *Lesbon* deportata, nondum anno vertente obiit *Augusti* die nono [i].

C A-

a Theoph. p. 391. 392. 393. Cedren. p. 471. 472. Anastas. Hist. p. 162. 163. Miscell. L. XXIII. p. 168. *b* Theoph. p. 394. 397. Cedren. p. 472. 473. *c* Theophan. p. 394. 395. Pag. Crit. an 791. n. 1. *d* Theoph. p. 395. 396. Cedren. p. 471. *e* Theoph. p. 396. 397. Cedren. p. 472. Pag. Crit. an. 795. n. 4—6. *f* Theoph. p. 397—399. Cedren. p. 473. Anastas. Hist. p. 165. 166. *g* Theoph. p. 398. du Fresne Fam. Byz. p. 126. *h* Theoph. p. 401. 402. *i* Theoph. p. 402. 405. Cedren. p. 474.

CAPUT XV.

A. 5400. Per. Jul. ad 5513. A. Christ. 687. ad 800.

De rebus Occidentis, maxime Francicis ab *anno* 687, *quo solus* Pipinus *rerum est potitus, ad* 800, *quo* Carolus Romæ *Imperator coronatus est.*

§. 1.

Pipinus solus Maior domus.

Pipinus post *Theodoricum* Regem & *Bercharium* prælio *Textricio* in *Veromanduis* anno 687 victos solus Maioratum domus supremamque potestatem in omnibus *Francorum* regnis adeptus, ita annos 27 regnavit, ut tamen Reges creari pateretur [a]. Uxores habuit duas *Plectrudem*, ex qua nati sunt *Drogo* & *Grimoaldus* [b], & *Elpaidem*, ex qua satus est *Carolus Martellus*, quo uno postea *Francici* nominis decus stetit [c].

Radbodum vincit. Willebrordum recipit.

§. 2. *Pipinus* victo *Radbodo Frisonum* duce *Frisiam* citeriorum, quæ inter *Scaldim* & *Flevum* erat, occupatum ivit circa annum 689 [d]: paulloque post anno 690 ex *Anglia* venientem *Willebrordum* inlustri castro *Wiltaburgo* donavit, ubi ille, anno 696 *Romæ* Episcopus ordinatus, sedem posuit [e].

Reges Francici imperante Pipino.

§. 3. Interim *Theodorico* Rege anno 691 mortuo, *Pipinus* vacuam regii nominis possessionem ad eius filium *Chlodoveum* III transtulit, quam ille quatuor annis obtinuit [f]: eoque ineunte anno 695 [g] mortuo, regnum *Childeberto* III eius fratri a *Pipino* traditum, addito ei Maiore domus filio suo *Grimoaldo* [h], quem post annos sedecim [i], regni sui 17 [k], *Christi* 711 [l], mortuum excepit filius *Dagobertus* III, addito Maiore domus *Theodoaldo*, minorenni *Grimoaldi* filio [m].

§. 4.

[a] Contin. Fredeg. c. 104. Supra C. XII. §. 9. [b] Contin. Fredeg. c. 100. [c] Contin. Fredeg. c. 103. [d] Ibid. c. 102. Ann. Metens. an. 689. 692. Beda L. V. c. 11. [e] Beda L. V. c. 10—12. Alcuinus in vita Willebrordi c. 6. & seqq. apud Mabillonium Sec. III. Benedict. P. I. p. 601. [f] Contin. Fredeg. c. 101. Ann. Metens. an. 693. [g] Pag. Crit. an. 692. n. 18. 695. n. 6. [h] Contin. Fredeg. c. 101. Gesta Franc. c. 49. [i] Contin. Fredeg. c. 104. Ann. Metens. an. 711. [k] Gesta Franc. c. 50. [l] Ann. Nazar. Petaviani. Metens. an. 711. & Francorum apud du Chesne T. II. p. 6. Pag. Crit. an. 709. n. 8. 9. [m] Contin. Fredeg. c. 104. Ann. Metens. an. 714.

A. 5400. Per. Jul. ad 5513. A. Christ. 687. ad 800.

Saraceni Hispaniam occupant.

§. 4. Inter hæc *Hispania* clades suas lugebat, *Saraceni* quippe a *Juliano* Comite, cuius filiam *Rudericus* Rex stupro violarat, acciti *Gothos* oppresserunt. Initium cladis istius a mense *Ramadan*, anni *Hegiræ* 91, qui cadit in *Julium* anni *Christi* 710, repetit *Rodericus Toletanus* [a]. Sequenti vero *Rudericus* Rex, 26 *Julii* magno conmisso prælio proditus a suis, ac destitutus, occubuit [b]. Sic *Hispania* in potestatem *Saracenorum* venit [c]. *Gothorum* reliquiæ in *Asturibus* & *Cantabris* receptum habuerunt; ibique propulsatis barbaris veteris regni possessionem utcunque tenuerunt, duce *Pelagio*, cuius initium ab anno *Hegiræ* 94 repetit *Rodericus Toletanus* [d].

Rex Chilpericus & Raganfredus.

§. 5. *Pipino* medio *Decembri* anni 714 mortuo [e], *Franci* contra *Plectrudem*, rerum summam sibi vendicantem, tumultuantes *Raganfredum* Maiorem domus constituunt, mox & *Dagoberto* Rege anno regni quinto *Christi* 715 mortuo sufficiunt *Danielem* quondam clericum [f], *Childerici* Regis filium [g], quem mutato nomine *Chilpericum* appellarunt.

Carolus Martellus rerum potitus magnas res gerit.

§. 6. Contra quem & *Raganfredum* grave bellum gessit *Carolus Martellus*, donec Regem, ab *Eudone* sibi traditum, in potestatem suam redegit anno 720 [h]. Eoque, eopse illo anno, sexto regni sui, mortuo [i], Regem *Carolus* constituit *Theodoricum Dagoberti* III filium [k], e *Calensi* monasterio petitum [l], qui regnavit annos 17, & mortuus est anno 737 [m], quo tempore *Carolus*, magnis rebus contra *Saxones*, *Alemannos* & *Boioarios* gestis [n], *Saracenos Abdirama* Rege in

a Roderic. Tolet. L. III. c. 18. Isidor. Pacensis p. 11. Pag. Crit. an. 710. n. 4. 8. *b* Roder. L. III. c. 19. Pag. Crit. an. 711. n. 8—15. *c* Roder. L. III. c. 22. *d* Roder. Tolet. L. III. c. 23. IV. c. 1. 2. *e* Ann. Metens. an. 714. Pag. Crit. an. 714. n. 3. *f* Contin. Fredeg. c. 104—106, Gesta Franc. c. 51. 52. Erchamberti fragmentum apud du Chesne T. I. p. 781. T. II. p. 2. *g* Diploma apud Labbeum Melanges Curieux cap. 5. §. 2. & apud Miræum T. II. p. 929. *h* Contin. Fredeg. c. 105—107. Gesta Franc. c. 52. 53. Ann. Metens. an. 714—720. Vita S. Rigoberti apud du Chesne T. I. p. 790. A. Vetus Chron. Ib. p. 798. *i* Pag. Crit. an. 720. n. 3. *k* Diploma eius apud Mabillon. Analect. p. 285. & aliud apud Mir. T. I. p. 128. Erchamberti fragmentum l. d. *l* Gesta Franc. c. 53. Contin. Fredeg. c. 107. *m* Brevissimo Chronico apud du Chesne T. I. p. 781. Pag. Crit. an. 737. n. 5. 6. *n* Contin. Fredeg. c. 108. Pag. Crit. an. 725. n. 6. an. 728. n. 1.

A. 5400. Per. Jul. ad 5515. A. Christ. 687. ad 800.

in *Galliam* venientes ad *Pictavos* internecione concidit anno 732[a], mox & *Frisios* duobus annis perdomuit[b]. Inde, *Eudone Aquitaniæ* duce anno 735 mortuo, *Aquitaniam* iuris fecit *Francici*, ita tamen, ut *Hunaldo* eius filio, in sua filiorumque suorum verba adacto, ducatum tradiderit anno 736[c]. Rege verbo *Theodorico* anno 737 mortuo, *Carolus* sine Rege Ducis titulo regnum administrans, *Saracenos* ad *Narbonem* devicit[d]. *Saxones* sequenti anno ad tributum pendendum adegit[e], ac denique circum omnibus pacatis paceque constituta[f], diem obiit supremum XI ante Kal. *Novemb.* anno 741[g].

Caroli Martelli filii Carolomannus, Pipinus & Gripho.

§. 7. *Carolo Martello*, *Francorum* Principi, duo filii succedunt, *Carolomannus* & *Pipinus*. Illi Orientalis *Francia*, *Suevia* & *Thuringia*; *Pipino Burgundia*, *Neustria* & *Provincia* cessit[h]. Frater amborum *Gripho* natu minimus, ex *Sonihilde Bavarica* genitus, partem regni sibi vindicans, *Lugdunum Clavatum* occupat: ubi obsessus a fratribus, deditione facta, a *Carolomanno* in custodiam datur[i]. *Pipinus* vitandæ invidiæ caussa sexto interregni anno, *Christi* 742 *Childericum* III Regem appellat, qui ad annum 752 imaginem habuit regni[k]. *Hunaldo* dehinc, *Aquitaniæ* duce, tum *Bodilone Boioario*, *Theodebaldo Alemanno* ab utroque fratre domitis[l], *Carolomannus* anno 747, sponte regnum fratri *Pipino* tradidit, ipse in monasterium abiit[m]. *Gripho*, solutus carcere,

a Contin. l. d. Chron. Fontanell. apud Acher. T. II. p. 271. Anastas. Bibl. p. 68. Isidorus Pacensis æra 769. Rodericus Hist. Arabum c. 14. Pag. Crit. an. 732. b Ann. Petav. an. 733. 734. Metens. an. 734. Contin. Fredeg. c. 109. Pag. Crit. an. 733. n. 3. 734. n. 9. Barbeir. P. II. §. 302. c Ann. Petav. an. 735. 736. Nazariani apud Freher. T. I. p. 86. Contin. Fredeg. c. 109. Ann. Metens. an. 735. d Contin. Fredeg. c. 110. Ann. Metens. an. 737. e Cont. Fredeg. c. 110. Ann. Nazar. Petav. & Metens. an. 738. f Ann. Fuld. Petav. Metens. an. 740. & in vita Godehardi Episcopi Hildenesh. c. 1. g Fredeg. Cont. c. 110. Chron. Fontanel. p. 274. Ann. Fuld. Metens. an. 741. Pag. Crit. an. 741. n. 11. h Contin. Fredeg. c. 110. Chron. Fontanel. p. 274. Ann. Eginh. Fuld. Metens. an. 741. i Ann. Metens. an. 741. Contin. Fredeg. c. 108. k Pag. Crit. an. 742. n. 18—21. l Contin. Fredeg. c. 111—115. Ann. Petav. Metens. Bertin. Tiliani & Fuld. an. 742—746. m Contin. Fredeg. c. 116. Ann. Metens. Nazar. Petav. Fuldens. an. 747. Vita Pipini apud du Chesne T. I. p. 599. Eginh. vita Caroli c. 2. Anastas. p. 79. Epit. Chron. Cassin. apud Murator. Rer. Ital. Script. T. II. p. 358.

A. 5400. Per. Jul. ad 5513. A. Christ. 687. ad 800.

contra *Pipinum* rebellat, ab eoque captus, demum in *Italiam* fuga elapsus, in *Alpibus* obtruncatur anno 753 [a].

Pipinus Rex.

§. 8. Inter hæc *Pipinus*, conciliata sibi clericorum & *Zachariæ* Pontificis *Romani* gratia, consensu Procerum *Francorum*, ad regiam potestatem, quam olim obtinebat, novum *Francici* Regis titulum adiecit anno 752, *Childerico Merovingorum* postremo Rege in monasterium detruso [b]. Tum vero re contra *Saracenos* in *Septimania* [c], & sequenti anno contra *Saxones* ex sententia gesta [d], a *Stephano* III *Romano* Pontifice, qui *Longobardum* fugiens, in *Galliam* ad *Pipinum* venerat, invitatus, arma contra *Aistulphum*, qui anno 749 fratri *Rachisio* successerat [e], vertit anno 754 [f], inclusumque *Papiâ Aistulphum* datis 40 obsidibus iurare conpulit, se *Ravennam* & quæ iuris *Romanorum* fuerant, redditurum [g]: iterumque promissa facere detrectantem, sed & Urbis imminentem mœnibus, transgressus in *Italiam* ad pactorum fidem revocavit anno 755: ac tum per *Fulradum* Abbatem Exarchatum *Ravennæ* & *Pentapolim*, aliaque *Græcis* erepta loca ad S. *Petrum* tradidit [h], quod est initium potentiæ sæcularis Pontificum *Romanorum*. *Aistulphus* sequenti anno moriens *Desiderium* in regno *Longobardico* successorem habuit [i]. *Pipinus* post hæc, *Saxonibus* anno 758 ad tributum pendendum adactis [k], difficile contra *Waipharium Aquitaniæ* ducem bellum habuit, quod anno 760 suscep-

a Ann. Metens. Bertin. Fuld. Tiliani an. 747. 748. 749. 753. Contin. Fredeg. c. 117. 118. *b* Contin. Fredeg. c. 107. Ann. Petav. Fuld. an. 752. Ann. Metens. Eginh. & Regino an. 750. Theophan. p. 337. 338. Pag. Crit. an. 752. n. 1—8. *c* Ann. Anianens. & Metenses an. 752. Pag. Crit. an. 752. n. 19. 20. *d* Contin. Fredeg. c. 118. Ann. Bertin. Metens. an. 753. *e* Pag. Crit. an. 750. n. 1. *f* Contin. Fredeg. c. 119. 120. Ann. Fuld. Metens. an. 753. 754. Anastas. Bibl. vita Stephani p. 81—85. Pag. Crit. an. 754. n. 1. 2. Barbeir. P. II. §. 322. *g* Anastas. p. 86. Fredeg. Contin. c. 120. Ann. Eginhardi, qui etiam Adelmi aut Laurishamenses vocantur an. 755. Metenses an. 754. & Tiliani an. 755. *h* Contin. Fredeg. c. 121. Epistolæ Stephani Codice Carolin. n. 7. & apud Baron. an. 755. Anastas. p. 86—88. Ann. Fuld. Metens. Eginh. Tilian. an. 755. 756. *i* Contin. Fredeg. c. 122. Anast. p. 88. Epist. Stephani ad Pipinum apud du Chesne T. III. p. 721. Ann. Petav. Metens. an. 756. *k* Ann. Tiliani. Metens. an. 758. Barbeir. P. II. §. 327.

susceptum, septima demum expeditione cum *Waipharii* nece finem habuit anno 768 [a]. Eodemque illo anno *Parisios* reversus *Pipinus* diem obiit VIII Kal. *Octobris* [b], regni sui decimo septimo, ætatis 54 [c]. Cum regnum inter filios *Carolum* & *Carolomannum* partitus esset [d].

A. 5400. Per. Jul. ad 5513. A. Christ. 687. ad 800.

§. 9. Anno ergo *Christi* 768 VII Idus *Octobris* ambo fratres *Carolus Noviomi*, *Carolomannus Suessionibus* Reges coronati sunt [e]. Sed hoc exeunte anno 771 extincto, solus regnavit *Carolus* [f], Princeps eximiis animi corporisque dotibus præditus, dominandi cupidus, armis invictus: domi modestus, doctrinarum excultus studiis, earumque fautor acerrimus, tum religionis proferendæ cupidissimus [g], qui suo merito *magni* nomen tulit [h]. Primum a morte fratris bellum contra *Saxones* suscepit, quod sæpius licet interruptum omnium maxime diuturnum, difficillimumque fuit, cœptum quippe anno 772 demum tertio & tricesimo anno *Christi* 804 terminatum est [i].

Pipini filii Carolus & Carolomannus. Caroli bellum Saxonicum.

§. 10. Inter hæc *Hadriani* Pontificis, (qui *Stephano* IV anno 772 successerat) precibus fatigatus, contra *Desiderium*, suum quondam socerum [k], *Longobardorum* Regem, *Romanos* vexantem, bellum suscepit anno 773, ac *Ticini* obsessum, & in potestatem redactum abduxit in *Galliam* anno 774 [l]. *Romano* vero Pontifici, cum omnia a *Pipino* patre donata

Bellum Longobardicum.

 nata

a Contin. Fredeg. c. 124—135. Ann. Eginh. Tiliani. Metens. & Petav. an. 760—768. Eginh. vita Caroli c. 3. *b* Ann. Fuld. Nazar. Bertin. Metens. Eginh. an. 768. *c* Ann. Fuld. & Hildesh. an. 768. *d* Contin. Fredeg. c. 136. Eginh. vita Caroli c. 3. *e* Ann. Bertin. Petav. Tilian. an. 768. Pag. Crit. an. 768. n. 6. *f* Eginh. vita Caroli c. 3. 4. Ann. Eginh. Bertin. Fuld. Petav. Metens. an. 771. Poëta Saxo L. I. vers. 1. & seqq. apud Schilt. P. II. p. 3. Anal. Saxo an. 771. apud Eccard. Corp. Hist. Med. T. I. p. 147. *g* Eginh. vita Car. c. 21. & seqq. Poëta Saxo L. V. vs. 201. & seqq. Monachus Sangallensis L. I. c. 19. *h* Eginh. vita Car. c. 31. in placito apud Maibillon. L. VI. Diplom. n. 62. 63. & in charta 47. apud Goldast. Antiq. Alem. T. II. P. I. p. 41. *i* Auctores laudati passim ab anno 772—804. Eginh. vita Car. c. 7. 8. *k* Epist. Stephani 45. apud du Chesne T. III. p. 761. Eginh. vita Car. c. 6. 18. Monachus S. Galli L. II. c. 26. *l* Anastas. Bibl. vita Hadriani p. 99—108. Paulus Warnefridi apud Freh. Corpore Hist. Franc. Veteris p. 179. Eginh. c. 6. Ann. Fuld. Eginh. Petav. & Poëta Saxo an. 773. 774.

A. 5400. Per. Jul. ad 5513. A. Christ. 687. ad 800.

nata restituit, tum plura alia adiecit [a]. *Romani* vero *Carolo Romam* venienti tradiderunt ius & potestatem Pontificis eligendi, & ordinandi Apostolicam sedem, cum Patriciatus dignitate [b]. Itaque *Carolus* ab eo tempore Rex *Francorum*, *Longobardorum* & Patricius *Romanorum* appellatus est [c].

Bellum Hispanicum & Bavaricum.

§. 11. Successit anno 778 expeditio *Hispanica*, qua *Cæsar-Augustam* expugnavit, *Oscam*, *Gerundam* & *Barcinonem* in deditionem accepit, *Pampelonam* moenibus nudavit; in reditu tamen a *Vasconibus* cladem accepit [d]. *Boioarios* cum duce suo *Tassilone* rebellantes ab obsequium reduxit anno 788 [e].

Bellum Hunnicum & Sclavicum.

§. 12. Mox secutum longe gravius contra *Avares* sive *Hunnos* bellum, quod denique magna eorum strage confectum est anno 796, eoque tantum prædæ partum, quantum nullo ex alio bello [f]. Sæpius etiam cum *Sclavicis* gentibus certatum [g]. Tandem *Carolus* anno 800 *Romam* veniens, læto plausu Imperator salutatus, Imperii in Occidente nomen renovavit, ut infra videbimus.

CA-

a Anastas. p. 108. *b* Albericus in Chron. p. 111. 112. Gratian. Distinct. LXIII. cap. 22. Lunig Codice Diplom. Italiæ T. I. p. 2. 3. Sigeb. an 773. Bessel. ad Eginh. c. 6. in fine. Barbeir. P. II. §. 838. *c* Epist. Hadr. ad Berther. Episc. apud Labb. T. I. p. 109. *d* Ann. Eginh. Metens. an. 777. 778. Loisel. p. 31. Petav. p. 21. 22. Eginh. vita Car. c. 9. *e* Ann. Metens. Eginh. Tilian. Loisel. & Analista Saxo an. 781. 787. 788. Monach. Engolis. p. 53. 54. Chron. Fontanel. p. 278. Eginh. vita Car. c. 11. *f* Eginh. Vita Car. c. 13. Ann. Eginh. Fuld. Loisel. Metens. Lambeciani. Anal. Saxo an. 788. 792—796. Chron. Moiss. an. 791. 795. 796. *g* Eginh. vita Car. c. 12. 15. Ann. Eginh. an. 782. 789. 808—811. Chron. Moissiac. an. 805. 806. Fuld. an. 808—811.

CAPUT XVI.

A. 5418. Per. Jul. ad 5513. A. Christ. 700. ad 800.

De rebus Ecclesiæ Sæculi octavi, quo tempore lis de cultu Imaginum *fervidius acta.*

§. 1.

Prima de imaginibus lis.

POstquam tribus a *Christo* nato sæculis & ineunte quarto nullus in Ecclesia *Christiana* imaginum usus fuerat, exeunte quarto & mage quinto gesta Martyrum ad memoriam pingi publiceque proponi cœperunt: id quod sensim in superstitionem & venerationem imaginum abiit [a]. Tandem imperante *Philippico Bardane* lis de imaginibus commoveri cœpit; cum enim ille, *Monothelitis* favens, sextam Synodum anno 712 abrogasset, eademque opera imagines Patrum, qui ei adfuerant, moveri loco iussisset, ei resistens *Constantinus* Papa pro imaginibus pugnare cœpit [b]. Sed cum *Philippico* in imperio succedens *Artemius* litteris *Romam* missis suum in sextam Synodum consensum significasset, lis ea conquiescere visa [c].

Gravius exarsit sub Leone Isaurico.

§. 2. Donec *Leo Isauricus* anno regni decimo, *Christi* 726, variis prodigiis, ceu totidem iræ divinæ signis, perterritus imagines removeri iussit [d]: cui cum multi in Oriente [e], maximeque omnium in Occidente adversaretur *Gregorius* II *Romanus* Pontifex [f], usque adeo, ut *Italos* tumultuantes tributum Principi pendere vetaret [g], *Leo*, sui consilii certus Indict. XII *Januarii* 7, feria 7, hoc est anno *Christi* 730, edictum contra imagines proponit, pœnasque in earum cultores decernit [h]. *Germanus* Episcopus,

[a] Bingham Antiq. Eccl. L. VIII. c. 8. §. 6. & seqq. Du Pin Bibl. Eccl. T. VI. p. 152. [b] Agatho Diaconus in Epilogo T. III. Conc. Hard. p. 1835. Anastas. Bibl. vita Constant. p. 65. 66. Paulus Warnefr. L. VI. c. 34. Theoph. p. 320. [c] Auctores citati. [d] Niceph. Constant. Breviar. p. 37. Theoph. p. 339. 340. [e] Videatur Johannes Damascenus in orationibus de imaginibus: in quibus tamen agnoscit, cultum imaginum non posse ex S. Scriptura probari, sed unice traditione niti. [f] Epistolæ Gregorii apud Baron. an. 726. [g] Theophan. p. 338. 343. Anastas. vita Gregorii p. 69. Cedren. p. 453. 456. Zonar. L. XV. c. 4. [h] Theoph. p. 342. Hist. Misc.

A. 5413. Per. Jul. ad 5513. A. Christ. 700. ad 800.

scopus, quod Principis sententiam scripto conprobare nollet, sponte se abdicavit, eique substitutus est *Anastasius* [a]. Alii tumultus concitantes pœnas dedere [b].

Gregorius II & III eo nomine tumultus concitant.

§. 3. Verum cum edictum Imperatoris *Romam* ad *Gregorium* II delatum esset, ille non tantum scriptis quaquaversum litteris ei restitit [c]: sed & palam se contra Imperatorem tanquam contra hostem armavit [d], ac conciliatis sibi *Pentapolis* ac *Venetiarum* exercitibus *Romam* & *Italiam* obedientiæ Imperatoris *Leonis* subduxit [e], quibus vestigiis insistens *Gregorius* III [f], a *Longobardis* bello vexatus [g], missis in *Galliam* legatis, anno 741 ita cum *Carolo Martello* pactus est, ut populus *Romanus*, relicta Imperatoris dominatione, eius se imperio sub *Patricii* nomine submitteret [h]: sed id pactum, interveniente eopse anno & *Caroli Martelli* & ipsius Papæ morte, exitu caruit: ut etiam *Zacharias*, *Gregorii* in Pontificatu successor, non tantum legatione pro Imperatore ad *Luitprandum Longobardum* functus fuerit [i], sed etiam epistolas in signum subiectionis annis Imperatoris signaverit [k].

Concilio Constantinopolitano damnatus cultus imaginum.

§. 4. Inter hæc in Oriente, *Leone* Imperatore anno 741 mortuo, *Artabasdus*, imperium adfectans, imaginum cultum restituit [l]: sed, eo victo, *Constantinus* Imperator, patris exemplum secutus, imaginum cultum proscribit, anno etiam 754, *Indictione* VII, *Constantinopoli* Concilium Episcoporum 338 cogit; in quo, re magna cura inde a *Februario* mense ad *Augustum* tractata, omnes unanimi consensu decernunt, imagines neque in Ecclesia, neque privatim domi conlocandas aut adorandas esse:

a Niceph. Breviar. p. 38. Theoph. p. 342. Conc. Nic. II. Act. IV. p. 239. b Niceph. l. d. Theophan. p. 343. c Conc. Nicen. II. apud Hard. T. IV. p. 1. & seqq. & Act. IV. p. 231. d Anastas. vita Greg. p. 69. Cedren. p. 456. e Theoph. p. 342. Hist. Misc. p. 152. Anastas. Hist. Eccl. p. 136. f Anastas. in Gregor. III. p. 72. g Anastas. p. 74. 75. Paulus Warnefr. L. VI. c. 55. 56. Epistolæ Gregorii ad Carolum apud du Chesne T. III. p. 703. 704. h Fredeg. Contin. c. 110. Ann. Metens. p. 277. Annales veteres Francorum apud Martene Coll. Max. T. V. p. 888. Barbeir. Antiq. Fœd. P. II. §. 307. i Anastas. vita Zachar. p. 76. 77. k Epistolæ Zachariæ apud Hard. Conc. T. III. p. 1881. & seqq. l Niceph. Brev. p. 39. Theoph. p. 348.

esse [a]: qua occasione multi ex monachis huic decreto reluctantes, aut etiam Principem conviciis proscindentes, partim pulsi partim male multati sunt [b]. *Romæ* tamen imaginum cultum retinuit *Stephanus* II, qui aliis III dicitur, eo tutius, quia eopse illo anno 754 *Pipino Romanorum Patricio* renunciato, abolitoque Imperatoris in *Italia* imperio, *Francorum* liberalitate potestatis sæcularis Pontificum *Romanorum* fundamenta posita sunt [c].

A. 5413. Per. Jul. ad 5513. A. Christ. 700. ad 800.

Concilio Nicæno II adseritur.

§. 5. At in Oriente decreta Concilii *Constantinopolitani* vim suam obtinuerunt usque ad annum 784 [d], quo *Irene*, *Leonis* Imperatoris vidua, pro minorenni filio *Constantino* imperium obtinens, adiuvante *Tarasio*, quem ex laico Episcopum fecerat, & re cum *Hadriano Romano* Episcopo conparata, id agere cœpit, ut cultum imaginum revocaret [e]; sed re anno 786 *Constantinopoli* frustra tentata [f], sequenti anno *Christi* 787, Indictione XI, *Nicæam* coire iussi 350 Patres, intra mensem vertentem, non solum quæ *Constantinopoli* acta erant, irrita esse iubent, sed & argumentis plane ficulneis [g], cultum omnem ac venerationem imaginibus decernunt, excepta λατρείᾳ soli Deo debita [h].

Franci imaginum cultum respuunt.

§. 6. Sed ea *Nicænorum* in Occidentem translata decreta, usque adeo offenderunt *Carolum Francorum* Regem, ut non tantum, tertio post anno, de consensu sacerdotum regni sui, quatuor libris suo nomine publicatis *Nicænorum* argumenta ex professo refutarit [i]; sed & in Synodo *Francofordiensi* anno 794 damnari curaverit [k]: in qua eadem Synodo *Felix*

Orge-

[a] Conc. Nicæn. II. Act. VI. p. 325. & seqq. apud Hard. Tom. IV. Niceph. Brev. p. 42. Theoph. p. 359. Spanh. Hist. Imag. Sect. III. §. 8. & seqq. [b] Niceph. Brev. p. 46. Theoph. p. 363. 367. 368. [c] Anastas. vita Stephani III. sive II. p. 81. & seqq. Fredeg. Contin. c. 119. 120. Ann. Metens. p. 276. [d] Epist. Constantini & Irenes apud Hard. Conc. T. IV. p. 22. A. [e] Epist. Hadr. apud Hard. T. IV. p. 79. Theoph. p. 386—388. Anastas. vita Hadr. p. 118. & in Hist. Eccl. p. 160. 161. [f] Theoph. p. 389. 390. [g] Acta Conc. Nicæn. II. Act. IV. & VI. Du Pin Bibl. Eccl. T. VI. p. 140. & seqq. [h] Conc. II. Nic. Act. VII. p. 455. Theoph. p. 390. Anastas. vita Hadrian. p. 119. [i] Vid. libri Caroli de impio imaginum cultu, sive censura concilii Nicæni II. [k] Conc. Francof. Canone II. apud Hard. T. IV. Conc. p. 904. Lunig Spicilegio Ecclesiastico P. I. p. 29. & seqq. Ann. Eginh. Bertin. Metens. an. 794. Usserius de Eccles. Succes. & Statu c. 2. §. 4—7.

A. 5413. Per. Jul. ad 5513. A. Christ. 700. ad 800.

Orgelitanus, & *Elipandus Toletanus* Episcopus damnati sunt, quod *Christum*, qua hominem adoptivum Dei filium esse adseruerant[a], quamvis alias faterentur, *Christum esse Dei filium propter unam cum patre deitatem*[b].

Ecclesia sensim Antichristianismi formam induit.

§. 7. Quod vero ad ipsam Ecclesiæ faciem attinet, non fuit ea hoc sæculo melior superiori, nam superstitiones & ritus antea introducti non tantum manserunt, sed maiora in dies incrementa ceperunt. In primis purgatorii ignis terribilius describi[c], eique oblationes pro mortuis & missæ etiam solitariæ superstrui[d]; reliquiæ magis ad cultum superstitiosum[e], in templis struendis[f], & ad miracula patranda: imagines ad cultum & adorationem proponi: traditiones & decreta Pontificum decretis *Christi* & *Apostolorum* æquiparari & anteferri: omniaque magis ad *Antichristianismi* formam conponi cœperunt.

Pontifices Romani dominatum stabiliunt.

§. 8. Dum interim *Romani* Pontifices acceptam potentiam mirum quam stabiliverunt; quorsum faciebant partim conversiones gentium *Germanicarum*, quorum Episcopi non tantum in verba *Romani* Pontificis iurabant[g], sed & ipsas gentes non minus ad obedientiam sedis *Romanæ*, quam *Christi* informabant[h]: partim etiam fervidius actæ lites de cultu imaginum; ea enim occasione non tantum *Romani* Pontifices imperio se Imperatorum Orientis subduxerunt[i], principibusque cognitionem de rebus Ecclesiasticis eripere adnisi sunt[k]; sed etiam *Francorum* liberalitate principatum, quamvis clientelarem, ipsi adepti[l], & ab

a Conc. Francof. Can. I. p. 904. Lunig Spicil. P. I. p. 32. seqq. Chron. Moissiac. an. 794. apud du Chesne T. III. p. 191. Vita Alcuini Ibid. p. 383. *b* Epist. ad Alcuinum in Alcuini Oper. p. 920. Jacobi Basnage Observ. de hæresi Feliciana ad Canisii Lect. Ant. T. II. P. I. p. 284. & seqq. *c* Epist. Winfridi in Tom. XIII. Bibl. Max. Patrum. *d* Synodus Moguntina anni 813. can. 43. Parisin. VI. can. 48. p. 1322. Baluzius notis ad Reginon. p. 562. *e* In Conc. II. Nicæn. apud Hard. T. IV. p. 44. E. *f* Ibid. Canone VII. p. 492. C. *g* Formula iurisiurandi qua fidem suam Pontifici obstringit Bonifacius apud Hard. Conc. T. III. p. 1857. Willibaldus in vita Bonifacii c. 7. apud Canis. T. II. P. I. p. 241. *h* Videantur epistolæ Bonifacii, & inter alias 91. 97. & 105. *i* Theoph. p. 338. 343. Gregor. II. epist. ad Leonem Imperat. n. 8. 9. apud Baron. an. 726. Anastas. vita Gregor. II. p. 69. Zonar. L. XV. c. 4. *k* Gregor. II. epist. 2. ad Imperatorem. *l* Supra C. XV. §. 8. 10.

A. 5413. Per. Jul. ad 5513. A. Christ. 700. ad 800.

ab *Anglis* opibus aucti [a], gradum ad summa quævis audenda posuerunt. Accedebant dignitates Ecclesiasticæ per Pontifices auctæ, monachorum exemtiones & decretales spuriæ sub nomine *Isidori* a *Riculpho* Archiepiscopo *Moguntino* sub annum 787 vulgatæ & temere pro genuinis receptæ, quibus postea abusi sunt Pontifices ad imperium stabiliendum [b].

Superstitio multiplex & litterarum neglectus.

§. 9. Addita decreta de sanctorum intercessione & adoratione [c], de libertate Ecclesiæ, ut suo iure, suis gaudeat reditibus, omniaque quæ ad Ecclesiam pertinent sacro sancta habeantur [d]. Jam, ut dominari magis in cives, ipsosque Principes queant, gradus matrimonii ad septimam generationem prolati [e], addita sancta ex baptismo & confirmatione cognatio [f], aliaque [g]: eo recepta facilius, quia incredibili miraculorum copia [h], invalescente superstitione, orbem occupavit barbaries; de qua testetur quæstio de antipodibus [i], deque valore baptismi in nomine Patria & Filia & Spiritua sancta administrati [k] conmota: cui accedebat inmanis morum corruptio, testata tot decretis contra Episcopos & clericos homicidas, fornicatores, simoniacos & aliorum criminum reos [l].

Eruditi pauci.

§. 10. Quemadmodum altera parte fugientibus litteris summa erat Eruditorum paucitas, nam, ut *Carolum* Regem pro ratione temporis satis eruditum, & litteras ad lucem revocare conantem [m], taceam,

a Beda H. Eccl. L. V. c. 7. Guliel. Malmesb. L. I. c. 2. Matth. Westmon. ad an. 725. 794. Renulfus Cestrensis L. V. c. 24. Cange Glossar. v. denarius Petri. *b* Fleury Hist. Eccl. L. XLIV. §. 22. & Dissert. IV. quæ Lib. LXV. præmittitur §. 1—10. Blondellus in prolegomenis ad pseudo-Isidorum. *c* Gregor. II. epist. 1. ad Inperat. *d* Passim in decretis Paparum & Conciliorum. *e* Gregor. II. epist. 2. ad Bonifacium n. 1. apud Hard. T. III. p. 1858. & Gregor. III. ep. 1. ad Bonifacium n. 5. Ibid p. 1869. *f* Conc. Metens. an. 765. can. 1. Lex Luitprandi in epistola Attonis apud Acher. T. I. p. 435. *g* Conferatur du Pin in præfatione ad Tom. VI. Bibl. Eccl. *h* Mosheim Instit. Hist. Eccl. Sæc. VIII. P. I. cap. 1. §. 4. *i* Zacharias Papa epist. 10. ad Bonifac. apud Hard. T. III. p. 1912. *k* Zachar. ep. 6. ad Bonifacium. Ib. p. 1888. Aventinus Ann. Boiorum L. III. c. 9. c. 21—25. *l* Zachar. ep. 12. & 16. Bonifacius in epist. ad Zachariam Papam in spicilegio Eccles. P. I. p. 10. Leges in Conciliis Capitularibus contra clericorum vitia scriptæ. Baluzius ad Regi-non. p. 563. Mezeræus T. I. p. 178. *m* Jo. Launoius de scholis a Carolo M. per occidentem institutis: & capitularia Caroli apud Baluz. T. I. p. 201. & seqq. 417.

A. 5413. Per. Jul. ad 5513. A. Christ. 700. ad 800.

præter *Bedam* & *Alcuinum*[a] in Occidente, & *Johannem Damascenum* in Oriente vix quisquam est aliqua laude dignus. Nominis tamen celebritatem non tam eruditione quam inprobo in convertendis gentibus labore, & cæca erga Pontificem obedientia nactus est *Bonifacius Germanorum* Apostolus & *Moguntinus* Archiepiscopus[b].

L I-

[a] Histoire Literaire de la France T. IV. p. 295. & seqq. [b] Gregor. III. Epist. 1. & Zachariæ epistola apud Miræum T. I. p. 12. 13. Histoire Literaire de la France T. IV. p. 92. & seqq.

LEONARDI OFFERHAUS

COMPENDIUM
HISTORIÆ UNIVERSALIS

IN QUO

RES SACRÆ ET PROFANÆ,

Inde a prima rerum origine ad sæculum a nato Christo decimum octavum,

IN ORBE ET ECCLESIA GESTÆ ORDINE CHRONOLOGICO

Quam brevissime exhibentur, suis locis & temporibus adstringuntur, & Historicorum testimoniis muniuntur.

PARS II.



GRONINGÆ,

Apud HAIONEM SPANDAW, Bibliopolam
MDCCLV.

LIBER OCTAVUS

Continens res quinque Saeculorum inde a *Carolo Magno* Imperatore ad *Albertum Austriacum* & *Othomannorum* initia: sive ab anno 800 ad 1300.

A. 5513. Per. Jul. ad 5553. A. Christ. 800. ad 840.

CAPUT I.

De Carolo Magno *Imperii in Occidente instauratore, eiusque filio* Ludovico Pio, *ab anno* 800 *ad* 840.

§. 1.

Carolus Imperator Romanorum.

REnovatoEnovato per *Carolum Romano* imperio res Occidentis posthac primo loco referemus. *Carolus* ut de caussa *Leonis* III Pontificis, qui superiori anno, male ab inimicis mulcatus[a], supplex ad ipsum venerat in *Germaniam*, cognosceret, anno 800 *Romam* profectus[b], ipso die natali Domini de concilii sententia a Pontifice Imperator coronatus, conlapsum dudum in Occidente *Romanum* imperium renovavit, solemnique modo a Pontifice adoratus, res ibi civiles & ecclesiasticas pro auctoritate constituit[c], *Romanae*que urbis imperium successoribus tradidit, qui & ipsi leges ecclesiasticas, quae Pontificem teneant, scripserunt[d].

Multis rebus gestis moritur.

§. 2. Inde anno 801 in *Germaniam* redux, confecto bello *Saxonico*, rem cum *Godefrido Danorum* Rege

a Alcuinus Epist. 13. Constantin. Manasses p. 92. Hist. Misc. L. XXIII. p. 170. apud Murator. T. I. Ann. Saxo an. 799. *b* Anastas. vita Leonis p. 126. Ann. Eginh. Loisel. Bertin. & Fuld. an. 800. *c* Ann. Veteres Francorum apud Martene Collect. Max. T. V. p. 907. Carolus Epistola ad Odilbertum apud Mabillon. Anal. p. 75. Monachus Engolismensis vita Caroli apud Schilterum T. II. p. 57. 58. Chron. Moissiac. Ann. Eginh. Bertin. Metenses. Poëta Saxo & Albericus ad an. 801. *d* Capitularia Carolina a Baluzio publicata. Spanh. Hist. Eccl. Saec. VIII. Tit. V. Sect. IX. Tit. III. & VI.

A. 5513. Per. Jul. ad 5553. A. Christ. 800. ad 840.

Rege habuit [a]; bella etiam per *Carolum* filium contra *Sclavos* [b], per *Pipinum* contra *Venetos* & *Mauros* [c] gessit; sed utroque, *Pipino* anno 810 [d], *Carolo* sequenti [e], exstincto, *Ludovicum*, quem unum, ex legitimo cum *Hildegardi* matrimonio susceptum [f], reliquum habebat, anno 813 ex *Aquitaniæ* Rege in consortium imperii adsumsit, iubens ipsum sua sibi manu coronam inponere [g]. Denique sub exitum vitæ multum venationibus deditus in morbum incidens, precibus & eleemosynis intentus, *Aquisgrani* diem obiit V Kal. *Februarii* anno *Christi* 814, ætatis 72, regni 47, & imperii 14 [h]. Uxores quatuor, concubinas plures habuit [i].

Ludovicus Pius imperium dividit.

§. 3. *Ludovicus*, a pietate cognomen adeptus, leni ac miti ingenio fuit, sed religionibus nimium deditus, tanto imperio minus aptus [k], postquam anno 816 a *Stephano* Papa, qui excusatum ad ipsum venerat, apud *Remos* altera vice coronatus erat [l], nimis præcipiti consilio imperium mense *Julio* anni 817 inter tres filios *Lotharium*, *Ludovicum* & *Pipinum*, ex *Irmengarde* natos, divisit, dissensionumque semina posuit [m], quæ aucta magis severa pœna, quam de rebellante sibi *Bernardo*, fratris sui *Pipini* ex concubina filio, *Italiæ* Rege, anno 818 sumserat [n], deni-

a Eginh. vita Caroli c. 14. 17. Auctor vitæ Ludovici apud Freher. p. 452. Ann. Veteres Francorum. Loisel. Bertin. Metens. & Chron. Moiss. ad an. 808. & seqq. *b* Eginh. l. d. Engolism. Regino. Ann. Veteres Franc. Moiss. Bertin. Metens. Fuld. ad an. 805. 806. 808. *c* Ann. Eginh. sive Laurish. Tiliani. Loisel. & Ann. Saxo ad an. 806—811. *d* Ann. Eginh. Bertin. Veteres Franc. alii an. 810. Theganus gestis Ludovici Pii c. 5. *e* Ann. Eginh. & alii an. 811. Ermoldus Nigellus de rebus Ludovici L. II. p. 902. 903. *f* Anon. Vitæ Ludovici ad an. 778. Theganus vita Ludovici c. 2. *g* Theganus c. 6. Chron. Moiss. Ann. Veter. Franc. Bertiniani alii an. 813. *h* Eginh. vita Caroli c. 30. Theganus c. 7. Ann. Bertin. alii an. 814. *i* Hahn. Hist. Imperii T. I. c. 1. §. 22. lit. i. & seqq. *k* Theganus c. 19. 20. 55. 56. Anon. vitæ Ludovici an. 811. & 817. Monachus Sangall. de gestis Caroli Magni L. II. c. 16. *l* Theganus c. 16. 17. Ermoldus Nigellus L. II. p. 907. 912. 913. Auctor vitæ Ludovici apud du Chesne T. II. p. 297. Ann. Laurish. Bertin. an. 816. Ann. Veteres Franc. an. 818. *m* Charta divisionis primæ apud Baluz. T. I. p. 573. Agobardus in epist. apud du Chesne T. II. p. 330. Ann. Laurish. Fuld. Bertin. Moiss. an. 817. *n* Ann. Laurish. Bertin. Fuld. an. 817. 818. 822. Theganus c. 22. 23. Auctor vitæ Ludovici l. d.

denique confirmata coaluerunt clericorum ſtudiis, qui diffluentes mores coerceri ægre ferebant [a]. A. 5513. Per. Jul. ad 5553. A. Chriſt. 800. ad 840.

§. 4. Itaque poſtquam, *Irmengarde* V Nonas *Octobris* anni 818 mortua [b], *Juditham Welfi* Ducis ex ſtirpe *Bavarorum* filiam duxit [c], ex eaque anno 823 ſuſcepit filium *Carolum Calvum* [d], eique ante alios favere, partemque regni tribuere velle viſus eſt [e]. Bella inteſtina. Primum anno 830 *Pipinus*, *Aquitaniæ* Rex, cum proceribus conſpirans, Imperatorem apud *Compendium* conprehendit, *Juditham* in cœnobium amandat, ſuperveniente mox & probante *Lothario* [f]. Sed conventu circa Kalendas *Octobris Noviomagum* indicto *Ludovicus* recepit imperium [g]: a quo iterum, repub. factionum ſtudiis concuſſa [h], coniuratione trium filiorum & conſenſu *Gregorii* Pontificis, depulſus, abdicare eſt coactus anno 833 [i]: iterumque adiuvante *Ludovico* & *Pipino* in integrum reſtitutus eſt anno 834 [k]. Quando *Lothario* in gratiam recepto, & in *Italiam* ire iuſſo [l], *Ebbo Remenſis* Antiſtes, & turbarum auctor, in conventu ad *Theodonis* villam damnatus & ſede motus eſt anno 835 [m].

§. 5. Poſthæc *Lothario* plene conciliatus ea lege, ut nihil contra *Carolum* moliretur [n], & *Pipino* exeunte anno 838 mortuo [o], ita anno 839 regnum in- Diviſo imperio moritur.

F f f 3 ter

a Auctor vitæ Ludovici an. 817. Ann. Bertin. Laurish. Fuld. an. 819. Capitulare Aquisgranenſe anni 817. apud Baluz. T. I. p. 579. Lunig Spic. Eccleſ. P. I. p. 41. & ſeqq. *b* Ann. Bertin. Laurish. an. 818. Theganus c. 25. *c* Thegan. c. 26. Ann. Laurish. Bertin. an. 819. Gundlingiana T. II. p. 99. & ſeqq. *d* In veteri Chron. apud Mart. Theſ. Anecd. T. III. p. 1393. *e* Nithardus L. I. p. 86. apud Schilterum. Theganus c. 35. Auctor vitæ Ludovici an. 829. Agobardus Apologetico §. 8. *f* Auctor vitæ Ludovici apud Pithœum p. 591—393. Thegan. c. 36. Nithardus L. I. p. 86. Ann. Pithœani & Bertin. an. 830. *g* Ann. Bertin. an. 830. Theganus c. 37. Nitardus l. d. *h* Nitardus L. I. p. 86. 87. *i* Theganus c. 42—45. Nithard. L. I. p. 87. Auctor vitæ Ludovici p. 397—401. Rathertus vita Walæ L. II. c. 17. Acta exauctorationis Ludovici apud du Chesne T. II. p. 331. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 111. Ann. Aſtronomi, Bertin. Fuld. an. 833. Aventin. Ann. Boior. L. IV. c. 11. §. 7—11. *k* Theganus c. 46. & ſeqq. Nithardus l. d. Auctor vitæ Ludovici p. 402—404. Ann. Bertin. an. 834. *l* Nithardus L. I. p. 88. Theganus c. 55. Auctor vitæ Ludovici p. 406. *m* Auctor vitæ Ludovici p. 407. 408. Flodoard. L. II. c. 20. Ann. Bertin. an. 835. *n* Nithard. L. I. p. 88. 89. Auctor vitæ Ludovici p. 409. 410. 417. *o* Auctor vitæ Ludovici p. 417. Ann. Bertin. Fuld. Chron. Aquitanicum T. I. Labbeano ad an. 838.

A. 5513. Per. Jul. ad 5553. A. Christ. 800. ad 840.

ter filios divisit, ut *Lotharius* præter *Italiam*, quæ ad ortum *Mosæ*; *Carolus* quæ ad occasum sunt haberet; sola *Boioaria Ludovico* adsignata [a]. Neque ita diu post, represso *Ludovico*, qui ob iniquam regni partitionem bellum parabat [b], obiit Imperator *Ludovicus* XII Kal. *Julii* anno 840, ætatis 64, imperii 27 [c]: uxores duas habuit, & ex iis filios quatuor [d].

Synodus Parisina.

§. 6. Hoc imperante & iubente mense *Novembri* anni 825 *Parisiis* concilium celebratum, in quo imaginum cultus damnatus, & *Caroli* magni censura concilii *Nicæni* est probata [e].

CAPUT II.

De rebus in Oriente sub Nicephoro, Michaële Curopalata, Leone Armenio, Michaële Balbo, *&* Theophilo *gestis ab anno* 802 *ad* 841.

§. I.

Nicephorus avarus & bello infelix.

NIcephorus, iconolatris ob pulsam throno *Irenen*, & quod imaginum adversariis favere videbatur, invisus, regnavit ultimo *Octobris* anni 802 [f]: & amoto *Julio* sequenti *Bardane*, quem copiæ in *Asia* Imperatorem salutaverant [g], mox mense *Decembri* filium *Stauracium* in societatem imperii adscivit [h]: princeps avarus, nec bello felix, re contra *Aaronem Residem Arabum* Regem anno 804 [i] suscepta, plus semel victus, & ad tributum pendendum adactus est [k]. Contra *Bulgaros*, a quibus lacessitus erat, ducturus, Ecclesias vectigales fecit, ac bello sub initium ex sententia gesto, cum pacem petentibus negaret, undique circumventus cum flore exercitus

a Nitard. L. I. p. 89. Auctor vitæ Ludovici p. 417. 418. Ann. Bertin. an. 839. b Nitard. L. I. p. 89. 90. Auctor vitæ Ludovici p. 418. 419. 421. 422. c Nithard. L. I. p. 90. Auctor vitæ Ludovici p. 425. 426. Chron. apud Martene Anecd. T. III. p. 1394. d Hahn. Hist. Imp. T. I. c. II. §. 13. lit. g & seqq. e Synod. Parif. in Supplem. Conc. Gall. p. 109. & in Catal. Testium L. X. p. 1123. & seqq. Pag. Crit. an. 825. n. 1—3. f Theoph. p. 402. Hist. Misc. L. XXIV. p. 172. 174. C. g Theoph. p. 405. Miscel. p. 172. h Theoph. p. 405. i Theoph. p. 406. k Theoph. p. 406. 407. Elmacin. L. II. p. 118. 119. 123. Abulph. p. 233. Miscell. l. d.

ercitus cecidit 25 *Julii*, Indictione IV anno 811[a]. *Stauracius* ex pugna saucius paucis mensibus regnavit[b].

A. 5514. Per. Jul. ad 5554. A. Christ. 802. ad 841.

§. 2. Cum enim uxori *Theophanoni* imperium quærit coniuratione principum *Michaël Curopalates*, qui *Procopiam Nicephori* filiam in matrimonio habebat[c], eodem anno 2 *Octobris* die, Indict. V. feria 5. Imperator salutatur[d]. Liberalitate & imaginum cultu clarus, sed in rebus tractandis iners[e]. Itaque victus a *Bulgaris* anno 813 *Leoni Armenio*, *Bardæ* filio, Patricio & Orientalium duci, principatu cessit, ipse cum uxore & filiabus in monasterium abiit; filii *Theophylactus* & *Ignatius*, qui postea *Constantinopolitanus* Patriarcha fuit, castrati sunt[f].

Michaël rebus gerendis iners.

§. 3. *Leo* igitur *Armenius*, a *Nicephoro* patriarcha coronatus Indict. VI. *Julii* die 11. feria 2, ut scribit *Theophanes*[g] anno 813, imperium accepit: vir iuris iustitiæque amans[h], fortis & reipub. in bello *Bulgarico* utilis[i]; sed iconolatris invisus, quia coacto anno 814 concilio imaginum cultum proscripsit[k], & in sibi reluctantes gravius aliquando animadvertit[l]. Imperavit annos 7. menses 5, dies 14, atque ipso natali Domini die a *Michaële Balbo*, quem maiestatis reum in custodia detinebat, inter sacra ipsa trucidatus est anno *Christi* 820[m]. Filiique eius, quos ex *Theodotia* quatuor susceperat, castrati & in monasterium dati[n].

Leo Armenius publice utilis.

§. 4. Statimque regnavit *Michaël*, a linguæ vitio *Balbus* appellatus, *Amorio*, quod oppidum *Phrygiæ* est, oriundus[o], vir fortis & constans. *Thomam*, qui rebel-

Michaël Balbus fortis & constans.

a Theoph. p. 410. 414—416. Miscell. L. XXIV. p. 174. 175. b Theoph. p. 416. 417. Miscell. L. XXIV. p. 175. c Du Fresne Fam. Byzant. p. 128. d Theoph. p. 417. 418. Misc. p. 176. e Theoph. p. 418. 419. & 424. Miscell. L. XXIV. p. 176. 177. D. f Theoph. p. 420. 422. 424—426. Contin. Constant. Porphyrog. L. I. p. 8—12. Miscell. p. 178. du Fresne Fam. Byzant. p. 129. g Theoph. p. 426. h Contin. Porphyr. p. 19. Theoph. p. 426. Cedren. p. 490. 491. i Theoph. p. 427. Contin. Theoph. p. 432. Contin. Porphyr. p. 15. 16. Georg. Mon. p. 500. Leo Gramm. p. 446. Cedren. p. 487. k In Collect. Conc. Regia Vol. XXVI. p. 420. Contin. Theoph. p. 435—442. Cedren. p. 488. 489. Georg. Mon. p 501. Contin. Constant. Porphyr. p. 17. l Simeon Magister Logotheta p. 405. Georg. Mon. p. 507. m Contin. Porphyr. L. I. p. 24. 25. Cedren. p. 492—495. Leo Gramm. p. 447. Georg. Mon. p. 507. n Du Fresne Fam. Byzant. p. 130. o Cedren. p. 496.

A. 5515. Per. Jul. ad 5554. A. Christ. 802. ad 841.

rebellaverat, difficili trium annorum bello, adiuvantibus *Bulgaris*, devicit anno 823 [a]. Quo tempore *Mauri Hispanienses Cretam* occuparunt [b]. Quemadmodum *Africani* proditione *Euphemii Sicilia* potiti sunt circa annum 827 [c]. Imagines in Ecclesia esse passus est, quia tamen coli vetuit ab iconolatris *Manichæis* adscriptus est [d]; a quo crimine ipsum liberat fidei professio, anno 824 ad *Ludovicum Pium* missa [e]. Obiit anno 829 mense *Octobri* post annos imperii 8 mensesque 9 [f]. Uxores duas habuit *Theclam*, ex qua nati *Theophilus*, & *Helena Theophobo* Patricio conlocata, & *Euphrosynem Constantini* Imperatoris filiam [g].

Theophilus princeps optimus.

§. 5. Excepit hunc *Theophilus* eius filius *Octobri* mense, Indict. VIII. ut scribit *Cedrenus* [h], iuris iustitiæque exactor adeo severus, ut, eodem auctore, malis omnibus metui, bonis admirationi fuerit [i]. Bello contra *Saracenos* multiplici exercitus fuit [k]. Imagines ex templis penitus removeri iussit, dicens abiecti esse animi talia stupere, cum in solam veritatem mentis intentio sit dirigenda [l]. Regnavit annos 12 ac menses 3, dysenteria extinctus 20 *Januarii* anno *Christi* 842 [m]. Uxor ei *Theodora* fuit e *Paphlagonia* [n], ex qua filii ipsi nati sunt *Michaël* Imperator & *Constantinus*, filiæ *Thecla*, *Anna*, *Anastasia*, *Pulcheria*, postea fratris iussu in monasterium datæ, & *Maria*, quæ *Alexio* cognomento *Moseli* nobili *Armenio* nupsit [o].

C A-

[a] Cedren. p. 499—508. Leo Gram. p. 448. Contin. Porphyr. p. 32. Georg. Mon. p. 511. 512. [b] Cedren. p. 508—511. Contin. Porphyr. p. 46—50. Simeon Mag. p. 413. Pag. Crit. an. 822. n. 13. [c] Contin. Porphyr. p. 51. 52. Cedren. p. 512. Pag. Crit. an. 827. n. 4. 5. [d] Cedren. p. 496. 498. Georg. Mon. p. 510. & Script. post Theophanem. [e] Exstat Michaëlis ad Ludovicum epistola apud Baron. ad an. 824. [f] Cedren. p. 513. Joel. in Chronogr. Compendiaria p. 178. Edit. Reg. [g] Du Fresne Fam. Byzant. p. 132. [h] Cedren. p. 513. Contin. Constant. Porphyr. L. III. p. 53. [i] Contin. Porphyr. L. III. p. 54. 55. 58. Cedren. p. 514. Simeon Magist. p. 416. [k] Contin. Porphyr. L. III. p. 68. & seqq. Cedren. p. 523—532. Simeon p. 421. & seqq. Elmacin. L. II. p. 137. 138. 142. Abulph. p. 254. [l] Contin. Porphyr. L. III. p. 62. Cedren. p. 518. Simeon Magist. p. 421. Elmac. L. II. p. 152. [m] Contin. Porphyr. L. III. p. 86. Cedren. p. 533. [n] De Theodoræ genere du Fresne Fam. Byzant. p. 135. [o] Du Fresne Fam. Byzant. p. 133.

CAPUT III.

A. 5554. Per. Jul. ad 5613. A. Christ. 841. ad 900.

De rebus Imperii Occidentis sub Caroli M. *posteris, aliisque ab anno* 841 *ad* 900 *circiter gestis.*

§. 1.

Bellum civile inter Ludovici Pii filios.

L*Udovico Pio* mortuo inter filios eius de regno orta contentio. Cum enim *Lotharius* natu maximus, omnia ad se trahere, fratresque sibi subiicere nititur, *Ludovicus* & *Carolus* coniunctis viribus ei restitere[a]: victumque 7 Kal. *Julii* ad *Fontinatam* in *Burgundia* magno prælio in fugam egere anno *Christi* 841. Qua strage adeo *Francorum* vires adtritæ sunt, ut postea vix ad proprios fines tuendos sufficerent[b].

Imperium in tria regna divisum.

§. 2. Insequenti anno, fugatis iterum ad *Mosellam* *Lotharii* copiis de pace agi cœptum[c], ut præter *Romam* & *Lombardiam*, *Boioariam* & *Aquitaniam* viri prudentes reliquum imperii *Francici* in tres æquales partes dividerent, optione *Lothario* relicta: itaque ex pacto *Verdunensi* mense *Augusto* anni 843 cessit *Lothario Gallia* media, quicquid a *Flevo Rheni* ostio inter *Rhenum*, *Scaldim*, & *Mosam* usque ad fontes, indeque ad fontes *Araris*, inter *Ursam*, *Ararim* & *Rhodanum* medium est usque in mare *Tyrrhenum*: *Ludovico* quicquid trans *Rhenum* est versus ortum, item ad vini copiam cis *Rhenum Moguntia*, *Wormatia* & *Spira*; & in *Helvetia* pars *Alemannica*, quæ *Rheno* & *Ursa* fluviis continetur: quod reliquum est versus occasum ab oceano *Britannico* iuxta *Scaldim*, *Mosam*, *Ararim* & *Rhodanum Carolus* obtinuit. Atque ita unum, quod fuerat, imperium *Francicum* in tria regna divisum[d].

a Nithard. L. II. p. 91—95. Ann. Fuld. Bertin. Metens. Regino ad an. 840. 841. b Nithard. L. II. p. 96. 97. Fragmentum Historiæ Francicæ apud du Chesne T. II. p. 401. Ann. Fuld. Bertin. Metens. Regino an. 841. Sigeb. Gemblac. an. 842. c Nithardus L. III. & IV. p. 98—105. Ann. Bertin. Metens. Fuld. an. 841. 842. Ann. breves Monachi S. Galli & Hepidan. an. 842. d Nithard. L. IV. p. 105—108. Erchemperti Hist. Longobard. c. 11. Ann. Fuld. Metens. Bertin. Regino. Hepidan. & Hugo Flaviniacensis an. 843. Sigeb. Gembl. an. 843. 844. Iperii Chron. S. Bertini C. XII. parte 2. Conring de Fin. Imperii cap. 3. Gundlingiana P. VIII. Diss. IV.

A. 5554. Per. Jul. ad 5613. A. Christ. 841. ad 900.

Caroli cum Pipino & Nomenogio bellum.

§. 3. *Carolus* ex divisione *Aquitaniam* sibi vindicans, *Pipini* quondam fratris sui filios, *Carolum* anno 849, *Pipinum* anno 852 monachos fieri coëgit[a]. Interim & cum *Nomenogio Britone* eiusque filio *Respogio*, ita certatum, ut *Respogio* anno 851 in verba *Caroli* iuranti regia insignia concessa fuerint[b].

Juditha & Balduinus.

§. 4. *Juditha*, *Caroli* ex *Hermentrude* filia, quæ anno 857 *Edilwolpho Anglorum* Occidentalium Regi nupserat, eoque mortuo filio eius *Adelboldo* cesserat[c], post eius mortem in *Galliam* reversa, a *Balduino* Comite nec invita rapitur anno 862. Qua de caussa Episcoporum sententia anathemate damnatus *Balduinus*[d], interventu *Nicolai* Papæ[e] anno 863 in gratiam receptus, rite celebratis nuptiis *Flandriæ* Comes est renunciatus[f].

Ludovicus Germanicus.

§. 5. Inter hæc *Ludovicus* Rex *Germaniæ*, vir fortis & prudens[g], *Obotritis* anno 844 devictis[h], varia contra *Slavos Bohemanos*, *Moravos* & *Sorabos* bella gerebat[i].

Lotharii regnum inter tres filios divisum.

§. 6. *Lotharius* vero, tertius a *Carolo Magno* Imperator Occidentis, a *Normannis* male vexatus[k], annis circiter 15 imperium tenuit. Quippe gravi oppressus morbo anno 855 regnum omne divisit inter filios tres, atque in *Prumiensi* Cœnobio propo *Treviros*, monachi habitu sumto, sexto post die decessit

IV

a Ann. Bertin. Metens. an. 843. 844. 845. 848. 849. 852. 853. Fuld. an. 843. 844. 851. Chron. Fontanell. apud du Chesne T. II. p. 388. Regino an. 853. Acta Synodi Suessionensis apud du Chesne T. II. p. 413. 415. & apud Harduin. Conc. T. V. p. 37. *b* Ann. Bertin. an. 843. 844. 846. 849. 851. Chron. Fontanell. l. d. p. 389. Fragmenta apud du Chesne T. II. p. 325. 386. & 407. Fragmentum Hist. Britanniæ Armoricæ c. 1. 7—12. apud Martene Thes. Anecd. T. III. p. 831. 834—838. *c* Ann. Bertin. an. 857. 858. Fragm. apud du Chesne T. II. p. 423. Rapin Thoiras T. I. p. 391. 393. *d* Ann. Bertin. & Frodoard. an. 862. apud du Chesne T. II. p. 443. Nicolaus in epistola apud Harduin. Conc. T. V. p. 251. *e* Epistolæ Nicolai apud Hard. T. V. p. 255. apud Miræum T. I. p. 132. 133. & Hincmari. Ibid. p. 25. *f* Ann. Bertin. an. 863. Meierus Ann. Flandr. L. II. an. 862. 863. p. 13. Iperius in Chron. S. Bertini c. xv. parte 1. apud Martene Thes. Anecd. T. III. p. 519. *g* Regino an. 876. Walafridus Strabo in Carmine ad Ludovicum Regem Tom. XV. Biblioth. Maximæ Patrum p. 223. *h* Ann. Fuld. Metens. Bertin. an. 844. Sigeb. Gembl. an. 845. *i* Ann. Fuld. an. 845. 846. 848. 849. 851. 855. 858. Hahn. Hist. Imp. Cap. VII. §. 2—4. *k* Ann. Bertin. Fuld. an. 845. 846. 850—855. van Loon Hist. Veteri Holland. T. II. p. 81—87.

A. 5554. Per. Jul. ad 5613. A. Christ. 841. ad 900.

IV ante Kal. *Octobris*[a]. Filii eius ex *Irmengarde*, *Hugonis* Comitis filia[b], fuere *Ludovicus*, cui *Italiam* cum imperio reliquit, & quæ versus *Lemanum* lacum porriguntur: *Lotharius*, qui *Leucorum* & *Mediomatricum* terram, ab ipso *Lotharingiam* appellatam, obtinuit: & *Carolus*, cui *Provincia* & Ducatus *Lugdunensis* cessit[c]; eidemque anno 858 *Lotharius Bilisium* & *Tarantasium* addidit[d]: quemadmodum idem anno sequenti *Ludovico* Imperatori concessit, quæ ultra *Juram* montem habebat, *Genevam*, *Losannam* & *Sedunum*[e]. Sed *Carolo* anno 863 sine liberis mortuo, *Ludovicus Provinciam*, *Lotharius Lugdunum*, *Viennam* & *Vesontium* consecutus est[f].

Ludovicus II Imperator. Johanna Papissa.

§. 7. Quartus Imperator *Ludovicus* II, vivo patre eiusque iussu a *Leone* IV Pontifice coronatus est anno 850[g]. Hic ille *Leo* Papa est, qui *Saracenis Italiam* vastantibus, *Romanæ* urbi veteri novam, quam *Leoninam* vocant, addidit[h], ac moriens die 17 *Julii* anno 855 famosam *Johannam* Papissam in annum usque tertium successorem vulgo, sed falso, habuisse creditur[i]: fabulam veterum testimonia[k], temporum ratio[l], & *Hincmari* ad *Leonem* legatio[m] satis refellunt. *Ludovicus* autem, qui vivo patre prudenter *Italiam* administraverat, eo mortuo, imperium adiit anno 855, princeps egregius, fortis & magnanimus[n]. Contra *Saracenos Africanos Italiam* vastantes bellum prospere gessit[o]. *Adalgisum* quoque *Beneventanorum* ducem conpescuit[p].

a Ann. Bertin. Fuld. Regino an. 855. Pag. Crit. an. 855. n. 12. *b* Habn. Hist. Imp. T. I. c. IV. §. 6. lit. m *c* Ann. Bertin. an. 856. Regino, Ann. Metens. Annalis. Saxo an. 855. Fragmentum apud du Chesne T. II. p. 401. 402. Erchempertus c. 19. Ado Viennensis ætate VI. Chronici p. 309. *d* Ann. Bertin. an. 858. *e* Ann. Bertin. an. 859. *f* Ann. Bertin. an. 863. Ado Viennens. p. 805. tabula divisionis an. 870. apud Miræum T. I. p. 80. *g* Ann. Bertin. an. 850. *h* Anastas. in Leone p. 182. 183. 190. *i* Marianus Scotus. Sigeb. Gembl. Martinus Polonus alii an. 854. *k* Anastas. Bibl. p. 200. & 208. Ado Vienn. Ann. Bertin. Flodoar. an. 855. Fragm. apud du Chesne T. II. p. 402. & Lupus in epistola ad Benedictum Ibid. p. 778. *l* Anastas. p. 200. *m* Hincmari epistola 2 ad Nicolaum Papam. *n* Epist. Hadriani Papæ apud Baronium an. 864. n. 15—17. Regino an. 874. *o* Leo Ostiensis L. I. Chron. Casinensis c. 35. 36. Cedren. p. 577—579. Constant. Porphyr. in Basilio p. 181. *p* Ann. Bertin. Metens. Regino an. 871—873. Ann. Saxo an. 872. 873.

A. 5554. Per. Jul. ad 5613. A. Christ. 841. ad 900.

Lotharius propter Waldradam excommunicatus. Lotharingiæ regnum divisum.

§. 8. *Lotharius* vero eius frater, qui anno 856 *Theutbergam*, *Bosonis* filiam, uxorem duxerat, & in eius gratiam anno 859 fratrem eius *Hucbertum* Abbatem *Burgundiæ* trans *Juram* præfecerat[a]. *Waldradæ* pellicis amoribus inretitus, *Theutbergam* incestus cum fratre postulatam primum anno 860 in *Aquisgranensi* concilio damnari curat[b], eademque sententia iterum anno 862 confirmata *Waldradam* ducit[c]: quod cum *Nicolaus* Papa inprobasset, *Metense* concilium anno 863, præsentibus Pontificis legatis, pari ac prius exitu habitum est. Verum eo irritatior *Nicolaus Guntharium Agrippinensem*, & *Theutgaudum Trevirensem*, præcipuos Regis in caussa adiutores, in concilio *Romano* dignitate movet[d]: illi tamen Papæ tyrannidem, qui se totius mundi Imperatorem faciat, & iniquum iudicium accusantes, nihilo minus se pro Episcopis gerunt[e]. Tandem post multas lites *Lotharius*, ab *Ludovico* Imperatore contra *Saracenos* ad auxilium vocatus, *Romam* adiit anno 869, mortuo iam ante biennium *Nicolao*, & ab eius successore *Hadriano* II in communionem receptus est ea lege, ut *Waldradam* repudiaret: sed in reditu *Placentiæ* lethali morbo confectus obiit eodem anno VI Idus *Augusti*[f]. Ex *Theutberga* prolem non suscepit, sed ex *Waldrada* filium *Hugonem* & filiam *Gislam*, quæ postmodum *Godefrido Normanno* nuptum data[g], ut & *Bertam*, postea in *Italia* celebrem[h]. Sed cum post mortem eius regnum sibi vindicare niteretur *Carolus Calvus*[i], *Ludovicus Germanicus* minas intentaret, ex pacto *Aquisgranensi* & divisione in *Procaspide* ad *Mosam* anno 870 facta, ita fere inter ambos divisum est, ut quæ a *Mosa* & *Jura* monte ad ortum sunt *Ludovico*,

a Regino an. 856. & 859. *b* Ann. Bertin. an. 860. Hincmarus de divortio Lotharii & Tetbergæ T. I. Operum p. 568—575. *c* Ann. Bertin. an. 862. Regino & Ann. Saxo an. 864. Nicolaus I. in epistola apud Baron. an. 862. n. 55. *d* Ann. Bertin. Fuld. an. 863. Epistolæ Nicolai apud du Chesne T. III. p. 828. 829. 838—849. Decretum Concilii Romani apud du Mont Corpore Diplomatico T. I. p. 14. Lunig Spicil. Eccl. P. I. p. 590. seqq. Anastas. in Nicolao p. 215. 216. *e* Ann. Bertin. an. 864. Du Mont T. I. p. 15. Aventin. Ann. Boior. L. IV. c. 15. n. 5. 6. *f* Ann. Bertin. an. 864. 865. 869. Regino an. 869. Annal. Saxo an. 870. *g* Hahn. Hist. Imp. T. I. c. V. §. 4. lit. cc & seqq. *h* Infra Cap. VII. §. 1. 3. *i* Ann. Bertin. anno 869. Conc. Metense. apud Harduin. T. V. p. 1213. 1214.

vico, quæ ad occasum *Carolo* cederent, una cum ea regni *Lotharingici* parte, quam olim ex hereditate fratris *Caroli Lotharius* obtinuerat[a]. A. 5554. Per. Jul. ad 5613. A. Christ. 841. ad 900.

§. 9. Hac accessione auctus *Carolus*, cognomento *Calvus*, Rex *Franciæ* Occidentalis, homo vafer ac subdolus, & alieni semper adpetens, cognita morte *Ludovici* II. Imperatoris, qui XIX ante Kal. *Septembres* anni 875 mortuus erat[b], *Romam* advolans, a *Johanne* VIII, quem magnis sibi muneribus conciliaverat, ipso die natali Domini *Augustus* coronatur[c]. De quo tamen litem movebat frater eius *Ludovicus Germanicus*, eiusque filius *Carolomannus*[d]: sed cum *Ludovicus* sequenti anno 876. V ante Kal. *Septemb.* diem obiisset supremum[e], *Calvus Lotharingiam* petens ab *Ludovico Saxone* VIII ante Idus *Octobris* ad *Andernacum* vincitur[f]. Carolus Calvus Imperator.

§. 10. Fratres, *Ludovici Germanici* ex *Emma* filii[g], sequenti mense *Saalfeldiam* coeuntes, regnum paternum ita dividunt, ut *Carolomannus* haberet *Boioariam*, *Pannoniam*, *Carinthiam Sclavica*que regna; *Ludovicus*, qui *Saxo* dicitur, Orientalem *Franciam*, *Thuringiam*, *Saxoniam*, *Frisiam* & *Lotharingiam*: *Carolus*, qui *Crassus* dictus est, *Alemanniam*, quæ tunc ad *Lemanum* lacum porrigebatur, & ex regno *Lotharii* aliquas *Cisrhenanas* civitates[h]. Ludovici Germanici regnum inter tres filios divisum.

§. 11. Inde vero *Carolomanno*, ut ius suum adsertum iret, in *Italiam* movente, rediens ex *Italia Carolus Calvus* moritur pridie Nonas *Octobres* anno 877 veneno exstinctus[i]. Carolus Calvus moritur.

§. 12. Successit ei in regno *Galliæ* filius *Ludovicus Balbus*, princeps debilis, quem Papa *Johannes* Ludovicus Balbus Rex Galliæ.

 VIII

a Ann. Bertin. Regino an. 869. 870. Aimoin. L. V. c. 25. Tabulæ divisionis apud Miræum T. I. p. 28—23. Conring de Finibus Imperii L. I. c. 7. b Historia de fundatione Casauriensis monasterii apud Chesn. T. III. p. 549. Mabillon L. II. de re Diplom. c. 27. §. 2. Ann. Fuld. Bertin. & Hildensheim. ad an. 875. c Ann. Bertin. an. 875. 876. Fuld. Regino & Ann. Saxo an. 875. Iperii Chron. C. XVII. parte 3. & in privilegia Johannis VIII. apud Miræum T. II. p. 934. d Ann. Bertin. Fuld. an. 875. 876. Aimoin. L. V. c. 32. e Ann. Fuld. Bertin. Ann. Saxo Regino an. 876. Necrolog. Fuld. apud Leibn. Script. Brunsv. T. III. p. 762. f Ann. Bertin. Metens. Fuld. Ann. Saxo. Regino an. 876. g Hahn. T. I. Cap. VII. §. 9. lit. i. h Ann. Fuld. Regino. Ann. Saxo an. 876. Otto Frising. L. VI. c. 6. i Ann. Bertin. Fuld. Regino. Ann. Saxo an. 877.

A. 5554. Per. Jul. ad 5613. A. Christ. 841. ad 900.

VIII in *Galliam* veniens VII ante Idus *Septembris* anni 878 Regem coronavit[a]: sed post breve & ignobile regnum unius anni & sex mensium mortuus est IV ante Idus *Apriles* die parasceves anni 879[b]: a quo tempore filiis inpuberibus relictis conenti magis *Gallia* cœpit.

Carolomanni regnum inter fratres divisum.

§. 13. *Carolomannus*, *Bavariæ* Rex, ex occupata *Italia*[c] redux, paralysi tactus, exstinctus est *Ottingæ* XI Kal. *Aprilis* anno 880[d]: post cuius mortem *Ludovicus* eius frater *Bavariam*[e], *Carolus Italiam* obtinuit[f], qui eopse anno exeunte, ipso die nati Domini a *Johanne* Papa Imperator coronatus est[g].

Ludovicus Saxo tota Lotharingia potitur.

§. 14. *Ludovicus Saxo*, rebus in *Gallia* post *Balbi* mortem turbatis, ex pacto quicquid iuris *Gallici* ex *Lotharingiæ* regno factum fuerat, recipit, addita insuper *Atrebatis* abbatia *S. Vedasti*[h]: ac bellis contra *Normannos* vexatus obiit XIII ante Kal. *Februarias* anni 882[i]. Cuius morte *Germania* omnis rediit ad fratrem eius *Carolum*[k].

Galliæ regnum post Balbum turbatum. Regnum Arelatense.

§. 15. Interim in *Gallia* post mortem *Balbi* omnia misceri ac conturbari cœperunt. Uxores duas habuerat *Balbus Ansgarden*, ex qua filios suscepit duos *Ludovicum* & *Carolomannum*, sed ea iussu patris repudiata alteram duxit *Adelaidem*, quam gravidam reliquit, ex qua *Carolus Simplex* natus est[l]. Inter hos consensu procerum regnum ita divisum, ut *Ludovicus Franciæ* regnum cum *Neustria*, *Carolomannus Burgundiam* & *Aquitaniam* haberet[m]. Sed inter hæc invitan-

[a] Ann. Bertin. an. 877. 878. Iperii Chron. c. XVIII. part. 2. p. 527. Aimoin. L. V. c. 36. 37. [b] Ann. Bertin. Fuld. Herm. Contractus an. 879. Ann. Metens. Regino. Ann. Saxo an. 878. [c] Ann. Fuld. Herm. Contractus an. 877. & 878. Bertin. an. 878. [d] Ann. Fuld. Herm. Contractus an. 880. Necrolog. Fuldense apud Leibn. T. III. p. 762. [e] Ann. Fuld. an. 879. Ann. Saxo 880. [f] Tria Caroli diplomata mense Martio anno 880, regni Caroli in Francia IV, in Italia I data, habet Puricellus Monum: Ambros. Thes. Ital. T. IV. P. I. p. 109. 112. 115. [g] Ann. Bertin. an. 879. 880. Regino. Ann. Metens. Ann. Saxo an. 881. Aimoin. L. V. c. 40. Pag. Crit. an. 881. n. 1. 2. [h] Ann. Bertin. Metens. Regino. Ann. Saxo. Fuld. an. 879. Contin. Aimoin. L. V. 39. [i] Ann. Fuld. & Lambeciani ad an. 882. Hermannus Contractus an. 882. Pag. Crit. an. 882. n. 11. [k] Ann. Fuld. an. 882. [l] Regino an. 878. 879. Ann. Metens. & Ann. Saxo an. 878. Iperii Chron. c. XVIII. part. 2. [m] Ann. Bertin. an. 880.

vitante occasione *Boso*, *Buvini* Comitis filius, multis ante a *Carolo Calvo* cumulatus honoribus [a], & ab uxore *Irmengardi*, quæ *Ludovici* II Imperatoris filia erat, incitatus, in Synodo *Matalensi* Idibus *Octobris* anno 879 Rex appellatus, novum fundavit regnum, quod *Burgundicum*, *Provinciale* aut *Arelatense* vocant [b]: dum eodem tempore *Hugo*, *Lotharii* ex *Waldrada* filius, regnum, quod patris fuerat, occupare nititur [c]. *Ludovicus* obiit anno 882 III Nonas *Augusti* [d], frater vero, qui ei successerat, *Carolomannus* mense *Decembri* anni 884 [e].

A. 5554. Per. Jul. ad 5613. A. Christ. 841. ad 900.

§. 16. His subrogatur *Carolus Crassus* anno 885 [f]. Qui tamen in eo culmine non diu stetit, suis quippe invisus, *Luitwardi Vercellensis* Episcopi artibus in conventu *Triburiensi* mense *Novembri* anni 887 regno pulsus [g], eo recidit, ut ad victum necessaria ab *Arnulpho*, *Carolomanni Bavariæ* quondam Regis filio notho, quem *Germani* ejus loco Regem elegerant [h], petere debuerit, mortuusque est pridie Idus *Januar.* anni 888 [i].

Carolus Crassus toto potius imperio, fortunæ ludibrium.

§. 17. Amoto *Carolo*, *Italiæ Galliæ*que regna aliquamdiu fluctuarunt [k]. Primus in *Italia Berengarius*, filius *Everhardi* ducis *Foroiuliensis* ex *Gisla Ludovici Pii* filia natus, regnum occupat [l]: sed ei vixdum exacto anno *Wido* dux *Spoletanus*, & ipse adfinitatis lineam a *Francis* trahens [m], spe *Franciæ* Ro-

De Italiæ regno certant Berengarius, Wido & Arnulphus.

a Ann. Bertin. an. 869. 871. 876. Aimoin. L. V. c. 24. 32. *b* Ann. Bertin. Regino. Ann. Saxo an. 879. Concilium Matalense apud Sirmondum T. III. Conc. Galliæ p. 496. du Chesne T. II. p. 480. 481. *c* Ann. Bertin. an. 879. 880. Ann. Fuld. an. 879—881. & 885. Regino & Ann. Metens. an. 883. 885. Excommunicatio Hugonis apud du Mont. T. I. p. 21. *d* Ann. Bertin. an. 882. Pag. Crit. an. 882. n. 16. *e* Ann. Fuld. Metens. an. 884. Regino an. 883. 884. Pag. Crit. an. 884. n. 8. *f* Ann. Bertin. Regino. Herm. Contractus an. 884. Sigebert. & Asser vita Ælfredi an. 885. & Mabillon L. II. de re Diplom. c. 26. n. 17. Iperii Chron. c. XVIII. parte 3. *g* Ann. Metens. Fuld. Lambeciani. Regino. Herm. Contr. an. 887. Otto Frising. L. VI. c. 9. *h* Ann. Metens. Fuld. Herm. Contr. Regino an. 887. Asser vita Aelfredi an. 887. in Cambdeni Anglicis p. 16. Diploma apud Schannat Hist. Fuld. Probat. p. 138. *i* Ann. Metens. Herm. Contractus. Regino an. 888. *k* Herm. Contr. an. 888. Iperii Chron. c. XIX. parte 2. *l* Auctor Panegyrici de laudibus Berengarii Lib. I. p. 236. 237. Leo Ostiensis Chron. Casin. L. I. c. 61. Ann. Fuld. Regino an. 888. Luitpr. L. I. c. 6. Testamentum Everhardi apud Miræum T. I. p. 49. *m* Luitpr. L. I. c. 6.

A. 5554. Per. Jul. ad 5613. A. Christ. 841. ad 900.

Romanæ; hoc est regni *Lotharingici*, quod olim cum imperio *Romano* coniunctum fuerat, obtinendæ deiectus [a], de *Italiæ* possessione litem movit, victumque ad *Arnulphum* fugere conpulit [b]. *Wido* IX ante Kal. *Martias* anno 891, regni sui tertio, Imperator a *Stephano* V Pontifice coronatus [c], mox sequenti filium suum *Lambertum* in societatem imperii adsciscit [d]. *Arnulphus*, ipse in *Italiam* veniens, anno 894 Regis nomen sumit [e]: iterumque redux anno 896, *Widone* superiori anno mortuo [f], a *Formoso* Pontifice *Romæ* Imperator coronatur [g], de quo tamen litem movebat *Lambertus*, extinctus anno 899 [h], quem paullo post secutus est *Arnulphus Ratisbonæ* mortuus mense *Decembri* anni 899 [i].

Romæ fœde certant Pontifices.

§. 18. Interim *Romæ* factionum studiis Pontifices scindebantur, ut etiam *Stephanus* VI cadaver *Formosi* Papæ, qui die sancto Paschæ anni 896 mortuus erat, octavo post mense e sepulchro protractum & tribus mutilatum digitis in *Tiberim* abiici, actaque eius rescindi iusserit [k]: quæ tamen omnia *Johannes* IX in Synodo *Romana* irrita reddidit anno 904 [l].

Rudolphus regni Burgundici auctor.

§. 19. Jam vero *Rudolphus*, filius *Conradi*, qui post cæsum *Hucbertum* anno 866 ducatum *Burgundiæ* inter *Juram* & montem *Jovis* tenuerat [m], ex spo-

a Luitpr. l. d. Ann. Fuld. an. 888. *b* Panegyr. de *laudibus* Berengarii L. I. p. 238. & seqq. Luitpr. L. I. c. 6. 7. Ann. Fuld. Regino ann. 888. *c* Diploma apud Ughellum Italiæ Sacræ T. II. p. 191. Flodoardus Hist. Remensis Eccl. L. IV. c. 2. p. 595. in Tom. XVII. Bibl. Maximæ Patrum. Pag. Crit. an. 892. n. 1—3. *d* Flodoard. l. d. Diploma apud du Mont. T. I. P. I. p. 25. *e* Luitpr. L. I. c. 7. Regino an. 894. Ann. Fuld. an. 890. 893. 894. Diploma apud Puricellum Monum: Ambros. in Thes. Ital. T. IV. P. I. p. 124. *f* Leo Ostiens. Chron. Casin. L. I. c. 61. Regino. Herm. Contr. an. 894. Diploma apud Ughellum T. IV. p. 966. Panegyr. Berengarii L. III. p. 250. *g* Herm. Contractus an. 895. 896. Ann. Fuld. an. 896. Luitpr. L. I. c. 8. Diploma apud Schaten. Ann. Paderb. L. III. p. 233. *h* Luitpr. L. I. c. 12. Paneg. Berengarii L. III. p. 250. 251. *i* Regino. Ann. Metens. an. 899. Necrolog. Fuld. p. 763. Luitpr. L. I. c. 9. Ann. Fuld. an. 900. *k* Ann. Fuld. Herm. Contr. an. 896. Luitpr. L. I. c. 8. *l* Concilium Romanum apud Mabillon. Musei Ital. T. I. P. II. p. 86. & du Mont T. I. P. I. p. 27. *m* Regino. Ann. Metens. Ann. Saxo an. 859. 866. Et de genere Rudolphi Gundling in Gundl. P. VII. Disp. I. §. 10—14. & de duobus Conradis Ib. P. XX. Dissert. II.

ſpoliis imperii *Caroli Craſſi* novum in illis partibus fundavit regnum *Burgundicum* [a]. A. 5554. Per. Jul. ad 5613. A. Chriſt. 841. ad 900.

§. 20. In *Gallia* etiam, excluſo *Carolo Simplici*, *Ludovici Balbi* filio, conſentiente *Arnulpho*, regnum adeptus eſt *Odo*, *Roberti* fortis ex *Adelaide* filius [b], *Childebrandi* fratris *Caroli Martelli*, ut quidam volunt, trinepos, vel ut alii *Saxonici* generis [c]: cui tamen poſt aliquot annos de regno litem moverunt viri Principes, *Carolo Simplice* 28 *Januarii* anni 893 Rege coronato [d], qui etiam auxilio *Arnulphi* Imperatoris partem regni obtinuit [e], ac denique *Odone* tertio *Januarii* anni 898 mortuo, in omne regnum ſucceſſit [f]. Odo & Carolus Simplex.

§. 21. Quo tempore *Ludovicus*, *Boſonis*, anno 887 mortui, filius, regnum *Arelatenſe* a patre fundatum *Caroli Craſſi* [g] & *Arnulphi* conſenſu tenebat [h], de cuius in *Italiam* expeditione infra dabitur dicendi occaſio. Juvat enim pauca de *Normannorum* graſſationibus, qui Sæculo hoc IX *Francis* fere exitiales fuerunt, interſerere. Ludovicus Boſonides.

[a] Regino. Ann. Fuld. Metenſ. Ann. Saxo an. 888. & de Rudolphi genere Gundl. in Gundling. P. VII. Diſſ. I. §. 10–14. [b] Regino. Ann. Metenſ. Fuld. Ann. Saxo an. 888. Abbo apud du Chesne T. II. p. 520. Witich. L. I. p. 637. apud Meibom. T. I. Aſſer vita Ælfredi an. 887. p. 16. Blondellus in pleniori adſertione p. 31–33. [c] Muratorius in præfat. ad Antiquitates Eſtenſes p. 15–17. [d] Regino Ann. Metenſ. an. 892. Epiſtolæ Fulconis apud Flodoard. Hiſt. Rem. L. IV. c. 5. Pag. Crit. an. 888. n. 3. 892. n. 8. [e] Regino an. 893. Epiſtolæ Fulcon. l. d. Witechindus L. I. p. 637. Edit. Meibomii. [f] Chron. Breve apud Chesn. T. III. Ann. Metenſ. an. 898. Baluzius Marcæ Hiſpan. L. IV. p. 374. 375. [g] Ann. Fuld. an. 887. [h] Concil. Valentinum apud Sirmond. T. III. Conc. Gall. p. 529. & apud du Mont. T. I. P. I. p. 23.

CAPUT IV.

A. 5513. Per. Jul. ad 5625. A. Christ. 800. ad 912.

De Normannorum *excursionibus maxime per* Gallias, *aliasque imperii* Francici *partes*, *ab anno Christi circiter* 800 ad 912.

§. 1.

Occasio Normannis data excurrendi in imperium Francicum.

DAni & *Sueones* litus maris septentrionale & omnes in eo insulas tenentes, communi nomine *Normanni* dicti; postquam tempore *Caroli Magni*, primum piratica, dein iusta classe *Galliæ Germaniæ*que litora infestantes, inclaruerant [a]: dein bellis civilibus exerciti, tempore *Ludovici Pii*, cum *Herioldus*, *Roricus* & *Hemmingus*, *Halpdani* filii [b], anno 826 *Christiana* sacra *Ingelheimi* recepissent, ab Imperatore *Ludovico* ducatum *Frisiæ* feudi nomine obtinuerant [c]: sed cum domum reduces ibi quoque sacra mutarent [d], anno sequente 827 a *Godefridi*, quondam Regis, filiis eiecti regno [e], redierunt in *Frisiam:* id quod *Normannis* aliis in hanc partem arma vertendi caussam & occasionem præbuit. *Horicus* igitur *Godefridi* filius [f], cognitis intestinis motibus, quibus per id tempus *Francorum* imperium concutiebatur, valida classe anno 834 & sequentibus in *Frisiam* missa, *Dorestadium*, nobile emporium, aliaque in iis oris oppida vastavit [g].

Gallia male habita.

§. 2. Quod malum post mortem *Ludovici Pii*, cum etiam *Lotharius Normannos* ultro evocaret [h], serpsit latius [i]: anno 841 *Sequanam* subvecti *Rothomagum* capiunt [k], biennio post *Namnetum* a *Lamberto*

a Eginh. vita Caroli c. 12. 14. *b* Ann. Fuld. an. 837. coll. Chron. Laurish. ad an. 812. Ann. Fuld. an. 850. *c* Nigellus de rebus Ludovici Pii L. IV. p. 941—952. Chron. Laurish. Albert. Stad. an. 826. Thegan. c. 33. Adam. Brem. L. I. c. 15. Ann. Fuld. an. 850. *d* Saxo Grammat. L. IX. p. 158. *e* Chron. Laurish. & Ann. Astronomi an. 827. *f* Ann. Astron. an. 827. *g* Ann. Bertin. an. 834—838. Fuld. an. 833—837. Gesta Norman. an. 837. K. Kolin. vers. 283. & seqq. Joh. a Leidis L. V. c. 32—34. *h* Nithard. L. IV. p. 479. Ann. Bertin. an. 831. *i* Chronica S. Benigni Divionensis an. 840. *k* Ann. Bertin. Gesta Norm. an. 841. Chron. Fontanell. apud Chesn. T. II. p. 387.

berto comite invitati[a]: anno vero 845 usque *Lutetiam Parisiorum* penetrant[b]. A. 5515. Per. Jul. ad 5625. A. Christ. 800. ad 912.

§. 3. Quo tempore *Roricus Albim* subiens *Hamburgum* populatur, alii eo & sequenti anno *Frisiam* vastant[c]: iterumque anno 847 *Aremoricum* & *Aquitaniam* vexant[d]; *Roricus* anno 850, *Dorestadio* capto, certas denuo sedes in *Frisia* nactus est[e]. Dum alia *Normannorum* manus duce *Godefrido*, *Herioldi* filio, loca iuxta *Scaldim*; alia, in *Galliam* effusa, anno 853 *Namnetum Turones*que vastat[f]. Ut & aliæ provinciæ.

§. 4. Et quamvis sequenti anno gravi inter se collisi fuerint civili bello, quo pæne omnis nobilitas cecidit[g]: mox tamen iterum *Aquitaniam* vastantes, magnam ab *Aquitanis* cladem accipiunt anno 855[h]: sed biennio post anno 857 ii, qui ad *Ligerim* erant, *Turones* vastant, alii ad *Sequanam* usque *Parisios* penetrant, dum alii in *Belgium* effusi *Dorestadium* vi capiunt, *Hungarum* quoque *Traiectinum* Episcopum, urbe capta, ad *Lotharium* fugere conpellunt[i]. Post, inmenso circuitu inter *Hispaniam* & *Africam* navigantes, *Rhodanum* subeunt anno 859; inde in *Italiam* directo cursu *Pisas* aliaque loca deprædantur anno 860[k]. Continuatæ strages per longe dissitas regiones.

§. 5. Nec tamen in *Galliis* res quietæ erant, sed *Lutetia Parisiorum* ineunte anno 861 incensa, secutis deinde annis diversæ regni provinciæ adeo vexatæ sunt, ut denique anno 867 *Carolus Calvus* quatuor mille libris argenti pacem redimere coactus fuerit[l]: & tamen eopse anno denuo a *Ligeri* inrumpentibus *Normannis* occurrens *Robertus Fortis* pugnans occubuit, quando ducatus eius, quia *Odo* & *Robertus* Carolus Calvus ad tributum pendendum adactus.

a Ann. Bertin. Fuld. Gesta Norm. an. 843. Fragm. apud Chesn. T.II. p. 386. & apud Martene Anecd. T. III. p. 831. *b* Ann. Bertin. Herm. Contr. an. 845. Chron. Fontanell. l. d. p. 388. *c* Gesta Norm. an. 845. 846. Ann. Fuld. an. 845. Bertin. an. 846. 847. *d* Gesta Norm. Ann. Bertin. Metens. an. 847. 848. *e* Ann. Fuld. Bertin. an. 850. *f* Ann. Fuld. Bertin. Gesta Norm. an. 852. 853. Regino. Fragm. Chron. Lemovicens. an. 853. Pag. Crit. an. 853. n. 6. 7. *g* Ann. Fuld. Bertin. Metens. Gesta Norm. an. 854. Adam. Brem. L. I. c. 28. *h* Ann. Bertin. & Gesta Norman. an. 855. *i* Ann. Bertin. & Gesta Norman. an. 857. K. Kolyn. v. 235. Beka p. 28. Heda p. 54. & seqq. *k* Ann. Bertin. Gesta Norm. an. 859. 860. *l* Ann. Bertin. an. 861—867. Gesta Norman. an. 861—869.

A. 5513. Per. Jul. ad 5625. A. Christ. 800. ad 912.

eius filii adhuc minorennes erant, datus est *Hugoni* Abbati, filio *Conradi* senioris, qui avunculus Regis erat[a], utpote *Judithæ* frater, *Welphi* filius.

Certas sedes occupare prohibentur.

§. 6. Hinc maiora ausi barbari certam sibi in interiore *Gallia* sedem eligunt *Juliomagum Andegavorum*, quod metuens *Carolus*, evocato in auxilium *Salomone Aremoricorum* regulo anno 872 urbem obsidione cingit, sed longioris moræ tædio fatigatus, barbaros, accepta pecunia, tutos inde egredi permisit anno 873[b].

Rollo inclarescere cœpit.

§. 7. Inter hæc *Rollo*, domestica seditione patria pulsus, fœdere cum *Aldestane Westsexiæ* in *Anglia* Rege inito, anno 874 *Walachras* insulas, mox & *Frisios*, indeque *Scaldim* subiens *Hasbacenses* & *Hainoënses*, capto ipsorum duce *Raginerio Longicollo*, miserrime vexat[c], muneribusque ægre placatus, anno 876 in *Gallias* effusus, regnum illud multis annis infestum habuit[d].

Fœda Normannorum vestigia.

§. 8. Et quamvis *Ludovicus Saxo* anno 880 nobilem de *Normannis*, loca iuxta *Scaldim* vastantibus, victoriam reportaret[e], fuit tamen ea eopse anno graviori in *Saxonia* clade, qua *Bruno* dux & XII Comites ceciderunt, pensata[f]: quin & sequenti anno *Normanni*, quos, ad *Somonam* victos, se ad *Mosam* recipere coëgerat *Ludovicus Balbi* filius[g], inde ducibus *Godefrido* & *Sigefrido* progressi fœda ubique vestigia relinquunt, urbes multæ captæ, *Aquisgranense* palatium crematum; cognitaque morte *Ludovici Saxonis Treviros* usque penetrant, magnisque actis prædis *Hasloam*, ubi castra ad *Mosam* muniverant, revertuntur[h], ibidemque a *Carolo Crasso* obsessi, suadente *Luitwardo Vercellensi* Episcopo, gloriosam sibi pacem cum *Carolo* conponunt, qua *Sigefrido* ampla

a Ann. Bertin. Metens. Fuld. Regino an. 867. Gesta Norman. an. 869. Fragm. Hist. Franc. apud Chesn. T. II. p. 403. *b* Fragm. ex Chron. Andegavensi apud Chesn. T. II. p. 400. 401. Ann. Bertin. Metens. Regino an. 873. *c* Dudo L. II. p. 74. & ex eo Gulielm. Gemetic. L. II. c. 6—8. *d* Dudo l. d. Gulielm. Gemetic. L. II. c. 9. & seqq. Pag. Crit. an. 876. n. 18. *e* Ann. Fuld. Bertin. Regino & Gesta Norman. an. 880. *f* Ann. Fuld. Herm. Contract. an. 880. Ericus Rex in Historica narratione de origine gentis Danorum p. 226, n. 81. Ditmar. L. II, p. 335. Adam. Brem. L. I. c. 34. *g* Gesta Norman. an. 881. *h* Ann. Fuld. Bertin. Metens. Gesta Norm. & Regino an. 881. 882. Fragm. apud Chesn. T. III. p. 428.

A. 5513. Per. Jul. ad 5625. A. Christ. 800. ad 912.

ampla munera; *Godefrido*, Christiana sacra suscepturo, *Gisla*, *Lotharii* ex *Waldrada* filia, in matrimonium, unaque *Frisia*, quæ *Rorici* fuerat, possidenda traditur anno 882[a].

Res Normannorum cum Carolo Crasso.

§. 9. Hinc *Sigefrido* duce digressi *Normanni Carolomannum*, toti iam *Galliæ* imperantem, ad grave tributum pendendum adigunt anno 884[b]. Eoque paullo post mortuo, nova tributa postulantes tantum terroris obiiciunt, ut *Galli Carolum Crassum* Imperatorem, quo duce tutos se fore sperabant, ad regnum vocarent[c]: sed cum eius iussu anno 885 *Godefridus*, *Normannorum* in *Frisia* dux, ex insidiis obtruncatus esset[d]; ultionis cupidi *Normanni* in *Galliam* effusi *Lutetiam Parisiorum* longa & difficili obsidione premunt[e] nec prius discedunt, quam *Parisini* se data pecunia redimerent, *Carolus* ipsis *Trans-Sequanensem Galliam* cum *Burgundia* deprædandam traderet[f].

Ab Arnulpho victi, certas in Gallia sedes nanciscuntur.

§. 10. Et quamvis *Arnulphus* anno 891 *Normannos Lotharingiam* infestantes ad *Dilam* fluvium prope *Lovanium* fere ad internecionem deleret[g]; manebat tamen *Gallia* tempore *Odonis* & *Caroli Simplicis* eorum excursionibus exposita[h]: donec anno 912 *Carolus Simplex*, re cum *Rollone Normannorum* duce conposita, ita pactus est, ut *Rollo Christiana* sacra susciperet, filiam *Caroli Gislam* uxorem duceret, eamque *Galliæ* partem, quæ ab *Epta* & *Andella* fluvio ad mare patet, incolendam acciperet[i]. Quæ de *Normannorum* nomine *Normannia* dicitur.

[a] Ann. Fuld. Bertin. Metens. Regino. & Gesta Norman. an. 882. [b] Gesta Norman. Ann. Metens. Fuld. Regino an. 884. [c] Auctores laudati ll. dd. [d] Regino. Ann. Fuld. & Lambec. an. 885. [e] Abbo Floriac. L. I. & II. apud Chesn. T. II. p. 502—518. Asser vita Ælfridi. Gesta Norm. Ann. Fuld. an. 886. Ann. Metens. Regino an. 887. [f] Abbo L. II. p. 518—520. Asser vita Ælfredi an. 887. p. 16. Ann. Metens. Regino. Fuld. l. d. Chron. Besuense apud Acher. T. II. p. 411. Mabillon Ann. Benedict. T. III. p. 255. [g] Ann. Fuld. Herm. Contractus. Ann. Metens. Regino an. 891. [h] Abbo L. II. p. 520—523. Gesta Norm. an. 888. 890. Ann. Metens. an. 888—890. Fragm. apud Chesn. T. II. p. 336—338. Chronicon breve apud Chesn. T. III. p. 350. 351. Gemeticensis L. II. c. 10—16. [i] Fragm. apud Chesn. T. II. p. 339. Chronicon breve Lyrensis monasterii ad an. 875. Iperii Chronicon S. Bertini c. 22. part. I. in Thes. Anecd. Martene T. III. p. 359. 360. Chron. apud Chesn. L. II. p. 359. 360. Dudo L. II. p. 77. 82. 83. Gemeticensis L. II. c. 17.

A. 5555. Per. Jul. ad 5624. A. Christ. 842. ad 911.

CAPUT V.

De Orientis Imperio sub Michaële, *eiusque matre* Theodora, Barda, Basilio Macedone & Leone Philosopho *ab anno* 842 *ad* 911.

§. 1.

Theodora Michaëlis mater.

ORientis Imperium *Theophilus* 20 *Januarii* anni 842 moriens *Michaëli* filio, tertium ætatis annum agenti, reliquit, sub tutela matris *Theodoræ* [a]: Quæ pulso *Johanne* Patriarcha & *Methodio* in eius locum subrogato, tumultuario coacto concilio [b], die 19 mensis *Februarii*, in quem eo anno 842 dominica prima Quadragesimæ incidit [c], imagines, earumque cultum restituit [d]: sed dum *Paulicianos*, qui tanquam *Manichæorum* propago traducuntur [e], sed quorum præcipuum crimen erat, quod neque imagines neque sanctos colerent [f], & Episcopis iudicium capitis in inpios denegarent [g], exstirpare crudeli cæde nititur, bello occasionem præbuit, quo *Manichæi* hi, *Saracenorum* opera adiuti, *Tephricam* condiderunt [h]. A *Bogori Bulgarorum* Rege bello petita pacem redemit [i]. Tandem *Bardæ* artibus a filio *Michaële*, quocum annos quindecim mensesque octo imperium tenuerat [k], tonsa & dignitate spoliata est anno 857 [l].

Michaël & Bardas. Photii cum Nicolao lites.

§. 2. Tum rebus omnibus *Bardæ* avunculi sui arbitrio permissis, quem etiam *Curopalaten*, & circa Pascha anni 860 [m] *Cæsarem* fecit, totum se ludis, auri-

a Continuator Porphyr. L. IV. p. 92. Cedren. p. 533. *b* Theophanes apud Baron. an. 842. n. 17. *c* Pag. Crit. an. 842. n. 14. 15. *d* Contin. Porphyr. L. IV. p. 93—96. Nicetas vita Ignatii apud Harduin. Conc. T. V. p. 952. Cedren. p. 534. 535. Simeon Magister p. 428. 429. Georg. Monachus p. 526. 527. Zonar. L. XVI. c. 1. *e* Cedren. T. I. p. 432. Petrus Siculus p. 40. Photius contra Manichæos L. I. §. 6. p. 17. & §. 14. p. 56. *f* Petrus Siculus p. 49. Tom. XVI. Bibl. Patrum. *g* Theophan. p. 419. *h* Contin. Porphyr. L. IV. p. 103. Cedren. p. 541. 542. *i* Porphyr. Contin. L. IV. p. 101. 102. Cedren. p. 540. 541. *k* Nicetas vita Ignatii apud Hard. T. V. p. 981. D. Simeon Logoth. p. 435. Pag. Crit. an. 855. n. 16. *l* Porphyr. Contin. L. IV. p. 104—106. Cedren. T. I. p. 542. 543. Georg. Monach. p. 533. 534. Simeon Magist. p. 435. *m* Simeon Logoth. n. 23. p. 439. Georg. Mon. n. 18. p. 534.

aurigationibus ac perpotationibus dedit[a]. *Bardas* bellum cum *Saracenis* varia fortuna gessit[b]: litterarum studia, fere conlapsa, ad lucem revocavit[c]: idem *Ignàtio* Patriarcha desinente anno 857 eiecto[d], *Photium*, adhuc laicum, sed virum eruditum[e] & acerrimum imaginum cultorem[f], invitum & reluctantem[g] eius loco subrogari curavit[h]: cui gravissimæ cum *Nicolao* I. Pontifice lites intercesserunt[i]: auctæ ex contentione de iurisdictione in Ecclesias *Bulgaricas*. Princeps *Bulgarorum Michaël*, *Photii* laboribus, quod ipse gloriatur[k], anno *Michaëlis* Imperatoris quarto[l], hoc est *Christi* 861, cum tota gente *Christiana* sacra profiteri cœperat[m], hunc cum gente *Bulgarica* ad *Romanum* ritum conformare nitebatur *Nicolaus*[n], simul & *Ignatii*, in concilio *Constantinopolitano* anno 861 damnati[o], caussam suscipiebat tanto studio, ut etiam *Photio* in Synodo *Romana* anno 863 anathema diceret[p]; *Photius* igitur non tantum, litteris ad Archiepiscopos Orientis datis, variorum *Romanos* errorum postulat[q]; sed & anno 867 in Synodo *Constantinopolitana Nicolao* anathema scribit[r].

A. 5555. Per. Jul. ad 5624. A. Christ. 842. ad 911.

§. 3.

a Porphyrog. l. d. p. 107. 114. Constant. Porphyr. in Basilio p. 151. & seqq. Cedren. p. 543. 544. 547. Simeon Logotheta p. 436. 437. *b* Porphyr. Contin. p. 109—114. Cedren. p. 545—547. *c* Porphyr. Cont. p. 115. 119. Cedren. p. 547. 550. *d* Nicetas vita Ignatii p. 956. & seqq. Porphyr. Contin. p. 120. 121. Anastas. in Historia VIII. Concilii apud Hard. T. V. p. 750. Pag. Crit. an. 858. n. 12. *e* Nicetas p. 960. Porphyr. Cont. p. 121. Cderen. p. 273. *f* Epistolæ Photii edit. Londin. ep. 37. 38. 64. 214. *g* Epist. Phot. ep. 3. 6. & in epistola ad Nicolaum Papam apud Baron. an. 859. n. 71. & seqq. & an. 861. n. 39. & seqq. *h* Nicetas & alii ll. dd. *i* Videantur arrogantes Nicolai epistolæ sedecim in hac caussa scriptæ apud Hard. T. V. p. 119—231. & epist. 70. ad Hincmarum Ib. p. 307. *k* Epistola Photii 1. n. 1. & 5. ad Michaëlem Bulgarorum Principem. *l* Simeon Logoth. p. 440. Pag. Crit. an. 844. n. 2. 861. n. 10. *m* Porphyr. Contin. p. 101. 102. Cedren. p. 540. 541. Ann. Bertin. an. 866. Metens. an. 868. Epist. Photii secunda n. 3. 4. & 35. *n* Photius epistola secunda. Anastasius vita Nicolai p. 220. *o* Nicetas p. 964. & 968. Nicolaus epist. 2. Anastas. in Nicolao p. 214. *p* Nicolaus epist. 7. apud Hard. Conc. T. V. p. 138. & ep. 10. Nicetas vita Ignatii Ib. p. 972. *q* Photius ep. 2. *r* Metrophanes in Epistola ad Manuelem Patricium. Anastasius in Historia VIII. Concilii apud Hard. T. V. p. 752. Nicetas Ib. p. 981. Pag. Crit. an. 867. n. 11. 12.

A. 5555. Per. Jul. ad 5624. A. Christ. 842. ad 911. Sublato Barda Michaël a Basilio cæsus.

§. 3. Inter hæc superiori anno 866, *Aprilis* 21, Indictione XIV *Bardas Cæsar*, adsentiente *Michaële* a *Basilio Macedone*, Protostratore *Michaëlis*, occisus [a]; *Basilius* autem paullo post *Maii* 26, ipso die Pentecostes, Imperator a *Michaële* salutatus fuerat [b]. Qui cum illum ab nequitia ad meliorem frugem revocare cuperet, eius in sese odium atque insidias concivit, quas ut anteverteret, vino obrutum *Michaëlem* trucidari curavit *Basilius* die 24 *Septembris* Indict. I anno 867 [c], cum regnasset annos 25 menses 8, & aliquot dies [d]. Filium ex *Eudocia* susceperat *Constantinum*, sed is sub initia imperii *Basilii* obiit [e].

Basilius Macedo. Photius pulsus & restitutus.

§. 4. *Basilius Macedo*, sublato *Michaële*, solus imperavit anno 867, natus in *Macedonia*, ignobili genere [f], quamvis alii ad *Arsacidas* referant [g]. Hic rempub. *Michaëlis* ignavia perditam recreavit: magistratus optimis dedit, iuris ipse iustitiæque studiosus [h]. In *Photium* iniquior, statim sub initium imperii *Ignatium* restituit [i]: mox, re cum *Hadriano* II Pontifice communicata, anno 869 Concilium *Constantinopolitanum* coëgit, quod *Romanenses* octavum Oecumenicum vocant, cuius decretis relegatus est *Photius* [k]: cui tamen, *Ignatio* vicesimo tertio *Octobris* anni 877 mortuo [l], auctoritate Imperatoris *Basilii* patriarchalis dignitas restituta fuit [m], eidemque consensu *Romani* Pontificis *Johannis* VIII confirmata

a Porphyr. Contin. p. 128. Cedren. p. 555. 556. Constantin. Porphyr. in Basilio p. 147. 148. Simeon Logoth. p. 448. *b* Constantin. Porphyr. in Basilio p. 148. 149. Contin. Porphyr. p. 129. Cedren. p. 556. Simeon. l. d. *c* Constant. Porphyr. in Basilio p. 154—158. Contin. Porphyr. p. 129. 130. Nicetas vita Ignatii. Simeon Logoth. p. 450—452. Luitpr. L. I. c. 2. *d* Pag. Crit. an. 867. n. 14. *e* Leo Gramm. p. 472. du Fresne Fam. Byzant. p. 134. *f* Nicetas vita Ignatii. Luitpr. L. I. c. 2. Zonar. L. XVI. c. 4. *g* Constant. Porphyr. in Basilio n. 2. p. 133. Cedren. p. 557. *h* Constant. Porphyr. in Basilio n. 28—31. Cedren. p. 568. 569. *i* Nicetas vita Ignatii p. 981. E. & 985. B. Constant. Porphyr. in Basilio n. 32. Cedren. p. 569. Leo Gramm. p. 471. Simeon Logoth. in Basilio n. 5. *k* Nicetas p. 988. Constant. Porphyr. l. d. Simeon Logoth. p. 454. Georg. Monach. p. 544. Anastas. Historia VIII. Concilii apud Hard. T. V. p. 753. 754. & Actio III. Concilii Ib. p. 786. & seqq. *l* Nicetas vita Ignatii p. 997. A. E. Pag. Crit. an. 878. n. 11. *m* Constant. Porphyr. Basilio. n. 44. Nicetas p. 1005. B.

mata in concilio 383 Episcoporum, quod *Constantinopoli* mense *Novembri* anni 879 coactum, finitum est sequenti mense *Martio* [a].

A. 5555. Per. Jul. ad 5624. A. Christ. 842. ad 911.

§. 5. Ita pace Ecclesiæ restituta non minus prospere tam contra *Manichæos*, *Chrysochire* duce *Romanis* infestos [b], quam contra *Saracenos* bellavit [c]: atque ita florentibus rebus obiit 1 *Martii* anno 886, cum imperasset cum *Michaële* annum unum, solus novendecim [d]. Ex priore uxore *Maria* filium habuit *Constantinum*, quem anno 868 Imperatorem appellavit, sed is ante patrem mortuus est: ex altera *Eudocia* filii fuerunt *Leo* & *Alexander* a patre *Augusta* dignitate ornati, & *Stephanus* postea Patriarcha [e].

Res a Basilio prospere gestæ.

§. 6. *Leo* igitur, *Basilii* ex *Eudoxia* filius, una cum *Alexandro* fratre, quem pater anno imperii tertio diademate ornaverat [f], patri in imperio successit [g], a litterarum studiis *Sapiens* aut *Philosophus* cognomine dictus [h]. Hic primo imperii anno *Photium*, falso proditionis postulatum, eiecit, fratre suo *Stephano* in eius locum subrogato [i]. Adversus *Bulgaros*, Rege eorum *Simeone* pacem turbante, infeliciter pugnavit, sed eos subinde *Turcorum*, id est, *Hungarorum* ad *Istrum* incolentium, auxilio devicit [k], cum *Saracenis* bellum varium habuit ac multiplex [l]. Imperavit annos 25 & aliquot menses [m], ac obiit *Maii* undecimo, anni 911 [n]. Uxores quatuor duxit, sed tantum ex ultima *Zoë* ei filius superstes fuit *Constantinus Porphyrogenitus* [o].

Leo Philosophus & res ab eo gestæ.

a Fragmenta huius Concilii apud Beveregium T. II. Can. Eccles. Epistolæ Johannis VIII. ep. 168. 169. 199—203. 250. 251. Fleury Hist. Eccl. L. LIII. §. 12—24. Tom. XI. p. 411—440. *b* Constant. Porphyr. in Basilio n. 37—43. Cedren. p. 570—572. Zonar. L. XVI. c. 8. Simeon Logoth. p. 455. *c* Constant. l. d. n. 46. & seqq. Cedren. p. 570. 573—583. Zonar. L. XVI. c. 9. 10. *d* Constant. l. d. c. 101. Cedren. p. 592. *e* Du Fresne Fam. Byzant. p. 140. 141. *f* Constant. Porphyr. in Basilio n. 35. Cedren. p. 569. *g* Constant. l. d. n. 101. Simeon. Logotheta p. 461. Lupus Protospata in Chron. an. 885. in Thes. Ital. T. IX. P. I. p. 413. *h* Zonar. L. XVI. c. 14. p. 178. Constant. Manass. p. 110. *i* Incertus Continuator Porphyr. in Leone p. 218. 219. Simeon Logoth. p. 462. Georg. Mon. p. 549. Cedren. p. 593. *k* Incertus Contin. p. 220. 221. Simeon Logoth. p. 462. Cedren. p. 596. 597. *l* Incertus Contin. p. 225. & seqq. Simeon Logoth. p. 462. & seqq. Cedren. p. 599. & seqq. *m* Incertus Contin. p. 217. Simeon Logoth. p. 461. Zonar. L. XVI. c. 14. p. 182. *n* Contin. p. 232. Simeon Logoth. p. 470. Pag. Crit. an. 911. n. 1. *o* Du Fresne Fam. Byzant. p. 141. 142.

A. 5513. Per. Jul. ad 5613. A. Christ. 800. ad 900.

CAPUT VI.

De rebus Ecclesiasticis *Sæculi Noni*, *deque* viris Eruditis, *ab anno* 800 *ad* 900.

§. 1.

Lætior sub Carolo & Ludovico facies.

VIdebatur Ecclesia saltem in Occidente, sub initium huius sæculi lætiorem promittere faciem, cum provida *Caroli Magni* [a], filiique eius *Ludovici* [b] cura, quam in *Anglia* magna laude imitatus est Rex *Ælfridus* [c], non tantum scholis institutis [d] hominum animi ad litterarum studia erigerentur, sed & viri Principes multis scriptis legibus [e] invalescentem superstitionem reprimere, & corruptos clericorum mores emendare adlaborarent.

Propagatio Ecclesiæ.

§. 2. Accedebat etiam felix successus laborum *Anscharii* Euangelii lucem per septentrionem spargentis [f], & *Bulgarorum* [g] ac *Russorum*, quamvis ea minus stabilis, ad *Christum* conversio [h].

Mox per bella civilia omnia in peius ruere cœperunt.

§. 3. Verum postquam clerus severioris disciplinæ inpatiens bellis civilibus in *Francorum* imperio facem subiecit [i], neglectis iterum litterarum studiis omnia in peius ruere cœperunt. Nam ut nihil de reliquiarum translationibus, miraculis, visionibus [k]; de probationibus per aquam sive frigidam sive fervidam, per oleum aut ferrum candens [l], superstitionem & credu-

a Præfatio Caroli M. in homiliarium Pauli diaconi in Anal. Mabillonii p. 73. Aventin. L. IV. c. 8. n. 11. 12. Bruck. Hist. Philos. T. III. p. 583. & seqq. Hist. Literaire de la France T. IV. p. 6. & 371. *b* Aventin. L. IV. c. 9. n. 18. 24. Bruck. l. d. p. 601. & seqq. *c* Asser vita Ælfridi p. 5. 13. & seqq. Spelmannus vita Ælfridi Regis. Bruck. l. d. p. 610. *d* Launoius de scholis a Carolo Magno per Occidentem institutis. *e* Capitularia Regum Francorum Baluzii. Spanh. H. Eccl. Sec. IX. cap. 3. *f* Archenius in vita Anscharii Actis. S. Benedict. T. VI. Adamus Bremensis L. I. c. 16. & seqq. Lindenbrogii Script. Septen. p. 182. & seqq. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 114. Crantz. in Metropoli L. I. c. 19. 20. 36. 37. 41. Fleury Hist. Eccl. L. XLVII. §. 6. 31. 46. L. XLIX. §. 18—22. *g* Contin. Porphyr. p. 101. 102. *h* Photius ep. 2. n. 35. Porphyr. Contin. p. 122. Cedren. p. 551. *i* Aventin. Ann. Boior. L. IV. c. 9. §. 18. *k* Anastas. in Paschali p. 148. 150. 151. Gregor. IV. p. 166. Leone IV. p. 183. Amolo in epistola ad Theotboldum Pag. Crit. an. 852. n. 14. Spanh. Sec. IX. c. 5. *l* Hincmarus in tractatu de probationibus per aquam. Agobardus in tractatu contra iudicium Dei. Aventin. L. IV. c. 14. n. 27—31. Lehman. Chron. Spir. L. II. c. 30. p. 101.

credulitatem eius ævi conprobantibus, dicam; cœpit hoc tempore, *Francorum* imperio inteſtinis motibus concuſſo & in partes diſtracto, licet adhuc maneret Principum ſummum in urbem *Romam* imperium[a] & de ſacris conſtituendi poteſtas[b], multo ſe liberius exſerere *Romanorum* Pontificum potentia cum inmani faſtu[c], Regibus ipſis intolerando[d], coniuncta. Quæ non minima cauſſa fuit ſchismatis perpetui, quod ab hoc tempore *Græcos Latinos*que diremit, lite de Primatu, Proceſſione Spiritus S. ieiunio ſabbathi, Presbyterorum connubiis aliisque ritibus fervidius acta[e].

A. 5513. Per. Jul. ad 5613. A. Chriſt. 800. ad 900.

Paſchaſius Ratbertus.

§. 4. Quemadmodum in cauſſa fidei, varia, eaque maioris momenti, capita miſere vitiata ſunt: non tantum enim imaginum cultus, de quo tantum certamen fuerat, hoc ſæculo in Oriente publice ſancitus fuit[f], *Francis* fruſtra obluctantibus[g]: ſed etiam in Occidente *Paſchaſius Ratbertus*, evulgato circa annum 831[h] libro de ſacramento Euchariſtiæ, ſerpentem ab aliquo tempore opinionem de præſentia corporali *Chriſti* in S. Cœna adeo crude propugnare auſus eſt, ut contenderet, ſubſtantiam panis & vini poſt conſecrationem eſſe, fieri, vel mutari in ipſum illud corpus domini, quod de *Maria* Virgine natum eſt[i], cui, ſed irrito conatu, pro tempore reſtitit

a Anaſtaſ. Bibl. in Sergio II. p. 172. Leone IV. p. 176. 199. Sigon. de regno Italiæ L. IV. ad an. 825. *b* Capitularia Francorum, & Leges Regum Angliæ Ælfridi, Edwardi & aliorum in Conc. Magnæ Britanniæ T. I. p. 186. 202. 296. *c* Epiſtolæ Nicolai I. & Hadriani II. & Hadrianus in epiſtola ad Conſtantinum, & in allocutione tertia ad Synodum Romanam apud Harduin. T. V. Conc. p. 1079. epiſtola Gregorii IV ad Epiſcopos regni Francici apud Lunig Spic. Eccl. Contin. II. p. 2. & ſeqq. Flac. Illyr. in Catal. Teſt. L. VIII. p. 766. 767. Spanh. H. Eccl. Sæcul. IX. c. 7. *d* Epiſtola 155 Johannis VIII. Epiſtola Gregorii IV ad Epiſcopos Franciæ, quæ Agobardi tractatui de comparatione regiminis Eccleſ. & Politici ſubiicitur. Epiſtola Caroli Calvi ad Hadrianum II. Papam apud Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 129. Uſſer. de Eccleſ. Succeſ. c. 2. §. 9—12. Du Pin Bibl. Eccl. T. VII. p. 148. *e* Photii epiſtola encyclica ad Patriarchas. Ratramni Libri IV. contra Græcorum oppoſita apud Acher. T. I. p. 63. & Æneæ Pariſienſis liber adverſus Græcos Ib. p. 112. *f* Supra C. V. *g* Agobardus in libro contra imagines. Concilium Pariſinum ſupra C. I. §. 6. Claudius Taurinenſis Epiſcopus apud Leger. de Eccl. Vallenſ. c. 21. p. 138. Du Pin Bibl. Eccl. Sæc. IX. p. 3. 4. *h* Mabillon Sæc. IV. Benedict. P. II. in Præfatione cap. 1. *i* Paſchaſius de Euchariſtia c. 1. 2. 4. 9. Spanh. H. Eccl. Sæc. IX. c. 10. n. 2. & ſeqq.

A. 5513. Per. Jul. ad 5613. A. Christ. 800. ad 900.

Bertramus sive *Ratramnus* [a], & cum eo plures alii.

Godeschalcus. Lex cælibatus.

§. 5. Quemadmodum *Godeschalcus*, quod liberi arbitrii, in *Adamo* perditi, ad bonum inpotentiam sine præveniente & adiuvante Dei gratia; simul & prædestinationem reproborum ad mortem propter ipsorum mala merita propugnabat [b], ab anno 848 multa gravia perpessus est; licet multi ex eruditis integræque Synodi caussam eius defenderent [c]. Papa quoque *Nicolaus* I circa annum 860 nuptias sacerdotum damnavit, eosque ad vitam cœlibem cogere instituit [d], cui mascule restitit *Huldericus Augustensis* Episcopus in rescripto ad *Nicolaum Papam* [e].

Plerorumque pessima vita. Pauci eruditi.

§. 6. Denique in perdita clericorum vita [f], & litterarum neglectu [g], cum plerique omnes in explicandis ritibus & cerimoniis Ecclesiasticis occuparentur [h], Eruditorum magna fuit penuria: nam præter unum in Oriente *Photium* [i], qui vere eruditi nomen meruit, omnes tantum non in Occidente, qui ad Scripturæ S. explicationem accesserunt, parum aut nihil de suo adferentes, unice Patrum commentarios conpilarunt [k]. Celebre tamen nomen nacti sunt *Rhabanus Maurus* Archiepiscopus *Moguntinus* [l], *Ago-*

a Bertramus in libro de corpore & sanguine Domini apud Flac. Illyr. L. X. initio. Rabanus de Instit. Cleric. L. I. c. 31. Usser. de Eccles. Succ. c. 2. §. 16—22. Rapin de Statu Eccl. Anglic. T. I. p. 463—465. Du Pin Bibl. Eccl. T. VII. p. 66. & seqq. *b* Hincmarus in epistola ad Nicolaum I. apud Flodoard. Hist. Remens. L. III. c. 14. Gotteschalci confessiones apud Usserium in Godeschalco p. 321. & seqq. *c* Usserius in Godeschalco. Concilium Valentinum III. canone 3. Du Pin Bibl. Eccl. T. VII. p. 10—26. Pag. Crit. an. 849. n. 8. 9. & 953. n. 21. *d* Apud Gratianum Dist. 32. *e* Exstat apud Flac. Illyr. Cat. Test. L. IX. p. 973. & seqq. *f* Bonifacius in epistola ad Zachariam. Agobardus de privileg. & iure sacerdotii §. 11. 13. Tom. I. Operum p. 134. & 157. Lupus epist. 35. Aventin. L. IV. c. 7. n. 28. c. 9. n. 24. c. 15. n. 12. c. 21. n. 3. *g* Ahythonis capitulare n. 6. apud Acher. T. I. p. 584. Regino de Disciplina Ecclesiastica sub initium. *h* Capitularia variorum in T. V. Conc. Hard. p. 391. & seqq. Du Pin. Bibl. Eccl. T. VII. p. 157. & seqq. *i* Cave Hist. Litt. an. 858. Catal. Test. L. IX. p. 916. & seqq. Basnage in observatione de Photio apud Canisium T. II. P. II. p. 375. *k* Du Pin Bibl. Eccl. Sæc. IX. c. 15. *l* Catal. Test. L. IX. p. 904. & seqq. Hist. Literaire de la France T. V. p. 151. & seqq. Du Pin Bibl. Eccl. Sæc. IX. c. 13. p. 160. Bruck. Hist. Philos. T. III. p. 612.

Agobardus Lugdunensis [a], *Haymo Halberstadiensis* [b] *Claudius Taurinensis* [c] & *Hincmarus Remensis* [d] Episcopus, *Paschasius Ratbertus* [e], *Bertramus* sive *Ratramnus* [f], *Godeschalcus* [g], *Lupus Servatus* [h], *Walafridus Strabo* [i], *Johannes Scotus* [k]. Et qui scriptis historicis inclaruerunt, *Eginhardus* [l], *Theganus* [m], *Nithardus* [n], *Rhegino* [o], *Usuardus* [p], *Anastasius* Bibliothecarius [q], *Ado Viennensis* [r] & qui Sanctorum vitas scripserunt bene multi [s].

A. 5515. Per. Jul. ad 5613. A. Christ. 800. ad 900.

a Catal. Test. L. IX. p. 966. & seqq. Hist. Lit. de la France T. IV. p. 567. & seqq. Bruck. T. III. p. 609. Cave an. 813. *b* Catal. Test. L. IX. p. 911. & seqq. Hist. Lit. de la France T. V. p. 111. & seqq. Cave an. 841. Du Pin T. VII. p. 176. *c* Catal. Test. L. IX. p. 936. & seqq. Hist. Lit. de la France T. V. p. 223. 224. *d* Sigeber. de Viris illustribus c. 99. Cave an. 845. *e* Catal. Test. L. X. p. 1081. & seqq. Cave an. 844. Du Pin Bibl. Eccl. T. VII. p. 62. & seqq. *f* Catal. Test. L. X. p. 1057. & seqq. Cave an. 840. Du Pin Bibl. T. VII. p. 67. & seqq. *g* Hist. Literaire de la France T. IV. p. 57—60. Cave an. 840. Du Pin T. VII. p. 10. & seqq. *h* Catal. Test. L. IX. p. 1043. & seqq. Cave an. 830. Du Pin T. VII. p. 170. & seq. *i* Cave an. 842. Du Pin T. VII. p. 167. & seqq. *k* Bruck. Hist. Philos. T. III. p. 614. & seqq. Cave an. 858. Du Pin T. VII. p. 16. 72. 77. *l* Schminkius in Dissert. de vita & scriptis Eginhardi. Mabillon Sæc. IV. Benedict. P. V. p. 631. & seqq. *m* Hist. Literaire de la France T. V. p. 45—49. Cave an. 837. Fabric. Bibl. Med. & inf. Latin. *n* Hist. Lit. de la France T. V. p. 204. & seqq. Cave an. 843. Fabric. l. d. *o* Cave an. 892. Fabric. l. d. *p* Hist. Lit. de la France T. V. p. 436. & seqq. Cave an. 876. Du Pin Bibl. T. VII. p. 20. Fabric. l. d. *q* Cave an. 870. Du Pin l. d. p. 195. Fabric. l. d. *r* Hist. Lit. de la France T. V. p. 461. & seqq. Cave an. 859. Du Pin T. VII. p. 200. l. d. *s* Du Pin Bibl. Eccl. Sæc. IX. c. 17. T. VII. p. 194.

A. 5613. Per. Jul. ad 5675. A. Christ. 900. ad 962.

CAPUT VII.

De *tumultibus* Italicis *post mortem* Lamberti & Arnulphi *sub* Berengario, Ludovico Bosonide, Rudolpho & Hugone: *donec* Germani *sub* Ottone I Italiam obtinuerunt *ab anno* 900 *ad* 962.

§. 1.

Ludovici Bosonidis in Italia fatum.

POst mortem *Arnulphi* Imperatoris, *Vidone* etiam eiusque filio *Lamberto* fato functis, perpetui *in Italia* civilium armorum motus exstitere. Quamvis enim *Italiæ* principatus in *Berengarium* recidisse videretur; neque de eo litem moveret *Ludovicus Infans Arnulphi* filius, fuit tamen, postquam ineunte anno 900 *Itali* gravem ab *Hungaris* cladem perpessi fuerant [a], ab *Adelberto*, præpotenti *Tusciæ* marchione, qui *Bertam Lotharii* ex *Waldrada* filiam, *Hugonis* postea Regis matrem, in matrimonio habebat [b], æmulus ei e *Provincia Galliæ* excitus *Ludovicus*, *Bosonis* filius ex *Irmengarde*, filia *Ludovici* II Imperatoris, qui in fugam coniecto *Berengario* regno potitus est *Italiæ* [c], anno 900 [d], ac sequenti ineunte *Romam* veniens nomen & insignia Imperatoris sumsit [e]: verum nondum exacto tertio anno, ex quo in *Italiam* venerat, eiusdem *Adelberti* proditione, *Veronæ* captus a *Berengario* oculis & regno privatur [f], *Augusto* mense anni 902, etsi *Regino* annum 904 adscribat [g], ita tamen ut in *Provinciam* redux nomen Imperatoris servaverit [h].

§. 2.

[a] Luitpr. L. II. c. 4—6. Pag. Crit. an. 900. n. 17—21. [b] Luitpr. L. I. c. 10. [c] Luitpr. L. II. c. 10. Panegyr. Bereng. L. IV. p. 252. apud Leibnit. T. I. Chron. Casin. L. I. c. 61. Sigon. de regno Ital. L. VI. p. 147. 148. [d] Diplomata ab ineunte Octobri anni 900. data exstant apud Murator. Antiq. Ital. T. I. p. 87. 581. Chron. Casaur. apud Acher. T. II. p. 940. [e] Diplomata apud Murator. l. d. p. 365. Ughell. Ital. Sacra. T. IV. p. 271. Regino an. 898. & diplomata a Pagio laudata in Crit. an. 900. n. 15. 16. [f] Luitpr. L. II. c. 10. 11. Panegyr. Bereng. L. IV. p. 253. [g] Chron. Casin. L. I. c. 61. Pag. Crit. an. 902. n. 14. 15. [h] Epistola Christophori Papæ apud Acher. T. III. p. 349. Nummus apud van Loon. P. II. p. 137. Diplomata apud Pag. Crit. an. 903. n. 3. 4. & an. 911. n. 6.

A. 5619. Per. Jul. ad 5675. A. Christ. 900. ad 962.

Berengarius & Rudolphus II.

§. 2. *Berengarius* ergo, conpetitore in *Galliam* reverso, rursus *Italiæ* regnum, sed *Hungarorum* & *Saracenorum* excursionibus exercitum [a], tenuit, & a *Johanne* X festo Paschatis anno 916 Imperator unctus est [b]. Verum *Adelbertus*, *Eporediæ Marchio*, qui *Giselam Berengarii* filiam duxerat [c], aliique proceres *Italiæ*, *Rudolphum* II *Burgundiæ* Regem, *Berengarii* tædio, ad *Italiæ* regnum capessendum vocant [d]. Qui anno 922, fusis *Berengarii* copiis, *Italiæ* Rex appellatus est [e]. *Berengarius Veronæ*, quo se receperat; *Flamberti* cuiusdam insidiis occiditur ineunte anno 924 [f]: eodemque anno *Papia* ab *Hungaris* cremata [g].

Hugo Rex Rudolpho in Burgundiam reverso.

§. 3. *Rudolphus*, mortuo *Berengario*, regnum *Italiæ* haud diu retinuit. Primum enim ab *Ermengarde*, *Adalberti Eporediæ* Marchionis vidua, *Adelberti Tusciæ* Marchionis & *Bertæ* filia, vexatus [h], mox *Burchardo Suevorum* duce, qui in generi *Rudolphi* auxilium venerat, in *Italia* cæso [i], conspiratione *Italorum* regnum, *Rudolpho* ademtum, anno 926 datum *Hugoni Provinciæ* Comiti, *Tetbaldi* & *Bertæ* filio [k]. *Rudolphus* in *Burgundiam* se recepit, ubi anno 937 obiit [l], successore relicto filio *Conrado*, quem ex *Berta Burchardi Suevorum* ducis filia susceperat [m].

Hugo & Lotharius.

§. 4. *Hugo* igitur anno 926 in *Italia* regnare cœpit, ac post annos quatuor, cum *Itali Rudolphum* iterum evocarent, cum eo pactus [n], filium suum *Lotha-*

a Luitpr. L. II. c. 11. 12. 14. Chron. Casin. L. I. c. 52. *b* Chron. Casauriense p. 940. 941. Diplomata apud Ughellum T. IV. p. 61. 588. T. V. p. 146. Pag. Crit. an. 915. n. 3—7. *c* Luitpr. L. II. c. 10. *d* Luitpr. L. II. c. 16. 17. *e* Frodoard. an. 922. Luitpr. L. II. c. 17. 18. Diploma Rudolphi apud Ughellum T. IV. p. 430. & T. V. p. 740. *f* Luitpr. L. II. c. 18—20. L. III. c. 1. Frodoard. an. 924. *g* Luitpr. L. III. c. 1. *h* Luitpr. L. III. c. 2. 3. *i* Luitpr. L. III. c. 4. Contin. Reginon. an. 926. *k* Luitpr. L. III. c. 3. 4. Frodoard. an. 926. Chron. Casin. L. I. c. 61. Charta apud Boucheum T. I. Hist. Provinciæ p. 935. Eccard. Orig. Habsburg. L. I. c. 8. §. 2. 3. Pag. Crit. an. 926. n. 1—6. *l* Frodoard. Herm. Contract. Chron. Augiense & Contin. Regin. an. 937. *m* Luitpr. L. II. c. 16. Herm. Contr. Canisii an. 937. Odilo vita Adelaidis c. 16. apud Leibn. T. I. p. 264. *n* Luitpr. L. III. c. 13. Gundlingiana P. XIII. Diss. I. §. 11.

A. 5613. Per. Jul. ad 5675. A. Christ. 900. ad 962.

Lotharium, ex *Alda* natum, anno desinente 930 in societatem imperii adscivit [a].

Theodora & Marozia Romæ dominantes.

§. 5. Interim, rebus in *Italia* turbatis, *Romæ* meretrices dominabantur, *Theodora* scortum inpudens imperio potita anno 914 amasium suum *Johannem Ravenna* evocatum Papam designari curavit [b]; filia vero eius *Marozia* ex *Sergio* III Pontifice suscepit *Johannem* [c], ex *Alberto* autem *Tusciæ* Marchione *Albericum* [d]: & cum iterum privigno suo *Vidoni*, *Adalberti* ex *Berta* filio, nupsisset [e], eoque adiuvante *Johannem* X Pontificem, á matre constitutum, ineunte anno 928 sede deturbasset, *Vidone* mortuo fratri eius uterino *Hugoni* convenit in manum, dotalem ei *Romæ* principatum adferens anno 932 [f]; sed ab *Alberico Maroziæ* filio statim eo est eiectus, urbisque imperium, re cum *Hugone* conposita, *Marozia* cum *Alberico* tenuit [g], fratre *Alberici Johanne* XI sedem *Romanam* tenente [h].

Berengarius II. Rex.

§. 6. *Hugo*, possessione licet *Romæ* exclusus, post mortem tamen *Vidonis*, fratrem eius *Lambertum Tuscia* privavit, eaque fratrem suum *Bosonem* donavit [i], quem anno 936 adfectati regni suspectum in carcerem coniecit, subrogato filio *Hucberto* [k]: anno vero 938 *Bertam Rudolphi* Regis *Burgundiæ* viduam duxit, filiamque eius *Adelheidam* filio suo *Lothario* conlocavit [l]. Tandem *Berengarius* secundus, *Berengarii* ex *Gisela* nepos, *Eporediæ* Marchio, res novas adversus *Hugonem* molitus, ad *Ottonem Germaniæ* Regem profugit anno 940 [m]; atque inde anno 945 reversus in *Italiam*, cum *Hugone*, ab omnibus derelicto, ita pactus est, ut is cum *Lothario* filio

a Luitpr. L. IV. c. 1. Rubeus Hist. Ravenn. L. V. an. 930. & diplomata apud Eccard. Orig. Habsburg. p. 152. 154. & 160. *b* Luitpr. L. II. c. 13. *c* Luitpr. L. II. c. 13. *d* Luitpr. L. II. c. 13. conferantur Gundlingiana P. XXI. Diss. II. §. 6. Tom. V. p. 55. & seqq. *e* Luitpr. L. II. c. 15. III. 4. *f* Luitpr. L. III. c. 12. Frodoard. an. 933. *g* Luitpr. L. III. 12. IV. 1. Flodoard. an. 933. *h* Luitpr. L. III. 12. V. 1. Pag. Crit. an. 931. n. 1. *i* Luitpr. L. III. c. 13. Flodoard. an. 936. Eccard. Orig. Hasb. L. I. c. 8. §. 6. 10. *k* Luitpr. L. IV. c. 5. Gundling. P. XXI. Diss. II. §. 6. 7. 8. *l* Luitpr. L. IV. c. 6. Porphyrogenneta de administrando imperio c. 26. Mabillon Itinere Italico P. I. p. 222. *m* Luitpr. L. IV. c. 4. L. V. c. 4. 5.

filio Regis nomine contentus, vim regni *Berengario* permitteret [a]. *Hugo* anno ſequente, filio *Lothario* in *Italia* relicto, in *Provinciam* rediit [b]. Et *Lothario* quarto poſt anno, deſinente *Christi* 950, mortuo, *Berengarius* Regis titulum ſumſit, una cum *Adalberto* filio [c].

A. 5613. Per. Jul. ad 5675. A. Christ. 900. ad 962.

§. 7. Sed cum *Adelaidem Lotharii* viduam, etiam invitam, filio ſuo *Adalberto* coniugem dare vellet, ea *Germaniæ* Regem *Ottonem* in *Italiam* invitavit, eique anno 951 nupſit [d]. *Berengarius* anno ſequente in *Germaniam* profectus regnum *Italiæ*, ab eo precario quæſitum, annos deinde circiter 12 tenuit [e]. *Itali* dominatum eius averſati anno 960 *Ottonem* evocant [f], qui anno 961 in *Italiam* profectus [g], ſequenti *Romam* veniens, ab *Johanne* XII Papa, *Alberici* filio, primus ex *Germanis* Imperator coronatus, *Romanos* in ſua verba adegit [h]. *Berengarius* poſt annos duos in *Bavariam* abductus [i] *Babenbergæ* obiit pridie Nonas *Augusti* anno 966 [k].

Otto I. Imperator.

a Luitpr. L. V. c. 8. 12. 13. Frodoard. an. 945. *b* Luitpr. L. V. c. 14. Chron. Caſin. L. I. c. 61. Pag. Crit. an. 945. n. 1. 2. *c* Frodoard. an. 950. Chron. Caſin. l. d. Chron. Novaliciense apud Theſ. T. III. p. 636. *d* Odilo vita Adelheid. c. 2. Hroſwita c. 15. verſ. 492. & ſeqq. apud Rubeum T. I. p. 242. Anon. vitæ Mathild. c. 1. p. 690. Donnizo vita Mathild. p. 634. Chron. Caſin. L. I. c. 61. Contin. Regin. an. 951. Frodoard. an. 951. Chron. Novalic. p. 637. 638. Pag. Crit. an. 951. n. 1. 2. *e* Contin. Regin. Frodoard. an. 952. Hroſwita c. 21. verſ. 694. & ſeqq. Witichindus L. III. p. 652. Ditmarus p. 332. *f* Contin. Regin. an. 960. Arnulphus Mediolanenſis de geſtis Mediolanenſium L. I. c. 4—6. in Theſ. Ital. T. IV. P. I. Luitpr. L. VI. c. 1. *g* Contin. Regin. an. 961. *h* Luitpr. L. VI. c. 1. Chron. Caſin. L. I. c. 61. Herm. Contractus & Contin. Regin. an. 962. Lunig Cod. Diplom. Ital. T. I. p. 6. *i* Contin. Regin. & Ann. Hildesheim. an. 964. Ditmarus. L. II. p. 333. Hroſwita c. 25. vſ. 812. & ſeqq. *k* Contin. Reginon. & Necrol. Fuld. ad an. 966.

A. 5613. Per. Jul. ad 5715. A. Christ. 900. ad 1002.

CAPUT VIII.

De rebus Germanicis *ab anno* 900 *ad* 1002, *ubi de rebus a* Ludovico Infante, Conrado, Henrico Aucupe, Ottone I, Ottone II & Ottone III *gestis agitur.*

§. 1.

Zwentiboldus & Ludovicus infans. Hungari in Germania.

ARnulphus desinente anno 899 moriens [a] præter *Zwentiboldum*, quem ex concubina susceptum anno 895 Regem *Lotharingiæ* renunciari curaverat [b], reliquerat filium legitimum, ex *Uta* anno 893 natum [c] *Ludovicum*, quem, licet minorennem Principes *Germaniæ* loco patris Regem appellarunt anno 900 [d]; eodemque anno, *Zwentiboldo* Idibus *Augusti* in prælio cæso [e], *Lotharingia* ad ius regni *Germanici* rediit. Ceterum fuit sub principe eius ætatis turbata rerum facies; aucta enim virorum principum auctoritate, non tantum inter se bella civilia gesserunt [f], sed & *Hungari* per *Germaniam* effusi multa damna dederunt [g]. Obiit anno 911 [h], cum eoque *Carolorum* mascula posteritas in *Germania* defecit [i].

Conradus I, sub quo Lotharingia Gallorum facta.

§. 2. Eius in locum post diem quintum Nonas *Octobres* anno 911 [k] *Germaniæ* Principes suo suffragio substituunt *Conradum Francorum* Ducem, filium *Conradi*, qui ex *Uta* & *Werinhero* [l] natus, frater uterinus *Ludovici Infantis* fuerat [m]. Fuit eius regnum par-

a Ann. Saxo an. 899. *b* Regino & Herm. Contr. an. 895. Chron. Leod. an. 896. apud Martene Thes. Anecd. T. III. p. 1406. *c* Herm. Contr. & Ann. Fuld. an. 893. in diplomate Ludovici apud Getzerum in appendice p. 535. *d* Regino an. 900. Hatto in epistola ad Johannem IX. Papam in appendice documentorum ad Goldasti historiam Bohemic. T. I. p. 6. Otto Frising. L. VI. c. 14. Aventin. L. IV. c. 21. §. 1. *e* Regino. Herm. Contr. Ann. Saxo an. 900. *f* Regino. Ann. Saxo an. 902. 903. 905. Luitpr. L. II. c. 3. Witich. L. I. p. 635. Chron. Wirziburgense an. 907. 908. apud Baluz. Miscell. T. I. p. 506. *g* Ann. Fuld. Ann. Saxo an. 901. Contin. Regin. & Chron. Augiense an. 907—910. Chronica Australis an. 900—910. Luitpr. L. II. c. 1. 2. Aventin. L. IV. c. 21. §. 8. 9. *h* Herm. Contr. Canisii. Contin. Regin. Hepidan. an. 911. *i* Herm. Contr. l. d. Otto Frising. L. VI. c. 15. *k* Diploma apud Hergott. Orig. Habsburg. T. II. p. 63. & aliud apud Eccard. Rerum Franc. Orient. T. II. 899. *l* Witichind. L. I. p. 634. Ditmar. L. I. p. 325. Contin. Regin. Ann. Saxo & Hepidan. an. 911. *m* Albertus Stadens. an. 907. Chron. Wirziburgense an. 912. Eccard. Orig. Habsburg. L. II. c. 1. §. 2.

partim motibus *Lotharingicis*, ubi *Raginerius* eiusque filius *Gisilbertus* rem ad *Carolum Simplicem* deferebant [a], partim bellis intestinis contra *Henricum Saxonem* [b], *Bertholdum* & *Erchingerum Suevos* exercitum [c]. Accedebant ad malorum cumulum *Hungarorum* per id tempus in *Germaniam* excursiones [d]. Donec post septem regni annos obiit desinente anno 918 [e], nulla virili prole relicta [f].

A. 5613. Per. Jul. ad 5715. A. Christ. 900. ad 1002.

§. 3. Itaque ipso commendante plerorumque Principum consensu regnum accepit *Henricus*, qui *Auceps* dicitur [g], *Ottonis* illustris & *Hathuidae* filius [h], *Ludolphi* Ducis *Saxonum* ex *Oda Billungana* nepos [i], genus probabiliter referens ad *Brunonem Angriorum* ducem, *Witichindi* generum [k]. Hic rebus domi cum *Burchardo Sueviae* [l] & *Arnulpho Boioariae* Duce compositis [m], magna cum exteris bella feliciter gessit: nam & *Lotharingiam*, a *Carolo Simplice* aliquamdiu possessam, recuperavit [n], *Slavos* [o], & *Danos* [p] contudit: duplex cum *Hungaris* bellum gessit, quos cum primum datis muneribus placasset [q], postea, rebus domi stabilitis, anno 933 maxima clade adfecit,

Henricus Auceps Rex Lotharingiam recuperat. Hungaros reprimit.

[a] Chron. breve S. Galli ad an. 912. 913. Ann. Saxo an. 916. Diploma Caroli Simplicis apud Miraeum T. II. p. 937. Gundling. in Henrico Aucupe p. 68—70. [b] Witich. L. I. p. 635. 636. Ditmar. L. I. p. 325. Luitpr. L. II. c. 7. Sigeb. Gembl. Ann. Saxo an. 914. 915. 918. [c] Ekkehardus Junior de casibus monasterii S. Galli c. 1. p. 15—18. apud Goldast. Alem. T. I. Hermannus Contr. an. 911. 917. Chron. S. Gall. an. 914. Augiense an. 917. Hepidan. an. 916. [d] Contin. Regin. an. 912—917. Herm. Contr. an. 912. 916. 917. Chron. Augiense an. 913. 915. 917. [e] Luitpr. L. II. c. 7. Witich. L. I. p. 636. Hepidan. Herm. Contr. an. 918. Hahn. Hist. Imp. P. II. c. 1. §. 6. lit. g. [f] Ekkehardus Junior cap. 5. p. 30. [g] Luitpr. L. II. c. 7. Ekkehard. l. d. Witich. L. I. p. 636. Contin. Regin. Chron. Metens. & alii an. 919. [h] Vita Mathildis c. 1. p. 193. Hroswita de Gestis Ottonis p. 230. [i] Hroswita in carmine de primordiis Coenobii Gandersheimensis p. 319. 320. Witich. L. I. p. 634. Gundl. in Henrico Aucupe §. 2. [k] Eccard. in notis ad vitam Hathumodae p. 33. 34. [l] Witich. L. I. p. 637. Hepidan. in vita S. Wiboradae c. 28. Ann. Saxo. an. 919. [m] Luitpr. L. II. c. 7. Witich. l. d. Otto Frising. L. VI. c. 18. Albertus Stadens. Albericus & Ann. Saxo an. 920. [n] Contin. Regin. an. 923. 924. Sigeb. Gembl. an. 923. 927. Witichind. L. I. p. 637. 638. Otto Frising. L. VI. c. 18. Ann. Metens. p. 332. [o] Witich. L. I. p. 639. Ditm. L. I. p. 326. 327. Sigeb. an. 925. [p] Witich. L. I. p. 641. Ditm. L. I. p. 327. Contin. Regin. Ann. Saxo an. 931. [q] Witich. L. I. p. 638. Luitpr. L. II. c. 8. 9. Contin. Regin. & Sigeb. an. 924. Herm. Contr. an. 925. 926.

A. 5613. Per. Jul. ad 5715. A. Christ. 900. ad 1002.

fecit, *Germanos*que a tributo pendendo inmunes præstitit [a]. Tandem *Romam* profecturus, morbo prohibitus [b], obiit VI Nonas *Julii* anno 936, ætatis 60 [c], cum regnasset annos, non 16 ut *Ditmarus* habet, sed 17 & aliquot menses, ut diplomata conprobant [d]. Uxores habuit *Hatteburgam Tancmari* matrem; eaque dimissa *Mathildam*, *Witikindi* genere ortam, quæ ei præter tres filios *Ottonem*, *Henricum* & *Brunonem* peperit filias *Gerbergam* & *Hadwigam*, quarum prior *Giselberto* & dein *Ludovico Transmarino*; altera *Hugoni* Duci nupsit [e].

Otto vere magnus.

§. 3. *Otto* iam ante a patre successor designatus, post levem cum fratre *Henrico* contentionem regnum *Germaniæ* obtinuit anno 936 [f], non minus re ipsa quam nomine magnus [g]. Regnum habuit multis exercitum motibus. Domi statim sub initium turbarunt *Eberhardus*, *Conradi* quondam Regis frater, & *Tancmarus* [h]; sed *Tancmaro* altero anno regni *Ottonis* cæso [i], novi ex *Bavaria* motus post mortem *Arnulphi* intervenerunt, quibus feliciter conpositis [k], gravius bellum moliti sunt *Eberhardus*, *Giselbertus* Dux *Lotharingiæ*, qui *Gerbergam Ottonis* sororem in matrimonio habebat, & *Henricus* Regis frater, quibus se inmiscuit *Ludovicus Ultramarinus* Rex *Galliæ*; verum victis ad *Rhenum* inferiorem hostibus, *Eberhardo* & *Giselberto* ad *Andernacum* anno 939

a Witich. L. I. p. 639. 641. Luitpr. L. II. c. 8. 9. Otto Frising. L. VI. c. 18. Frodoard. an. 933. Contin. Regin. an. 934. Ann. Saxo an. 933. *b* Witich. L. I. p. 641. Contin. Regin. an. 935. *c* Ditmar. L. I. p. 328. Contin. Regin. Herm. Contr. Ann. Saxo & Hepidannus an. 936. *d* Apud Meibom. T. I. p. 739. Schaten. Ann. Paderb. P. I. p. 266. Hund. Metrop. Salisb. T. I. p. 90. *e* Ditmar. L. I. p. 324. 326. Witich. L. I. p. 638. Genealogia Arnulphi apud Butkens Troph. in Probat. p. 3. Auctor vitæ Mathild. c. 1. Anon. apud Leibn. T. I. p. 707. Hroswita de gestis Ottonis p. 231. Luitpr. L. IV. c. 7. Albericus an. 937. Frodoard. an. 938. Ann. Saxo an. 911. *f* Witichin. L. II. p. 642. 643. Auctor vitæ Mathildis c. 2. §. 11. Ditm. L. I. p. 328. Hroswita de gestis Otton. c. 4. p. 233. Luitpr. L. IV. c. 7. 8. Contin. Regin. Herm. Contr. Ann. Saxo. Hepidan. an. 936. *g* Witich. L. II. p. 650. Luitpr. L. IV. c. 7. & *magni* nomen ei datur in diplomate apud Meibom. T. I. p. 750. *h* Witich. L. II. p. 644. Contin. Regin. an. 937. 938. Hroswita c. 6. *i* Ditmar. L. II. p. 331. Witich. L. II. p. 645. Ann. Saxo an. 938. *k* Witich. L. II. p. 644. 653. Contin. Regin. Herm. Contr. an. 937. 938. Chron. Augiense an. 938.

939 oppressis, fratre vero *Henrico* in gratiam recepto, coactus est Rex *Galliæ* anno 942 pacem petere[a]: atque ita *Lotharingia* deinceps in Regum *Teutonicorum* ditione mansit[b], quæ paullo post *Conrado Francorum* Duci & *Ottonis* genero data[c], quemadmodum *Henricus* Regis frater post mortem *Bertoldi Bavariæ* ducatum anno 945 accepit[d], a quo nova Ducum familia propagata.

A. 5613. Per. Jul. ad 5715. A. Christ. 900. ad 1002.

Bohemos Sclavos, Hungaros & Danos vincit.

§. 5. Interim anno 938 ortum erat bellum *Bohemicum* contra *Boleslaum*, quod anno demum 950, *Boleslao* deditionem faciente, conpositum[e]: quemadmodum bellis *Sclavicis* sæpe vexatus, urbem *Brennaburg* cepit, *Ucranos* ad tributum pendendum[f] adegit. *Hungaros Germaniam* infestantes repressit & anno 955 ad internecionem delevit[g]. *Danorum* quoque Regem *Haraldum* circa annum 948 vicit, ac *Cimbricam Chersonesum* victor pervagatus nominis sui monumentum in freto *Ottoniano*, *Ottensunt* dicto, reliquit[h].

Motus domesticos componit.

§. 6. Anno vero 950 ab *Adelaide*, *Lotharii Hugonis* filii vidua, in *Italiam* evocatus, eam uxorem duxit; quæ res novis in *Germania* motibus occasionem præbuit, rebellantibus contra patrem *Ludolpho*, & *Conrado* Regis genero; sed armis superior *Otto* anno 954 *Sueviam*, filio *Ludolpho* ademtam, *Burcardo* II Comiti *Rhætico*, *Lotharingiam* fratri suo

 Bru-

[a] Witich. L. II. p. 645—648. Ekkehardus de Monast. S. Galli c. 5. Hroswita c. 7—10. Ditmar. L. II. p. 338. Luitpr. L. IV. c. 9—11. 14. 16. 17. Contin. Regin. & Chron. Augiens. an. 939. Frodoard. Ann. Saxo an. 939—942. Herm. Contr. an. 939. 940. 442. Sigeb. an. 940—943. [b] Otto Frising. L. VI. c. 19. [c] Witich. L. II. p. 649. Contin. Regin. an. 943. Ann. Saxo an. 942. 943. [d] Witich. L. II. p. 649. Hroswita c. 11. Vita Mathild. c. 2. §. 11. Contin. Regin. Ann. Saxo an. 945. [e] Ditmar. L. II. p. 331. Witich. L. II. p. 643. 644. III. p. 652. Sigeb. & Contin. Regin. an. 950. Cosmas Pragens. p. 12. 13. Du Bravius L. V. p. 137—141. Goldast. Rer. Bohem. L. II. c. 3. §. 9—19. [f] Witich. L. II. p. 647. 649. III. p. 657. & seqq. Ditmar. L. II. p. 333. Adam. Brem. L. II. c. 3. Ann. Saxo an. 960. Contin. Regin. an. 955. 957. 959. 960. [g] Ditmar. L. II. p. 332. 333. Witichind. L. III. p. 656. 657. Chron. Wirziburgense an. 938. 955. 956. Ann. Saxo. Herm. Contr. Contin. Regin. an. 955. Vita Brunonis c. 30. Pag. Crit. an. 954. n. 2—4. 955. n. 2—5. [h] Adam. Brem. L. II. c. 2. Helmold. L. I. c. 9. Albertus Stadensis an. 948. Chron. Saxo an. 952.

A. 5613. Per. Jul. ad 5715. A. Christ. 900. ad 1002.

Brunoni Episcopo *Coloniensi* cum Archiducis titulo concessit [a].

Imperator Romæ coronatus, Johanne XII damnato, ius principis circa sacra adserit.

§. 7. Iterumque anno 960 in *Italiam* contra *Berengarium* evocatus [b], cum anno 961 successorem sibi filium *Ottonem* designari curasset [c], & *Hermannum Billungum*, materno sibi genere iunctum, *Saxoniæ* ducem constituisset [d], anno 962 *Romam* veniens a *Johanne* XII Papa, *Alberici* filio, Imperator coronatus, *Romanos* in sua verba adegit [e], eodemque anno *Waltherum de Gonzaga* vicarium imperialem & primum *Mantuæ* marchionem creavit [f]. Sed eo *Roma* digresso, *Johannes*, qui *Octavianus* antea dicebatur, ab *Ottone* deficiens, *Adelbertum Berengarii* filium *Romam* evocavit. Contra quos *Otto* reversus cum exercitu, fugatis ambobus, *Johanni* in conventu Episcoporum Episcopatum abrogat, subfecto *Leone* VIII anno 963 [g]. Rursusque anno sequente tumultuantes *Romanos* [h] magna clade conpescuit [i]. Sed *Johanne* Papa inter hæc pridie Idus *Maii* anni 964 mortuo, ab iisdem *Romanis* subrogatus est *Benedictus*, quem *Otto* gradu deiectum secum in *Germaniam* abduxit [k], qua occasione *Leo* de consensu *Romanorum* imperium *Romanum* perpetuum Regno *Germaniæ* copulasse creditur [l], ac *Leone* anno 965 extincto, successorem eius *Johannem* XIII contra tumultuantes *Romanos* for-

[a] Witichind. L. III. p. 651—655. Ditmar. L. II. p. 331. 332. Vita Mathildis c. 4. §. 18. Vita Brunonis c. 15—18. 21. Contin. Regin. Chron. Augiense an. 954. Frodoard. Ann. Saxo an. 951. 953. 954. Ann. Hildenshelm. an. 953. [b] Contin. Regin. an. 960. Anon. Salernitanus Camilli Peregrinii in Thes. Ital. T. IX. P. I. p. 132. 133. [c] Vita Brunonis c. 36. apud Leibnit. T. I. Brunsv. p. 286. Contin. Reginon. an. 961. [d] Witichind. L. II. p. 643. III. p. 654. Annales apud Meibom. T. I. p. 444. Helmold. L. I. c. 10. Adam. Brem. L. II. c. 4. Meibom. Vindic. Billing. T. III. p. 42. van Loon P. II. p. 171. [e] Ditm. L. II. p. 333. Luitpr. Append. c. 1. Otto Frising. L. VI. c. 22. Hrofwita de gestis Ottonis c. 24. Contin. Regin. Frodoard. Herm. Contr. an. 962. Chron. Casin. L. I. c. 61. Pag. Crit. an. 962. n. 1—6. [f] Lunig Cod. Dipl. Ital. T. I. p. 1341. [g] Appendix ad Luitpr. c. 1—5. Acta apud du Mont. T. I. P. I. p. 39. 40. Cont. Regin. Herm. Contr. Ann. Saxo an. 963. Crantz. Saxon. L. IV. c. 10. Usser. Eccl. Succes. c. 2. §. 13. 14. [h] Concil. Romanum apud Hard. T. VI. P. I. p. 632. [i] Contin. Regin. Herm. Contr. Ann. Saxo an. 964. Iperii Chron. c. XXVI. parte 2. [k] Contin. Regin. Lamb. Schafnab. Herm. Contr. Ann. Saxo an. 964. Ditmar. L. II. p. 337. Conc. apud Hard. T. VI. P. I. p. 637. [l] Struv. Hist. Juris Publ. cap. ult. §. 2. Lunig Spicil. Eccl. P. I. p. 139.

fortiter & severe tutatus est [a], eademque occasione in concilio *Ravennatensi* anno 967 Archiepiscopatum *Magdeburgensem* instituit [b].

A. 5613. Per. Jul. ad 5715. A. Christ. 900. ad 1002.

Res cum Græcis & Burgundis.

§. 8. Post hæc *Græcorum*, quibus tum *Nicephorus Phocas* imperabat, perfidiam ultus, *Calabriam Apuliam*que anno 970 [c] invasit, sed transmissa a *Zimisce Theophania* pacem cum *Græcis* coluit [d]. Quemadmodum iam olim *Rudolpho* II *Burgundiæ* Rege anno 937 mortuo [e], filio eius *Conrado* in potestatem redacto, supremum sibi in regnum *Burgundiæ* ius vindicaverat [f]. Mortuus est anno 973 Nonis *Maii*, feria 4 ante Pentecosten, ac *Magdeburgi* sepultus est [g]. Uxores duas habuit, ex *Editha Anglica* natus ei est filius *Ludolphus* & filia *Luitgarda*, quæ *Conrado Francorum* Duci nupsit [h]: ex *Adelheida*, *Conradi* Regis *Burgundiæ* sorore, *Henricus*, *Bruno* & *Otto* II, filiæ *Adelheida* & *Mathildis* [i]. Ex concubina vero *Sclavica* suscepit *Wilhelmum* Archiepiscopum *Moguntinum* [k].

Otto II. Res in Germania gestæ.

§. 9. *Otto* II natus anno 955 [l], septennis puer *Aquisgrani* Rex unctus [m], & a *Johanne* XIII anno 967, die natali Domini [n], Imperator coronatus ab eo tempore una cum patre regnavit [o]; solus post patris mortem annos 10 & menses septem. Imperium eius internis externisque bellis exercitum fuit: in-

a Contin. Regin. Ann. Saxo an. 965—967. Herm. Contr. an. 969. 970. *b* Hard. Conc. T. VI. P. I. p. 653. Chron. Saxo an. 969. *c* Camillus Peregrinius in Thes. Ital. T. IX. P. I. p. 136. *d* Witich. L. III. p. 659. 661. Ditmar. L. II. p. 334. Otto Frising. L. VI. c. 24. Contin. Regin. & Ann. Saxo an. 967. Berardus in Chron. Casaurienfi an. 968. Anon. Salernitanus apud Murator. T. II. P. II. *e* Herm. Contr. an. 912. & 937. *f* Witich. L. II. p. 649. Frodoard. an. 937. 940. *g* Witichind. L. III. p. 663. Ann. Saxo. Ann. Hildensh. Herm. Contr. an. 973. *h* Witich. L. I. p. 640. & 650. Ann. Saxo an. 930. & 947. Hroswita de laudibus Ottonis c. 12—14. Gundlingiana Parte XXXVII. Diss. III. Tom. VIII. p. 159. *i* Witich. L. III. p. 652. Odilo vita Adelaidis c. 4. p. 264. Chron. Quedlinburg. an. 955. & 999. Ditmar. L. III. p. 333. 347. Gundling. P. VII. Diss. 1. §. 15. *k* Witich. L. III. p. 661. Ditmar. L. II. p. 338. Contin. Regin. an. 928. Marianus Scotus an. 954. *l* Contin. Regin. an. 955. *m* Albericus & Contin. Regin. an. 961. *n* Ditmar. II. p. 333. 338. 339. Witich. L. III, p. 661. Contin. Regin. Ann. Hild. an. 967. *o* Diploma apud Miræum T. III. p. 297. Schaten. Ann. Paderb. L. IV. p. 316. In privilegio Johannis Papæ apud Acher. T. II. p. 570. & apud Eccard. T. II. p. 146.

A. 5613. Per. Jul. ad 5715. A. Christ. 900. ad 1002.

inteftinis, occafionem præbuit eius patruelis *Henricus* Dux *Bavariæ* regni cupidus [a], quod bellum traxit *Danicum* [b] & *Bohemicum* [c]: dum altera parte ftatim fub initium *Ottonis* in *Lotharingia* turbant *Raginerius* & *Lambertus*, filii *Raginerii Longicolli* [d], quem *Bruno* ante ditionibus exuerat [e], quibus motibus conponendis cum *Otto* anno 977 *Carolum*, *Lotharii* Regis *Galliæ* fratrem, Ducem *Lotharingiæ* inferioris renunciaffet [f], id ægre ferens *Lotharius* aperte arma in *Ottonem* vertit, quæ lis tamen anno 980 conpofita [g].

Bellum cum Græcis.

§. 10. Itaque ftabilitis domi rebus eopfe anno profectus eft in *Italiam* [h], ubi Cæfaris auctoritas fpernebatur, rebusque in campis *Roncalicis* conpofitis [i], *Apuliam* & *Calabriam* obtinendi cupidus vertit in *Græcos* [k], fed magna ab iis clade anno 982 accepta [l], dum parat arma, moritur VII Idus *Decembris* anni 983 [m]. Uxor ei fuit *Theophania*, *Græci* Imperatoris *Romani* Iunioris filia, & *Nicephori Phocæ* privigna [n], nupta anno 972 [o], ex qua ei natus filius unicus *Otto* III, & tres filiæ, *Sophia Gandersheimenfis*, *Adelheida Quedlinburgenfis* Abbatiffa, & *Mathildis Ezoni* Palatino Comiti nupta [p].

Otto III. Rex Germaniæ.

§. 11. Patri fucceffit *Otto* III oppido puer, circa annum 980 natus [q]. Fuerat quidem vivo patre in con-

[a] Lamb. Schafnab. Sig. Gembl. Ann. Hildesh. an. 974. Ann. Saxo an. 975. Ditmar. L. III. p. 342. [b] Ditmar. l. d. Lamb. Schafn. an. 974. [c] Ditmar. L. III. p. 343. Gerardus in vita S. Udalrici c. 28. §. 80. 81. Lamb. Schafn. an. 975. 977. Ann. Saxo an. 975. 976. [d] Sigeb. Gembl. an. 974. 976. Albericus. Ann. Saxo an. 974. Baldericus Chron. Camerac. L. I. c. 94. 95. [e] Frodoard. Ann. Saxo an. 957. Regino an. 958. Sigeb. Gembl. an. 959. [f] Sigeb. Gembl. Contin. Frodoar. & Nangius an. 977. apud du Chesn. T. II. p. 626. [g] Glaber Rudolphus L. I. c. 3. Gulielmus de Nangiaco an. 977. & 980. Sigeb. Gemblac. an. 978. 980. Ann. Saxo an. 977. & 980. [h] Arnulphi gefta Mediolanenfium L. I. c. 8. Sigeb. Gembl. Saxo & Ann. Hildesh. an. 980. [i] Sigon. Regni Italici L. VII. an. 973. & 980. [k] Chron. Cafin. L. II. c. 9. Ditmar. L. II. p. 346. Chron. Saxo an. 981. Hepidan. an. 988. Giannone L. VIII. c. 3. [l] Ditmar. Chron. Cafin. & Arnulphus ll. dd. Alpertus de diverfitate temporum c. 24. Hepidan. an. 988. Chron. Saxo. Herm. Contr. & Sigon. an. 982. [m] Ditmar. L. III. p. 347. Necrolog. Fuldenfe an. 983. Vita Meinwerci §. 5. apud Leibnit. T. I. p. 519. [n] Contin. Regin. an. 967. Sigeb. Gembl. an. 971. Ditmar. L. II. p. 334. [o] Witich. L. III. p. 661. Albericus & Ann. Hildesh. an. 972. [p] Ann. Saxo an. 991. Ditmar. L. IV. p. 349. & 360. [q] Ann. Saxo an. 980. Ditmar. L. IV. p. 353.

conventu *Veronensi* anno 983 successor designatus[a], & paullo post *Aquisgrani* ipso die natali Domini coronatus[b]: litem tamen, prætextu tutelæ puero Rege in potestatem redacto, movit *Henricus* Dux *Bavariæ*, regni ipse cupidus; sed consensu Principum Regem matri aviæque restituere, ipseque gratiam implorare coactus est anno 984[c].

A. 5613. Per. Jul. ad 5715. A. Christ. 900. ad 1002.

§. 12. Usus tamen ea occasione *Lotharius* Rex *Galliæ Lotharingiam* recuperare adnisus est, sed spe sua frustratus pacem composuit anno 985[d]. A quo tempore *Slavica* bella per intervalla alternante fortuna gesta sunt[e], ita tamen ut *Miseco Polonorum* Dux Regis se fidei committeret anno 986[f]. Habuit & bellum cum *Suenone Daniæ* Rege[g].

Bella Sclavica & Danica.

§. 13. Tandem rebus domi compositis *Italiam* adiens, *Romæ* a *Gregorio* V, quem Papam creaverat, XII ante Kal. *Junias* anni 996 Imperator coronatus est[h]. Biennio post in *Crescentium*, *Romæ* tyrannidem molientem, & *Johannem* XVI a *Crescentio* Pontificem designatum, severius animadvertit[i], quo tempore alii[k] pactum de *Romano* Imperio cum *Germaniæ* regno æternum coniungendo renovatum; alii[l], minori fide[m], VII Electores institutos volunt. Simul & *Gregorio*, IV Idus *Martii* anni 999 mortuo[n], successorem dedit *Gerbertum*, qui *Sylvester* II dictus est[o].

Imperator coronatus summum Romæ imperium exercet.

 In-

[a] Ditm. L. III. p. 347. Chron. Saxo an. 983. [b] Ditmar. l. d. Auctor vitæ Meinwerci §. 5. Ann. Saxo & Ann. Hildesh. an. 984. [c] Ditmar. L. III. p. 347. 348. Vita Godehardi apud Leibnit. T. I. p. 485. Ann. Hildesh. Ann. Saxo & Sigeb. Gemb. an. 984. [d] Wilhelmus Nangius & Sigeb. Gembl. an. 984. 985. Gerbertus epist. 57. 58. & 100. Historia Episcoporum Virdunensium apud Acher. T. II. p. 238. [e] Ditmar. L. IV. p. 349. 350. 352. Helmold. L. I. c. 15. Lamb. Schafn. Chron. Saxo. Ann. Hildesh. an. 983. 986—995. [f] Ditmar. L. IV. p. 349. Ann. Saxo & Ann. Hildesh. an. 986. [g] Ditmar. L. IV. p. 352. Helmold. L. I. c. 15. n. 9. 10. [h] Ditmar. L. IV. p. 353. Ann. Saxo. Chron. Quedlinb. & Hildesh. an. 996. Glaber Rudolphus L. I. c. 4. [i] Vita Meinwerci §. 10. Ditmar. L. IV. p. 354. Arnulphus de gestis Mediolan. L. I. c. 10. Chron. Casin. L. II. c. 18. Petrus Damiani vita Romualdi c. 25. Ann. Saxo. Chron. Quedlinb. an. 997. 998. [k] Arnulphus l. d. Platina vita Gregorii V. Conring. de Imper. Germ. c. X. §. 32. Gundling. p. XVII. Diss. II. §. 12. [l] Baron. ad an. 996. [m] Vid. Lehm. Chron. Spir. L. V. c. 17. Pag. Crit. an. 996. §. 10—15. [n] Vita Meinwerci §. 10. [o] Eique, refellens falsam donationem Constantini Magni, & alteram iniuria a Carolo Calvo factam, octo Comitatus dono dedit apud Lunig Codice Italiæ diplom. T. I. p. 7. seqq.

Inde redux, *Poloniam* anno 1000 ad invisendum S. *Adelberti* sepulcrum adiens, *Boleslaum* Ducem variis ornat beneficiis [a]. Tertiumque in *Italiam* profectus, conpositis *Romæ* tumultibus [b], *Germaniam* repetiturus, *Paterni* obiit IX an X ante Kal. *Febr.* anno 1002 [c], non sine suspicione veneni a *Stephania Crescentii* vidua dati [d]. Uxorem nunquam duxit, quod enim de *Maria Arragonensi* refert *Godefridus Viterbiensis* [e] lepida est fabula, nec *Crescentii* vidua iustæ uxoris loco habita [f], prolem igitur non reliquit [g].

A. 5625. Per. Jul. ad 5701. A. Christ. 912. ad 988.

CAPUT IX.

De rebus Francicis, *sub Regibus* Carolo Simplice, Roberto, Rudolpho, Ludovico Transmarino, Lothario, & Ludovico, *in quo stirps* Caroli *defecit: ab anno* 912 ad 988.

§. 1.

Potentes in Gallia Principes.

INter hæc *Francorum* in *Gallia* regnum ægre *Caroli Magni* posteri tuebantur, nomine magis quam re Reges. Viri quippe Principes, stabilita per priores tumultus potestate, provincias, non ex voluntate Regis ad tempus, sed quasi proprias perpetuo iure tenebant. Inter hos eminebant *Robertus*, *Roberti* illius, quem anno 867 in pugna contra *Normannos* cecidisse diximus [h], filius, frater *Odonis* Regis, Dux *Francorum* [i]; *Heribertus Veromanduorum* Comes: *Richardus Bosonis* frater, Dux *Burgundiæ* [k]: & *Wilhelmus* Dux *Aquitaniæ* [l].

§. 2.

a Ditmar. L. IV. p. 357. Vita Meinwerci §. 9. Chron. Hildesh. Ann. Saxo an. 1000. Chron. Magdeburg. apud Canis. T. III. P. I. p. 65. & Ademarus Ib. p. 67. *b* Ditmar. L. IV. p. 357. Tancmarus vita S. Berwardi c. 24. *c* Ditmar. L. IV. p. 358. Vita Meinwerci §. 10. Tancmarus l. d. c. 33. Necrolog. Hildesiense apud Leibnit. T. I. p. 763. *d* Reinerus vita S. Wolbodonis §. 9. Chron. Casin. L. II. c. 24. Chron. Saxo an. 1002. *e* Viterbiensis P. XVI. p. 481. & alii ipsum secuti. *f* Rupertus Tuitiensis vita S. Heriberti c. 3. §. 10. p. 480. T. II. mensis Martii Actor SS. ad d. XVI. *g* Arnulphus de gestis Mediol. L. I. c. 12. *h* Supra C. IV. §. 5. *i* Fragm. apud Chesn. T. II. p. 589. Chron. Floriac. Ib. T. III. p. 349. & Frodoardus. *k* Chron. S. Benigni apud Acher. T. II. p. 379. & Besuense Ib. p. 411. Aimoin. L. V. c. 41. *l* Fragm. Hist. Franc. apud Chesn. T. III. p. 339. Frodoard. an. 924.

§. 2. Et quamvis *Carolus*, qui *Simplex* dicitur, occasione mortis *Ludovici Infantis* Regis *Germaniæ*, adiuvante *Raginerio* anno 912, a quo annos largioris hereditatis numerare solet, *Lotharingiæ* regnum ex parte occupaverit; filiumque *Raginerii Giselbertum* anno 916 *Lotharingiæ* Ducem [a]; *Theodoricum* quoque anno 923 in ea *Frisiæ* parte, quæ *Hollandiæ* nomine venit, Comitem renunciaverit [b]: fuit tamen *Normannorum* in *Britanniam* [c]; *Hungarorum* ab anno 917 in *Burgundiam* excursionibus [d], maxime tamen Principum studiis regia concussa maiestas: ea igitur in dies senescente, anno 920 Principes apud *Suessiones* coeuntes aperte a *Carolo* descifcunt, quod *Haganonem Laudunensem* mediæ sortis hominem summæ rerum præfecerat, qui motus, licet interventu *Herivæi Remensis* Episcopi utcunque conpositi fuerint [e], biennio post in apertum bellum eruperunt, *Roberto* factione Principum Rege designato & exeunte *Junio* ab *Herivæo* coronato; quo tempore *Herivæus* ipse post tres dies VI Nonas *Julii* anno 922 mortuus est [f]. Sequente vero *Robertus*, nondum exacto anno regni, in *Suessionibus* contra *Carolum* pugnans victor occubuit XVII ante Kal. *Julias* [g].

A. 5625. Per. Jul. ad 5701. A. Christ. 912. ad 988.

Contra Carolum Simplicem Rex designatus Robertus in acie cadit.

§. 3. Nec ita diu post, ad vacuam regni possessionem vocatus est *Rudolphus* Dux *Burgundiæ* [h]: *Carolus* autem ab *Heriberto* prætextu reconciliandæ pacis in casses pellectus in castellum *Theodorici* ad *Matronam* flumen includitur; unde *Peronam* translatus, captivus obiit anno 929, relicto ex *Eadgina*, *Alstani*

Carolus in custodiam datus.

[a] Fragmentum apud Urspergensem p. 211. Ann. Saxo an. 916. [b] Klaas Kolyn p. 261. & seqq. Chron. Egmund. c. 6. ibique Matthæus & Anonymus in Observ. Miscell. T. IV. p. 265—270. [c] Frodoard. an. 919. 921. [d] Chron. S. Medardi apud Acher. T. II. p. 488. Herm. Contr. an. 917. [e] Frodoard. an. 920. & in Hist. Remensi L. IV. c. 15. Fragm. Hist. Franc. apud Chesn. T. III. p. 339. [f] Frodoard. an. 922. & Hist. Remensi L. IV. c. 17. Fragm. Hist. Franc. l. d. Chron. Floriac. apud Chesn. T. III. p. 347. Chron. S. Petri Vivi p. 468. [g] Frodoard. an. 923. Contin. Regin. an. 922. Chron. S. Petri Vivi & Floriac. ll. dd. Aimoinus de Miraculis S. Beradi c. 3. Ib. p. 451. Chron. Divion. apud Acher. T. II. p. 380. Fragm. Hist. Aquit.. apud Chesn. T. II. p. 633. Hist. Franc. Ib. T. III. p. 339. [h] Galber Rudolph. L. I. c. 2. Odoran. an. 923.

A. 5625. Per. Jul. ad 5701. A. Christ. 912. ad 988.

ni Anglo-Saxonum Regis filia, *Ludovico*; qui parente capto ad avum profugit in *Britanniam*, indeque reversus postea regnavit [a]. Solet *Carolus* in diplomatibus triplex regni initium distinguere, primum repetens ab anno 893, quo primum regnare cœpit; alterum regni redintegrati a morte *Odonis* & anno 898; tertium a largiore hereditate indepta, quando anno 912 *Lotharingiæ* possessionem adiit [b]: quamvis aliquando tertium hoc principium repetat ab anno 916 [c], quo tota potitus est *Lotharingia*.

Rudolphi Regis fata.

§. 4. *Carolo* ad hunc modum exauctorato *Francorum* Rex *Rudolphus*, *Richardi* filius, *Roberti* gener, eius enim filiam *Emmam*, *Hugonis* magni sororem in matrimonio habebat, regnum iniit anno 923 apud *Suessionas* unctus III ante Idus *Julii* [d]. Qua occasione usus *Henricus Auceps* Rex *Germaniæ*, adiuvantibus *Giselberto* Duce, & *Rotgario Trevirensi* Episcopo, *Lotharingiam*, aliquamdiu a *Gallis* possessam, recuperavit circa annum 925 [e]. *Rudolphus* regnum, *Normannorum* excursionibus & Principum factionibus vexatum, tenuit ad annum 936, quando XVIII ante Kal. *Februarias* decessit, unus ex ea familia, liberos enim non reliquit [f]. Nec confundendus est cum *Rudolpho* II *Burgundiæ Trans Juranæ* Rege [g], quem anno 937 decessisse vidimus.

Ludovicus Transmarinus.

§. 5. *Ludovicus*, *Simplicis* filius, quem *Transmarinum* vulgo nominant, ab *Hugone Magno* revocatus ex *Anglia* regnum adiit anno 936, unctus XIII Kal. *Julii* [h]. Nihilo quietius huic, quam patri *Carolo*, regnum, *Hugonis Nigri* primum [i], dein *Heriberti*

[a] Glaber Rudolphus L. I. c. I. Flodoard. an. 923. & 929. Aimoin. L. V. c. 42. Iperii Chron. c. XXII. parte 2. Chron. S. Petri Vivi apud Acher. T. II. p. 468. 469. [b] Apud Martene Vet. Monum. T. I. p. 269. T. II. p. 39. Calmet Hist. de Lorraine T. I. Preuves p. 334. 335. Mabillon de Re Diplom. L. VI. p. 560. 562. Miræus L. I. p. 256. 257. [c] Apud Brouwerum Ann. Trevir. T. I. p. 446. & 448. [d] Frodoard. an. 923. Chron. Floriac. apud Chesn. T. III. p. 348. Breve Chron. Ib. p. 351. Chron. S. Petri Vivi p. 468. [e] Contin. Regin. an. 923—925. [f] Frodoard. an. 924—936. Chron. Floriac. p. 348. & aliud Breve apud Chesn. T. III. p. 351. Glaber Rudolp. L. I. c. 2. Chron. S. Petri Vivi p. 469. [g] Recte distinguit Frodoard. an. 923. 935. & 937. [h] Frodoard. an. 936. Chron. Floriac. & Breve ll. dd. Chron. S. Petri Vivi p. 469. [i] Frodoard. an. 936. Fragm. Hist. Franc. apud Chesn. T. III. p. 340.

berti & *Hugonis Magni* ambitio fecit [a]. *Lotharingiam* tamen repetiturus ab *Ottone* Magno pellitur anno 939, quo *Giselbertus* cecidit, cuius coniugem *Gerbergam*, *Ottonis* sororem in matrimonium *Ludovicus* accepit [b].

A. 5625. Per. Jul. ad 5701. A. Christ. 912. ad 988.

§. 6. *Heribertus Veromanduorum* Comes, homo ambitiosus & perfidus obiit anno 943 [c], eodem scilicet, quo *Wilhelmus* eius gener, *Rollonis* filius, *Normannorum* Dux [d], ab *Arnulpho Flandriæ* Comite per dolum occisus est. Quam provinciam *Ludovicus* sibi vindicare, & *Richardum Wilhelmi* filium in potestatem suam redigere adnisus, ab *Haigroldo Dano* captus *Hugoni* traditur anno 945 [e]. Sequenti dimissus *Ottonis*, coniugis suæ germani, inplorat opem [f]. Qui ingenti in *Gallias* ducto exercitu, usque *Rothomagum* penetrat [g]; dehinc de pace actum, induciæ anno 947, pax anno 950 inter Regem *Ludovicum* & *Hugonem* Principem convenit [h]: sed ita ut etiam deinde varie ab *Hugone* vexatus fuerit. Obiitque post 18 annorum regnum IV Idus *Septembris* anno 954 [i]. Filios ex *Gerberga* suscepit duos *Lotharium* & *Carolum* [k].

Domi vexatus Ottonis implorat opem.

§. 7. *Lotharius* paterni regni simul & calamitatis heres, unctus est *Remis* Pridie Idus *Novembris* anno 954 [l], regiæque maiestatis imaginem ad annos circiter duos & triginta sustinuit. Primum adiuvante *Hugone Magno* bellum in *Pictonibus* gessit adversus *Wilhelmum Aquitaniæ* Ducem anno 955 [m]. Sed id diremtum interveniente morte *Hugonis Magni*, Du-

Lotharius Rex. Hugo magnus.

[a] Frodoard. an. 937—942. Iperii Chron. c. xxii. parte 3. [b] Frodoard. & Contin. Regin. an. 939. [c] Frodoard. an. 943. Glaber L. I. c. 3. [d] Wilh. Gemetic. L. III. c. 12. Fragm. Hist. Franc. apud Chesn. T. III. p. 341. Frodoard. an. 943. [e] Frodoard. an. 943—945. Dudo L. III. Fragm. Hist. Franc. l. d. Chron. S. Petri Vivi p. 469. [f] Frodoard. an. 946. & Hist. Remens. L. IV. c. 31. Fragm. Hist. Franc. l. d. [g] Frodoard. an. 948. Contin. Regin. an. 946. Ann. Saxo an. 947. Fragmentum Hist. Franc. apud Chesn. T. III. p. 342. [h] Frodoard. an. 950. & Hist. Remens. L. IV. c. 13. Daniel Histoire de France T. II. p. 284. 288. 294. [i] Frodoard. an. 954. Fragm. Hist. apud Chesn. T. II. p. 632. Chron. Floriac. Ib. T. III. p. 348. Epitaphium Lodovici apud Mabillon. de re Diplom. L. II. c. 26. §. 23. p. 200. [k] Aimoin. L. V. c. 43. [l] Frodoard. an. 954. Fragm. apud Chesn. T. III. p. 348. & Chron. Breve Ib. p. 351. Chron. S. Petri Vivi p. 469. [m] Frodoard. an. 955. Chron. S. Petri Vivi l. d.

A. 5625. Per. Jul. ad 5701. A. Christ. 912. ad 988.

cis *Francorum*, qui anno 956 XV ante Kal. *Julias* obiit [a]. Hic filios tres reliquit ex *Hathuide Ottonis* I Imperatoris sorore [b] *Hugonem Capetum*, *Ottonem* & *Henricum* [c], filiam *Emmam*, quæ *Richardo Normannorum* Duci nupsit [d]. *Hugo Francorum* ducatum post patrem sortitus est [e]. *Otto*, qui filiam *Gisleberti* Comitis *Burgundiæ* duxerat, ducatum *Burgundiæ* obtinuit [f]. *Ottoni* paullo post mortuo successit *Henricus* [g].

Bellum cum Ottone II.

§. 8. *Lotharius* post mortem *Hugonis Magni Normanniam* tentans, victus pacem redimere cogitur anno 964 [h]: postea quiete usus, donec motibus se immiscens *Lotharingicis* anno 978 inopinata incursione parum abfuit, quin incautum *Ottonem* II *Aquisgrani* oppressisset [i]: quam ignominiam sequenti anno ultum veniens *Otto Galliam* usque *Parisios* pervagatus est, in reditu tamen in transitu *Axonæ* amnis aliquid cladis passus est: itaque de pace agi cœptum, quæ anno 980 ita convenit, ut *Lotharingia*, iam anno 977 *Carolo*, *Lotharii* fratri, Ducis titulo concessa, *Germanorum* imperio subesset [k]. Quam tamen, occasione mortis *Ottonis* II, iterum tentavit anno 984 *Virduno* capto, sed mox reddito, pax coaluit anno 985 [l]. Atque ita decessit VI Nonas *Martii* anno 986 [m]. Uxorem anno 966 duxit *Emmam Lotharii* Regis *Italiæ* & *Adelaidis* filiam [n], ex qua natus est *Ludovicus* [o].

§. 9.

a Frodoard. & Odoran. an. 956. Fragm. apud Chesn. T. III. p. 348. Aimoin. L. V. c. 43. *b* Glaber L. I. c. 4. Frodoard. an. 938. *c* Albericus an. 956. Sigeb. Gembl. an. 965. *d* Frodoard. an. 960. *e* Aimoin. L. V. c. 43. Chron. S. Petri l. d. *f* Albericus an. 956. Chron. S. Petri Vivi p. 469. Gundlingiana P. VIII. Diss. IV. §. 5. 6. *g* Aimoin. & Chron. S. Petri Vivi ll. dd. *h* Wilhelm. Gemetic. L. IV. c. 13. 14. Frodoard. & Fragm. apud Chesn. T. II. p. 343. *i* Glaber L. I. c. 3. Ditmar. L. III. p. 343. Gulielm. de Nangiaco an. 978. Hugo Floriac. apud Chesn. T. III. p. 349. Ann. Saxo an. 977. *k* Glaber l. d. Sigeb. Gembl. & Guil. de Nang. an. 977. 978. 980. Ann. Saxo an. 977. 980. Hugo Floriac. l. d. Iperii Chron. c. xxix. parte 2. *l* Sigeb. Gembl. & Nangius an. 984. 985. Hist. Episc. Virdun. apud Acher. T. II. p. 238. *m* Epistola 74 Gerberti apud Chesn. T. II. p. 806. Breve Chron. Ib. T. III. p. 352. Aimoin. L. V. c. 44. *n* Frodoard. an. 966. Ann. Saxo an. 999. p. 370. *o* Odilo Vita Adelaidis c. 1.

§. 9. Postremus igitur e *Caroli* genere, *Ludovicus Lotharii* filius anno 986 iniit regnum, *Hugoni* a moriente patre conmendatus, ac nulla re gesta celebris sine prole obiit sequenti anno 987 [a] XI Kal. *Junii* [b]. In eo *Caroli* progenies & secunda Regum familia desiit, anno post inaugurationem *Pipini* 235.

A. 5625. Per. Jul. ad 5701. A. Christ. 912. ad 988.

Ludovicus ex stemmate Carolino ultimus.

§. 10. *Ludovico* sine prole defuncto, regnum ad *Carolum* eius patruum, *Ludovici Transmarini* filium, iure pertinebat. Verum *Hugo Capetus*, *Hugonis Magni* ex *Hathuide* filius, suis opibus, Principum studiis, &, ut *Odorannus* addit, *Lotharii* Regis voluntate confisus, regia insignia *Novioduni* in *Belgica* sumsit anno 987 [c], & V Nonas *Julias* apud *Remos* est inunctus [d]. Rebusque firmandis filium suum *Robertum* Kal. *Januariis* proximis sibi consortem legit, *Remis*que inungi curavit [e].

Hugo Capetus Rex Galliæ.

§. 11. Quod ægre ferens *Carolus* bellum in eum haud cunctanter movet, ac *Laudunum* occupat anno 988, seque ibi obsidentem *Hugonem* cum magna clade reiicit [f]. Sequente *Montem Acutum* expugnat [g]: *Durocottorum* exinde *Remorum* proditione *Adelgarii* Presbyteri, & consensu *Arnulphi*, quem, *Lotharii* Regis ex concubina filium, *Hugo* gravi sibi iureiurando obstrictum anno 988, eius urbis Archiepiscopum renunciaverat [h], capit anno 989 [i], vel sequente [k]. Verum simili fraude *Ascelinus* [l], sive *Anselinus* [m], quem *Adalberonem* [n] alii vocant, *Laudunensis* Episcopus, *Hugonem* noctis silentio in urbem introducens, *Carolum* cum uxore sua, *Heriberti Trecarum* Ducis filia [o], *Hugoni* prodidit 10 *Aprilis* anni 991 [p]; a quo

Bellum Hugonis cum Carolo eiusque filiis.

a Odilo l. d. Odoran. Sigeb. Nangius an. 986. 987. *b* Pag. Crit. an. 987. n. 1. *c* Glaber L. II. c. 1. Chron. Floriac. apud Chesn. T. II. p. 632. Odoranus. Ib. p. 638. Aimoin. Contin. L. V. c. 44. Sigeb. Gembl. & Nangius an. 987. *d* Chron. Floriac. l. d. *e* Chron. Floriac. Odorannus & Nangius ll. dd. Chron. S. Medardi apud Acher. T. II. p. 488. *f* Sigeb. & Nangius an. 988. Ann. Saxo an. 987. 988. Chron. Virdun. p. 137. *g* Sigeb. an. 989. Ann. Saxo an. 988. *h* Acta depositionis Arnulphi c. 8. 11. 25. 52—55. apud Chesn. T. IV. Pag. Crit. an. 988. n. 5. *i* Nangius & Ann. Saxo an. 989. *k* Sigeb. an. 990. *l* Fragm. Hist. Aquitan. apud Chesn. T. II. p. 635. Aimoin. L. V. c. 44. Fragm. Chron. Hugonis apud Chesn. T. IV. p. 142. *m* Nangius in contin. Frodoardi an. 990. *n* Epistola Gerberti ad Othon. Imper. apud Chesn. T. IV. p. 114. *o* Aimoin. L. V. c. 44. *p* Fragm. Hist. Aquitan. apud Chesn. T. II. p. 635. Ademarus in Chronico, & Nangius an. 990. Daniel T. II. p. 327.

A. 5625. Per. Jul. ad 5701. A. Christ. 912. ad 988.

a quo *Aurelianos* abductus *Carolus*, & turri inclusus, brevi post diem obiit[a]. Filios reliquit *Ottonem*, qui *Lotharingiæ* inferioris ducatum ad annum 1005 tenuit, & sine prole mortuus est[b]. *Ludovicum* & *Carolum*, qui aliquamdiu *Aquitanorum* & *Heriberti* auxilio litem *Hugoni* & *Roberto* de regno moverunt[c], ac dein eiecti ad Regem *Germaniæ* se contulerunt[d]. Quod tamen a *Ludovico* hoc Landgravios *Thuringiæ* originem habere vulgo aiunt, admodum dubia fide nititur[e]. Filias præterea duas reliquit, *Gerbergam*, quæ *Lamberto Lovaniensi*, *Raginerii* filio, & *Hermengardam*, quæ *Alberto Namurcensi* nupsit[f].

Arnulphus & Gerbertus.

§. 12. At *Hugo*, conceptum in *Arnulphum Remensem* expromens odium, ipsum in concilio Episcoporum, apud *Remos* anno 991 coacto, loco moveri, ac *Gerbertum*, quo præceptore usus erat *Robertus*[g] eius filius, subrogari curat[h]. Quod iniussu suo fieri non potuisse contendens *Johannes* XV *Romanus* Pontifex, ægre adeo tulit, ut Episcopis omnibus, qui id fecerant, sacris interdiceret, effecitque, ut submoto *Gerberto* in integrum restitueretur *Arnulphus*[i], qui tamen sedem demum post mortem *Hugonis* sub *Roberto* Rege & *Gregorio* Papa recuperavit[k].

C A-

a Ademarus in Chron. T. II. Bibl. Labbei. Aimoin. l. d. Nangius & Sigeb. an. 991. Chron. Iperii c. XXIX. parte 4. *b* Sigeb. an. 991. & 1005. *c* Vid. Blondellus pleniori adsertione p. 87. & 257. Ademarus in Chron. *d* Ademarus. l. d. Fragm. Aquitan. apud Chesn. T. II. p. 635. *e* Vid. Eccard. Hist. Geneal. Veterum Landgraviorum Thuringiæ. c. 1. *f* Nangius an. 990. Sigeb. an. 997. Geneal. Balduini de Avennis apud Acher. T. II. p. 287. Geneal. Caroli apud Miræum T. I. p. 363. Charta apud Grammaye in Namurco p. 6. *g* Helgald. vita Roberti Regis p. 63. *h* Aimoin. L. V. c. 45. Sigeb. an. 992. Chron. Breve apud Chesn. T. III. p. 353. Fragm. Chron. Hugonis Ib. T. IV. p. 142. Historia depositionis Arnulphi Ib. p. 101. Harduin. Conc. T. VI. P. I. p. 727. Pag. Crit. an. 992. n. 1. *i* Aimoin. l. d. Chron. S. Petri Vivi p. 473. Harduin. Conc. T. VI. P. I. p. 734. 738. *k* Aimoin. in vita Abbonis n. 11. & 12. apud Chesn. T. IV. p. 129. Pag. Crit. an. 998. n. 13.

CAPUT X.

A. 5624. Per. Jul. ad 5689. A. Christ. 911. ad 976.

De rebus Imperii Orientis, sub Alexandro Basilii *filio*, Constantino Porphyrogenito, Romano Lecapeno, Romano *Juniore*, Nicephoro Phoca, *&* Johanne Tzimisce, *ab anno* 911 *ad* 976.

§. 1.

Alexander.

LEone Philosopho anno 911 mortuo, *Alexander* eius frater, iam olim imperii particeps [a], regnare cœpit, cum *Leonis* filius *Constantinus Porphyrogenetus*, eius tutelæ conmissus, pæne adhuc infans esset [b]. Imperium magna socordia tractavit, libidini ac crapulæ deditus, ex qua multo per nares & pudenda reiecto sanguine periit *Junii* 6 anni 912 [c]: de uxore silent veteres.

Constantinus Porphyrogenitus.

§. 2. Itaque *Constantinus Porphyrogenitus*, septennis puer imperavit, curam eius capescente Patriarcha *Nicolao*, aliisque patriciis, una cum matre eius *Zoë*, quæ ab *Alexandro* eiecta de tutorum sententia revocata est [d]. *Constantinus Ducas* imperium adfectans trucidatur [e].

Bellum Bulgaricum. Leo Phocas cæsus.

§. 3. *Bulgari Simeone* Rege grassantes, *Adrianopoli* anno 914 per proditionem capta [f], victis etiam anno 917 magno prælio *Romanis* [g], anno 923 ægre muneribus ab urbe regia aversi [h], demum *Simeone* anno 927 mortuo pacem conposuerunt pactione nuptiarum inter *Petrum Simeonis* filium & *Mariam Ro-*

[a] Docent id nummi Leonis. Constitutiones apud Harmenopelum p. 6. & Inscriptio apud Grut. p. 1161. [b] Cedren. p. 607. [c] Cedren. p. 607. 608. Leo Gramm. p. 487. 488. Contin. Porphyr. p. 233. 234. Simeon. Magister p. 471. 472. Joel. p. 180. [d] Auctores laudati. Zonar. L. XVI. c. 15. Contin. Porphyr. p. 238. [e] Cedren. p. 609. 610. Simeon Logoth. p. 473. Contin. Porphyr. p. 235—237. Leo Gramm. p. 487. 488. Constant. Manass. p. 111. Zonar. L. XVI. c. 16. [f] Simeon Logotheta vita Constantini Porphyrog. n. 5. 7. 9. p. 475. Contin. Porphyr. p. 238. 239. Georg. Monach. p. 567. 568. [g] Leo Gramm. p. 492. 497. Simeon Logoth. p. 476. Continuat. p. 240. 241. Georg. Mon. p. 569. [h] Leo Gramm. p. 499. Cedren. p. 623. 624. Simeon Logoth. p. 483. Contin. Porphyr. p. 251—253. Georg. Mon. p. 579. Pag. Crit. an. 917. n. 3. 4.

A. 5624. Per. Jul. ad 5689. A. Christ. 911. ad 976.

Romani Lecapeni ex *Christophoro* neptem, quæ nuptiæ mense *Octobri* anno 927 celebratæ [a]. Interim *Leo Phocas*, dux contra *Bulgaros* constitutus, imperium occupare adnisus, in ipso conatu mortem reperit anno 919 [b].

Romanus Lecapenus cum filiis.

§. 4. Quo tempore *Romanus Lecapenus*, cuius filiam *Helenam Constantinus* duxerat, novo titulo *Pater Imperatoris*, mox *Septembris* 24 die, indictione 8, (qui annus est 919) *Cæsar*, & *Decembri* mense *Augustus* appellatus, *Zoën Constantini* matrem, quæ annos septem regnaverat, palatio submoveri curat [c]. Ac sequenti anno *Christophorum* filium suum Imperatorem salutat [d]. Reliquosque duos *Stephanum* & *Constantinum* anno 923 ad idem fastigium evehit [e]: *Theophylactum* vero filium, 16 ætatis annum agentem, anno 933 Patriarcham constituit [f], quo in gradu flagitiosissime tres & viginti vixit annos, insano equorum alendorum studio deditus, donec indictione 14, anno 956 obiit [g].

Constantinus vim imperii recuperat.

§. 5. Interim *Constantinus* ipse, rerum tractatione exclusus, litterarum studiis incumbit [h]. Donec sexto & vicesimo anno, quam ad imperii societatem pervenerat *Romanus Lecapenus*, Indict. 3, *Decembris* 16 (qui est annus 944) a filio *Stephano Augusta* dignitate spoliatus in insulam relegatur: ea enim occasione usus *Leonis* filius *Constantinus*, *Romani* stirpe deturbata, solus moderari cœpit imperium [i], quod vir cetera prudens & litteris promovendis natus, sed vino & epulis deditus [k], ad 15 annum usque protraxit. Quippe Indictione

[a] Georgius Monachus p. 582. 583. Cedren. p. 625. 626. Porphyr. Contin. p. 255. 256. Simeon Logoth. n. 21. 23. 25. 27. 29. 30. 33. 34. Pag. Crit. an. 927. n. 6. 7. [b] Simeon Logoth. in Const. n. 12—15. Contin. Porphyr. p. 244. 245. Georg. Mon. p. 572. 573. Cedren. p. 614. 617. [c] Simeon l. d. n. 12. 14. 16. 17. Contin. Porphyr. p. 244. 245. 248. Georg. Mon. p. 572. 574. Cedren. p. 619. [d] Simeon l. d. n. 17. Contin. p. 246. Georg. Mon. p. 574. [e] Simeon l. d. n. 31. Contin. p. 253. Georg. Mon. p. 581. [f] Georg. Monach. p. 588. Continuator incertus p. 261. [g] Contin. Porphyr. p. 276. 277. Cedren. p. 638. Zonar. L. XVI. c. 22. Glycas p. 302. [h] Contin. Porphyr. p. 277. & seqq. Cedren. p. 635. [i] Simeon Logoth. p. 494. Contin. p. 270. 271. 274. Georg. Mon. p. 593. Cedren. p. 632—634. Luitpr. L. V. c. 9—11. du Fresne Fam. Byzant. p. 146—148. [k] Contin. Porphyr. p. 290. & seq. Cedren. p. 635. Zonar. L. XVI. c. 1.

tione 3, mense *Novembri*, ann 959, *Romani* filii, ut ferunt, parricidio sublatus est[a]. Vixit anno 54 menses duos; imperavit cum patre, *Alexandro* patruo, & matre 13, cum *Romano* 26, solus 15. Ex *Helena Romani Lecapeni* filia suscepit filium *Romanum Juniorem*, quem ipso Paschatis festo anno 948 diademate ornavit, & filiam *Theodoram*, quæ *Johanni Tzimiscæ* nupsit[b]: quibus quatuor alias *Zoën*, *Agatham*, *Theophanonem* & *Annam*, a fratre in monasterium relegatas addit Continuator Porphyrogeniti[c].

A. 5624. Per. Jul. ad 5689. A. Christ. 911. ad 976.

§ 6. *Romanus Junior* annum agens vicesimum primum patre mortuo solus imperium tenuit, quod summa socordia voluptatibus deditus tractavit, cura rerum in ministros translata[d]. Fuit tamen eo imperante per *Nicephorum Phocam Creta Saracenis* erepta indict. 4 anno 961[e]. Obiit 15 *Martii* anno 963; cum regnasset anno 3, menses 4, dies 5[f]. Uxores duas habuit *Bertham*, *Hugonis* Regis *Italiæ* notham; & *Anastasiam*, quam *Theophanonem* appellavit, ex qua suscepit filios *Basilium* & *Constantinum*, filias *Theophanonem*, quæ *Ottoni* II nupsit, & *Annam*, quæ *Waladimiro Russorum* Principi conlocata fuit, cui quidam addunt *Luitgardam*, quæ *Arnulpho Hollandiæ* Comiti nupsisse dicitur[g].

Romanus Junior.

§. 7. Morte *Romani* imperium ad *Basilium* & *Constantinum* eius filios, plane inpuberes, & eorum matrem *Theophanonem* rediit[h], duxque copiarum supremus constitutus *Nicephorus Phocas*[i], qui paullo post militum consensu *Julii* 2 Imperator salutatus, *Byzantium* veniens a *Polyeucto* Patriarcha coronatus est 16 *Augusti*, & 20 *Septembris Theophanonem* duxit[k]. Hic militari scientia aliisque virtutibus cla-

Basilius, Constantinus & Nicephorus Phocas.

[a] Simeon. Logoth. p. 496. Contin. Porphyr. p. 292. Cedren. p. 641. Constant. Manasses p. 114. Zonar. L. XVI. c. 22. Pag. Crit. an. 960. n. 5—7. [b] Du Fresne Fam. Byzant. p. 143. [c] Contin. Porphyr. p. 295. [d] Contin. Porphyr. p. 293. 294. Cedren. p. 642. Constant. Manass. p. 115. [e] Contin. Porphyr. p. 296—300. Cedren. p. 643. Lupus Protospata in Chron. an. 961. Leo Diaconus apud Pag. Crit. an. 960. n. 9—11. & 961. n. 2—4. [f] Cedren. p. 645. [g] Du Fresne Fam. Byzant. p. 143. 144. [h] Cedren. p. 654. coll. 663. & 684. [i] De eius genere du Fresne Fam. Byzant. p. 149—151. [k] Cedren. p. 646—649. Leo Diaconus apud Pag. Crit. an. 963. n. 5—11.

A. 5624. Per. Jul. ad 5689. A. Christ. 911. ad 911.

clarus [a], nisi quod avarior fuisse dicitur [b], *Ciliciam*, *Cyprum*que recuperavit, bella in *Syria* ab anno 964 contra *Saracenos* secunda gessit, oppidaque quamplurima & in his *Antiochiam* anno 969 recepit [c]. Pauloque post *Theophanonis* coniugis & *Johannis Tzimiscæ* insidiis periit Indict. 13, *Decembris* 10 anno 969 [d].

Johannes Tzimisces.

§. 8. Imperator postridie appellatus *Johannes Tzimisces*, vir fortis, liberalis & humanus; sed vino & comessationibus quandoque plus æquo deditus [e], statim *Romani* filios *Basilium* & *Constantinum* collegas adhibuit, *Theophanonem* relegavit [f]. *Saracenos* ab *Antiochia* repulit [g]. *Russos*, qui *Bulgariam* sive *Mysiam* occupaverant, devicit, & ad pacem petendam adegit anno 973 [h]. Tum versis contra *Saracenos* in orientem armis rem per biennium ex sententia gessit [i]. Indeque rediens a *Basilio* Cubiculario veneno tentatus obiit 10 *Januarii* anni 976. Vixit annos quinquaginta unum, regnavit annos sex, dies 30 [k]. Uxores duas habuit *Mariam Bardæ Scleri* sororem, & *Theodoram Constantini Porphyrogeniti* filiam, sed prolem non reliquit [l].

CA-

a Leo Diaconus apud Pag. Crit. an. 969. n. 4. b Cedren. p. 658. Zonar. L. XVI. c. 25. p. 202. c Cedren. p. 654—659. Zonar. L. XVI. c. 25. Leo Diaconus apud Pag. Crit. an. 964. n. 8. 9. 965. n. 5. an. 968. n. 5. & seqq. an. 969. n. 1. 2. d Leo Diaconus apud Pag. Crit. an. 969. n. 3. Cedren. p. 662. 663. Constant. Manass. p. 118. 119. Glycas p. 308. e Leo Diaconus apud Pag. Crit. an. 969. n. 5. 7. Constant. Manass. p. 120. f Leo Diaconus apud Pag. Crit. an. 969. n. 8. 9. Cedren. p. 663. 664. Zonar. L. XVII. c. 1. g Cederen. p. 665. 666. h Leo Diaconus apud Pag. Crit. an. 968. n. 9. 10. 970. n. 3. 4. 971. n. 9—12. 973. n. 8—11. Cedren. p. 666—682. Zonar. L. XVI. c. 27. XVII. c. 1—3. i Leo Diaconus apud Pag. Crit. an. 974. n. 3. 4. 975. n. 7. 8. Cedren. p. 683. k Leo Diaconus apud Pag. Crit. an. 975. n. 11—13. Cedren. p. 683. 684. l Du Fresne Fam. Byzant. p. 153.

CAPUT XI.

De rebus Ecclesiasticis, Virisque Eruditis. ab anno 900 ad 1000.

A. 5613. Per. Jul. ad 5713. A. Christ. 900. ad 1000.

§. 1.

Pontifices Romani monstra hominum.

CUm ignorantia & superstitione, quæ sensim convaluerant, fœda vitiorum omnium conluvies Sæculo hoc X externam inundavit Ecclesiam. Ipsi illi *Romani* Pontifices, qui Ecclesiæ capita dici atque haberi volebant, maximam partem Apostatici, non Apostolici [a], profligata vita infames fuerunt; exemplo esse possunt *Johannes* X a *Theodora* ad papatum vocatus, ne amasio suo careret [b]; *Sergius* III *Maroziæ* adulteræ suæ artibus Papatum invadens [c]; *Johannes* XI *Sergii* Papæ ex *Marozia* filius [d], Pseudo-Papa & Monstrum secundum *Baronium* [e]; *Johannes* XII ob horrenda crimina loco motus [f].

Clerus vitiis infamis.

§. 2. His similibusque viam præeuntibus, „ omnis „ pæne ordo, omnis status Ecclesiæ confusus & te„ meratus est. Fornicatio & adulterium, sacrile„ gium & homicidium inundarunt, ut sanguis san„ guinem tangeret [g]. „ Clericorum domus meretricum erant prostibula, Sacerdotes vino, otio, Veneri ac Cereri dediti erant, sacræ & profanæ litteræ iuxta contemnebantur [h], ut non inmerito sæculum hoc obscurum & plumbeum appellatum fuerit [i].

Simonia & factionum studia.

§. 3. Interim dignitates omnes Ecclesiasticæ venales erant [k]. Pueri inpuberes factionum studiis sum-

[a] Gerbertus in Conc. Remensi apud Baron. an. 992. n. 17—22. Wernerus Rolewink Fasc. Temp. p. 68. apud Pistorium T. II. Genebrardus initio Sæc. X. L. IV. ad an. 901. Baron. Ann. an. 900. 908. n. 4. 912. n. 14. & passim alibi. [b] Luitpr. L. II. c. 13. L. III. c. 12. [c] Luitpr. L. I. c. 8. Baron. an. 908. [d] Luitpr. L. II. c. 13. [e] Baron. ad an. 933. n. 1. 4. 5. [f] Luitpr. App. c. 2—5. Baron. an. 955. n. 2. 963. n. 4. [g] Verba sunt Herivei Remensis in Concilio Trosleiano an. 909. apud Harduin. T. VI. P. I. p. 505. 506. addatur Gerbertus apud Baron. an. 992. n. 22. Alfredus Rievalensis in oratione Edgari Regis apud Wilkens Conc. Britan. T. I. p. 246. Aventin. L. IV. c. 23. n. 5—10. Usser. de Eccles. Succes. c. 2. §. 34. 35. [h] Aventin. L. IV. c. 21. n. 3. [i] Spondan. an. 900. [k] Gerbertus & Aimoin. apud Baron. an. 992. n. 23. 24. Conc. Romanum an. 983. apud Hard. T. VI. P. I. p. 711. Mabillon. Analect. p. 105.

A. 5613. Per. Jul. ad 5713. A. Christ. 900. ad 1000.

mos in Ecclesia honores consequebantur; exemplo esse possunt *Johannes* XII Papa [a], *Hugo Remensis* Archiepiscopus, quinquennis puer [b], in Oriente *Theophylactus*, *Romani* Imperatoris filius, Patriarcha *Constantinopolitanus* [c].

Invalescens superstitio.

§. 4. Inter hæc, crescente inscitia, crevit, ut fit, superstitio. Quamvis enim in ea vita, ea ignorantia, nova nulla addita fuerint dogmata, iis enim qui in *Italia* circa annum 939 *Anthropomorphitarum* hæresin instaurare cupiebant, fortiter restitit *Ratherius Veronensis* Episcopus [d]; priores tamen errores stabiliti. *Romani* Pontificis auctoritas, imaginum cultus & reliquiarum veneratio confirmata, usque adeo ut etiam viri Principes in iis imperii sui fulcra quærerent [e]. Jam solemnes a Pontifice Romano canonizationes peragi cœperunt [f]: iam campanarum baptismus a *Johanne* XIII introductus [g]: iam transsubstantiationis dogma maiori cura propagatum [h], & fictis miraculis ignaræ plebi persuasum [i], ut nihil de festis, cœnobiisque hoc tempore institutis dicam.

Clerici viam ad imperium muniunt.

§. 5. Et quamvis Imperatores, *Leo* in Oriente, leges ad res personasque Ecclesiasticas pertinentes scribens [k], *Otto* I in Occidente, investituræ iura & iudicia de Episcopis *Romanis* exercens [l], viderentur iura maiestatis adsertum ivisse: sensim tamen clerici viam sibi ad imperium muniverunt, quorsum faciebant iudicia de causis matrimonialibus,

a Baron. an. 955. n. 1. & seqq. *b* Flodoard. Hist. Remens. L. IV. c. 17. & seqq. Baron. an. 925. n. 7—10. *c* Georg. Mon. p. 588. Contin. incertus p. 261. Zonar. L. XVI. c. 22. *d* Sigeb. Gembl. an. 939. Rather. apud Acher. T. I. p. 388. *e* Witich. L. I. p. 638. Sigeb. an. 929. 969. Luitpr. L. IV. c. 12. Diploma Ottonis apud Eccard. in Geneal. March. Orient. p. 135. *f* Ut illa Udalrici apud Hard. T. VI. P. I. p. 727. Franc. Pagi Breviar. Pontif. T. II. p. 259. *g* Helgaldus vita Roberti p. 74. Baron. an. 968. n. 86. du Pin. Bibl. T. VIII. p. 65. *h* Ratherius apud Acher. T. I. p. 376. Adrevaldus in opusculo de corpore & sanguine Domini. *i* In vita Odonis Cantuariensis apud Mabillon. Sæc. V. Benedict. n. 10. apud Pag. Crit. an. 947. n. 4. Antiquitates Britannicæ p. 78. *k* Baron. an. 911. n. 1. *l* In Conc. Romano an. 963. apud Hard. T. VI. P. I. p. 627. Luitpr. App. c. 6. Wernerus an. 963. Chron. Reicherspergense an. 957. Gratian. Dist. LXIII. c. 22. 23. Catal. Test. L. XI. p. 1186. & seqq. Decretum Leonis VIII. de sede Apostolica per Imperatorem ordinanda apud Lunig Codice Italiæ Diplom. T. I. p. 5.

bus[a], sæpe etiam de rebus mere civilibus habita[b]: decreta clericorum, quibus Regibus ipsis Principibusque Episcoporum obedientiam commendabant[c], & horrendum excommunicationis carmen in dissentientes aut decretis male parentes pronunciatum[d].

A. 5613. Per. Jul. ad 5713. A. Christ. 900. ad 1000.

Nomen Christianum prolatum.

§. 6. Licet vero hoc lugendo sæculo cum eruditione fides & sincera pietas pessum ire, atque omnis religio externis ritibus contineri videretur, fuerunt tamen externæ Ecclesiæ pomoeria prolata, variæque barbaræ gentes ad Christiani nominis professionem adlectæ. Non tantum enim *Rollo*, ut *Normannia* regiisque nuptiis potiretur, anno 912 *Normannis* suis[e]; *Haco* Rex *Norwegis* circa annum 945 ad *Christianismum* amplectendum auctor fuit[f]: sed etiam *Miecislaus*, ducta *Dambrowka Bohemorum* Principis filia anno 966 *Polonis* suis[g], *Wolodimirus*, ut *Annam Basilii Græci* Imperatoris sororem duceret, *Russis* persuasit, ut anno 988 *Christo* nomen darent[h], quamvis credibile sit, rationes civiles plus ad eas conversiones momenti adtulisse, quam animi persuasionem[i]. Quemadmodum & *Stephanus*, *Hungarorum* Rex, cuius pater *Geisa* circa annum 996 baptismum ab *Adelberto Pragensi* acceperat[k], postquam *Giselam*, *Henrici* Imperatoris sororem duxerat, rem *Christianam* inter *Hungaros* non parum promovit[l]. In Oriente vero sub finem huius sæculi potentissima *Tartarorum* gens *Carit* dicta, quæ *Chataiæ* sive *Chinæ* boreali finitima erat, a *Nestorianorum* Presbytero sacra *Chri-*

a Exemplo Lotharii & Judithæ res constat. *b* In Conc. Engilenheimensi apud Hard. T. VI. P. I. p. 605. & Canis. T. III. p. 10. Frodoard. in Chron. an. 921. 924. & L. IV. Hist. Rem. c. 16. *c* In Constitutionibus Odonis Archiep. Cantuar. c. 2. apud Harduin. T. VI. P. I. p. 590. *d* Apud Harduin. T. VI. P. I. p. 622. & 720. *e* Fragm. apud Chesf. T. II. p. 339. Gemetic. L. II. c. 17. Flodoard. Hist. Rem. L. IV. *f* Torffæus T. II. p. 183. 214. *g* Kadlubko Hist. Polon. L. II. p. 640. 641. Ditmar. p. 91. Dlugossus L. II. p. 91. *h* Elmacin. L. III. cap. 6. p. 251. Cedren. p. 699. Theodosius Abbas Kioviensis in Chronico quod exstat in Sammlung Russicher Geschihte Petropoli an. 1632. Pag. Crit. an. 987. n. 6. 7. *i* Confer Nova Acta Eruditorum Suppl. T. V. p. 235. & seq. *k* Chartuitius in vita Stephani in initio p. 269. inter scriptores rerum Hungaricarum apud Wechelum anno 1600. Ademarus anno 997. Herman. Contractus an. 995. Zonar. L. XVI. c. 21. Pag. Crit. an. 996. n. 8. *l* Chron. Saxo an. 1002. p. 388. Ademarus apud Canisium T. III. P. I. p. 67. & Vita S. Henrici Ib. T. III. P. II. p. 31. Fleury Hist. Eccl. L. XVIII. §. 7. 8.

A. 5613. Per. Jul. ad 5713. A. Christ. 900. ad 1000.

Christiana didicit, ex quo fama de Presbytero *Johanne* orta [a].

Scriptores huius ævi.

§. 7. Inter Scriptores huius ævi præcipui sunt Imperatores *Leo Sapiens* [b]; & qui patris vestigia pressit *Constantinus Porphyrogenitus* [c]; *Simeon Metaphrastes* sanctorum vitis famosus [d]; *Eutychius* scriptor *Arabs*, qui annales deduxit ad annum 940 [e]. Continuatores incerti post *Theophanem*. Referunt & ad hoc sæculum *Suidam* Lexicographum [f]. Ex Latinis celebres *Ratherius Veronensis*, cuius opuscula *d'Acherius* collegit [g], *Atto Vercellensis* [h], *Abbo Floriacensis* abbas [i], & eruditione præstantior *Gerbertus*, postea *Sylvester* II dictus [k]. Tum qui historias scripserunt *Flodoardus* [l], *Witichindus*, *Luitprandus* & alii [m].

CAPUT XII.

De rebus Germanicis *atque* Italicis *sub Imperatoribus* Henrico I. Conrado, Henrico II. Henrico III & IV. *eorumque contentionibus cum* Romanis *Pontificibus de iure Investituræ ab anno* 1002 *ad* 1124.

§. 1.

Henricus I. Imperator.

OTtone III 24 *Januarii* anno 1002 sine liberis defuncto, post gravem contentionem, & fere quinque mensium interregnum, *Henricus Bavarus*, nepos *Henrici* fratris *Ottonis* magni, ex *Gisela Conradi* Regis *Burgundiæ* filia natus [n], VIII Idus *Junii*

a Assemannus T. III. P. II. p. 482. & seqq. Mosheim in Historia Tartarorum Ecclesiastica C. I. §. 6—10. b Fabrit. Bibl. Gr. L. V. c. 5. p. 363. c Fabrit. Bibl. Gr. L. V. c. 5. p. 486. d Fabrit. L. V. p. 509. Cave ad an. 901. Fleury in Dissert. de Historia Ecclesiæ a Sæc. VI. ad XII. quæ Libro LX. præmittitur §. 7. p. 26. Spanh. Sæc. X. p. 1490. e Cave ad an. 933. Fleury l. d. p. 24. f Cave ad an. 980. Fabrit. Bibl. Gr. L. V. c. 40. p. 621. g Acher. in Spicil. T. I. p. 345. in folio. Hist. Literaire de la France T. VI. p. 339. & seqq. Du Pin Bibl. T. VIII. p. 19. h D'Acher. Spicil. T. I. p. 401. Hist. Literaire de la France T. VI. p. 281. & seqq. Cave an. 945. Du Pin T. VIII. p. 25. i Cave an. 970. Bruck. Hist. Philos. T. III. p. 641. Du Pin T. VIII. p. 49. k Ditmar. p. 399. Wilh. Gemetic. L. II. c. 10. p. 64. 65. Hist. Literaire de la France T. VI. p. 23. 559. & seqq. Cave an. 999. Bruck. l. d. p. 646. l Hist. Literaire de la France T. VI. p. 313. & seqq. m Du Pin & Cave Sæc. X. n Ditmar. in Prologo L. V. p. 364. Albericus & Sigeb. an. 1002. Leibnit. in præfatione T. I. Script. Brunsv.

nii Moguntiae Rex coronatus [a], cum praevaluisset aemulis, ducatum *Bavariae Henrico Lucenburgensi*, fratri uxoris suae, dedit [b]. Grave bellum cum *Bolislao Polono*, *Misceconis* filio, de *Bohemia* habuit, quod pactionibus aliquoties interruptum varia fortuna gestum est ad annum 1018 [c]. Inter haec etiam in *Italia* bellatum cum *Ardoino*, quem ex *Eporediae* Marchione *Itali* statim a morte *Ottonis* Regem appellaverant; sed & hunc anno 1014 victum in monasterium ire conpulit [d]; quo tempore *Romam* veniens *Henricus* VI Kal. *Martii* a *Benedicto* VIII, una cum uxore *Kunegunde*, Imperator coronatus est [e]. Primus eius nominis, Regum in *Germania* secundus.

A. 5715 Per. Jul. ad 5837. A. Christ. 1002. ad 1124.

Normanni in Apulia.

§. 2. Hoc imperante *Normanni* in *Apuliam* venientes celebrari coeperunt. Venerant circa annum 1000 [f] quadraginta *Normanni*, ex *Hierosolymitana* peregrinatione reduces, *Salernum* ad *Gaimarium* maiorem eius urbis Principem, utilemque ei operam contra *Saracenos* navarant, hos cum retinere nequivisset, misit cum iis legatos in *Galliam*, qui mala citrea, & id genus alios regionis illius fructus cum pretiosis vestibus ferentes, ad fertilem tantorum bonorum adeundam provinciam *Northmannos* invitarent [g]. Accidit paullo post, ut *Melus* & *Dattus* nobiles *Longobardi* apud *Barium* degentes, *Graecorum* gravius imperium non ferentes, inde eiecti se conferrent *Capuam* ad *Pandulfum*, ad quem paullo ante

Nnn nova

a Ditmar. L.V. p. 367. Adelboldus vita Henrici Imp. §. 3—13. p. 431—433. apud Leibnit. T. I. Vita Berwardi c. 34. Ib. p. 457. Vita Meinwerci c. 11. Ib. p. 521. Ann. Saxo an. 1002. p. 379. *b* Ditmar. L. V. p. 368. 376. Adelbold. vita Henrici §. 10. & 32. Vita Meinwerci §. 14. p. 522. *c* Ditmar. p. 359. 366. 370—373. 376. 378. 379. 382. 384. 389. 390. 393. 395. 402—419. Adelbold. §. 22—31. 42—48. Chron. Saxo an. 1002. p. 382. 387. an. 1003. p. 390. an. 1004. p. 396. 399—401. an. 1005. p. 403. 404. an 1014. p. 432. 433. an. 1015. p. 434. & an. 1018. p. 449. Goldast. de Bohemia L. II. c. 4. *d* Arnulphus Mediolanensis L. I. c. 12—14. Ditmar. L. V. p. 370. L. VI. p. 376—378. 397. 398. & 400. Adelbold. §. 16. 32—41. Vita Meinwerci §. 25. Fragm. Chron. Novalic. apud Ches. T. III. p. 641. Herm. Contract. & Chron. Saxo an. 1004. & 1014. *e* Chron. Casin. c. 31. Ditmar. L. VII. p. 400. Anon. Casin. in Thes. Ital. T. IX. P. I. p. 453. Chron. Saxo an. 1014. *f* Anon. Casin. ad an. 1000. apud Murator. T. V. Leo Ostiensis L. II. c. 37. *g* Chron. Casin. L. II. c. 37.

A. 5715. Per. Jul. ad 5837. A. Christ. 1002. ad 1124.

nova ex *Normannia* manus venerat. *Giselbertus* enim, quem *Wilhelmus Gemeticensis Osmundum Drengotum* nominat[a], nobili inter *Normannos* genere natus, *Wilhelmum Repostellum*, coram ipso duce *Normanniæ Roberto*, in venatu occiderat, atque iram Principis ac propinquorum *Repostelli* veritus, cum quatuor fratribus suis *Rainulfo*, *Asclittino*, *Osmundo* ac *Rudolfo*, aliisque Nobilibus in *Apuliam* transmittens ad *Pandulfum Capuæ* Dynastam se contulerat. Hos suis consiliis aptos iudicans *Melus* ad arma contra *Græços* concitat, eorumque opera ter victor, quarto ad *Cannas* prælio Kalendis *Octobris* anni, ut creditur, 1019 victus, confert se in *Germaniam* ad *Henricum* Imperatorem eius inploratum opem[b]; *Dattus* a *Pandulfo Græcis* proditus, parricidarum more culleo insutus in mare præcipitatur[c]. *Henricus* re cognita, simul veritus, ne *Apulia* a *Græcis* occupata, *Roma* ipsa in discrimen veniret, mortuo iam *Melo*, anno 1022 in *Italiam* ducit, reque ex sententia gesta, *Meli* nepotibus comitatum concedit, relinquens ad eorum auxilium *Normannos* Principes[d]; sed cum hi *Normannos* negligerent; illi ipsi ex suo numero Principem sibi legunt *Turstinum* primum[e], eoque paullo post extincto, *Rainulfum Giselberti* fratrem[f], quo duce *Aversam* condiderunt: atque ab eo tempore, pluribus ad ipsos e *Normannia* coeuntibus, celebrari cœperunt[g].

Henricus in clerum profusus.

§. 3. *Henricus* in *Germaniam* redux haud ita diu post 13 *Julii* anno 1024 *Gronæ* prope *Göttingam* moritur[h]. Uxor ei *Cunegunda* fuit, *Sigfridi* Comitis *Luxenburgensis* filia[i], cum qua virgineum matrimonium

a Gemetic. L. VI. c. 30. b Leo Ostiensis in Chron. Casin. L. II. c. 37. Fragm. Hist. Aquitan. apud Pithœum. p. 79. Gulielmus Appulus 579—581. apud Leibn. T. I. Script. Brunsv. Anon. Barensis an. 1019. Lupus Protospata an. 1017. 1019. Giannone Hist. de Napels L. IX. T. II. p. 8. & seqq. c Chron. Casin. L. II. c. 38. d Chron. Casin. L. II. c. 39—41. Lupus Protospata, Herm. Contr. Chron. Augustense an. 1022. Hepidannus an. 1028. e Gulielm. Gemetic. L. VI. c. 30. f Gulielm. Appulus p. 581. Chron. Casin. L. II. c. 58. g Gulielm. Appulus p. 581. 582. Arnulphi gesta Mediolanens. L. I. c. 15. Giannone L. IX. initio & cap. 1. h Wippo p. 423. Herm. Contr. Ann. Hildesheim. an. 1024. i Andr. du Chesne de domo Luxenburgica P. I. c. 1. & in probat. p. 10—14.

nium habuisse dicitur[a]. Nimia erga clerum liberalitate profusus[b], sancti nomen meruit.

A. 5715. Per. Jul. ad 5837. A. Christ. 1002. ad 1124.

Conradus Salicus Imperator. Burgundiae regnum Germanis adsertum.

§. 4. Principes igitur magno numero coeuntes, post duorum mensium interregnum, commendante *Aribone Moguntino* Archiepiscopo 8 *Septembris* die[c] Regem renunciant *Conradum Salicum*[d], filium *Henrici*, nepotem *Ottonis* ducis *Carinthiae*[e], qui ex *Conrado* Sapiente & *Luidgarda Ottonis* I filia natus erat[f]. Uxor *Conradi Gisela* fuit, *Ernesti* ducis *Sueviae* vidua[g], nata ex *Gerberga Rudolphi* III Regis *Burgundiae* sorore[h]. Rebus in *Germania* utcunque conpositis[i], ac filio *Henrico* Rege designato[k], anno 1026 *Italiam* adiit[l], ut de rebellantibus *Ticinensibus* vindictam sumeret, sibique regni *Italici* & Imperii possessionem adsereret, coronatusque *Romae* Imperator est una cum uxore VII ante Kal. *Apriles* anni 1027[m]. Inde redux *Ernestum* privignum suum, *Sueviae* Ducem, semel iterumque molientem repressit, ducatuque privavit anno 1030[n]. *Misconem Polonum*, qui ad exemplum patris *Bolislai* in Imperatoris contumeliam nomen Regis sumserat, post longum & difficile bellum perdomuit, *Poloniam*que vectigalem fecit[o]. *Rudolpho* III *Burgundiae* Rege, anno 1032 mortuo, ad successionem ex pacto vocatus[p], omne regnum *Burgundicum*, *Odone Campaniensi*, qui *Berta Rudolphi* sorore natus[q], regnum sibi deberi contende-

 bat,

a Auctor vitae Henrici c. 21. Nonnosius in vita Cunigundis §. 1. & 24. sed refellitur ex Ditmar. p. 383. diplomate Henrici apud Leibnit. T. II. p. 156. Eccard. Orig. Habsb. p. 124. & Gundl. Otiorum P. III. cap. 3. *b* Vid. Schat. Ann. Paderb. L. V. p. 402—412. 441—443. *c* Vita Meinwerci §. 93. p. 557. *d* Wippo Vita Conradi apud Pistor. T. III. p. 423—427. Herm. Contr. an. 1024. *e* Herm. Contr. an. 1015. *f* Ditmar. L. V. p. 370. Vita Brunonis apud Leibn. T. I. p. 276. & 284. *g* Herm. Contr. an. 1015. Chron. Reichersspergense an. 1027. *h* Wippo p. 428. 431. *i* Wippo p. 429—431. Herm. Contr. an. 1025. *k* Wippo p. 432. Chron. Wirzb. & Alb. Stadens. an. 1026. *l* Herm. Contr. an. 1026. Arnulphus de gestis Mediolan. L. II. c. 2. 3. *m* Wippo p. 430. 432. 433. Chron. Reichersp. & Herm. Contr. an. 1027. *n* Wippo p. 434. 435. 436. 437. Herm. Contr. an. 1025. 1027. 1030. Hepidan. 1033. 1036. *o* Wippo p. 431. 438. 439. Otto Frising. L. VI. c. 28. Chron. Quedlinburg. an. 1025. Chron. Saxo an. 1030. Ann. Hildesh. an. 1028. 1031. Monachus Brunwiller. in vita Ezonis c. 3. *p* Wippo p. 435. 438. Arnulp. de gestis Mediol. L. II. c. 7. *q* Wippo p. 437. Hugo Flaviniac. Chron. Virdunensis P. I. p. 134.

A. 5715. Per. Jul. ad 5837. A. Christ. 1002. ad 1124.

bat, victo, & anno 1037 apud *Barum* a *Gothelone* Duce cæso, iuris *Germanici* fecit [a]. Eodemque anno *Italos* res novas molientes repressit [b], *Ranulfo Normanno Aversæ* comitatum concessit [c]. Atque ita rebus ubique ex sententia conpositis *Trajecti Frisiorum* pridie Nonas *Junias* anni 1039 obiit, ac *Spiræ* sepultus est [d]: quem annum solis defectio illustrem facit, undecimo Kal. *Septembris*, hora sexta, feria 4 [e]. *Conrado* regnante anno 1038 obiit *Stephanus*, *Hungariæ* Rex, cui *Petrus* successit [f]. Familia etiam *Habsburgica* hoc tempore in *Argovia* inclarescere cœpit, postquam *Wernherus Strasburgensis* Episcopus anno 1027 *Murense* monasterium & castrum *Habesburg* fundavit [g].

Henricus II Imperator. Bohemos & Hungaros vincit. Schisma Romanum tollit. Lotharingiam dividit.

§. 5. *Henricus* Imperatorum eo dictus nomine secundus, Regum tertius, iam anno 1028 *Aquisgrani* Rex coronatus [h], *Conrado* patri sine controversia successit [i]; *Bretislaum Bohemorum* Ducem *Poloniam* infestantem anno 1041 devicit [k]: *Hungaros*, *Uvone* Rege devicto, subegit, ac *Petrum* ab iis pulsum in integrum restituit anno 1044 [l]. Tum vero, exorto *Romæ* schismate *Benedicto* IX, *Sylvestro* III, & *Gregorio* VI de papatu certantibus, *Romam* veniens, tribus illis exauctoratis, Pontificem creari curat *Suidgerum*, Episcopum *Bambergensem*, qui *Clemens* II dictus est;

a Wippo p. 438. 441. Herm. Contr. an. 1032—1034. 1037. Glaber Rudolph. L. III. c. 9. Ann. Hildesh. & Chron. Saxo an. 1037. Vetus Chron. apud du Chesne T. IV. p. 97. B. & apud Pithœum p. 85. & Fragm. apud Chef. T. IV. p. 148. *b* Wippo p. 440. 441. Anon. Casin. & Herm. Contr. Ann. Saxo an. 1037. Hepidan. an. 1041. Otto Frising. L. VI. c. 31. Arnulphus de gestis Mediol. L. II. c. 9. *c* Chron. Casin. L. II. c. 65. *d* Wippo p. 442. 443. Otto Frising. L. VI. c. 31. Ann. Hildesh. Herm. Contr. Chron. Wirzeb. & Lamb. Schafnab. an. 1039. *e* Glaber Rudolph. L. IV. c. 9. *f* Wippo p. 442. Herm. Contr. Chron. Wirzeb. an. 1038. *g* Diploma apud Guillimannum L. I. Habsburg. c. 3. Herrgott Geneal. Diplomatica gentis Habsburgicæ T. II. n. CLXVIII. pag. 107. *h* Wippo p. 436. Lamb. Schafn. & Herm. Contr. an. 1028. *i* Otto Frising. L. VI. c. 32. Chron. Saxo & Ann. Hildesh. an. 1039. *k* Cosmas Prag. L. II. p. 25. 28—30. Herm. Contr. an. 1041—1044. Lamb. Schafn. Chron. Lobiense ad an. 1040. 1041. Ann. Saxo an. 1042. Hepidan. an. 1046. 1047. Otto Frising. L. VI. c. 32. *l* Otto Frising. L. VI. c. 32. Herm. Contr. Lamb. Schafn. Ann. Saxo. Chron. S. Pantaleonis an. 1041—1044. Joh. de Thwrocz P. II. c. 34. & seqq. Et de genere Petri Hahn. Hist. Imp. P. III. c. 1. §. 3. lit a.

A. 5715. Per. Jul. ad 5837. A. Christ. 1002. ad 1124.

est; a quo ipso die natali Domini anno 1046 cum *Agnete* uxore coronatus est [a]. Interim *Gozelone*, utriusque *Lotharingiæ* Duce, anno 1044 mortuo, filius eius *Godefridus*, ægre ferens, Imperatorem ducatum *Lotharingiæ* inferioris fratri suo *Gozeloni* ignavo dedisse, bellum concitaverat, quod varia fortuna gestum, donec *Godefridus* anno 1050 in gratiam receptus [b], in *Italiam* veniens [c], *Beatricem Bonifacii* Marchionis viduam duxit [d], quod tamen ægre ferens Imperator anno 1055 in *Italiam* veniens *Beatricem* secum abduxit [e]. Ipseque anno sequente 1056 tertio Nonas *Octobris* obiit [f]. Uxores duas habuit *Cunichildem*, *Canuti Anglorum* & *Danorum* Regis filiam [g], ex qua ei nata est filia unica *Beatrix* Abbatissa *Quedlinburgensis* [h]; & *Agnetem Wilhelmi Pictaviensis* filiam [i], ex qua III Idus *Novemb.* anno 1050 suscepit *Henricum* in regno successorem [k], & *Conradum* in infantia mortuum [l], filias *Mathildem*, quæ *Rudolpho Suevorum* Duci nupsit [m], *Juditham Boleslao Polonorum* Duci conlocatam [n], *Sophiam*, quæ uxor fuit *Salomonis* Regis *Hungariæ* [o], *Adelheidam* [p] & *Agnetem* [q].

Normanni Apuliam, Calabriamque occupant.

§. 6. Huius *Henrici* ætate res *Normannorum* in *Apulia* florere cœperunt. Cum enim *Tancredi* filii *Guilielmus*, *Drogo* & *Humbertus*, qui circa annum

[a] Otto Frising. L. VI. c. 32. Desiderius Casinensis de Miraculis S. Benedicti L. III. p. 853. Chron. Casin. L. II. c. 79. Arnulph. L. III. c. 2. Albericus an. 1044. 1046. Herm. Contr. Sigeb. Gembl. anno 1046. [b] Herm. Contr. Lamb. Schafn. an. 1044—1050. Sigeb. an. 1044. 1045. 1047—1049. [c] Lamb. Schafn. an. 1052. [d] Lamb. Schafn. an. 1053. Herm. Contr. 1054. Albericus an. 1052. Pag. Crit. an. 1070. n. 6. & seqq. [e] Lamb. Schafn. an. 1055. Contin. Herm. Contr. apud Canisium T. III. ad an. 1055. Albericus an. 1056. [f] Herm. Contr. Contin. Lamb. Schafn. Marianus Scotus an. 1056. Otto Frising. L. VI. c. 43. [g] Wippo p. 440. Ann. Hildesh. Herm. Contr. an. 1036. 1038. Wilh. Malmesbur. L. II. c. 12. p. 77. Gundlingiana P. XLII. Diss. III. T. IX. p. 169. [h] Wippo p. 442. Ann. Hildesh. Herm. Contr. an. 1038. [i] Glaber Rudolph. L. IV. c. 1. Herm. Contr. Lamb. Schafn. Chron. Andegav. an. 1043. Otto Frising. L. VI. c. 32. [k] Herm. Contr. Chron. Andeg. an. 1050. Lamb. Schafn. an. 1051. Chron. Mellicense & Anon. Leobiensis ad an. 1050. apud Pezium Script. Austr. T. I. [l] Herm. Contr. an. 1052. Lamb. Schafn. an. 1056. [m] Contin. Herm. Contr. an. 1059. Lamb. Schafn. an. 1058. [n] Andreas Abbas vita Ottonis Bambergensis L. I. c. 1. Herm. Contr. an. 1047. [o] Lamb. Schafn. an. 1061. Sigeb. Gemb. an. 1063. [p] Chron. Halberstatense apud Leibn. T. II. p. 125. [q] Ann. Hildesh. an. 1077.

A. 5715. Per. Jul. ad 5837. A. Christ. 1002. ad 1124.

1035 *Salernum* venerant [a], cum reliquis *Normannis* & *Ardoino* nobili *Longobardo Græcorum* duci *Georgio Maniaco*, anno 1038 ad recuperandam *Siciliam* misso [b], utilem operam navassent, nec iustam pro meritis gratiam a *Græcis* ferrent, *Ardoino* etiam contumelia adfecto, relicta *Sicilia*, de improviso *Apuliam* præsidiis nudatam anno 1041 invadunt, *Melfim* aliaque loca levi negotio occupant, *Græcos* exercitus delent [c], Principemque ex sua gente Comitis titulo sibi anno 1043 constituunt *Guilielmum Tancredi* filium, qui propter res in *Sicilia* gestas *Ferrabrachius* dictus est [d]. Eique post tres annos mortuo subfectus est frater *Drogo* [e], quem *Humfridus* excepit, qui anno 1052 *Leonem IX* Papam, arma *Normannis* inferentem, vicit, cepitque [f]; quem circa annum 1056 excepit *Robertus Guiscardus*, *Tancredi* filius natu maior ex secundo matrimonio [g], qui *Calabriam Apuliæ* addidit [h], titulumque ducis sumsit [i].

Henricus III Imperator.

§. 7. Anno *Christi* 1056 *Henricus* Imperatorum eo nomine III, Regum *Germaniæ* IV, quinquennis puer [k], quem pater anno 1053 Regem designatum, ducatu *Bavariæ* donaverat [l], longum 50 annorum imperium, sed intestinis motibus, & gravioribus de *Investitura* contentionibus exercitum, auspicatus est; quod pro minorenni filio primum satis pro dignitate administravit mater eius *Agnes* [m]: sed *Hannonis* Episcopi

[a] Malaterra Hist. Sicul. L. I. c. 4—6. 11. 19. apud Murator T. V. p. 550. & in Thes. Siciliæ P. V. Chron. Casin. L. II. c. 67. [b] Cedren. p. 741. Lupus Protospata & Anon. Barensis ad an. 1038. apud Murator. T. V. [c] Gulielm. Appulus L. I. p. 584. & seqq. apud Leibn. T. I. Chron. Casin. L. II. c. 67. Malaterra L. I. c. 6—9. Cedren. p. 755. 756. Scylitzes Curopalates p. 853—856. Lupus Protospata an. 1040—1042. [d] Chron. Casin. l. d. Gulielm. Appulus L. I. p. 588. Giannone L. IX. c. 2. [e] Chron. Casin. l. d. Malaterra L. I. c. 12. 13. Lupus Protospata an. 1046. [f] Chron. Casin. L. II. c. 87. Guliel. Appulus L. II. p. 592—594. Malaterra L. I. c. 14. Anon. Casin. & Barensis an. 1052. Herm. Contr. an. 1053. Wibertus vita Leonis L. II. c. 10. 11. Lupus an. 1053. Giannone L. IX. c. 3. [g] Chron. Casin. L. II. c. 67. Malaterra L. I. c. 4. 18. [h] Gulielm. App. L. II. p. 594. 595. 596. Fragm. Hist. Franc. apud du Chesne T. IV. p. 86. & apud Pithœum T. II. p. 84. [i] Giannone L. IX. c. 4. [k] Bruno de bello Saxon. p. 174. Lamb. Schafn. an. 1056. Contin. Herm. Contr. an. 1065. [l] Herm. Contr. an. 1053. [m] Arnulph. Mediol. L. III. c. 4. Vita Henrici V. apud Urstisium P. I. p. 381. Otto Frising. L. VI. c. 34. Albertus Stad. an. 1056. Lamb. Schafn. an. 1056. 1057.

scopi *Coloniensis* arte puero anno 1062 matris imperio subducto [a], rerum summam aliquamdiu tenuit *Albertus Bremensis* Episcopus [b], quo tempore, cum omnia etiam sacra, venalia haberentur, *Saxones* graviori iugo premerentur, dissensionum semina sparsa sunt [c].

A. 5715. Per. Jul. ad 5837. A. Christ. 1002. ad 1124.

Lis cum Pontifice.

§. 8. Quæ magis aucta sunt, postquam, *Alberto* anno 1066 remoto, Rex anno 1070 *Bavariæ* ducatum, *Ottoni* anno 1061 ab *Agnete* datum [d], in *Welphum Azonis* Marchionis *Italorum* ex *Cunegunda* filium transtulit [e]. Ab eo enim tempore, rebus in *Saxonia* graviter turbatis, Rege ab *Ottone Saxonibus*que victo [f], tantum fiduciæ sumsit *Alexander* II Papa, ut anno 1073 ausus fuerit Regem ad caussam dicendam *Romam* vocare [g]. Cuius vestigiis insistens successor eius *Hildebrandus*, *Gregorius* VII dictus, & ipse Regem, iam *Saxones* anno 1075 gravius obterentem [h], ad caussam dicendam vocat anno 1076 [i], reluctantem, & sibi in Synodis Pontificatum abrogantem [k], anno sequenti anathemate, sæpius deinde repetito, notat, subditos iurisiurandi religione solvit, simulque omnem per manum laicam investituram fieri prohibet [l]. Itaque res in nervum erupit; sed Prin-

a Lamb. Schaf. Contin. Herm. Contr. an. 1062. Waltramus de unitate Ecclesiæ conservanda L. II. c. 33. *b* Bruno p. 175. Vita Henrici l. d. Lamb. Schafn. an. 1063. p. 170. & an. 1066. p. 175. Chron. Laurisham. p. 128. apud Freher. T. I. *c* Lamb. Schafn. Bertold. Const. an. 1070. 1071. Bruno p. 180. *d* Lamb. Schafn. an. 1061. *e* Bruno Bello Saxon. p. 180. Lamb. Schafn. Bertold. Const. an. 1070. 1071. Murator. Antiq. Estens. P. I. c. 2. p. 9. *f* Bruno p. 182—185. Actor vitæ Henrici p. 382. Lamb. Schafn. an. 1073. 1074. Bert. Cost. an. 1072. 1073. *g* Contr. Ursperg. p. 221. Otto Frising. L. VI. c. 34. *h* Bruno p. 186—188. 190. & seqq. Lamb. Schafn. an. 1075. p. 216—228. Sigeb. Gemb. Ann. Hildesh. Chron. Saxo an. 1075. *i* Lamb. Schafn. an. 1076. p. 237. 238. Bertold. Const. an. 1076. Bruno. p. 196. 197. Anna Comnena L. I. p. 31. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 141. & seqq. *k* Auctor vitæ Anselmi Luccensis §. 13. p. 475. Paulus Bernriedensis in vita Gregorii VII. §. 66. p. 431. Conradus Ursperg. p. 221. Auctor vitæ Henrici p. 382. Donizo vita Mathild. L. I. c. 19. Epistola Henrici apud Urstis. P. I. p. 394. Corporis Diplom. Supplem. T. I. P. I. p. 30. & seqq. Aventin. L. V. c. 14. §. 25. *l* Gregor. Registri L. IV. ep. 22. Harduin. Conc. T. VI. P. I. p. 1366. 1566. 1575. Theodor. Virdun. apud Gold. T. I. Constit. Imper. p. 236. Martene T. I. Thes. Anecd. p. 220. 222. 224. Benno vita Hildebr. L. I. c. 2. Arnulphus L. III. c. 26. 29. Otto Frising. L. VI. c. 35. Chron. Casin. L. III. c. 49. Chron. Reichersp. an. 1083. Bertold. Const. Ann. Saxo an. 1076. Du Mont T. I. P. I. p. 53. & seqq. Bullarium Magnum T. I. p. 27. 28.

A. 5715. Per. Jul. ad 5837. A. Christ. 1002. ad 1124.

Principibus de novo Rege eligendo deliberantibus [a], Rex coactus est anno 1077 *Canusium* ad Pontificem adire, a quo indignis modis habitus, ægre impetravit, ut in communionem reciperetur [b].

Rudolphum æmulum vincit.

§. 9. Verum cum *Henricus* paullo post, contra fidem Pontifici datam, insignia imperii resumeret [c], *Saxones*, inpellente Papa, & Regem anathemate notante [d]. III Idus *Martii* anno 1077 *Rudolphum Sueviæ* Ducem, qui Regis sororem in matrimonio habuerat, Regem eligunt [e]; qui tamen quarto ad *Elystrum* prælio a *Godefrido Bulionio* cæsus est Idibus *Octobris* anno 1080 [f]. Quo *Henricus*, *Hildebrando* Synodali iudicio damnato, *Guibertum Ravennatensem*, qui *Clemens* III dictus est, Papam designari curavit [g]. *Roma*que post longam obsidionem potitus [h], a *Clemente* Imperator coronatus est anno 1084 [i].

Ab Hermanno Luxenburgico, Pontificibus, filiisque male vexatus obit.

§. 10. Interim *Germani*, qui diversarum erant partium, desinente anno 1081 alterum *Henrico* æmulum obiecerant *Hermannum Luxenburgicum*, qui ad annum 1088 Regis arma exercuit [k]. Neque tamen Imperatori per *Gregorii* successores quieto esse licuit [l]; non

[a] Bernriedensis vita Gregorii p. 434. 435. Bruno p. 208—211. Chron. Saxo. Bertold. Const. Lamb. Schafn. an. 1076. p. 242. Hugo Flaviniac. L. II. p. 196. [b] Bruno p 211. Lamb. Schafn. an. 1076. 1077. p. 245—249. Waltramus de unitate Eccles. L. I. c. 6. Vita Mathild. c. 8. Arnulphus Mediol. L. IV. c. 7. 8. Albertus Stad. an. 1076. [c] Lamb. Schafn. an. 1077. p. 250. 251. [d] Lunig *Spic. Eccl.* P. I. p. 146. [e] Lamb. Schafn. an. 1077. p. 252. Bruno p. 212. Otto Frising. de gestis Friderici I. L. I. c. 7. Waltramus L. II. c. 9. Vita Gregorii c. 10. Arnulphus L. IV. c. 9. 10. Bertold. Marianus, Sigeb. & Chron. Reichersp. an. 1077. Albericus an. 1077. [f] Bruno p. 213—215. 224—228. Waltramus L. II. c. 9. 16. Helmold. L. I. c. 29. Ann. Comnena L. I. p. 33. Wilh. Appulus L. IV. p. 612. Bertold. Albericus Marian. Scotus. Sigeb. Gemb. Chron. Reichersp. an. 1078—1080. [g] Marian. an. 1081. Ann. Saxo an. 1080. Conr. Ursperg. p. 224. Otto Frising. l. d. L. I. c. 1. Chron. Casin. L. III. c. 50. Acta in Suppl. Corporis Diplom. T. I. P. I. n. 25. Codice Udalrici apud Eccard. T. II. p. 173. 174. 176. 177. Chron. Halberst. p. 127. 128. [h] Sigeb. an. 1081—1084. Chron. Lobiense. Chron. Saxo an. 1081. Bertold. an. 1083. Auctor vitæ Anselmi §. 19. p. 478. Waltramus L. II. c. 7. Auctor vitæ Henrici p. 385. [i] Epistola Imperatoris ad Theodoricum Verdun. Episcopum apud Browerum Ann. Trevir. P. I. L. XII. n. 83. Sigeb. & Albericus an. 1084. Hugo Flaviniac. p. 229. [k] Bruno p. 231. 232. Bertold. Const. 1082. 1087. 1088. Conr. Ursp. p. 225. Burchard. de Casibus S. Galli c. 7. p. 71. 73. [l] Otto Frising. Chron. VI. c. 1. Bertold. an. 1087. 1088. Helmold. L. I. c. 30.

non tantum enim *Urbanus* II, conciliatis anno 1089 *Welpho*, *Welphi* Ducis *Bavariæ* filio, nuptiis cum *Mathilde*, præpotenti *Tusciæ* Domina, novos movit fluctus [a], filiumque Regis *Conradum*, ad bella in *Italia* gerenda relictum, anno 1093 ad rebellionem contra patrem concitavit [b]; sed etiam eo anno 1101 extincto [c], qui *Urbano* anno 1099 successit *Paschalis* II alterum Regis filium *Henricum*, quem pater in sua verba adactum anno 1103 successorem sibi designari curaverat [d], ad idem contra patrem facinus audendum permovit, a quo callida fraude circumventus pater imperio spoliatus est exeunte anno 1105 ipso *Christi* natali die [e], paulloque post, cum regnum recuperare niteretur [f], *Leodii* decessit anno 1106 septimo Idus *Augusti*, feria tertia, ætatis 55 [g]. Uxorem habuit *Bertham*, *Ottonis* Marchionis *Italiæ* filiam [h], ex qua nati filii *Conradus* [i] & *Henricus* [k], filia *Agnes*, quæ primum *Frederico Hohenstaufio* & dein *Leopoldo* Marchioni *Austriæ* nupsit [l].

A. 5715. Per. Jul. ad 5837. A. Christ. 1002. ad 1124.

§. 11. Plurimum motus hi intestini domi forisque nocuerunt imperio: *Hungari*, qui maiestatem Regum *Germaniæ* ab aliquo tempore comiter coluerant, impellente Papa, anno 1075 obedientiam iis renunciarunt [m]; *Boleslaus* Dux *Polonorum*, dudum Regibus *Teutonicis* tributarius, diadema sumsit anno 1077 [n]. Eodemque illo anno *Mathildis Tusciæ* Domina, & Gre-

Damna imperii ex intestinis litibus orta.

[a] Bertold. Chron. Saxo an. 1089. Murator. Antiq. Estens. P. I. c. 4. p. 17. [b] Auctor vitæ Henrici p. 386. Sigeb. & Dodechin. an. 1093. Conr. Ursperg. p. 227. Vita Mathild. c. 11—13. [c] Sigeb. Dodech. an. 1101. Conr. Ursp. p. 237. Otto Fris. L. VII. c. 7. Murator. l. d. p. 21. [d] Otto Frising. L. VII. c. 8. Albericus an. 1103. Auctor vitæ Henrici p. 386. Henricus in Epistola ad Hugonem Abbatem apud Acher. Spic. T. III. p. 441. [e] Otto Frising. L. VII. c. 8—11. Vita Henrici IV. p. 387—389. Epistola Henrici ad Regem Celtarum apud Urstis. p. 396. Dodech. Sigeb. Ann. Saxo anno 1105. Herimannus narrat. Tornæ n. 83. apud Acher. T. II. p. 914. [f] Otto Frising. L. VII. c. 12. Vita Henr. p. 391. Sigeb. Gembl. an. 1106. Helmold. Chron. Sclav. L. I. c. 33. [g] Ann. Saxo. Albericus an. 1106. Conrad. Ursper. p. 251. [h] Herm. Contr. 1055. Ann. Saxo 1067. Lamb. Schafn. an. 1066. Otto Frising. L. VI. c. 35. Gundling. P. XXX. Diss. 2. [i] Lamb. Schaf. an. 1074. [k] Lamb. Schafn. Marianus, Ann. Hildesh. an. 1081. [l] Otto Frising. de Gest. Frider. I. L. I. c. 8—10. Gundling. P. VII. Diss. I. §. 21. [m] Lamb. Schafn. an. 1074. Sigeb. Gemb. an. 1075. Couring. de Finibus Imperii c. XVII. §. 14—17. [n] Lamb. Schafn. an. 1077. p. 246. Bertold. an. 1077.

A. 5715. Per. Jul. ad 5837. A. Christ. 1002. ad 1124.

Gregorii Pontificis assidua comes [a], ditiones suas Ecclesiæ *Romanæ* donasse dicitur [b]: quod tamen alii merito dubium faciunt [c].

Domus Welphica, Hohenstaufsiorum & Nassavia inclaruit.

§. 12. Ceterum *Henrico* imperante ducatus *Bavariæ* anno 1071 translatus est in familiam *Welphicam* [d]; & *Fredericus Hohenstauffius*, ducta *Agnete Henrici* filia, *Sueviæ* ducatum accepit anno 1080 [e]: cum anno superiori *Otto Nassavius*, per nuptias primum cum *Adelheida*, dein cum *Zophia*, *Geldria Zutphaniaque* potitus, primus *Geldriæ Zutphaniæque* Comitis titulo ornatus esset [f]. Quemadmodum etiam occasione horum motuum Ducatus *Lotharingiæ* inferioris anno 1006 translatus est in *Godefridum Barbatum* Comitem *Lovaniensem* [g], a quo duces *Brabantiæ* orti.

Normannorum incrementa sub Roberto Guiscardo.

§. 13. In *Italia* vero res *Normannorum* ductu *Roberti Guiscardi* maiorem in modum auctæ sunt [h]: postquam enim anno 1059 rem cum *Nicolao* II Papa conposuerat, ab eoque, annuum tributum pollicitus, Dux *Apuliæ Calabriæque* & futurus Dux *Siciliæ* appellatus esset [i], anno 1060 cum fratre *Rogerio* in *Siciliam* transmittens magnas contra *Saracenos* res gessit [k]: *Barium* in *Italia*, eiectis *Græcis*, expugnavit anno 1070 [l]; sed cum *Salerno* capto *Campaniam* invaderet, a *Gregorio* VII sacrorum usu prohibitus est anno 1074 [m], ac

a Lamb. Schafn. an. 1077. p. 247. *b* Chron. Casin. L. III. c. 49. Chronicon. Halberstadtense p. 128. Charta Donationis apud Miræum T. I. p. 369. Lunig Spic. Eccl. Contin. I. p. 103. *c* Arnold. Lubec. L. III. c. 10. n. 4. Conring. de Fin. Imp. C. X. §. 19. & seqq. Murat. Antiq. Estens. P. I. p. 292. *d* Lamb. Schafn. Chron. Saxo an. 1071. Helmold. L. I. c. 27. Historia de Guelsis c. 8. Gundlingiana P. VII. Diss I. §. 1—20. Murator. Antiq. Estens. P. I. c. 2. p. 9. *e* Otto Frising. de gestis Frider. I. Lib. I. c. 8. 9. Gundl. l. d. §. 21. 22. *f* Magnum Chron. Belg. p. 119. Pontanus Hist. Geldr. L. VI. p. 90. 95. Chronicon Geldriæ in Scriverii Batavia Illustrata p. 11—13. *g* Sigebert. & Alberic. an. 1006. Butkens Trophees de Brabant. T. I. L. IV. c. 1. p. 96. & in Probation. p. 30. 33. *h* Chron. Richardi Pictavensis apud Martene Coll. Max. T. V. p. 1169. *i* Gulielm. Appulus p. 596. Chron. Casin. L. III. c. 16. Baron. an. 1059. n. 63. Giannone L. X. in principio. *k* Chron. Casin. L. III. c. 16. 45. Lupus Protosp. an. 1065. Malaterra L. II. c. 10. & seqq. Chron. Siciliæ c. 6. apud Martene Thes. Anecd. T. III. p. 8. *l* Gulielm. Apul. L. II. p. 598. Anon. Barens. an. 1068. 1071. Lupus Protosp. an. 1069. 1071. Chron. Casin. L. III. c. 45. Malaterra L. II. c. 42. Giannone L. X. c. 1. T. II. p. 89. *m* Baron. an. 1074. n. 32. Chron. Casin. L. III. c. 45. Guliel. Apul. L. III. p. 607. Malaterra L. III. c. 2—4. Anon. Casin. an. 1075.

ac septimo post reconciliatus anno, qui fuit 1080, provincias illas omnes sub annuo vectigali a Pontifice obtinuit [a]. Sequenti anno mare transmittens contra *Græcorum* Imperatorem *Alexium* ex sententia pugnavit [b]; sed a *Gregorio* Papa, in arce *S. Angeli* obsesso, evocatus [c], anno 1084 *Romam* veniens, deductum ex arce Pontificem *Salernum* abduxit, ubi & mortuus est [d]; eodem anno 1085, quo & *Robertus Guiscardus* diem obiit supremum [e]. Cui in *Apuliæ Calabriæ*que ducatu successit filius *Rogerius* [f].

A. 5715. Per. Jul. ad 5837. A. Christ. 1092. ad 1124.

§. 14. In *Germania* regnum patri per scelus extortum, eo mortuo, sine controversia tenuit filius *Henricus* V [g]. Is, sero dolens sua culpa fere amissum ius Regum circa sacra, maiestatem imperii adsertum ire statuit [h]: itaque, re cum *Hungaris* [i], & *Polonis* [k], conposita, *Italiam* anno 1110 armata manu adiens [l], *Paschalem* II anno 1111 omnem sibi Investituram per annulum & baculum concedere cogit [m]: sed vixdum ex *Italia* decesserat Imperator, solemni ritu a *Paschali* coronatus, quin pacta conventa omnia irrita

Henricus IV Imperator in lite de investitura succubuit.

Ooo 2 esse

a Apud du Mont T. I. P. I. p. 57. Lunig Cod. Ital. Dipl. T. II. p. 843. Chron. Casin. L. III. c. 45. Gulielm. Apul. L. IV. p. 612. Anna Comnena L. I. p. 32. Baron. an. 1080. n. 30. b Chron. Casin. L. III. c. 49. Gulielm. Apul. L. IV. p. 614—620. Anon. Barens. an. 1081. 1082. Lupus Protospata an. 1080—1082. Anna Comnena L. I. p. 23. 27. 28. 35. L. III. p. 91. 97. & seqq. & L. IV. Zonar. L. XVIII. c. 22. Glycas p. 333. Malaterr. L. III. c. 24. Pag. Crit. an. 1081. n. 6. 7. c Anna Comnena L. I. p. 33. Wilh. Malmesb. L. III. p. 107. Malaterra L. III. c. 33. d Chron. Casin. L. III. c. 53. Gulielm. Apul. L. IV. p. 621. & V. p. 626. Malaterra L. III. c. 37. Ordericus Vitalis L. VII. p. 642. Lupus Protospata an. 1084. Matth. Paris. p. 11. Bartold. Const. an. 1083. 1084. Baron. an. 1081. n. 9. e Chron. Casin. L. III. c. 57. Chron. Barense & Lupus Protospata an. 1085. Malaterra L. III. c. 41. Anna Comn. L. VI. p. 162. Pag. Crit. an. 1085. n. 6. & 9. f Malaterra L. III. c. 42. g Chron. Maleacense an. 1106. apud Labb. T. II. p. 217. Otto Frising. de gestis Frederici I. L. I. c. 10. h Sugerius vita Ludovici Grossi apud du Chesn. T. IV. p. 289. Ann. Saxo an. 1107. Meibomii Dissert. de iure Investituræ T. III. p. 170. i Dodechin. an. 1108. Otto Frising. L. VII. c. 13. Conrad. Ursp. p. 253. Chron. Saxo. Albericus an. 1109. k Conr. Ursp. Ann. Hildesheim. Ann. Saxo an. 1109. l Conr. Ursp. p. 267. Otto Frising. L. VII. c. 14. Ann. Saxo, & Hildesh. an. 1110. m Otto Frising. L. VII. c. 14. Chron. Casin. L. IV. c. 35—40. Chron. Reicherspergense an. 1109. 1111. Dodechin. an. 1110. Sigeb. Gemb. an. 1111. Codex Udalrici apud Eccard. Hist. Med. Ævi T. II. p. 272. Du Mont T. I. P. I. p. 61—64. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 150. & seqq.

A. 5715. Per. Jul. ad 5837. A. Christ. 1002. ad 1124.

esse iubent *Romani* patres[a], eo tutius, quia motus in *Germania* orti Principem detinebant[b], quod & *Paschalis* successores *Gelasius* II & *Calixtus* II facere perseverarunt. *Henricus* igitur *Gelasio*, anno 1118 iniussu suo designato, *Burdinum* Papam opposuit, quem *Gregorium* VIII appellarunt[c]. Diris ob hæc *Calixti* sententia in *Remensi* concilio anno 1119 devotus[d], cum se paullatim a suis destitui cerneret, paternæ calamitatis exemplo deterritus, anno 1122 nono Kal. *Octobris* liberam in omnibus Ecclesiis electionem & consecrationem, omnem etiam per annulum & baculum investituram „ Deo eiusque Apo„ stolis *Petro* & *Paulo* concedit; tantum ut consecratus intra sex menses regalia per sceptrum a Rege accipiat[e]. Biennio post in *Ludovicum Galliæ* Regem conparato exercitu, sive *Gallorum* adparatu sive intestinis motibus absterritus, in *Vangiones* abiit[f]; indeque contra *Petronellam Florentii* Comitis *Hollandiæ* viduam ducens ex morbo decessit *Traiecti* X ante Kal. *Junii* anno 1125[g], nulla prole relicta ex *Mathilde Henrici* Regis *Anglorum* filia[h].

C A-

a Helmold. L. I. c. 40. Sugerius p. 290. Chron. S. Trudonis L. XI, apud Acher. T. II. p. 697. du Mont T. I. P. I. p. 65. Fleury L. LXVI, §. 12—14. 37. *b* Helmold. l. d. Otto Frising. L. VII. c. 15. Chron. Halberstadense apud Leibn. T. II. p. 131. 132. Ann. Hildesh. Albertus Stadensis an. 1113—1115. *c* Falco Beneventanus in Chron. an. 1118. Sugerius p. 309. 310. Ordericus Vitalis L. XII. p. 842. Chron. Casin. L. V. c. 64. Ann. Hildesh. an. 1118. Pandulfus Pisanus vita Gelasii apud Murator. T. III. P. II. Baluzius vita Burdini Miscell. T. III. §. 13. & seqq. *d* Sugerius p. 310. Conr. Ursperg. p. 262. Otto Frising. L. VII. c. 15. in codice Udalrici apud Eccard. T. II. p. 302—307. Ann. Hildesh. Saxo. Albert. Stad. an. 1119. *e* Otto Frising. L. VII. c. 16. Conr. Ursp. p. 267. Chron. Reichers. an. 1119. Ann. Saxo an. 1122. du Mont. T. I. P. I. p. 66. 67. Lunig Spic. Eccl. p. 153. & seqq. Bullarium Magnum T. I. p. 32. 33. in Codice Udalrici apud Eccard. T. II. p. 308. *f* Sugerius p. 312. Otto Frising. L. VII. c. 16. Albericus & Ann. Saxo an. 1124. *g* Conrad. Ursp. p. 271. Ann. Saxo an. 1125. Chron. Halberstad. p. 134. Pag. Crit. an. 1125. n. 6. 7. *h* Chron. Lobiense an. 1125. Conr. Ursperg. p. 281. Otto Frising. L. VII. c. 15. Genealogia Rollonis apud Acher. T. II. p. 494.

CAPUT XIII.

A. 5701. Per. Jul. ad 5848. A. Christ. 988. ad 1135.

De rebus Gallicis *sub* Hugone Capeto, Roberto, Henrico I. & Philippo II. *Item de* Godefridi Bolionii *in* Palæstinam *expeditione*, *deque* Anglia *a* Normannis *occupata*, *primisque ex ea gente Regibus*, *ab anno circiter* 988 *ad* 1135.

§. 1.

Hugo Capetus. HUgo *Capetus*, *Roberti* Regis nepos, regiæ familiæ, quæ nunc floret, auctor; per matrem, aviamque maternam *Saxo* [a], per patrem proavumque *Robertum* fortem [b], ut volunt, a *Childebrando Caroli Martelli* fratre ortus, post captum *Carolum Ludovici Transmarini* filium [c], regnum cum filio *Roberto* tenuit, totus in eo, ut ius regium in familia sua confirmaret [d], obiitque anno 997 [e], *Octobris* 24 [f].

Robertus. §. 2. *Robertus* igitur ex anno 998 solus regnavit [g], mitis animi princeps, superstitionibus deditus, & in clerum profusus [h], *Bertham* uxorem a *Gregorio* V Papa dimittere coactus, *Constantinam Wilhelmi Tolosani* Comitis filiam duxit [i]. *Burgundiam* armis domitam regno addidit [k], ducatum tamen postea accepit filius eius *Robertus* [l], a quo prima familia regia Du-

[a] Supra C. VIII. §. 3. & IX. §. 7. de matre Hathuide filia Henrici Aucupis. [b] Supra C. IV. §. 5. [c] Supra C. IX. §. 11. [d] Fragm. Hist. Aquitan. apud Chesn. T. IV. p. 80. Glaber Rudolphus L. II. c. 1. Chron. Divion. apud Acher. T. II. p. 382. Hariulfus Chron. Centulensi L. III. c. 27. IV. c. 12. [e] Hist. Franc. Fragm. apud Pithœum p. 81. & Chesn. T. IV. p. 85. Pag. Crit. an. 998. n. 1. [f] Odo Monachus Fossatensis vita Burchardi apud Chesn. T. IV. p. 118. A. [g] Aimoinus de Miraculis Benedicti L. III. c. 8. apud Chesn. T. IV. p. 141. [h] Fragm. Hist. Franc. apud Pithœum p. 84. Helgaudus vita Roberti Ib. p. 63. 67. 72. Fragm. apud Chesn. T. III. p. 345. 346. [i] Fragm. Hist. Franc. l. d. Epistola Damiani L. II. ep. 15. Operum T. III. p. 260. Epistola Gerberti ad Adelaidem Pag. Crit. an. 998. n. 4—10. [k] Fragm. Hist. Franc. l. d. Fragm. Chronici Hugonis apud Chesn. T. IV. p. 143. Glaber Rudolph. L. II. c. 8. Gulielm. Gemetic. L. IV. c. 15. Contin. Aimoin. L. V. c. 46. [l] Fragm. Hist. Franc. p. 86. Glaber L. III. c. 9.

A. 5701. Per. Jul. ad 5848. A. Christ. 983. ad 1135.

Ducum *Burgundiæ* ducitur. Bellum etiam in *Galliis* inter *Richardum Normanniæ* Ducem & *Odonem Carnotensem* ortum suo interventu conposuit [a]. Postea tumultu domestico a filiis exercitus [b], ex vita excessit XIII ante Kal. *Augusti* anno 1031 [c]. Ex *Constantia* uxore suscepit filios quatuor *Hugonem*, *Henricum*; *Robertum*, & *Odonem*, ex quibus *Hugo* iam regiis insignibus ornatus ante patrem decessit [d]: filiam quoque habuit *Adelam*, quæ anno 1026 *Richardo* III *Normanniæ* duci desponsata fuit [e], & dein nupsit *Balduino Flandriæ* Comiti [f]. Hoc regnante *Judæi*, quia dicebantur *Saracenos* concitasse, ut sepulcrum *Christi* everterent, multa gravia perpessi sunt [g].

Henricus I Rex Galliæ.

§. 3. *Henricus* I post *Hugonis* obitum a patre designatus, invita matre, quæ *Robertum* iuniorem præferebat, regnavit in *Galliis* [h] ab anno 1031 [i]. Fratrem alterum *Odonem* auxilio *Tetbaldi* & *Stephani* filiorum *Odonis Carnotensis* res novas anno 1038 molientem repressit, qua occasione *Turones Gothofredo Andegavensium* Comiti, quo adiutore vicerat, adtribuit [k]. *Roberto* vero II *Normanniæ* Duce in peregrinatione *Hierosolymitana* anno 1035 *Nicææ* mortuo [l], filium eius nothum *Wilhelmum*, suæ fidei commendatum, paternam in ditionem restituit anno 1047, quocum tamen postea anno 1054 bellum habuit [m]. Obiit *Vitriaci* 4 *Augusti* anno 1060 [n]. *Annam Russo-*

a Fragm. Hist. Franc. apud Chesn. T. III. p. 345. Wilh. Gemetic. L. IV. c. 10—12. *b* Glaber. L. III. c. 9. *c* Pag. Crit. an. 933. n. 8. 9. *d* Galber L. III. c. 9. Fragm. Hist. Franc. p. 85. Chron. Vetus apud Ches. T. IV. p. 96. *e* Apud Acher. T. III. p. 390. *f* Apud Miræum. T. I. p. 54. 61. 64. 66. 659. Chron. Monast. Andrensis apud Acher. T. II. p. 826. *g* Glaber L. III. c. 7. Fragm. Hist. Aquit. p. 81. *h* Fragm. Hist. Franc. apud Ches. T. IV. p. 86. Chron. Vetus Ib. p. 97. Fragm. de Henrico Rege Ib. p. 148. Wilh. Gemetic. L. V. c. 7. *i* In Chartis apud Acher. T. III. p. 393. 398. 401. Odo Fossatens. vita Burchardi apud Chesn. T. IV. p. 124. *k* Fragmenta apud Chesn. T. IV. p. 86. 87. 97. & 148. Glaber. Rud. L. V. c. 2. *l* Wilh. Gemetic. L. V. c. 13. *m* Fragm. apud Chesn. T. IV. p. 87. 97. 149. 150. Fragmentum de Gulielmo Conquestore in Camdeni Anglicis p. 30. 31. Guliel. Gemetic. L. V. c. 12. VI. 1. 5. 17. 24. Guliel. Malmesbur. L. III. p. 95. 97. *n* Fragm. apud Chesn. T. IV. p. 150. Fragm. Hist. Andegav. apud Acher. T. III. p. 233. Chron. Floriac. apud Baluz. Misc. T. II. p. 307. Pag. Crit. an. 1059. n. 17. 18.

Russorum Principis filiam uxorem duxit anno 1050[a], ex qua ei nati sunt *Philippus*, *Hugo* & *Robertus*[b]. Hoc regnante *Casimirus*, *Miseconis* II filius, ex monacho *Cluniacensi* Rex *Poloniæ* factus, regnum illud Pontifici vectigale fecit[c].

A. 5701. Per. Jul. ad 5848. A. Christ. 983. ad 1135.

Philippus.

§. 4. *Philippus* a patre in festo Pentecostes anno 1059 successor designatus, septennis puer, patre mortuo, regnare cœpit, tutore ei dato *Balduino* V *Flandrensi* Comite, qui *Adelam Henrici* sororem in matrimonio habebat[d]. Cuius nepotem *Arnulphum*, a patruo *Roberto Frisio* principatu suo eiectum, *Philippus* armis restituere conatus, a *Roberto* superatus est, quo in conflictu *Arnulphus* occubuit mense *Februario* anni 1072[e]. Rex fœderis feriundi caussa uxorem ducit *Bertam Florentii* Comitis *Hollandiæ* filiam, *Roberti* privignam, ex qua ei post diu sterile matrimonium anno 1081 natus est filius *Ludovicus*, & filia *Constantia*, quæ primum *Hugoni Trecassino* Comiti, & dein *Boamundo*, *Roberti Guiscarai* filio, nupsit[f]. Sed cum, ea anno 1092 repudiata[g], *Bertradam Simonis Montfortii* filiam, *Fulconis Andegavensis* coniugem duxisset[h], ob id ab *Urbano* II anno 1094 sacrorum usu interdictus, & biennio post in in-

[a] Vita S. Lietberti c. 19. coll. 49. apud Acher. T. II. p. 142. 149. [b] Fragm. apud Chesn. T. IV. p. 87. 97. 150. 153. Albericus an. 1060. [c] Longinus L. II. p. 190. & seqq. L. III. p. 204. & seqq. Chronica Polonorum apud Sommersberg. T. I. p. 5. 21. 22. T. II. p. 25. 26. Kadlubko L. II. p. 652. [d] Fragm. apud Chesn. T. IV. p. 88. 98. 150. 153. 161. Miræus T. I. p. 67. Vita Lietberti c. 51. Conc. Remense apud Harduin. T. VI. P. I. p. 1069. Genealogia Comitum Flandriæ apud Martene Thes. Anecd. T. III. p. 380. Albericus an. 1052. 1059. [e] Lamb. Schafn. an. 1071. p. 182—184. Sigeb. an. 1072. Iperii Chron. S. Bertini c. XXXVIII. parte 3. Vita S. Lietberti c. 58. Fragm. Hist. Franc. apud Chesn. T. IV. p. 88. Wilh. Malmesb. L. III. p. 105. Genealogia Comitum Flandriæ c. 8. Meierus Ann. Flandr. an. 1070. 1071. [f] Fragm. Hist. Franc. apud Chesn. T. IV. p. 98. Iperii Chron. c. XXXVIII. parte 2. Vita Arnulphi apud Chesn. T. IV. p. 164—166. Aimoin. L. V. c. 87. Ordericus L. V. p. 589. Sugerius vita Ludovici Grossi p. 288. Albericus an. 1060. Johannes a Leydis L. XI. c. 1. Magnum Chron. Belg. p. 133. Beka & Heda Episcopo XX. [g] Chron. S. Petri Vivi apud Acher. T. II. p. 477. Malaterra L. IV. c. 8. Pag. Crit. an. 1094. n. 5. 6. [h] Ordericus L. VIII. p. 699. Contin. Aimoin. L. V. c. 49. Fragm. apud Chesn. T. IV. p. 93. Ivo Carnot. epist. 2. Ib. p. 217. Sugerius Ib. p. 283. 293. Gesta Consulum Andegav. c. 12. apud Acher. T. III. p. 262. Albericus an. 1060.

A. 5701. Per. Jul. ad 5848. A. Christ. 988. ad 1135.

integrum restitutus[a]; cum eam revocasset, iterum a *Paschali* II notatus anno 1101, denique in communionem receptus est anno 1104[b]. Obiit IV Kal. *Augusti* anno 1108, cum a prima designatione regnasset annos 49 & tres fere menses, a morte patris annos 48[c].

Prima in terram sanctam expeditio.

§. 5. Eo imperante, cum peregrinationes ad sepulcrum Salvatoris ab aliquo tempore tantum convaluissent, ut *Glabro*[d] iudice, adventum *Antichristi* portendere viderentur, Papa *Urbano* II auctore, & *Petro* Eremita *Gallo* adiutore, in conciliis *Placentino* & *Claromontano* expeditiones ad terram sanctam recuperandam decretæ sunt anno 1095[e]. Anno igitur 1096 cum alii Duces incredibili hominum omnis sexus & conditionis frequentia, tum *Godefridus* Bolionius ex *Eustachio Bononiensi* & *Ida Godefridi Gibbosi* sorore natus in Orientem profectus, post infinitos labores, maximasque hominum strages[f], anno demum 1099 *Julii* 15 die, feria 6, *Hierosolyma* expugnavit[g], omniumque suffragiis primus Rex electus est[h]. *Boamundus* principatum *Antiochenum*, *Balduinus Godefridi* frater Comitatum *Edessanum* accepit[i].

§. 6.

a Bertold. Constant. an. 1094. 1096. Chron. Maleac. an. 1096. Urbanus II in epist. apud Acher. T. III. p. 431. b Ivo Carnot. epist. 141. & 144. apud Chesn. T. IV. p. 233. Epist. Paschalis II. apud Acher. T. III. p. 439. Pag. an. 1099. 1100. & 1104. c Fragm. apud Chesn. T. IV. p. 95. Chron. Maleac. & Mauriniac. an. 1108. apud Chesn. T. IV. p. 362. Ordericus L. XI. p. 836. Pag. Crit. an. 1106. n. 6. d Glaber Rud. L. IV. c. 6. e Wilh. Tyrius L. I. c. 10—17. Anon. Mabillonii Musæo Ital. T. I. P. II. p. 131—140. Robertus Monachus L. I. Fulcherius Carnotensis Hist. Hierosolym. L. I. c. 1. 2. apud Chesn. T. IV. p. 816. Tudebodus. Ib. p. 777. Et carmen de itinere Hierosolym. Ib. p. 891. Anna Comnena L. X. p. 283. & seqq. Bertold. Const. an. 1095. Acta Conc. apud Hard. T. VI. P. II. p. 1711. & seqq. Aimoin. L. V. c. 48. Matth. Paris. L. II. p. 20—22. Jac. L'Enfant Histoire du Concile de Pise T. II. L. V. p. 60. & seqq. f Auctores laudati: aliique a Bongarsio editi. Iperius in Chron. c. XL. parte 2. Stephanus in epist. apud Mabillon. Musæo Ital. T. I. P. II. p. 237. & seqq. Epistola Anselmi de Ribodimonte apud Acher. T. III. p. 431. Boamundi epistola apud Baluz. Misc. T. I. p. 415. item alia apud Martene Anecd. T. I. p. 277. Matt. Paris. L. II. p. 22—46. Lupus Protospata an. 1095—1099. g Wilh. Tyrius L. VIII. c. 18—24. Anon. Mabill. p. 226. Iperii Chron. c. XL. parte 2. h Tyrius L. IX. c. 1—5. i Tyrius L. IX. c. 14. 15.

A. 5701. Per. Jul. ad 5848. A. Chrift. 988. ad 1135.

Anglo-Saxones a Normannis vexati.

§. 6. Ante hoc tempus, eodem *Philippo* feptimum annum regnante, magna in *Anglia* rerum facta converfio eft, peregrinæ in originis Principem translato imperio, quod hoc fere modo accidit. Poftquam *Egbertus* anno *Chrifti* 800 *Weftfexiæ* regnum adeptus, felici fortuna feptem, quæ olim fuerant, *Anglo-Saxonum* regna circa annum 827 coniunxerat [a]: mifere a *Danis* & *Normannis* vexari cœpit *Anglia* [b], donec fub *Edgaro* cognomine *Pacifico*, qui anno 959 regnum obtinuit, quies revocata [c]; fed cum huius filius *Eduardus* II, qui patri anno 975 fucceflerat, fraude novercæ interemtus effet [d], eique anno 978 fubfectus effet tenera ætate frater *Ethelredus*, denuo *Dani* infeftare cœperunt *Angliam*, ipfumque anno 994 ad tributum, *Danegelt* dictum, pendendum adegerunt [e]. Cuius iugi inpatiens, cum anno 1002 *Emmam*, *Richardi* II *Normannorum* Ducis fororem, duxiffet, eaque adfinitate confifus, *Danos*, qui in *Anglia* erant, occidi iuffiffet, id ultum veniens *Sueno Daniæ* Rex, victum infula excedere, & ad *Richardum* confugere coëgit 1013 [f]: & quamvis, *Suenone* fequenti anno mortuo, ab *Anglis* ad regnum revocaretur, a *Canuto* tamen *Suenonis* filio vexatus bello, moritur anno *Chrifti* 1016, cum regnaffet annos 37 [g].

Canutus Danus regno Angliæ potitur.

§. 7. Huius filius *Edmundus*, quem ex *Ethelgina* priori coniuge procrearat, cum *Canuto* pacem ea con-

[a] Wilhelm. Malmesburg. L. II. c. 1. p. 36. 37. & Lib. I. de Reg. c. 3. p. 27. Henr. Huntindon. L. IV. p. 344. 345. Rogerus Hovedenus Ann. Parte priori p. 411. omnes inter Scriptores rerum Anglicarum poft Bedam ab Henrico Savile editi. [b] Malmesb. L. II. c. 2—7. Huntindon. L. V. p. 347—355. Hoveden. p. 412—414. [c] Malmesb. L. II. c. 8. p. 55. 56. Huntind. L. V. p. 356. Hoveden. p. 425. Pag. Crit. an. 959. n. 6. [d] Malmesb. L. II. c. 9. p. 60. 61. Huntind. L. V. p. 357. Hoveden. p. 426. 427. Simeon Dunelmenfis de geftis Anglorum anno 978. Pag. Crit. an. 975. n. 17. [e] Malmesb. L. II. c. 10. p. 62. Huntind. L. V. p. 357. Hoveden. p. 427. 428. Simeon Dunelm. an. 994. apud Twisden p. 162. Ann. Saxo an. 1016. p. 440. Pag. Crit. an. 978. n. 5—7. an. 991. n. 5. 994. n. 4. [f] Malmesb. L. II. c. 10. p. 69. 70. Huntind. L. VI. p. 359—362. Hoved. p. 429—432. Simeon Dunel. an. 1002. & 1013. Wilhelmus Gemetic. L. IV. c. 4. & 6. Pag. Crit. an. 1000. n. 7. 8. 1002. n. 11. 12. 1013. n. 3—5. [g] Malmesb. L. II. c. 2. p. 71. 72. Huntind. L. VI. p. 362. Hoveden. p. 433. Simeon Dunelm. an. 1014—1016. Pag. Crit. an. 1014. n. 5. 6. 1015. n. 1. 2.

A. 5701. Per. Jul. ad 5848. A. Christ. 983. ad 1135.

conditione fecit, ut regnum ex æquo inter se dividerent [a], quod, *Edmundo* sequente anno ab *Edrico* cæso, solus tenuit *Canutus* anno 1017 [b]. Qui, licet duos haberet filios *Haraldum* & *Suenonem*, regno in *Anglia* firmando *Emmam*, *Ethelredi* olim coniugem, ex *Normannia* revocatam, uxorem duxit, ex eaque filium genuit *Canutum*, ac magnis rebus gestis obiit anno 1035 [c]. Hunc *Haraldus* excepit ad annum 1040: tum *Canutus* [d], quo anno 1042 mortuo, *Edoardus*, qui sanctus dicitur, *Ethelredi* ex *Emma* filius, *Canuti* frater uterinus, conciliato sibi *Godwino*, cuius filiam *Editham* duxit, paternum regnum recuperavit [e], princeps debilis & religionibus deditus, sed miraculis, ut aiunt, clarus [f]: eoque sub finem anni 1065 extincto [g], regnum occupat *Haraldus*, *Godwini* filius, *Edithæ* frater, quem sequenti anno *Wilhelmus Nothus* Dux *Normanniæ* fortiter pugnantem in prælio occidit anno 1066, pridie Idus *Octobres* Sabbatho [h].

Wilhelmus Conquestor, eiusque filius Wilhelmus.

§. 8. *Wilhelmus Londinum* veniens cum in leges iurasset, ipso die natali Domini Rex coronatus est [i]. A quo tempore *Normanni* in *Britannia* regnarunt anno 618, postquam *Angli* & *Saxones* in eam insulam venerant, quod anno 449 accidit. *Wilhelmus* regnum armis quæsitum, satis per vim tenuit [k], ac mo-

[a] Malmesb. l. d. Huntind. p. 363. Hoved. p. 434—436. Simeon. Dunelm. an. 1016. p. 175. Ranulfus de Diceto p. 466. Polydor. L. VII. p. 126—129. [b] Malmesb. L. II. c. 11. p. 73. Hoveden. p. 436. Pag. Crit. an. 1016. n. 1—4. 1017. n. 4. [c] Malmesb. L. II. c. 11. Huntind. L. VI. p. 363. Hoveden. p. 347. Simeon. Dunel. an. 1035. Polyd. L. VII. p. 130—132. Pagius an. 1017. n. 5. 1035. n. 7. [d] Malmesb. L. II. c. 12. p. 76. Huntind. L. VI. p. 364. 365. Hoveden. p. 438. Simeon Dunelm. an. 1040. Pag. Crit. an. 1036. n. 6. 1039. n. 6. 7. 1040. n. 5. [e] Malmesb. L. II. c. 13. p. 79. 80. Huntind. L. VI. p. 365. Hoveden. L. VI. p. 439. Simeon Dunelm. an. 1042. Pag. Crit. an. 1043. n. 3. [f] Malmesb. L. II. c. 13. p. 79. 91. Hoved. p. 447. [g] Huntind. L. VI. p. 367. Hoveden. p. 447. Matth. Paris. p. 2. Pag. Crit. an. 1066. n. 2. Simeon Dunelmensis ipsum pridie Nonas Januarii anni 1066. obiisse scribit. [h] Malmesb. L. II. p. 93. L. III. p. 100. Huntind. L. VI. p. 367. 368. Hoved. p. 447. 448. 449. Gemetic. L. VI. c. 36. Simeon Dunel. an. 1066. Matth. Paris. p. 2—4. Pag. Crit. an. 1066. n. 4—6. Albericus an. 1065. 1066. [i] Malmesb. L. III. p. 102. Hoved. p. 450. Gemetic. L. VI. c. 37. Matth. Paris. p. 4. [k] Fragm. de Wilhelmo Conquestore p. 32. Malmesb. L. III. Huntind. L. VI. p. 370. Matth. Paris. p. 5. 6.

A. 5701. Per. Jul. ad 5848. A. Chriſt. 988. ad 1135.

moriens 8 *Septembris* anni 1087 *Normanniæ* ducatum filio natu maiori *Roberto*, regnum *Angliæ* natu ſecundo *Wilhelmo* reliquit[a]. Qui, patris veſtigiis inſiſtens, regnum tenuit ad annum 1100, quo ipſum excepit frater *Henricus*[b]. Hic, capto anno 1106 *Roberto* fratre, *Normanniam* occupavit[c], & mortuus eſt Kalendis *Decembris* anno 1135, unica relicta filia *Mathilde*, qua tamen excluſa, regnum obtinuit *Stephanus* ex *Adela Henrici* ſorore natus[d].

CAPUT XIV.

De rebus Orientalis imperii, deque Turcis *in Oriente*, Patzinacis *in Occidente* ab anno 976 ad 1118.

§. 1.

Baſilius & Conſtantinus.

Zimiſce ineunte anno 976 extincto[e], ad *Baſilium* & *Conſtantinum*, *Romani* iunioris filios, imperium rediit[f], quos ſtatim ſub initium *Bardas*, cognomento σκληρὸς, id eſt *Durus*, imperium adfectans, quatuor annorum bello exercuit[g]; eo vero circa annum 980 eiecto, & re in *Italia Saracenorum* ope contra *Ottonem* II anno 982 bene geſta[h], cum bella *Bulgarica* minus ex ſententia ſuccederent[i], *Bardas*

a Fragm. l. d. p. 33. Gemetic. L. VI. c. 43. Hoveden. p. 460. Simeon Dunelm. an. 1087. Radulfus de Doceto an. 1088. Matth. Pariſ. p. 12. Chron. Anglicanum Radulfi Coggeshale apud Martene Coll. Max. T. V. p. 803. Pag. Crit. an. 1087. n. 10. b Huntind. p. 378. Malmesb. L. IV. Hoveden. p. 461. 467. 468. Simeon Dunelm. & Radulfus de Doceto an. 1100. Chron. Anglicanum an. 1100. Matth. Pariſ. p. 51. Pag. Crit. an. 1100. n. 14. c Malmesbur. L. V. p. 157. 158. Huntind. p. 379. Hoveden. p. 471. Simeon. Dunel. Radulfus & Chron. Anglican. an. 1106. Matth. Pariſ. p. 59. Pag. an. 1107. n. 5. d Malmesb. Hiſtoriæ Novellæ L. I. p. 177. 178. Huntind. p. 385. 386. Hoveden. p. 480. 481. Simeon Dunelm. an. 1135. 1136. Radulfus de Diceto an. 1135. Matth. Pariſ. p. 70. 71. Pag. Crit. an. 1135. n. 35. 36. e Leo Diaconus apud Pag. Crit. an. 975. n. 11—13. f Cedren. p. 684. g Leo Diaconus apud Pag. Crit. an. 976. n. 1. Cedren. p. 684—694. Conſtant. Manaſſ. p. 120. 121. Zonar. L. XVII. c. 5. Elmacin. L. III. p 244. 245. h Chron. Caſſin. L. II. c. 9. Herm. Contr. & Sigeb. an. 981. 982. Hepidannus an. 988. Giannone L. VIII. c. 3. i Cedren. p. 695. 696. Zonar. L. XVII. c. 6.

A. 5689. Per. Jul. ad 5831. A. Christ. 967. ad 1118.

Phocas purpuram sumsit anno 987, qui tamen post annum & septem menses in prælio cecidit [a], *Durus* Imperatori reconciliatus est [b]. His expeditus negotiis *Basilius*, pacata *Syria*, *Bulgariam*, *Samuële* Rege anno 1013 devicto, longo & difficili bello sibi subiecit anno 1018 [c]. Paulloque post *Croatiam* occupavit & *Sirmium* [d]. Princeps bello bonus, sed pecuniæ cogendæ cupidus [e], vixit annos 70, regnavit solus 50, atque obiit Indict. IX, *Decembri* mense anno *Christi* 1025 [f], de uxore silent Scriptores [g].

Constantinus solus.

§. 2. Successit frater *Constantinus*, eo multo deterior, homo nullius frugis, ludis mimisque deditus [h]. Excessit anno 1028, *Novembri* mense, Indict. XII [i]. Filias ex *Helena* tres reliquit, *Eudociam*, quæ inter moniales est professa, *Zoën* & *Theodoram* [k].

Romanus Argyrus.

§. 3. *Romanus Argyrus*, nobili genere natus [l], coniugem priorem coactus relinquere, cum *Zoë Constantini* filia cepit imperium [m]. Princeps litterarum armorumque studiis deditus, subditis æquus [n]; sed bello minus prospero a *Saracenis* in *Syria* vexatus, cladem accepit anno 1030 [o], rem tamen utcunque restituit *Georgius Maniaces* [p]. Periit insidiis *Zoës* uxoris anno 1034, Aprilis 11, feria 5. maioris hebdomadæ, cum regnasset annos quinque, mensesque totidem [q].

Michaël Paphlago.

§. 4. *Michäël Paphlago*, *Zoës* adulter, a comitiali morbo iam ante male vexatus, septem annos mensesque octo ita transegit imperium, ut vis omnis penes fratrem eius *Johannem* esset [r], tandem, morbo aquæ

a Elmacin. L. III. p. 251. Cedren. p. 696—700. Zonar. L. XVII. c. 6. 7. b Cedren. p. 701. c Cedren. p. 701—717. Zonar. L. XVII. c. 8. 9. Constant. Manaf. p. 121. 122. Elmac. L. III. p. 252. & 264. d Cedren. p. 717. e Cedren. p. 706. Zonar. L. XVII. c. 8. p. 225. f Cedren. p. 719. Pag. Crit. an. 1025. n. 7. g Du Fresne Fam. Byzant. p. 144. h Cedren. p. 719. 720. Zonar. L. XVII. c. 10. Pag. Crit. an. 1025. n. 8. i Cedren. p. 722. k Du Fresne Fam. Byzant. p. 144. 145. l Du Fresne l. d. p. 154. m Cedren. p. 722. Zonar. L. XVII. c. 10. p. 229. Lupus Protospata an. 1029. n Psellus apud Pag. Crit. an. 1028. n. 12. Cedren. p. 722. Zonar. L. XVII. c. 11. & 13. p. 234. o Cedren. p. 724—726. Zonar. L. XVII. c. 11. p Cedren. p. 731. 732. q Scylitza. Lupus Protospata an. 1034. Cedren. p. 733. Zonar. L. XVII. c. 13. Pag. Crit. an. 1034. n. 12. r Psellus apud Pag. Crit. an. 1034. n. 13. 14. Cedren. p. 734. 735. Zonar. L. XVII. c. 14.

aquæ intercutis accedente, desperata salute, inter monachos adscriptus obiit *Decembris* 10, Indict. X anno 1041 [a]. *Georgius Maniaces*, eo imperante, *Siciliam* de *Saracenis* recuperavit, sed cum paullo post rerum novarum falso postulatus *Maniaces* in vincula datus esset, *Sicilia* præter *Messanam* omnis amissa est anno 1040 [b]. Eodemque anno *Bulgari* rebellarunt [c]. Etiam hoc imperante *Patzinacæ*, *Scythica* gens, inde a *Borysthene* trans *Istrum* incolens [d], *Romanam* ditionem armis vexare cœpit [e].

A. 5689. Per. Jul. ad 5831. A. Christ. 976. ad 1118.

Michaël Calæphatus.

§. 5. *Extincto Paphlagone*, imperium quasi hereditario iure redibat ad *Zoën*, sed ea *Michaëlem Calæphatum*, *Paphlagonis* sorore & *Stephano*, qui rem *Siculam* perdiderat, natum, iam ante *Cæsarem* designatum, adoptavit & *Augustum* fecit; qui, cum ingratus matrem, maiestatis sumendæ auctorem, relegasset, a conspirante populo captus, oculisque privatus est 21 *Aprilis* anni 1042, cum imperasset menses quatuor dies quinque: imperium ad *Zoën* & *Theodoram* sorores rediit [f].

Zoë & Constantinus Monomachus.

§. 6. *Zoë* eodem anno 1642 *Junii* undecimo *Constantino Monomacho*, ab exilio revocato, nubens, eundem tori & imperii consortem fecit [g]. Imperium habuit bellis exercitum: a *Servis* anno 1043 inprudentia ducis gravem accepit cladem [h], eodemque tempore *Normanni Apulia Calabriaque* potiti sunt [i]. *Georgius* tamen *Maniaces* imperium adfectans in eo conatu periit [k]: *Russi* quoque *Bladimero* duce bellum inferentes cum clade reiecti [l]: *Armenia* maior maximam partem subacta anno 1045 Indict. XIII [m]. *Leo Tornicius*, *Iberiæ* quondam præfectus, sub finem

 anni

[a] Psellus apud Pag. Crit. an. 1039. n. 2—5. & 1041. n. 1. 2. Cedren. p. 749. Zonar. L. XVII. c. 16. Const. Manass. p. 124. [b] Cedren. p. 738. 740. 741. 743. 744. Zonar. L. XVII. c. 15. Fazellus de rebus Siculis Poster. Decad. L. VI. c. 2. [c] Cedren. p. 745—748. Zonar. L. XVII. c. 17. [d] Cedren. p. 775. [e] Cedren. p. 737. 738. 739. [f] Psellus apud Pag. Crit. an. 1041. n. 3. 1042. n. 3. 4. Cedren. p. 749—752. Zonar. L. XVII. c. 17—19. Const. Manass. p. 125. Wilh. Appulus pag. 587. [g] Psellus apud Pag. an. 1052. n. 5. Cedren. p. 753. Zonar. L. XVII. c. 20. Const. Manass. p. 126. 127. [h] Cedren. p. 754. 755. Zonar. L. XVII. c. 21. [i] Cedren. p. 755. 756. V. supra c. XII. §. 6. [k] Cedren. p. 756. 757. Zonar. L. XVII. c. 22. Const. Manas. p. 127. 128. [l] Cedren. p. 758—760. Zonar. L. XVII. c. 24. [m] Cedren. p. 761—763. Psellus apud Pag. an. 1054. n. 7.

A. 5689. Per. Jul. ad 5831. A. Christ. 976. ad 1118.

anni 1047 imperium adfectans effossis oculis poenas dedit [a]. Secutum est grave cum *Patzinacis* bellum [b], demum sub finem vitæ eius tricennalibus induciis diremtum [c].

Turci Persidem occupant.

§. 7. Per idem tempus *Turci*, *Hunnicæ* originis, trans *Caucasum* habitantes [d], a *Muhammede Saraceno Persarum* Principe, tempore *Basilii* Imperatoris, in auxilium vocati, ab illo deficiunt, eoque devicto, ac tandem cæso, *Persidem* Sultano *Tangrolipace*, quem *Elmacinus Togrulbecum* vocat, occupant, limitemque *Romanum* infestare incipiunt [e].

Theodora.

§. 8. Moritur *Constantinus Monomachus* ex morbo, cum imperasset annos 12, menses octo Indictione VIII anno 1055 [f]. *Theodora* post hunc uno regnavit anno, cum *Zoë* iam obiisset anno 1050 [g], mortuaque est anno 1056 Indictione IX sub exitum mensis *Augusti* [h].

Michaël Stratioticus.

§. 9. Itaque ab Eunuchis Palatinis, quo tutius dominarentur, Imperator renunciatur *Michaël Stratioticus*, vir non malus, sed effoetus senex: nec diu tenuit; cum enim Principes viros & militares duces contemtim habet, coniuratione inita Imperator factus est *Isaacius Comnenus* octavo *Junii*, Indictione X, anno 1057 [i]. *Stratioticus* bello victus, & ab Episcopis persuasus, purpuram exuit *Augusti* die ultima anno 1057 [k]. Ita *Cedrenus* cuius hic historia desinit.

Isaacius Comnenus.

§. 10. *Isaacius Comnenus* postridie Augustus salutatur Kal. *Septembris* ineunte Indictione XI anno 1057 [l]. Princeps arrogantior, sed acris ingenii & bello bonus. Biennio ac tribus mensibus exactis desperata valetudine Imperatorem designavit *Ducam*, ipse in *Studiense* monasterium concessit [m].

§. 11.

[a] Cedren. p. 764—766. Zonar. L. XVII. c. 23. [b] Cedren. p. 775—779. 782—788. [c] Cedren. p. 790. [d] Pag. Crit. an. 1081. n. 18. 19. [e] Cedren. p. 767. & seqq. Nicephorus Bryennius L. I. c. 7—10. Zonar. L. XVII. c. 25. Elmacin. L. III. c. 7. Leunclavius Hist. Muselm. L. I. p. 76. & seqq. [f] Cedren. p. 791. Zonar. L. XVII. c. 28. Lupus Protospata an. 1055. [g] Lupus Protospata an. 1050. [h] Cedren. p. 791. 792. Const. Manass. p. 128. Zonar. L. XVII. c. 29. [i] Cedren. p. 792. 794. 796—798. Zonar. L. XVII. c. 1. 2. Constant. Manas. p. 128. 129. [k] Cedren. p. 800—805. Zonar. L. XVIII. c. 3. Psellus apud Pag. Crit. an. 1057. n. 6. 7. [l] Cedren. p. 805. [m] Scylitzes Curopalates p. 807—812. Niceph. Bryennius L. I. c. 3—5. Zonar. L. XVIII. c. 4—7. Const. Man. p. 130. Psellus apud Pag. an. 1059. n. 12.

§. 11. *Constantinus Ducas*, nobili natus familia [a], anno 1059 ad finem vergente iniit; commodis moribus, sed hebes & tardus, ac pecuniæ cogendæ unice intentus. Itaque sub hoc inpune grassantibus Barbaris accisum est imperium [b]. Obiit mense *Maio* anno 1067, cum regnasset annos septem, menses sex, relictis cum *Eudocia* coniuge filiis tribus *Michaële* & *Andronico*, quos privatus genuerat, & *Constantino*, eo imperatore nato, qui *Porphyrogenitus* propterea dictus est [c]. *Johannes Xiphilinus Trapezuntinus*, ex monacho Patriarcha, imperante *Constantino* floruit [d].

A. 5689. Per. Jul. ad 5831. A. Christ. 976. ad 1118.

Constantinus Ducas.

§. 12. *Eudocia* post septimum mensem, videns barbarorum inpetus sustineri non posse, contra iusiurandum, quo morienti viro caverat, se vitricum neminem communibus liberis daturam, Kalendis *Januariis* anni 1068 nupsit *Romano Diogeni*, viro forti ac bellicoso [e]. Hic re aliquoties contra *Turcos* satis ex sententia gesta [f], ad extremum sive *Andronici* proditione sive *Turcorum* arte victus in *Sultani* potestatem venit [g], 26 *Augusti* anno 1071 [h]: a quo recepto more conculcatus [i], mox honeste habitus, pactis conditionibus dimissus est [k]. Interim *Constantinopoli*, *Eudocia* in monasterium relegata, Augustus renunciatur *Michaël*, *Constantini Ducæ* filius [l]. *Diogenes* a *Sultano* dimissus, minus in suis quam in barbaris humanitatis reperit; nam contra fidem effossis crudeliter oculis brevi post extinctus est, cum regnasset annos tres menses octo [m].

Eudocia & Romanus Diogenes.

§. 13. *Michaël Ducas*, *Parapinacius* cognomine dictus [n], vitrico sublectus est anno 1071. Cuius ignavia

Michaël Ducas Parapinacius.

a Du Fresne. Fam. Byzant. p. 160. 161. *b* Scylitz. p. 813—816. Niceph. Bryen. L. I. c. 5. Zonar. L. XVIII. c. 8. 9. Constant. Man. p. 130. *c* Scylitz. p. 817. 818. Psellus apud Pag. an. 1067. n. 6. Zonar. L. XVIII. c. 9. *d* Scylitz. p. 817. Zonar. L. XVIII. c. 9. *e* Scylitz. p. 818—822. Zonar. L. XVIII. c. 10. Wil. Appulus L. III. p. 599. 600. Pag. Crit. an. 1068. n. 5. *f* Scylitz. p. 822. & seqq. Zonar. L. XVII. c. 11—13. *g* Scylitz. p. 840. 841. Niceph. Brycnn. L. I. c. 17. Zonar. L. XVIII. c. 14. Gulielm. Appul. L. III. p. 600. *h* Pag. Crit. an. 1071. n. 9. *i* Scylitz. p. 842. Wilh. Tyrius L. I. c. 9. *k* Scylitz. l. d. Elmacin. L. III. p. 277. *l* Psellus apud Pag. Crit. an. 1071. n. 7. 8. Curopalates p. 843. Niceph. Bryen. L. I. c. 20. Zonar. L. XVIII. c. 15. *m* Scylitz. Curopol. p. 844. Psellus apud Pag. an. 1071. n. 9. Niceph. Bryen. L. I. c. 25. Wilh. Appulus L. III. p. 601. Zonar. l. d. *n* Scylitz. p 850. Glycas p. 320.

A. 5689. Per. Jul. ad 5831. A. Christ. 976. ad 1118.

navia imperio fere exitio fuit: dum enim ipse ludicris rebus occupatus, *Nicephoro* Eunucho omnia permittit[a], domi *Ruselius*[b], in occidente barbaræ gentes turbant[c]; *Turci* inprimis *Asiaticas* provincias usque *Hellespontum* vastant & occupant[d]. Duo eodem tempore *Nicephori*, *Botoniates* & *Bryennius*, ille in Oriente, hic in Occidente, ubi *Dyrrachio* præerat, imperium usurpant[e]. *Botoniates Octobri* mense anno 1077 designatus[f], prior regiam occupat, & 25 *Martii* solemni ritu Imperator renunciatur[g]. *Michaël* in *Studiense* translatus monasterium lacerna pulla purpuram mutat sabbatho ante Pascha, hoc est *Martii* 31[h], anno 1078, cum præfuisset annos sex mensesque totidem[i]. Filium habuit *Constantinum Porphyrogenitum*, cui *Helena Roberti Guiscardi* filia erat desponsata[k].

Nicephorus Botoniates.

§. 14. *Nicephorus Botoniates* principatus initio *Bryennium* pacis conditiones omnes superbe respuentem per *Alexium Comnenum* fregit, oculisque privavit[l]. Sed cum deinde in mollitiem luxumque prolapsus, rempl. male tractaret, in contemtum suorum incidit, & ab *Comnenis* dignitate spoliatus, monachis adscriptus est[m] mense *Aprili* Indict. IV anno 1081. cum imperasset anno tres[n]. In hoc Imperatore *Scylitzes Curopalates* & *Constantinus Manasses* ut & *Nicephorus Bryennius* historiam suam finiunt.

Alexius Comnenus.

§. 15. Ex *Comnenis* duobus, *Isaacii* quondam Imperatoris filiis, *Isaacio* & *Alexio*, natu minor *Alexius* imperium accepit anno 1081 Indict. IV. *Aprilis* 1 feria 5 maioris hebdomadæ[o]. Vir bello bonus, in bene meritos liberalis, sed imperandi cupidus & in bello

[a] Scylitz. p. 845. 846. Zonar. L. XVIII. c. 16. [b] Scylitz. p. 846—850. Anna Comnena p. 3—8. Niceph. Bryen. L. II. c. 14—25. Zonar. l. d. [c] Scylitz. p. 850—853. Niceph. Bryen. L. III. c. 1. Zonar. L. XVIII. c. 17. [d] Scylitz. p. 846. 847. 856. Zonar. L. XVIII. c. 16. Glycas p. 329. 330. Wilh. Tyrius L. I. c. 19. III. c. 1. [e] Scylitz. p. 857. 858. Glycas p. 330. Zonar. L. XVIII. c. 17. [f] Scylitz. p. 857. [g] Scylitz. p. 861. [h] Scylitz. p. 862. Pag. Crit. an. 1078. n. 6. Glycas p. 331. [i] Zonar. L. XVIII. c. 18. [k] Du Fresne Famil. Byzant. p. 164. [l] Niceph. Bryen. L. IV. c. 1—18. Anna Comnena L. I. p. 9—17. Glycas p. 331. Zonar. L. XVIII. c. 19. Will. Appulus L. IV. p. 613. [m] Anna Comnena L. II. toto. Curopalates p. 867. Const. Man. p. 135. 136. Glycas p. 332. Zonar. L. XVIII. c. 19. 20. [n] Anna Comnena L. II. p. 64. III. p. 71. Zonar. L. XVIII. c. 20. [o] Anna Comnena L. II. p. 64. Glycas p. 332. Pag. Crit. an. 1080. n. 16.

bello graviori pecuniarum exactione gravis[a]. A *Roberto Guiscardo*, ut supra[b] vidimus, bello vexatus, pacem cum *Turcis* conposuit[c]. Postea *Turcis Asiam* vastantibus[d], anno 1092 Occidentalium inplorans opem, bellis, quæ sacra vocantur, occasionem præbuit[e]. Venientes anno 1096 innumerabili multitudine *Francos* honeste quidem excepit, nec tamen inpune grassari passus est[f]. *Nicæam* a crucesignatis occupatam ex pacto accepit[g]. Vixit annos 70 circiter, regnavit 37, menses 4 & dies aliquot[h]. Obiit *Augusti* 15, Indictione XI anno 1118[i]. Ex altera coniuge *Irene*, *Andronici Ducæ* filia suscepit filios tres *Johannem*, qui ipsi in imperio successit, *Andronicum* & *Isaacium*, a quo *Trapezuntini* Imperatores genus ducunt, & quatuor filias, quarum natu maior *Anna*, *Nicephoro Bryennio* nupta, res patris sui copiose scripsit, altera *Maria*, tertia *Eudocia*, quarta *Theodora* fuit[k]. In hoc Imperatore *Glycas* & *Zonaras* historiam terminarunt.

A. 5689. Per. Jul. ad 5831. A. Christ. 976. ad 1118.

CAPUT XV.

De rebus Ecclesiasticis Sæculi XI. Virisque eruditis.

§. 1.

EXactis mille annis *Satanas* iterum prodiit[l], ut in errorem induceret gentes in quatuor angulis terræ[m]. Itaque dudum in cunis vagiens, ignorantia & superstitione priorum sæculorum auctus, & iam multis

Antichristus in templo Dei consedit.

Qqq

a Anna Comnena L. III. p. 76. V. 127. 128. Glycas p. 333. Zonar. L. XVIII. c. 22. 29. Epistola Stephani Comitis Carnotensis apud Mabill. Musæo Ital. T. I. P. II. p. 237. b Supra C. XII. §. 13. c Anna Comnena L. III. p. 91. 95. 96. 97. d Anna Comnena L. VI. p. 168. & seqq. e Docent id epistolæ eius in Occidentem missæ vid. Pag. an. 1092. n. 11. f Ann. Comn. L. X. p. 283. & seqq. Wilh. Tyrius L. II. c. 7—11. g Ann. Comn. L. XI. p. 309—314. Niceph. L. IV. c. 7. n. 3. 4. Glycas p. 334. Zonar. L. XVIII. c. 23. Wilh. Tyr. L. III. c. 1—11. h Zonar. L. XVIII. c. 29. i Zonar. L. XVIII. c. 28. k Du Fresne Fam. Byzant. p. 176—178. Zonar. L. XVIII. c. 22. l Waltramus de unitate Ecclesiæ L. II. c. 33. Leodienses in epistola ad Paschalem II. T. VI. Conc. Hard. P. II. p. 1778. Lamb. Schafn. an. 1076. Glaber Rudolphus L. II. c. 12. m Apocalips. XX. 8.

A. 5713. Per. Jul. ad 5813. A. Christ. 1000. ad 1100.

tis exſpectatus [a], in templo Dei conſedit *Antichriſtus*, efferens ſe ſuper omne nomen [b], Reges etiam & principes, ut *Gregorius* VII in dictatis [c] proſcribere non fuerit veritus „ Papæ unicum eſſe in mundo nomen; cuius etiam ſolius nomen in Eccleſia recitetur: cuius pedes omnes deoſculentur principes: cui liceat Imperatores deponere: ipſe a nemine iudicetur; adeo ut Eccleſia, quæ adhuc *Chriſti* dicta fuerat, ſenſim in regnum *Antichriſti* degeneraverit [d].

Auctæ inmenſum opes multorum malorum cauſſa.

§. 2. Poſtquam enim Epiſcopi & Abbates principatus nacti ſunt, civilem & eccleſiaſticam poteſtatem confundere [e], caſtra & aulam ſectari, gregis ſui curam negligere cœperunt [f]: dum interim clerici & monachi opibus inhiantes, & luxu diffluentes, non tantum diſciplinam Eccleſiaſticam, & regulas ſibi ſcriptas negligunt, quod novis ordinibus, qui arctioribus vinculis, mox iterum laxandis, continerentur, inſtituendis occaſionem præbuit [g]; ſed etiam id ſedulo agunt, ut perſuadeant hominibus, ſummum pietatis caput in liberalitate erga clerum eſſe poſitum [h]: addita ſeverior decimarum exactio, ius primitiarum & ſepulturæ [i], religio quadrata [k], ſimiliaque, quibus clericorum opes auctæ. Sed & alterum ex auctis divitiis malum ortum, *Simonia*, quæ omnem Eccleſiam adeo occupavit, ut eccleſiaſtica miniſteria, æque venalia haberentur, atque mercimonia *in foro* [l]. Et poſtquam perſuaſum eſt hominibus data *pecunia*, pere-

[a] Uſſer. de Eccleſ. Succ. c. 3. §. 1—14. Arnulphus in Lib. II. de ſancto Emmerano apud Caniſ. T. III. p. 130. Leger. Hiſt. Gen. Valenſium c. 23. Baron. Ann. an. 1001. n. 7. [b] 2 Theſſ. II. 3. 4. [c] Apud Harduin. Conc. T. VI. P. I. p. 1304. & paſſim in epiſtolis. Epiſt. Gregorii ad Hibernos in Sylloge Epiſt. Hibern. Uſſerii p. 76. [d] Aventin. Ann. Boior. L. V. c. 14. n. 4. c. 15. n. 14. [e] Fleury Hiſt. Eccl. in Diſſertatione ante Lib. IX. §. 9. 10. Iperii Chron. c. XXXIX. parte 3. [f] Adam. Brem. L. III. c. 3. IV. 35. Querimonia Berengarii in Concilio Tholoſano an. 1056. apud Hard. T. VI. P. I. p. 1046. Fleury in Diſſ. IV. quæ eſt ante Librum LXXV. §. 10. [g] Giannone L. X. c. 12. §. 1. p. 164. & ſeqq. [h] Glaber Rudolph. L. V. c. 5. hinc tot numero hoc & ſuperiori ſæculo ſanctis adſcripti, qui liberalitate ſua Eccleſias ornarant & auxerant. [i] Giannone L. X. §. 12. §. 1. p. 170. & ſeqq. [k] Mosh. Inſtit. Sæc. XI. P. II. ſect. 1. c. 11. §. 10. [l] Glaber L. V. c. 5. Damianus Opuſculo ſexto c. 27. Lamb. Schafn. an. 1063. p. 170.

peregrinationibus in terram sanctam, voluntariis satisfactionibus & flagellationibus peccata expiari, disciplina Ecclesiastica & vera pœnitentia concidit[a]; dum e contrario clerici in omne scelus ruerent[b], fornicationum genus quodlibet, quasi res licita, passim & sine rubore exerceretur inpune[c], & erat sacerdos sicut populus[d], ut non inmerito Ecclesia iis infecta criminibus, mater scortationum appelletur[e], maxime postquam *Gregorius* VII, ad exemplum *Nicolai* II[f], gravi depositionis & excommunicationis pœna proposita, presbyteros uxores habere vetuit[g], atque ita negato consueto naturæ cursu fornicationi & inmunditiei frena laxavit[h]. A. 5713. Per. Jul. ad 5813. A. Christ. 1000. ad 1100.

§. 3. Interim *Romani* Pontifices toti in eo erant, ut ius ac potestatem suam extenderent; huc faciunt appellationes & evocationes ad sedem Apostolicam[i], legati apostolici, vel a latere missi, vel provinciales, qui Pontificis nomine caussas cognoscant, dirimant, concilia in aliena provincia cogant[k]: addi debent decreta sive ab ipsis Pontificibus sive in conciliis scripta ad stabiliendam Paparum potestatem, quo referre licet, decretum *Leonis* IX anni 1053, quo generalia concilia iniussu Pontificis haberi, episcopos sine Papæ consensu damnari aut deponi vetuit[l], alterumque *Nicolai* II, quo anno 1059 præcipuam in Pontifice legendo auctori- Media quibus convaluit Pontificum Romanorum potentia.

a Fleury in Dissert. ante L. LX. §. 5. 16. 17. & Lib. LX. §. 52. 53. b Gregor. Epist. L. II. ep. 49. & laudati ab Usserio de Eccles. Success. c. 7. §. 1—6. c Wilh. Tyrius L. I. c. 8. Petrus Damian. Opusc. XVII. & XVIII. d Wernerus Rolewink in Fascic. Temp. Ætate VI. p. 72. apud Pistor. T. II. Damianus ep. 15. ad Alexandrum II. Operum T. I. p. 12. 13. & Opusc. VII. Ivo Carnotensis epist. 200. ad Daimbertum Archiepiscopum Senonensem. e Apoc. XVII. 5. f Epistola Udalrici ad Nicolaum Papam in Cod. Udalrici apud Eccard. T. II. p. 23—27. g Conc. Roman. apud Hard. T. VI. P. I. p. 1532. Gregor. Epist. L. II. ep. 66. 67. 68. Ib. p. 1311. h Lamb. Schafn. an. 1074. p. 212. Aventin. L. V. c. 13. n. 10—13. c. 14. n. 24. 25. Rapin. Hist. Angl. T. II. p. 149. i Gregor. L. I. ep. 56. 57. 73. L. II. ep. 28. Ivo Carnot. ep. 219. Giannone Hist. Neap. L. X. c. 12. k Acta Gregorii VII. apud Bolland. T. XVII. p. 148. Hoveden. an. 1070. Conc. Wintoniense an. 1070. & Westmonsteriense an. 1076. apud Wilkens Conc. Britan. T. I. p. 322. & 485. Fleury Hist. Eccl. L. LXII. §. 11. & Diss. IV, quæ præmittitur L. LXXV. §. 11. Du Pin Bibl. Eccl. Sæc. XI. p. 64. Rapin T. II. p. 151—154. Giannone L. XII. c. 8. l Bullarium magnum T. I. p. 25. Leonis IX. epist 3. apud Hard. Con. T. VI. P. I. p. 949.

A. 5713. Per. Jul. ad 5813. A. Christ. 1000. ad 1100.

toritatem ad Cardinales transtulit [a], ut & scita *Gregorii* VII, quibus anno 1073 palam & sine circuitione contendere cœpit, omnem non tantum Ecclesiam, sed & omnes mundi Principes *Romano* Pontifici subesse [b], larga litium fomes cum *Philippo Galliæ* [c], & *Wilhelmo Angliæ* Regibus [d]. Nihil tamen magis valuit, quam lis de iure investituræ, quod omni tempore Principum fuerat [e], *Henrico* Imperatori intentata [f], vaticana fulmina in tempore eiaculata, & peregrinationes in terram sanctam susceptæ.

Confirmatum schisma in Ecclesia.

§. 4. Fuit etiam medio hoc sæculo occasione litis de pane azymo an fermentato in S. Cœna adhibendo, inter *Leonem* IX Papam & *Michaëlem Cerularium* Patriarcham *Byzantinum* fervidius agitatæ, schisma inter Ecclesiam Orientalem & Occidentalem penitus confirmatum [g].

Stabilitum dogma præsentiæ corporalis. Theologia Scholastica.

§. 5. In occidente vero *Berengario* Archidiacono *Andegavensi*, qui contendebat panem & vinum in S. Cœna non esse re vera corpus & sanguinem *Christi*, sed figuram eius, sæpius damnato, denique in Concilio *Romano* VI anno 1079 decretum est, „ panem „ & vinum, quæ ponuntur in altari post consecra- „ tionem esse verum *Christi* corpus; quod natum *est* „ de Virgine, & quod pro salute mundi oblatum in „ cruce pependit, & quod sedit ad dextram patris, „ & ve-

[a] Hard. Conc. T. VI. P. I. p. 1064. Suppl. Corp. Diplom. T. I. P. I. n. 15. Chron. Reichersp. an. 1059. in Cod. Udalrici apud Eccard. T. II. p. 21. Usser. de Eccl. Succes. c. 4. §. 22. [b] Aventin. L. V. c. 13. §. 7—9. L. VI. in prooemio §. 5. Eberhardus Salisburgensis Episcopus Ib. L. VII. c. 5. n. 23. Harduin. Conc. T. VI. P. I. p. 1264. 1266. 1273. 1310. 1319. 1377. Fleury Hist. Eccl. L. XIII. §. 11. Du Pin Bibl. Sæc. XI. c. 5. p. 32. [c] Gregor. Epist. L. I. ep. 35. 36. L. II. ep. 5. 18. Fleury L. LXII. §. 6. 16. [d] Gregor. Epist. L. IV. 17. VII. 1. Supplem. Corp. Diplom. T. I. P. I. n. 24. Rapin T. II. p. 39. Fleury L. LXII. §. 63. [e] Ditmar. p. 374. 376. 384. 385. Wippo p. 431. Herm. Contract. an. 1047. 1048. Otto Frising. L. VI. c. 33. Herimannus narrat. Tornac. apud Acher. T. II. p. 914. Onuphr. Panvinius in vita Gregorii VII. [f] Acta apud du Mont T. I. n. 86—100. Supra L. VIII. c. 12. §. 8. [g] Epist. Michaëlis apud Baron. an. 1053. n. 23. Epist. Leonis 1 apud Hard. Conc. T. VI. P. I. p. 927. item 6. & 7. Disputatio Humberti de azymo & fermentato apud Baron. in appendice T. XI. p. 680. Monum. Græc. Cotel. T. II. p. 108. 112. 135. 162. Leo Allatius de libris Græcæ Eccl. Diss. II. p. 160. & seqq. Et quæ exstant apud Canisium Lect. Ant. T. III. p. 279—328.

„ & verum sanguinem *Christi*, qui de latere eius A. 5715.
„ effusus est, non tantum per signum & virtutem Per. Jul.
„ sacramenti, sed in proprietate naturæ & veritate ad 5813.
„ substantiæ [a]. „ Etiam hoc sæculo Occidentis Ec- A. Christ. 1000. ad 1100.
clesiam infecit *Theologia Scholastica*, quæ est veritatum Theologicarum ad subtilitates & argutias dialecticorum adcommodatio [b].

§. 6. Scriptores huius sæculi neque multi sunt, neque iudicio aut eruditione insignes. Præcipui inter *Græcos* memorantur, *Nicetas Pectoratus* [c], *Michaël Psellus* [d], *Michaël Cerularius* [e], *Theophylactus* [f]. Historici *Leo Grammaticus* [g], *Johannes Scylitzes Curopalates* [h], *Georgius Cedrenus* [i] & alii. E *Latinis Fulbertus Carnotensis* [k], *Petrus Damiani* [l], *Ivo Carnotensis* [m], *Lanfrancus* [n], *Anselmus* [o]: Historici *Ditmarus* [p], *Ademarus* [q], *Odorannus* [r], *Hermannus Contractus* [s], *Glaber Rudolphus* [s], *Helgaudus* [t], *Wippo* [v], *Hepidannus* [u], *Marianus Scotus* [w], *Lambertus Schafnaburgensis* [x], & *Adamus Bremensis* [y]. Scriptores. Græci & Latini.

a Acta Conc. Hard. T. VI. P. I. p. 1013—1024. 1064. 1585. Mabillon. de multiplici Berengarii damnatione, fideique professione in Analectis p. 513—515. Usser. de Eccl. Succ. c. 7. §. 24—36. Leger de Eccl. Vallens. c. 24. Rapin T. II. p. 160—163. *b* Vid. Adam. Tribbehovius de doctoribus scholasticis, & præfatio ei præmissa a Chr. A. Heumanno Jenæ 1719. Jo. Mabillon de studiis Monasticis P. II. c. 7. p. 285. Bruck. Hist. Philos. Crit. Per. II. P. II. L. II. c. 3. sect. 3. Tom. III. p. 869. & seqq. Du Pin. Bibl. Sæc. XI. c. 14. p. 129. & Sæc. XII. c. 15. p. 204. *c* Fabrit. Bibl. Gr. L. V. c. 5. T. VI. p. 433. Caveus an. 1050. *d* Bruck. Hist. Philos. Per. II. P. II. L. II. c. 1. §. 16. T. III. p. 550. Cav. an. 1050. *e* Caveus an. 1043. *f* Caveus an. 1077. Fabrit. Bibl. Gr. T. VI. p. 285. *g* Fabrit. Bib. Gr. T. VI. p. 380. Du Pin Bibl. Sæc. XI. c. 12. *h* Fabrit. l. d. p. 386. Cav. an. 1081. *i* Fabrit. l. d. p. 155. Cav. an. 1057. *k* Bruck. T. III. p. 657. Fabrit. Bibl. Med. Latin. T. II. p. 639. *l* Bruck. T. III. p. 668. Fabrit. l. d. p. 20. *m* Cave an. 1092. Fabrit. Bibl. Lat. Med. T. IV. p. 602. & vita Ivonis a Frontone scripta. *n* Cave an. 1070. Bruck. T. III. p. 663. Rapin T. II. p. 165. Fabrit. l. d. p. 707. *o* Bruck. T. III. p. 664. Fabrit. T. I. p. 295. Rapin T. II. p. 165. & seqq. *p* Leibnit. in præfat. ad Script. Bruns. num. XXIX. Fabrit. Bibl. Med. Lat. T. II. p. 114. *q* Fabrit. Bibl. Lat. Med. T. I. p. 35. Cav. an. 1030. *r* Fabrit. T. V. p. 469. *s* Gundl. in Gundl. T. I. P. I. p. 51. Bruck. T. III. p 669. Fabrit. l. d. T. III. p. 705. *s* Caveus an. 1045. Fabrit. T. III. p. 190. *t* Fabrit. T. III.. p. 587. Du Pin Bibl. Sæc. XI. c. 11. *v* Fabrit. T. VI. p. 907. *u* Fabrit. T. III. p. 695. Caveus an. 1072. *w* Fabrit. T. V. p. 83. Cav. an. 1059. *x* Fabrit. T. V. p. 699. *y* Fabrit. T. I. p. 17.

A. 5838. Per. Jul. ad 5913. A. Christ. 1125. ad 1200.

CAPUT XVI.

De rebus Germanicis *atque* Italicis *sub Imperatoribus* Lothario, Conrado III, Frederico Ænobarbo *&* Henrico VI *ab anno* 1125 *ad* 1200 *circiter.*

§. 1.

Lotharius Rex.

HEnrico V sine prole mortuo, agente potissimum *Alberto* Moguntino Episcopo [a], 30 *Augusti* anni 1125 [b], Rex electus est *Lotharius*, *Gebhardi* Comitis filius [c], *Henrici Pinguis*, ducis *Saxoniæ* gener [d], & post *Magnum* ab anno 1106 Dux *Saxoniæ* [e]. Primum ei bellum fuit contra *Sobieslaum Bohemiæ* Ducem, quem *Germani Ulricum* vocant [f]. Mox & *Henrici* progeniem deprimere adlaborans, eius sororios *Fridericum* & *Conradum* regni æmulos nactus est, quod diffidium vix anno decimo, interventu *Bernardi* Abbatis *Clarævallensis*, est conpositum [g].

Innocentius II. Anacletus, & Rogerius Rex Siciliæ.

§. 2. Inter hæc, *Honorio* II Papa mense *Februario* anno 1129 mortuo [h], fœdum in Ecclesia *Romana* diffidium ortum est inter *Gregorium*, qui *Innocentius* II vocatus est, & *Petrum Leonis* sub *Anacleti* nomine [i]. *Innocentius Roma* pulsus, *Galliam Germaniam*que adiens plerosque Principes suarum fecit

a Chron. Casin. c. 87. Otto Frising. Chron. L. VII. c. 17. & de gestis Friderici I. Lib. I. c. 16. b Dodechin. in appendice ad Marianum an. 1025. Anon. de electione Lotharii apud Reuber. p. 404. c Chron. Montis Sereni & Leodiense an. 1125. Marian. Scot. an. 1075. Ann. Saxo an. 1009. p. 409. Orderic. Vital. L. XII. p. 883. d Albert. Stad. an. 1101. 1105. & 1113. Chron. Brunsvicense apud Maderum p. 12. 13. e Ann. Hildesh. an. 1106. Conr. Ursperg. an. 1106. p. 265. Helmold. L. I. c. 35. f Cosmas Prag. L. II. p. 33. L. III. p. 70. 71. Ann. Hildesh. & Chron. Saxo an. 1126. Otto Frising. de gestis Frederici I. L. I. c. 20. 21. g Otto Frising. Chron. L. VII. c. 17. 19. & de gestis Friderici I. L. I. c. 16—20. Conr. Ursperg. p. 290. Chron. Saxo & Ann. Hildesh. an. 1127. Chron. Montis Sereni an. 1134. Hist. Landgrav. Thuringiæ p. 371—373. h Falco Benevent. in Thes. Ital. T. IX. P. I. p. 575. i Sugerius in vita Ludovici Grossi p. 317. Chron. Casin. L. IV. c. 97. Alberic. ad an. 1130. Otto Frising. L. VII. c. 18. Chron. Andrens. Monasterii apud Acher. T. II. p. 800. Chron. Reichersp. an. 1130.

cit partium[a]. *Anacletum* fovebat *Rogerius*, *Rogerii*, fratris *Roberti Guiscardi*, filius, Comes *Siciliæ*, qui etiam *Wilhelmo*, *Rogerii* filio, *Guiscardi* nepote, anno 1127 mortuo, *Apuliæ Calabriæ*que Ducatum nactus erat[b]. Hunc, qui iam anno 1129 *Panormi* Regis titulum sumserat[c], ut sibi obnoxium haberet, *Anacletus Siciliæ* Regem salutavit anno 1130[d].

A. 5838. Per. Jul. ad 5913. A. Christ. 1125. ad 1200.

§. 3. *Lotharius* anno 1133 *Romam* adiens, *Innocentio* in cathedra *Lateranensi* restituto[e], ab eo pridie Nonas *Junii* Imperator coronatus[f], & post paucos dies, una cum genero *Henrico* ditionibus *Machtildianis* sub annuo censu centum liberarum argenti donatus est[g]. Postea anno 1136 iterum in *Italiam* profectus Imperator bellum cum *Rogerio* habuit, quo *Apulia* tota *Campania*que pulso, *Rainaldum* ibi Ducem constituit; sed Imperatore domum revocato, amissa facile recuperavit *Rogerius*[h], eo tutius, quia Imperator in reditu obiit pridie Nonas *Decembris* anno 1137[i]. Masculam prolem non reliquit, sed filias duas *Gertrudim*, quæ anno 1127 *Henrico Magnanimo Bavariæ* Duci nupsit[k], & *Hedwigam*, quam *Ludovico Thuringiæ* Landgravio anno 1128 conlocatam volunt[l].

Lotharius Imperator. Bellum cum Rogerio.

§. 4.

a Bernardus Claræval. in epistola ad Hildebertum Toronensem n. 124. Chron. Saxo an. 1130. *b* Chron. Romualdi an. 1127. Chron. Casin. L. IV. c. 96. Alexander Celesinus Abbas de gestis Rogerii Siciliæ Regis L. I. in principio. in Thes. Sicil. T. V. p. 89. *c* Alexander Abbas l. d. L. II. p. 98. 99. Historia liberationis Messinæ Ibid. p. 140. Chron. Siciliæ c. 11. Lunig Cod. Ital. Dipl. T. II. p. 845. *d* Bulla Anacleti apud Baron. an. 1130. Chron. Casin. L. IV. c. 97. Falco an. 1130. *e* Lotharius in epist. ad Episcopos apud Acher. T. III. p. 485. & Lunig Spil. Eccl. P. I. p. 155. Chron. Casin. L. IV. c. 97. Falco an. 1133. *f* Johannes de Ceccano in Chron. Fossæ novæ an. 1133. apud Murat. T. VII. p. 869. Chron. Montis Sereni. Chron. Saxo. Robertus de Monte, & Ursperg. an. 1133. *g* Diploma apud du Mont T. I. p. 74. *h* Chron. Casin. L. IV. c. 105. 106. 126. Falco & Anon. Casin. an. 1136. 1137. Romualdus in Chron. apud Murator. T. VII. p. 189. Otto Frising. L. VII. c. 20. Ann. Hildesh. & Chron. Montis Sereni an. 1136. 1137. Ursperg. p. 291. *i* Ann. Hildesh. Chron. Saxo. Chron. Montis Sereni an. 1137. *k* Dodechin. Chron. Montis Sereni an. 1127. Ursperg. p. 290. Fragm. Genealog. apud Leibnit. T. II. p. 18. *l* Historia de Landgraviis c. 18. Chron. Gozecense p. 235. Dubium tamen facit Eccard. Hist. Genealog. Veterum Landgr. Thuringiæ c. 3. §. 2.

A. 5838. Per. Jul. ad 5913. A. Christ. 1125. ad 1200.

Pandectæ Florentinæ.

§. 4. Eo imperante, *Amalphi* a *Pisanis* anno 1135[a] capta, perantiquus *Pandectarum* dudum neglectarum codex, qui nunc *Florentinus* dicitur, repertus est, & *Wernerius* ius *Romanum* ad lucem revocare cœpit[b], quemadmodum circa idem tempus *Gratianus* Canones & Decreta conpilavit[c].

Conradus Rex Welphicam domum atterit.

§. 5. Mortuo *Lothario* Principes imperii veriti, ne gener eius *Henricus* Dux *Bavariæ* simul & *Saxoniæ*, princeps adeo potens ut a mari ad mare, id est a *Dania* usque in *Siciliam* dominaretur, imperium, quod omnes despiciens, precibus petere dedignabatur, vi raperet, anticipato tempore circa mediam quadragesimam anno 1138 Regem salutarunt *Conradum*, *Agnete Henrici* IV Imperatoris sorore natum[d]. Hic, *Welphicam* domum adterere certus, *Henricum* sibi obluctantem in proximo festo nativitatis Domini utroque ducatu privat, *Bavariam* concedens *Leopoldo* filio *Leopoldi* Marchionis *Austriæ*, fratri suo ex parte matris, *Saxoniam* vero *Alberto Urso* consobrino eiusdem Ducis, quæ res gravissimarum litium caussa fuit[e].

Innocentius a Rogerio captus, & turbæ Romæ ortæ.

§. 6. Interea bellis ardebat *Italia*, *Rogerio* inpune cuncta vastante; cui dum obicem ponere nititur *Innocentius*, ab eodem captus 21 *Julii* anno 1139, post paucos dies ita cum *Rogerio* paciscitur, ut ipsum anathemate solutum Regem *Siciliæ*, *Apuliæ*, *Calabriæ*que Ducem, & *Capuanum* Principem renunciaret, ac simul ius circa sacra concederet[f], quod olim *Urbanus* II anno 1099 patri eius *Rogerio* dederat[g].

Romæ

[a] Fulco Benev. an. 1135. Brencman de repub. Amalphitana c. 16. & de Amalphi a Pisanis direpta c. 26. in Thes. Ital. T. IX. P. IV. p. 12. & 52. [b] Ursperg. p. 291. Conring. de Origine Juris Germanici c. 21. & seqq. Giannone Hist. Neap. L. XI. c. 2. [c] Ursperg. l. d. Orderic. Vital. L. XIII. p. 919. Aventin. L. VI. c. 3. §. 31. Giannone L. XIV. c. 3. n. 1. [d] Otto Frising. L. VII. c. 22. 23. 24. & de gestis Friderici I. L. I. c. 9. & 12. Hist. Landgr. Thur. apud Eccard. T. II. p. 374. Dodechin. Ann. Saxo an. 1138. Chron. Casin. L. IV. c. 127. Matth. Paris. an. 1138. [e] Ursperg. p. 292. 293. Otto Frising. L. VII. c. 23. 25. 26. Monachus Weingartensis apud Leibn. T. I. p. 789. [f] Falco Beneventanus & Johannes de Ceccano in Chron. fossæ novæ an. 1139. & Pelegrinus in castigationibus ad Falconem. Anon Casin. an. 1138. Otto Frising. L. VII. c. 24. & de gestis Frider. L. I. c. 28. Diploma apud du Mont T. I. p. 75. Lunig Cod. Ital. Dipl. T. II. p. 849. Cinnamus L. III. c. 3. Godefr. Viterbiens. P. XVII. p. 511. [g] Diploma apud du Mont T. I. p. 59. Conferantur Gundlingiana T. I. p. 489.

Romæ vero anno 1143, qui *Innocentio* ultimus fuit, tumultuatum gravius, dum *Romani*, inpellente *Arnaldo Brixiensi*, ad libertatem adspirantes, Senatu mox & *Jordane*, *Petri Leonis* filio, Patricio constituto regalia omnia, quæ Pontificis fuerant, Patricio vindicant, qui motus ægre ab *Eugenio* III, qui anno 1145 *Lucio* successerat, abrogata Patricii dignitate sunt conpositi [a].

A. 5838. Per. Jul. ad 5913. A. Christ. 1125. ad 1200.

§. 7. Cum vero, *Edessam* in Oriente ab *Saracenis* captam esse, fama vulgasset, auctore *Eugenio* Pontifice, & classicum canente *Bernardo Claravallensi*, certatim Principes, in primisque *Conradus Germaniæ* & *Ludovicus Galliæ* Reges cum magna equitum peditumque multitudine nomina professi anno 1147 *Hierosolyma* adierunt: sed nullo operæ pretio facto, magnaque cæde edita redierunt [b]. *Conradus* domum redux, re cum *Welpho* conposita, moritur XV ante Kal. *Martias* anno 1152 [c]. Uxorem habuit *Gertrudem*, *Berengarii* senioris filiam, cuius soror *Bertha*, *Græcis Irene* dicta, *Manueli* Imperatori nupsit, altera *Luitgarda Godefrido*, *Godefridi* Barbati filio, Duci *Lovaniensi* conlocata fuit [d]. Ex *Gertrude* nati ei sunt filii *Henricus*, qui ante patrem obiit [e], & *Fridericus*, qui *Henrici Leonis* filiam duxit [f].

Infelix in Orientem expeditio.

Rrr §. 8.

[a] Otto Frising. de gestis Friderici I. L. I. c. 27. L. II. c. 20. & Chron. L. VII. c. 27. 31. 34. Gunther. Ligur. L. III. vs. 263—348. Anon. Casin. an. 1143. 1145. 1148. Bernardus epist. 195. Epistolæ Wibaldi Abbatis Stabulensis apud Martene Collect. Maxima T. II. p. 396. & seqq. [b] Wilh. Tyrius L. XV. c. 15. ad Lib. XVII. c. 10. Otto Frising. de gestis Friderici I. L. I. c. 34—45. 58—60. Gesta Ludovici a Pithœo edita p. 138—156. Otto de S. Blasio in appendice ad Frising. c. 1. 2. Chron. Montis Sereni an. 1147. Cinnamus de rebus Johannis & Emmanuelis Comneni L. II. c. 12. 13. p. 37—40. Nicetas Choniates L. I. c. 4—6. p. 41—47. Chron. Reicherf. an. 1147. Matth. Paris. p. 77. & seqq. Martene in præfatione ad Collect. Maximam T. II. §. 2. p. 10—18. [c] Otto Frising. de gestis Friderici I. L. I. c. 63. Ursperg. p. 214. Monachus Weingart. p. 790. Martene l. d. §. 3. p. 19—24. [d] Wilh. Tyrius L. XV. c. 23. Gesta Ludovici c. 10. p. 144. Otto Frising. Chron. L. VII. c. 28. & de gestis Frid. L. I. c. 23. du Fresne Fam. Byzant. p. 186. Butkens Trophees T. I. p. 112. [e] Otto Frising. de gestis Frider. L. I. c. 43. 62. [f] Otto de S. Blasio c. 20. Helmold. L. II. c. 10. Otto Morena apud Leibn. Script. Brunsv. T. I. p. 844. exstat etiam in Thes. Ital. T. III. p. 953.

A. 5838. Per. Jul. ad 5913. A. Christ. 1125. ad 1200.

Fredericus Ænobarbus litem cum domo Welphica conponit.

§. 8. Summa in *Friderico Ænobarbo*, qui *Conrado* patruo III Nonas *Martii* anno 1152 subrogatus est[a], ad omne decus indoles fuit[b]. Statim sub initium regni lites inter *Danos* ortas conposuit, & regnum *Suenoni* adiudicavit[c]. Semen etiam bellorum civilium sustulit, lite, quæ de *Bavaria* inter *Henricum Leonem*, & eius vitricum *Henricum Austriacum* erat, anno 1156 ita diremta, ut *Henricus Leo Bavariam*, a maioribus possessam, haberet, sed *Austria* Ducis titulo *Henrico Austriaco* concederetur[d].

Fredericus Imperator. Initium litium cum Pontifice.

§. 9. Inter hæc anno 1154 in *Italiam* profectus, rebellibus perdomitis[e], ab *Hadriano* IV *Romæ* Imperator coronatur XIV ante Kal. *Julias* anno 1155[f]. Inde redux *Hermanno Palatino*, qui per absentiam eius turbaverat, ad *Harmiscaram* damnato, *Palatinatum*, *Hermanno* anno 1156 mortuo, fratri suo *Conrado* concessit[g]. Verum cum eodem anno Imperator in locum *Adelheidæ*, quam anno 1153 dimiserat[h], duxisset *Beatricem Rainaldi* Comitis *Burgundiæ* filiam & heredem, eoque iure res in *Burgundia* & *Provincia* conponeret[i], gravis ei litium caussa cum *Hadriano* Pontifice intervenit, qui tamen audax dictum, quasi *coronæ beneficium ipsi contulisset*, excusare coactus est[k].

§. 10.

a Otto Frising. de gestis Friderici L. II. c. 1. Ursperg. p. 215. Albert. Stad. Henr. Stero an. 1152. apud Canis. T. IV. p. 172. *b* Otto Morena p. 806. 848. Radevic. L. II. c. 76. Hist. Landgr. Thuring. apud Eccard. T. II. p. 390. Ursperg. l. d. *c* Otto Frising. L. II. c. 5. diploma apud Schaten. Ann. Paderb. L. VIII. p. 793. & Ludwig T. II. Reliquiarum p. 191. Conring. de Fin. Imperii L. I. c. 14. §. 13—16. *d* Otto Frising. L. II. c. 7. 11. 27—29. 32. Gunther in Ligurino L. I. vs. 764. L. V. vs. 11. 49. 236. 555. & seqq. Ursperg. p. 295. 296. Otto de S. Blasio c. 6. Stero & Chron. Augúst. an. 1156. apud Freh. T. I. p. 510. diploma apud du Mont T. I. P. I. n. 136. *e* Otto Frising. L. II. c. 11—21. Otto Morena p. 806—812. Otto de S. Blasio c. 7. Ursperg. p. 296. Lunig. Cod. Diplom. Ital. T. I. p. 9. *f* Otto Frising. L. II. c. 22. Ann. Pisanorum an. 1155. *g* Otto Frising. L. II. c. 28. Ursperg. p. 296. Dodechin. an. 1155. 1156. Guntherus L. V. vs. 194. & seqq. Gundlingiana P. XXX. n. 7. T. VI. p. 493. *h* Otto Frising. L. II. c. 11. Monachus Weingart. Albert. Stad. an. 1153. Otto de S. Blasio c. 10. *i* Otto Frising. L. II. c. 29. Ursperg. p. 297. Radevicus L. I. c. 8. 11. Otto de S. Blasio c. 21. diploma in Marca Hispan. Append. p. 1331. *k* Radevicus L. I. c. 8—10. 15—23. Otto de S. Blasio c. 8. 9. Iperius in Chron. c. XLIII. parte 6. du Mont T. I. P. I. n. 132. 133. & Suppl. T. I. P. I. n. 31. 32. 34—39. & Basnage ad Steronem apud Canis. T. IV. p. 172. Lunig Spicil. Eccl. P. I. p. 157—159. & Cod. Diplom. Ital. T. I. p. 9—12.

§. 10. Tum anno 1158 altera suscepta expeditio *Italica*, qua *Mediolanenses* victi ægre in gratiam recepti sunt [a]: cum vero Imperator ea occasione in campis *Roncaliis* forum agens, leges scriberet, iura Principis auctum iret, & fodrum, id est, fisci regalis iura exigeret [b], nova inter ipsum & *Hadrianum* Pontificem lis orta est; ægre morte Pontificis, qui Kal. *Septemb.* anno 1159 obiit, diremta [c]: quo tempore cum alii *Rolandum* Cancellarium sub *Alexandri* III nomine, alii *Octavianum* Cardinalem, *Victoris* indito nomine, Papam elegissent, Imperator conventu *Papiensi* indicto, *Victori* sedem adiudicari curat, ex quo gravius enatum schisma, ut etiam *Victori* anno 1164 mortuo, *Guido Cremensis* Episcopus, *Paschalis* III dictus, subrogatus fuerit [d].

A. 5838. Per. Jul. ad 5913. A. Christ. 1125. ad 1200.

Italis in ordinem redactis: altera litium caussa cum Pontifice orta.

§. 11. Verum cum interea temporis *Mediolanenses* cum *Liguribus* bellum denuo pro Pontifice suscepissent, sæpe illorum obtrivit exercitus: *Mediolanenses* vero pervicacius rebellantes præcipue contudit, urbe eorum funditus deleta anno 1162 [e]. Sed cum, Imperatore in *Germaniam* reverso, Procuratores eius *Italos* gravius vexarent [f], civitates pleræque

Mediolano everso: ab Henrico Leone destitutus pacificitur cum Italis.

a Radevicus L. I. c. 25—44. Otto Morena p. 813—818. & plenius apud Murator. T. VI. p. 993—1015. Radulphus Mediol. Ib. p. 1174—1181. Otto de S. Blasio c. 11. Robertus de Monte an. 1158—1160. Ursperg. p. 298. 299. Tristanus Chalcus L. IX. p. 230—234. in Thes. Ital. T. II. du Mont T. I. P. I. n. 140. Lunig Cod. Diplom. Ital. P. I. p. 390. *b* Otto Frising. L. II. c. 12. Tristanus Chalcus l. d. p. 235. & seqq. *c* Radevicus L. II. c. 1—8. 15—20. 30. 31. 34. Gunther. L. VIII. vs. 442. & seqq. Otto de S. Blasio c. 14. Epist. apud Urstis. p. 562. Chron. Reichersp. an. 1159. Ursperg. p. 303. Tristanus L. IX. p. 239. 240. Giannone L. XII. c. 1. *d* Radevicus L. II. c. 43. 50—56. 64—73. Gunther. L. X. vs. 108. & seqq. Otto de S. Blasio c. 13. Otto Morena p. 826. 827. 840. Chron. Reischersp. an. 1159. 1160. Albericus an. 1159. 1164. Ursp. p. 303. 308. Du Mont Suppl. T. I. P. I. n. 39. 40. 41. 43. Baron. ex actis Alexandri an. 1159. Epistolæ Friderici I. Imp. apud Freher. T. I. p. 419. & seqq. Epistola Episcoporum apud Martene Anecd. T. I. p. 447. Harduin. Conc. T. VI. P. I. p. 1565—1582. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 159—162. *e* Radevicus L. II. c. 21. 23—49. 57—63. Otto Morena p. 819. & seq. 829—838. Otto de S. Blasio c. 14—16. Ursperg. p. 304. 305. Radulphus Mediol. p. 1186. 1187. Epistola Imp. Friderici ad Comitem Suession. apud Acher. T. III. p. 536. Epistola Burchardi apud Freher. T. I. p. 530. du Mont. Suppl. T. I. P. I. p. 42. Chron. Reichersp. an. 1162. *f* Otto Morena p. 841. Radulphus Mediol. p. 1190.

A. 5838. Per. Jul. ad 5913. A. Christ. 1125. ad 1200.

que *Longobardicæ* in fœdus coeuntes *Mediolanum* instaurant anno 1167[a]: veniens eodem anno in *Italiam Fridericus*, *Romam* quidem obtinuit, *Paschalem* in sede locavit, ab eoque coronatus est[b]: attamen clade accepta inglorius rediit[c]: & quamvis anno 1174 redux sub initium rem ex sententia gereret, tamen ab *Henrico Leone* destitutus, & clade anno 1176 prope *Cumas* accepta, coactus est anno 1177 & cum civitatibus *Longobardicis* & cum Papa *Alexandro* pacisci[d].

Henricus Leo proscribitur.

§. 12. Domum redux *Henricum Leonem* de consensu Principum apud *Herbipolim* anno 1180 proscribit, eundemque ducatu *Norico* & *Saxonico* omnibusque feudis multat, qua occasione *Otto* Comes Palatinus de *Wittelbach* ducatum *Bavariæ*, *Bernardus* Comes *Anhaltinus*, *Alberti Ursi* filius, *Saxoniam* accepit, ita tamen ut ea *Angriæ*, *Westphaliæ*que pars, quæ cis *Visurgim* est, *Coloniensi* Episcopo daretur[e].

Fredericus Imp. Seleuciæ moritur.

§. 13. Tandem *Hierosolymis* secundo *Octobris* anno 1187 a *Saladino* captis[f], eo cum *Germanorum* viribus insignis cruce contendit: ac multis in *Thracia* & *Asia* contra Imperatorem *Constantinopolitanum* ac *Saracenorum* regulos fortiter gestis, IV Idus *Junii* anno 1190 *Seleuciæ* subita morte exstinguitur, cum

a Otto Morena p. 842. Ptolemæus Lucensis & Auctarium Aquicinctinum an. 1167. Sigon. de regno Ital. L. XIV. p. 322. *b* Otto Morena p. 845. Chron. Lobiense & Johannes de Ceccano an. 1167. Otto de S. Blasio c. 20. Ursp. p. 307. Helmold. L. II. c. 10. *c* Johannes Sarisberiensis epist. 234. Contin. Morenæ p. 846. 847. *d* Chron. Saxo an. 1174—1177. Otto de S. Blasio c. 22. 23. Pacta apud du Mont T. I. P. I. n. 165. 166. 170. 178. 179. Radulph. Mediol. p. 1192. 1193. Ursp. p. 309. 310. Romualdus Archiepisc. Salernitanus in Chron. apud Murator. T. VII. p. 213. & seqq. Chron. Montis Sereni an. 1177. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 163—165. & Cod. Ital. Diplom. T. I. p. 14—29. *e* Otto de S. Blasio c. 24. Arnoldus Lubecensis Chron. Sclav. L. III. c. 15. 16. 24. apud Leibn. T. II. p. 640. & seqq. Chron. Stederburg. Godefridus Monachus an. 1178—1182. Chron. Montis Sereni an. 1180. Miræus T. II. p. 1185. Schaten. Ann. Paterb. L. IX. p. 847—856. *f* Sicardi Episcopi Chron. apud Murator. T. VII. p. 603. Jacobus de Vitriaco in Hist. Orientis L. III. apud Martene T. III. Anecd. p. 283. Chron. Reichersp. an. 1187. 1188. Otto de S. Blasio c. 30. Nangius an. 1187. Arnold. Lubecens. c. 26. apud Leibn. T. II. p. 675. Pag. Crit. an. 1187. n. 10.

cum regnasset annos 38[a]. Filios ex *Beatrice* susce- A. 5838.
pit *Henricum* Imperatorem, qui iam anno 1169 Rex Per. Jul.
coronatus fuerat[b], *Fredericum* Ducem *Sueviae*, qui ad 5913.
III Kal. Febr. anno 1191 apud *Acconem* obiit[c], *Con-* A. Christ.
radum ducem *Franconiae* & post mortem fratris etiam 1125. ad
Sueviae[d], *Ottonem*, cui *Burgundia*, quae avi mater- 1200.
ni fuerat, a patre adsignata[e], & *Philippum*, cui adhuc infantulo pater res Ecclesiarum ab Episcopis & Abbatibus sibi concessas vindicavit[f]: eidemque *Conrado* anno 1196 mortuo, frater *Henricus* ducatum *Sueviae* dedit[g].

§. 14. *Henricus* VI *Aenobarbi* filius, dudum a patre regni collega factus, eo vivo annum agens vicesimum primum, *Christi* 1186, Indictione VI, sexto Kal. *Februarii*, *Constantiam Rogerii* Regis *Siciliae* filiam postumam, & *Wilhelmi* II amitam, tum triginta annos natam duxit[h]. Imperium adeptus rem habuit cum *Henrico Leone* res suas repetente, iisque motibus conpositis[i], *Italiam* adiit anno 1191, partim ut coronam imperii acciperet, quam ei, uxorique eius in festo Paschatis *Coelestinus* III, *Tusculo* tradito, inposuit[k], partim etiam ut sibi Regni *Siciliae*, *Apuliae*, *Calabriae*que possessionem post mortem *Wilhelmi* iure uxoris vindicaret; sed illud anno 1190 consensu populi adeptus *Tancredus*, *Rogerii*, filii *Rogerii* Regis, ex concubina filius, invito Imperatore

Henricus VI. iure uxoris utriusque Siciliae regno potitur.

Rrr 3 tenuit

a Tageno in descriptione expeditionis Asiaticae apud Freher. T. I. p. 419. & seqq. Otto de S. Blasio c. 31—35. Arnold. Lubecens. c. 29—34. Sicardus l. d. p. 600. & seqq. Jacobus de Vitriaco l. d. p. 284. Chron. Reichersp. an. 1190. Anon. de expeditione Asiatica Friderici Imp. apud Canis. T. III. P. II. p. 499. & seqq. Nicetas p. 257. 258. 262—266. Anonymi epistola apud Urstis. p. 560—562. Epistola Friderici I. ad filium Henricum apud Hedam p. 178. *b* Godefridus Coloniensis. Chron. Reichersp. & Auctarium Aquic. an. 1169. *c* Chron. Reichersp. an. 1192. Chron. Weingart. p. 798. Otto de S. Blasio c. 35. *d* Gunther. L. I. vs. 83. Otto de S. Blasio c. 37. Ursperg. p. 311. *e* Otto de S. Blasio c. 21. *f* Otto de S. Blasio c. 21. & 10. *g* Otto de S. Blasio c. 44. *h* Godefridus Viterb. Parte XVII. p. 513. & 522. apud Pistor. T. II. Richard. de S. Germano apud Maurator. T. VII. Auctar. Aquicinctinum an. 1193. Chron. Elwangense an. 1194. Giannone L. XIII. c. 2. p. 375—378. *i* Arnold. Lubecen. Chron. Sclav. L. IV. c. 1—3. Chron. Stederburg. apud Leibn. T. I. p. 861. 862. *k* Chron. Fossae Novae. Auctar. Aquicinct. & Godefridus Monachus an. 1191. Otto de S. Blasio c. 33. Arnold. Lubec. L. IV. c. 4. Ursperg. p. 317.

A. 5838. Per. Jul. ad 5913. A. Christ. 1125. ad 1200.

tenuit ad annum 1194, quando ei successit filius *Wilhelmus* III[a], quem tamen eopse anno *Henricus*, vi & armis regno exuit[b].

Richardum detinet.

§. 15. *Richardum Angliæ* Regem, e *Palæstina* redeuntem, & a *Leopoldo Austriæ* Duce exeunte anno 1192 captum, sibique traditum, magno se argenti pondere redimere coëgit[c].

Imperatore Orientis ad tributum pendendum adacto moritur Messanæ.

§. 16. *Alexio Angelo* Orientis Imperatori, eius imminens regno, tantum terroris obiecit, ut ad tributum pendendum adegerit[d], quod dum ille colligit, *Henricus* subita morte *Messanæ* exstinguitur circa festum *Michaëlis* anno 1197[e]. Filium reliquit unicum *Fridericum*, quem 26 *Decembris* anno 1194 in lucem editum[f], vix duos annos natum Regem eligi curavit[g].

C A-

a Anon. Casin. & Richardus de S. Germano an. 1190—1194. Chron. Siciliæ c. 17—20. Arnold. Lubec. L. IV. c. 5. 6. Ursperg. p. 317. Otto de S. Blasio c. 37. Sicardus p. 615. b Anon. Casin. Richardus de S. Germano: & Chron. Fossæ novæ an. 1194. Chron. Siciliæ c. 21. Otto de S. Blasio c. 39. 40. 41. Ursperg. l. d. Sicard. p. 617. Giannone L. XIV. c. 1. c Hoveden. p. 721. 722. 726. 732—735. Matth. Paris. ad an. 1192. 1193. p. 165—167. Otto de S. Blasio c. 38. Chron. Trivetti apud Acher. T. III. p. 175. Acta Anglic. Rymeri T. I. p. 84. 85. du Mont T. I. P. I. p. 118. & 381. d Nicetas p. 306—310. Otto de S. Blasio c. 43. e Chron. Aquicinct. Albericus in Fragm. Urstis. an. 1197. Rigordus p. 198. Chron. Siciliæ c. 22. Hoveden. p. 773. Ursperg. p. 318. f Richardus de S. Germano an. 1194. apud Murator. T. VII. p. 976. Albert. Stad. & Anon. Casin. an. 1195. g Gesta Innocentii III. n. 19. Innocent. III. in epist. 29. Godefridus Monachus an. 1196.

CAPUT XVII.

A. 5821. Per. Jul. ad 5936. A. Christ. 1108. ad 1223.

De Francorum *Regibus*, Ludovico VI, Ludovico VII & Philippo Augusto, *ut & de* Anglorum *Regibus*, Stephano, Henrico II, Richardo I & Johanne sine terra, *ab anno* Christi 1108 *ad* 1223.

§. 1.

Ludovicus Grossus, regiæ potentiæ instaurator.

MOrtuo *Philippo* in *Gallia* anno 1108 regnare cœpit *Ludovicus Crassus*, ut diplomata ostendunt [a], annum agens circiter 30, ut qui ætatis anno 60, regni 30 decesserit auctore *Sugerio* [b]. Sed erat adhuc eo tempore Regum exigua potentia, Principibus pleraque loca tenentibus, ut conmoto bello vix tutum esset ab uno loco in alium ire [c]. Sed intestino bello anno 1114 orto Rex prævaluit, variosque ditionibus exuit [d], potentiamque auxit Communitatibus institutis [e]. Bellum etiam habuit cum *Henrico* I *Angliæ* Rege tam de *Gisortio* [f], quam propter *Theobaldum Blesensem* Comitem ex *Henrici* sorore natum, quod utrumque anno 1118 ita conpositum est, ut *Guilielmus Henrici* filius *Normanniam* a Rege *Galliæ* teneret [g]. Recruduit tamen postea bellum, cum ab anno 1127 id ageret *Ludovicus*, ut *Normanniam* & *Flandriam* ad *Guilielmum Roberti*, fratris *Henrici*, filium, transferret, sed *Wilhelmo* in prælio cæso pax anno 1130 convenit [h]. Tandem, cum *Ludo-* *vico*

[a] Libro III. Orig. S. Dionysii c. 13. apud Miræum T. III. p. 317. Chron. Maurigniac. an. 1108. p. 362. Chron. S. Petri Vivi an. 1108. apud Acher. T. II. p. 478. [b] Suger. in vita Ludovici Grossi apud Chesn. T. IV. p. 321. [c] Fragm. apud Chesn. T. IV. p. 322. [d] Nangius an. 1114. 1115. Sugerius c. 10. & 18. Ordericus L. XI. p. 813. Fragm. apud Chesn. T. IV. p. 322. 323. [e] Du Cange Gloss. voce Communia. Fleury L. LXVI. §. 18. [f] Sugerius c. 15. [g] Matth. Paris. an. 1116. Huntindon. p. 380. Malmesb. L. V. p. 159. 160. Chron. Maurigniac. apud Chesn. T. IV. p. 365. Simeon Dunelm. an. 1120. Fragm. apud Chesn. T. IV. p. 323. Hugo de Cleriis Ib. p. 329. [h] Huntindon. p. 383. 384. Roger. Hoveden. p. 478. 479. Bromton apud Twisden p. 1016. Matth. Paris. an. 1127. 1128. p. 67. 68. Nangius an. 1127. 1129.

A. 5821. Per. Jul. ad 5936. A. Christ. 1108. ad 1223.

vico filio suo, iam anno 1131 Regi coronato[a], nuptias confecisset cum *Alienora*, *Wilhelmi* Ducis *Aquitaniæ* filia & herede, diem obiit supremum *Parisiis* Kal. *Augusti* anno 1137[b]. Uxorem anno 1115 duxit *Adelaidem*[c], quæ soror fuit *Amadei Taurinensis*[d]: ex qua suscepit *Philippum*, qui ante patrem mortuus est[e], *Ludovicum*, qui patri successit, *Henricum Remensem* Archiepiscopum[f], *Robertum* Comitem *Drocarum* & *Petrum* de *Cortenaco*, cuius filius *Petrus* postea Imperator *Constantinopolitanus* factus est[g], item clericos duos *Petrum* & *Philippum*, cum filia *Constantia*, quæ primum nupsit *Eustachio*, *Stephani* Regis *Angliæ* filio[h], & dein *Raymundo Tolosano*[i].

Ludovici VII. gesta.

§. 2. *Ludovicus* VII, cognomine *Junior*, patri in regno successit anno 1137: ex lite, quæ inter ipsum & Pontificem erat de *Bituricensi* Archiepiscopo, bellum ei anno 1142 natum est contra *Theobaldum Campaniæ* Comitem, interventu *Bernardi* conpositum[k]: anno 1147 cum *Conrado* Imperatore magno suorum damno in Orientem profectus[l], post annuam ibi moram domum reversus, anno 1150 *Normanniæ* Ducatum, ceu feudum regni *Gallici Henrico*, *Gaufredi Andegavensis* filio, concedit[m], anno vero 1150 divortium cum *Alienora* coniuge facit[n], eiusque loco anno

a Diploma apud Mabillon. p. 600. & 204. Orderic. L. XIII. p. 895. Nangius an. 1131. b Sugerius p. 320. 321. Fragm. apud Chesn. T. IV. p. 324. Chron. Maurigniac. Ib. p. 381. 382. Ordericus L. XIII. p. 911. Nangius & Robertus de Monte an. 1137. Fragm. apud Chesn. T. IV. p. 427. Suppl. Corp. Diplom. T. I. P. I. p. 35. c Chron. S. Petri Vivi apud Acher. T. II. p. 482. d Otto Frising. de gestis Friderici L. I. c. 44. e Nangius an. 1131. Chron. S. Petri Vivi p. 485. Chron. Mauriniac. p. 377. f Chron. S. Petri Vivi an. 1150. Chron. Andrense an. 1175. Iperii Chron. c. XLII. parte 2. Martene in præfatione Coll. Max. T. II. p. 36. & seqq. g Genealogia Regum Francorum apud Acher. T. II. p. 494. Iperius in Chron. c. XLII. parte 2. h Apud Acher. T. II. p. 493. 494. i Chron. de Podio Laurentii c. 5. & Chron. Anglicanum apud Martene Coll. Max. T. V. p. 804. 805. k Nangius an. 1142. 1143. Radulfus de Diceto an. 1146. p. 508. 509. Chron. Mauriniac. p. 386. 387. Bernard. ep. 20. Pag. Crit. an. 1141. n. 3. 4. 1143. n. 1. 7. l Supra C. XVI. §. 7. m Gesta Ludovici VII. c. 28. Radulfus de Diceto an. 1150. apud Twisden p. 525. Matth. Parif. an. 1150. p. 79. Chron. Anglic. an. 1149. n Nangius an. 1152. Gesta Ludovici c. 29. & historia Ludovici apud Chesn. T. IV. p. 414. & 440. Anon. Ib. p. 443.

anno 1154 *Constantiam Alphonsi* Regis *Hispaniæ* filiam ducit[a].

A. 5821. Per. Jul. ad 5936. A. Christ. 1108. ad 1223. Henrici II. Regis Angliæ gesta: & lis cum Thoma Beket.

§. 3. *Alienora*, dotalem ferens *Aquitaniam*, protinus nupsit *Normanniæ* Duci, eidemque *Andegavensium* Comiti *Henrico*[b], qui eius nominis secundus partim iure matris *Mathildis*, filiæ *Henrici* I Regis[c], partim ex pacto anno 1153 inito[d], *Stephano* Regi, VIII ante Kal. *Novembris* anni 1154 mortuo, in regno *Angliæ* successit, coronatus XIV ante Kal. *Januarias*[e]. *Wallenses* anno 1157 devicit[f], & post gravem litem de inmunitate cleri cum *Thoma Beket Cantuariensi* Archiepiscopo ab anno 1164 ad 1170 protractam[g], *Hiberniam*, de consensu Pontificis *Romani*, anno 1171 armis occupatam, *Anglorum* provinciam fecit[h]. Regem etiam *Scotiæ* bello captum anno 1174 in sua verba iurare coëgit[i]. Cum *Ludovico* VII *Galliæ* Rege sæpius rem habuit, ac denique filii *Richardi* ad *Philippum Galliæ* Regem defectione victus, iniquis conditionibus pacisci coactus est anno 1189[k]: eodemque anno mense *Julio* ob-

S ff

a Historia Ludovici p. 415. Nangius an. 1154. Vincentius Belnacensis P. III. L. XXIX. c. 2. an. 1154. Pag. Crit. an. 1154. n. 18. *b* Simeon. Dunelm. an. 1152. apud Twisden p. 279. 280. Radulfus de Diceto p. 526. Brompton Ib. p. 1040. Gervasius in Chron. an. 1152. Ibid. p. 1371. Gesta Ludovici VII. c. 29. Matth. Paris. p. 80. Chron. Turonense apud Mart. Coll. Max. T. V. p. 1016. *c* Malmesbur. Hist. Novellæ L I. p. 175. Simeon Dunelm. an. 1128. p. 254. Radulfus de Diceto an. 1126. p. 504. *d* Brompton p. 1037. Radulfus de Diceto an. 1153. Gervasius an. 1153. p. 373. & seqq. Huntind. p. 396. & seq. Matth. Paris. an. 1153. p. 82. Chron. Turon. l. d. an. 1053. du Mont. T. I. P. I. p. 373. *e* Hoveden. p. 491. Radulfus, & Gervasius, & Chron. Anglic. an. 1154. Huntind. p. 398. 399. Neubrigensis L. II. c. 1. Matth. Paris. an. 1154. p. 88. *f* Wilh. Neubrig. L. II. c. 5. Gervasius an. 1157. p. 1380. Brompton an. 1158. p. 1047. Matth. Paris. an. 1157. p. 92. *g* Radulfus & Gervasius an. 1164. & seqq. Hoveden. p. 492—530. Chron. Andrense apud Acher. T. II. p. 809. Chron. Turon. an. 1164. 1170. 1171. Matth. Paris. p. 95—120. Wilkens Conc. Magnæ Britanniæ T. I. p. 441. & seqq. *h* Radulfus de Diceto p. 530. 558. Brompton p. 1069. Gervasius an. 1171. p. 1419. Matth. Paris. p. 91. 121. *i* Radulfus p. 557. 584. Brompton p. 1103. Knigton etiam apud Twisden p. 2396. & 2486. Hoveden. p. 545. Chron. Anglic. an. 1173. Matth. Paris. p. 125. 126. *k* Radulfus p. 562. 575. 630. 641. 644. 645. Brompton p. 1149. Gervasius p. 1535. 1539. 1544. Hoveden. p. 531. 652. 653. Rigordus de gestis Philippi p. 184. 185. 186.

A. 5821. Per. Jul. ad 5936. A. Christ. 1108. ad 1223.

obiit[a], successorem nactus filium *Richardum*[b], qui *Cor Leonis* dicitur[c].

Ludovici VII. posteritas.

§. 4. *Ludovicus* uxore *Constantia* anno 1160 in partu filiæ exstincta, post paucos dies tertiam duxit *Adelam Theobaldi* Comitis *Campaniæ* filiam[d], ex qua ei anno 1165 natus est filius *Philippus*[e], quem cum anno 1179 in festo omnium Sanctorum annos natum quatuordecim *Remis* Regem coronari curasset[f], ipse sequenti anno 1180 *Septembris* 18 obiit[g]. Ex prima uxore duas habuit filias *Mariam*, quam *Henrico Campaniæ* Comiti, & *Adelaidem*, quam fratri eius *Theobaldo* Comiti *Blesensi* conlocavit[h]. Ex altera *Margaretam*, quæ anno 1160 *Henrico*, *Henrici* Regis *Angliæ* filio, desponsata fuit[i], eoque mortuo iterum anno 1185 nupsit *Belæ* Regi *Hungariæ*[k]. Ex tertia *Agnetem*, quæ anno 1179 *Alexio*, *Emanuelis Comneni* filio, nupsit[l]: & filium *Philippum*, anno 1165 in lucem editum[m].

Philippi Augusti & Richardi Angli in terram sanctam expeditio.

§. 5. *Philippus*, *Augustus* & *Adeodatus* vulgo cognominatus, in ipso regni exordio, *Judæos*, quorum opibus inhiabat, variorum criminum postulatos, comprehendi primum, ac auro argentoque spoliari tota *Gallia* iussit XVI Kal. *Martii* Sabbatho, quæ nota est anni 1181, tum sequente anno mense *Julio* omni exegit regno[n]. Exinde cum de *Hierosolymis* anno 1187 ab *Saladino* captis adlatum esset, ambo Reges *Phi-*

a Radulfus p. 645. Brompton p. 150. Gervasius p. 1545. Hoveden. p. 654. Chron. Turon. an. 1189. Chron. Breve S. Florentii an. 1189. Matth. Paris. p. 145. *b* Radulfus p. 646. 647. Brompton p. 1157. Gervas. p. 1545. Hoveden. p. 656. Chron. Anglic. an. 1188. 1189. Matth. Paris. p. 147. *c* Brompton p. 1278. *d* Radulfus p. 532. Gervasius. Chron. Turonense. Nangius & Continuator Chron. S. Petri Vivi an. 1160. *e* Contin. Chron. Petri Vivi an. 1165. Contin. Aimoini L. V. c. 56. Rigordus de gestis Philippi apud Pithœum p. 160. Radulfus de Diceto p. 607. *f* Chronogr. Aquicinctinus an. 1179. Radulfus l. d. Rigordus p. 161. 162. Gulielmus Brito Philipp. L. I. apud Pithœum p. 234. Matth. Paris. p. 133. *g* Rigordus p. 164. Radulfus p. 611. Gervasius Chron. an. 1180. p. 1457. Pag. Crit. an. 1180. n. 6. *h* Gesta Ludovici VIII. apud Pithœum p. 158. Hoveden. P. I. an. 1154. Chron. Anglicanum Radulfi Coggeshale an. 1137. *i* Matth. Paris. an. 1160. p. 93. *k* Rigordus p. 177. Chron. Turonense an. 1186. *l* Hoveden. p. 592. Du Cange Fam. Byzant. p. 188. Martene in præfat. Coll. Max. T. II. §. 148. *m* Chron. Altissiodor. p. 83. *n* Rigordus de Gestis Philippi Augusti apud Pithœum p. 162. 164—166. Guliel. Brito Philippidos L. I. Ib. p. 234.

Philippus Galliae & *Richardus Angliae* dicto sacramento, magno adparatu, qui utrisque gravi aere stetit [a], ut etiam *Richardus Wilhelmum Scotiae* Regem accepta pecunia feudi nexu solveret [b], anno 1190 profecti sunt in Orientem; sed licet *Richardus* in aditu *Cyprum*, paullo post *Guidoni Lusiniaco* datam, occupaverit [c], quamvis etiam Principes foederati *Acconam* IV Nonas *Junias* anno 1191 expugnaverint [d], parum tamen, quod ad summam rem, praestitum, ortaque discordia, *Philippus* eopse anno rediit in regnum [e]; *Richardus* in reditu captus [f]: regnum *Angliae* & intestinis motibus & bello *Gallico*, saepius repetito, concussum est [g]: donec *Richardus* anno 1199 in castelli cuiusdam obsidione, misso e ballista spiculo ictus, occubuit VIII Idus *Aprilis*, feria tertia [h].

A. 5821. Per. Jul. ad 5936. A. Christ. 1108. ad 1223.

§. 6. *Richardo* successit *Johannes* eius frater, *sine terra* vulgo cognominatus, qui VI Kal. *Junii* feria 5 coronatus [i], bellum cum *Philippo* instauravit, quod licet anno 1200 nuptiarum pactione diremtum fuerit,

Johannes sine terra regnum Pontifici subiicit.

[a] Rigordus p. 181—183. 186. Chron. Altissiod. p. 93. Matth. Paris. p. 139. 140. 150. 153. Hoveden. p. 664—666. Gulielm. Brito L. III. p. 254. 255. L. IV. p. 269. Radulfus de Diceto p. 650. Gervas. in Chron. p. 1522. Chron. Turonense an. 1190. [b] Brompton. p. 1167. 1168. Hoveden. p. 662. du Mont T. I. P. I. p. 112. & 379. [c] Radulfus de Diceto. Brompton. p. 1197. & seqq. 1250. Guilielm. Brito L. IV. p. 272. Rigord. p. 189. 192. Hoveden. p. 690. Chron. Anglic. an. 1192. apud Martene Coll. Max. T. V. p. 817. Sicardus in Chron. p. 616. apud Murator. T. VII. [d] Brompton. p. 1202. & seqq. Gervasius Chron. p. 1567. Hoveden. p. 693. & seqq. Matth. Paris. p. 157. Gulielm. Brito L. IV. p. 273. Rigord. p. 190. Contin. Belli Sacri L. II. c. 12—15. Sicardus in Chron. p. 614. Jacobus de Vitriaco apud Martene Anecd. T. III. p. 285. [e] Rigord. p. 189. 192. Brompton p. 1208. & seqq. Hoveden. p. 698. 708. Chron. Anglic. l. d. p. 819. [f] Hoveden. p. 721. 732. 733. Radulfus de Diceto p. 668. 670. 672. Brompton p. 1250. 1256. Matth. Paris. p. 161. 165—167. Guil. Brito L. IV. p. 275. 276. Rigord. p. 192. 193. Chron. Anglic. an. 1192. 1193. p. 830. & seqq. [g] Matth. Paris. p. 168—170. 174. 186. 187. Hoveden. p. 724. 729. 740. 782. 790. Rigord. p. 193. 194—197. 199. 200. Guil. Brito L. IV. p. 277. & seqq. Brompton p. 1254. 1259. 1268. 1274. 1276. Chron. Anglic. p. 835. 836. 844. 849. Du Mont T. I. P. I. p. 117. & 119. [h] Radulfus de Diceto p. 705. Brompton. p. 1278. Matth. Paris. p. 188. Hoveden. p. 791. Monachus Altissiod. in Chron. p. 95. b Chron. Andrense apud Acher. T. I. p. 928. Rigord. p. 200. Chron. Turon. an. 1199. Chron. Anglc. p. 853. & seqq. [i] Hoveden. p. 793. Matth. Paris. p. 189. Chron. Anglic. p. 859.

A. 5821. Per. Jul. ad 5936. A. Christ. 1108. ad 1223.

rit[a], paullo tamen post recruduit, quando occasione cædis *Arthuri Philippus Normanniam* omnem, *Johanni* abiudicatam, levi negotio occupavit[b]. Denique iniquissima contra *Innocentium* III Pontificem lite aliquamdiu exercitus[c], ad extremum succubuit, atque *Angliæ Hiberniæ*que regna *Romano* Pontifici subiecit anno 1213, quæ, indicto annuo tributo, beneficii loco deinceps haberet[d]: quem tamen censum *Henricus Johannis* filius anno 1245 Pontifici renunciavit[e].

Philippi ad Bovinas victoria. Filiique eius irritus in Anglia conatus.

§. 7. Inter hæc *Philippus*, qui Pontifici adiutor fuerat, ab *Anglia* abstinere iussus[f], anno 1214 duplici parta victoria, cum & *Anglos Ludovicus* eius filius in *Pictonibus*[g], & ipse *Ottonem* Imperatorem ad *Bovinas* vicisset[h], utriusque monumentum ad *Silvanectum* oppidum constituit *Victoriæ* Cœnobium[i]. *Ludovicus* eius filius, turbatis in *Anglia* rebus[k], a Proceribus evocatus, anno 1215 illuc transmittens, pulso *Johanne*, *Londini* Rex renunciatur anno 1216[l]. Verum *Johanne* paullo post 18 *Octobris* anno 1216 mortuo[m], *Angli* se ad filium eius *Henricum* III adplicant: *Ludovicus Londini* obsessus, pacto inito, anno

a Rigord. p. 201. Radulfus de Diceto p. 706. Hoveden. p. 802. 814. Chron. Salvigniacense apud Baluz. Misc. T. II. p. 316. Chron. Anglic. an. 1200. p. 859. Matth. Paris. p. 190. 192. du Mont T. I. P. I. p. 126. *b* Matth. Paris. p. 199—201. Rigord. p. 202. 204—206. Guiliel. Brito L. VI. VII. VIII. Chron. Turon. an. 1202. 1203. 1205. Albericus an. 1202. 1203. *c* Wilkens Conc. Angl. T. I. p. 515—529. *d* Matth. Paris. p. 204—206. 213. 218. 223—227. Stubs Actus Pontificum Eboracensium apud Twisden p. 1724. Knyghton Ib. p. 2415. & 2418. Contin. Chron. Altissiod. p. 107. Johannis Trivetti Chron. apud Acher. T. III. p. 183. Charta Innocentii III. apud Wilkens T. I. p. 541. & seqq. du Mont T. I. P. I. p. 138. 148. 149. *e* Matth. Paris. p. 685. 686. Chron. Trivetti p. 193. *f* Matth. Paris. p. 228. *g* Rigord. p. 210. 212. 213. 215. Guiliel. Brito L. IX. & X. p. 337—357. Matth. Paris. p. 238. 240. *h* Rigord. p. 216—224. Guil. Brito L. X. & XI. p. 357. & seqq. Matth. Paris. p. 241. 242. Contin. Chron. Altissiod. p. 108. Breve Chron. S. Florentii an. 1214. apud Martene Coll. Max. T. V. p. 1146. & Reinerus Ib. p. 51. Genealogia Comitum Flandriæ apud Martene Thes. Anecd. T. III. p. 400—402. *i* Rigord. p. 224. *k* Matth. Paris. p. 243—268. du Mont T. I. P. I. p. 153—155. *l* Matth. Paris. p. 268—275. Radulfus Coggeshale de motibus Anglicanis apud Martene Coll. Max. T. V. p. 875—882. Iperius c. XLVI. parte 17. *m* Matth. Paris. p. 277. Chron. Turon. an. 1216.

anno 1217 redit in *Galliam* [a]. *Philippus* e vita excessit anno 1223 pridie Idus *Junii* [b]. Ex prima uxore *Elisabetha* sive *Isabella*, *Balduini* Comitis *Hannoniæ* filia, ei anno 1187 natus est *Ludovicus* [c]. Altera uxor *Ingeburgis* fuit, *Canuti Daniæ* Regis soror, anno 1193 ducta & repudiata [d]. Tertia *Maria* filia ducis *Meraniæ* anno 1196 superinducta [e], ex qua suscepit filium *Philippum*, qui iure uxoris *Mathildis* Comitatum *Boloniensem* tenuit [f], & filiam *Johannam* [g]: habuit & aliam ex prima coniuge filiam, *Mariam* nomine, quæ iam anno 1212, vidua *Philippi* Comitis *Namurci*, desponsata est *Henrico* Duci *Brabantiæ* [h]. Cum iam anno 1201 *Arthuro* desponsata fuisset [i].

A. 5821. Per. Jul. ad 5936. A. Christ. 1108. ad 1223.

a Rigord. p. 224. 225. Matth. Paris. p. 278—288. Acta Publica Rimer. T. I. p. 221. du Mont T. I. P. I. p. 387. 388. *b* Rigord. p. 225. Guil. Brito p. 389. Matth. Paris. p. 305. 307. Fragm. apud Martene Coll. Max. T. V. p. 1157. Chron. apud du Chesf. T. V. p. 773. Gesta Ludovici apud Pithœum p. 396. *c* Rigord. p. 164. 186. Matth. Paris. p. 135. Genealogia Comitum Flandriæ apud Martene Anecd. T. III. p. 389. 392. 393. Chron. Andrense an. 1147. apud Acher. T. II. p. 821. Nangius an. 1180. Chron. Turon. an. 1180. & 1187. Miræus T. I. p. 295. & 721. Vredius in Geneal. Comitum Flandriæ T. II. in probat. p. 259. *d* Rigord. p. 194. 201. 211. Monachus Altissiodor. in Chron. p. 94. Matth. Paris. p. 168. Chron. Andrense p. 823. Baluz. Misc. T. I. p. 422. Pag. Crit. an. 1193. n. 9. *e* Rigord. p. 197. Nangius an. 1197. & 1201. Chron. Andrense an. 1196. *f* Rigord. p. 202. Chron. Andrens. p. 862. 863. Nangius an. 1233. Baluz. Misc. T. IV. p. 470. Nangius gestis Ludovici apud Pith. p. 406. *g* Rigord. p. 202. *h* Rigord. p. 211. Nangius an. 1210. Miræus Dipl. T. I. p. 200. 576. 580. *i* Albericus an. 1201. p. 423.

A. 5831. Per. Jul. ad 5917. A. Christ. 1118. ad 1204.

CAPUT XVIII.

De Rebus Imperii Orientis inde a Johanne Comneno *usque ad* Constantinopolim *a* Latinis *captam*, *sive ab anno* 1118 *ad* 1204.

§. 1.

Johannes Comnenus multis rebus gestis clarus.

GRæcorum imperium, excluso *Bryennio*, *Johannes Comnenus*, qui & *Caloioannes*, *Alexii* filius, vir fortis & prudens adiit anno 1118 [a]. Altero regni anno contra *Persas Turcos* profectus rem prospere gessit [b]. *Scythas Patzinacas* anno regni quinto *Istrum* transgressos devicit [c]: anno vero septimo *Hungaros* ultro infestantes repressit [d]. Ita rebus in occidente pacatis *Persarmenios* in *Asia* vicit [e]. Posthæc variis in *Asia* gestis rebus clarus [f], cum *Antiochiam* venisset, ut ab *Raymundo* Principe urbem illam ex pacto reciperet, ea spe frustratus, pervastato illius agro, per *Ciliciam* reversus est [g]. Ubi in venatu apri, sagitta toxico inlita læsus, grassante paullatim veneno [h], obiit 8 *Aprilis* anni 1143, cum regnasset annos 24, & octo fere menses [i]. Uxorem superstite patre duxerat *Irenen*, *Ladislai Hungariæ* Regis filiam [k], ex qua quatuor suscepit filios *Alexium* & *Andronicum*, qui ante patrem mortui sunt [l], *Isaacium* & *Manuelem*, quem, licet natu minorem, pater moriens successorem designavit [m].

Manuel Comnenus bello & pace præclarus.

§. 2. *Manuel Comnenus*, vir bello & pace præclarus, fratre *Isaacio* in custodiam dato, imperium adeptus [n], statim sub initium bellum habuit cum Sultano *Ico-*

[a] Nicetas p. 5—8. Wilh. Tyrius L. XII. c. 5. & L. XV. c. 23. [b] Nicetas p. 9. 10. Cinnamus L. I. c. 2. p. 2. 3. [c] Nicetas p. 10. 11. Cinnamus L. I. c. 3. p. 4. [d] Nicetas p. 12. 13. Cinnamus L. I. c. 4. p. 5. 6. [e] Nicetas p. 14. 15. Cinnamus L. I. c. 5. 6. p. 7. 8. [f] Nicetas p. 15—24. Cinnamus L. I. c. 7—9. p. 8—11. [g] Nicetas p. 24—26. Cinnamus L. I. c. 10. p. 12. Wilh. Tyr. L. XV. c. 19—21. [h] Nicetas p. 27. Cinnamus L. I. c. 10. p. 13. Wilh. Tyr. L. XV. c. 22. [i] Nicetas p. 31. Cinnamus L. I. in fine p. 15. Pag. Crit. an. 1143. n. 9. [k] Cinnamus L. I. c. 4. p. 5. Anna L. XII. p. 356. Zonar. p. 240. du Fresne Fam. Byzant. p. 179. [l] Du Fresne Fam. Byzant. p. 179. 181. [m] Nicetas p. 12. 28—31. Cinnamus L. I. c. 10. p. 14. 15. du Fresne Fam. Byzant. p. 183. 186. [n] Nicetas p. 33. 35. Cinnamus L. II. c. 1. p. 16—18.

Iconienſi, qui *Pracanam*, *Iſauriæ* civitatem, occu- A. 5831.
paverat [a]. Cum vero anno 1147 crucesignati *Con-* Per. Jul.
rado Imperatore & *Ludovico* Rege ducibus in orien- ad 5917.
tem irent, tranſitum quidem non negavit, ſed li- A. Chriſt.
centioſius ad prædas agendas excurrentes, armis re- 1118. ad
preſſit [b]. Sed cum eodem tempore cum claſſe pro- 1204.
greſſus *Rogerius* Rex *Siciliæ Græciæ* litora late vaſtaret, *Corcyram* occuparet, poſt longum & difficile bellum, *Corcyra* recuperata, *Sicilia* fruſtra tentata, pax ea conditione conpoſita, ut ademta utrimque reſtituantur [c]. Habuit & varia cum *Hungaris* & *Turcis* bella [d]. Tandem, longiora ſibi vivendi ſpatia ſpondens, exſtinctus eſt menſe *Septembri* anno 1180, cum imperaſſet annos 37, menſes 5, dies 23 [e]. Uxores duas habuit *Bertham*, quam *Græci Irenen* vocant, ſororem uxoris *Conradi* Imperatoris, & *Mariam Raymundi Pictavenſis Antiocheni* Principis filiam: ex priore duas habuit filias *Mariam Comnenam*, multis expetitam, & alteram quæ in infantia obiit; ex *Maria* vero anno 1167. natus ei eſt filius *Alexius Comnenus* [f].

§. 3. Hic igitur tenera ætate patri ſuccedens, *Ludovici Francorum* Regis filiam *Agnetem*, ſibi a patre *Manuele* deſponſatam, duxit [g], imperium ſub principe eius ætatis inteſtinis motibus concuſſum fuit [h]; ac denique ab *Andronico Manuëlis* patruele, quem menſe *Septembri* anni 1183 in conſortium imperii per vim acceperat, poſt paucos dies necatus eſt [i] anno ætatis nondum quinto decimo, imperii tertio, exacto [k].

Alexius Comnenus ab Andronico necatus.

§. 4.

a Cinnamus L. II. c. 5—9. 11. Nicetas p. 36. 37. b Nicetas p. 41—45. Cinnamus L. II. c. 12—17. p. 29—37. Epiſtola Manuëlis ad Ludovicum Galliæ Regem apud Martene Anecd. T. I. p. 399. c Nicetas de rebus Manuëlis L. II. c. 1. 2. 5. 6. 8. Cinnamus L. II. c. 2—5. 12. Chron. Cavenſe an. 1147. apud Murator. T. VII. p. 925. d De quibus copioſe Cinnamus & Nicetas. e Nicetas p. 142. 143. Hoveden. p. 595. Pag. Crit. an. 1180. n. 3. f Du Freſne Fam. Byzant. p. 186. 187. 188. g Wilh. Tyrius L. XXII. c. 4. Radulfus de Diceto an. 1179. p. 603. Rigord. p. 203. h Nicetas in Alexio Manuële. i Nicetas in Alex. Manuële c. 18. p. 173—176. Wilh. Tyr. L. XXII. c. 10—12. Nang. an. 1182. du Freſne Fam. Byzant. p. 188. Pag. Crit. an. 1183. n. 11. 13. k Nicetas p. 178.

A. 5831. Per. Jul. ad 5917. A. Christ. 1118. ad 1204.

Andronicus truculentior ab Isaacio Angelo necatur.

§. 4. Cæso *Alexio*, *Andronicus*, *Alexii Comneni* quondam Imperatoris[a] ex *Isaacio* filio nepos[b], imperium, quod vivo *Alexio* a mense *Aprili* anni 1182, quo urbem regiam introiit, tenuerat[c], solus obtinuit, protinusque *Agnetem Alexio* desponsam, undecim annos natam, grandi iam ætate sibi matrimonio iunxit[d]. Imperium truculentum, domi tumultibus, foris a *Siculis* armis exercitum[e], habuit fere per biennium[f], dum enim *Isaacio Angelo* molitur necem, populari orto tumultu, conprehensus ipse, ac per urbem camelo vectus, altera abscissa manu, oculoque effosso, a furenti plebe laniatus est, mense *Septembri* anno 1185[g]. Filii eius, quos ex priori coniuge, cuius incertum nomen, susceperat, *Manuël* & *Johannes* ambo *Isaacii* iussu excæcati[h].

Isaacius Angelus vario exercitus bello.

§. 5. *Isaacius Angelus Constantini*, qui ducta *Theodora*, *Alexii Comneni* filia, primus *Angelorum* familiam celebrem reddiderat, ex filio *Andronico*, nepos, imperium, factione populi delatum, accepit 12 *Septembris* anno 1185[i]. *Siculos* eodem anno 7 *Novembris* ad *Strymonem* vicit, captis ducibus *Richardo* & *Balduino*[k]. *Cyprum* ab *Isaacio Comneno* Tyranno frustra classe repetiit[l]. Cum *Mysis* sive *Walachis* parum secunda bella gessit[m]. *Fridericum Ænobarbum* anno 1189 per *Thraciam Palæstinam* petentem conatus intercludere, magno suo damno illius in se arma provocavit[n]. Ac denique, cum regnasset annos 9 menses 8[o], ab *Alexio* fratre ipsi cum oculis ereptum est imperium anno *Christi* 1195[p].

§. 6.

a Supra C. XIV. §. 15. *b* Du Fresne Fam. Byzant. p. 189. 190. *c* Wilh. Tyr. L. XXII. c. 13. Robertus de Monte & Nangius an. 1182. *d* Nicetas p. 178. *e* Nicetas in Andronico L. I. toto & L. II. c. 1—8. p. 178—217. Chron. Cavense an. 1185. *f* Nicetas in Andron. L. II. c. 13. p. 225. *g* Nicetas Ib. L. II. c. 9—13. p. 217—227. Monach. Altissiod. in Chron. p. 88. in edit. quæ Trecis in 4to prodiit anno 1608. *h* Nicetas in Isaacio L. I. c. 1. p. 229. & du Fresne Fam. Byzant. p. 191. *i* Du Fresne Fam. Byzant. p. 178. 202—204. *k* Nicetas in Isaacio L. I. c. 1. 2. p. 230. 231. Chron. Cavense an. 1185. *l* Nicetas in Isaacio L. I. c. 5. p. 237. *m* Nicetas Ib. c. 4—6. p. 236—240. L. II. c. 1. p. 252—255. L. III. c. 3. 4. p. 274—279. & c. 8. p. 286. Acropolita n. 11. p. 10. *n* Supra C. XVI. §. 13. *o* Nicetas L. III. in fine p. 290. *p* Nicetas L. III. c. 8. p. 287—290.

§. 6. *Alexius Angelus*, adsumto *Comneni* nomine, homo ignavus & deliciis deditus [a], imperavit annos 8, menses 3, dies 10 [b]. Imperium bellis *Scythicis* contra *Blachos* in occidente, contra *Turcos* in Oriente male exercitum habuit [c]; interim fratris ipsius *Isaacii* filius *Alexius*, e custodia elapsus, ad *Philippum Germanorum* Imperatorem, qui sororem eius *Irenem* in matrimonio habebat, se conferens [d], eius commendatione ac magnis promissis [e], crucesignatos, qui concitante *Innocentio* III ducibus *Bonifacio* Marchione *Montisferrati*, *Balduino* Comite *Flandrensi* & *Henrico Dandulo*, Duce *Veneto*, in terram sanctam ire decreverant [f], in societatem adversus *Alexium Comnenum* adlicit [g]. *Comnenus*, iam parte Urbis capta incensaque, nocte proxima post 17 *Julii* diem fuga *Debeltum* petit anno 1203 [h].

A. 5831. Per. Jul. ad 5917. A. Christ. 1118. ad 1204.

Alexius Angelus homo ignavus, a Latinis armis petitus urbe profugit.

§. 7. Ita, remoto *Alexio*, *Isaacius Angelus* cæcus iterato cum *Alexio* filio, primo *Augusti* coronato, speciem adumbravit pristinæ dignitatis Indict. VI [i]. Verum sequenti anno 1204 Indict. VII. cum nec ambo isti inter se concordes essent, *Græcos* autem profusione offenderent, *Alexius* quidam *Ducas*, cognomento *Mursiphlus*, captum fraude *Alexium* imperio & vita exuit, mense imperii sexto, die octavo, pater *Isaacius* re cognita moritur [k].

Isaacius Angelus iterum cum filio Alexio.

§. 8. *Mursiphlus* tyrannidem invadit, sed turbatis rebus fœderatorum classis *Constantinopolim* expugnat [l] *Apri-*

Eiecto Mursiphlo Latini Constantinopoli potiuntur.

Ttt

[a] Nicetas in Alexio L. I. c. 3. p. 295. [b] Nicetas in Alexio L. III. c. 10. p. 352. [c] Nicetas in ipsius vita copiose. Acropolita n. 12. p. 11. [d] Nicetas vita Alexii L. III. c. 9. p. 348. Acropolita n. 2. Villehardouin de la Conqueste de Constantinopole c. 35. 36. Rigord. p. 203. [e] Nicetas l. d. Villehardouin c. 45. 46. [f] Villehardouin c. 1—24. 47—50. [g] Guntherus Hist. Constant. apud Canisium Lect. Antiq. T. IV. §. 8—11. Epistola Anonymi apud Martene T. I. Anecd. p. 714. & seqq. Albericus an. 1202. [h] Nicetas in Alex. L. III. c. 9. 10. p. 349—352. Villehardouin c. 67—94. 164. Rigordus de gestis Philippi Augusti p. 203. 204. Contin. Belli Sacri L. II. c. 20. Gunther. l. d. §. 12. Epistola Marchionis Montisferrati apud Mart. Anecd. T. I. p. 788. & seqq. [i] Nicetas in Isaacio & Alexio c. 1. p. 353—355. Acropolita n. 3. p. 3. Villehard. c. 100. [k] Nicetas l. d. c. 2. 3. p. 357—362. Villehardouin c. 101. 110—117. Gunther. l. d. p. 15. [l] Nicetas Alexio Duca c. 1. 2. p. 363—365. 377. 378. Villehard. c. 116. 117. 122—128. 132—135. Sicardus in Chron. p. 620. Epistola Anonymi & Marchioni Montisferratis de expugnatione urbis Constantinopolis in Thes. Anecd. Martene T. I. p. 784—793.

A. 5831. Per. Jul. ad 5917. A. Christ. 1118. ad 1204.

Aprilis 12, feria 2, hebdomadis sextæ Quadragesimæ [a], adeoque anno 1204, *Mursiphlus* fuga salutem quærit, cum menses duos, dies 16 imperasset [b].

Balduinus Imperator.

§. 9. Tum de communi consilio primus ex *Latinorum* genere *Constantinopoli* Imperator creatus est *Balduinus Flandriæ* Comes, vir probus, annos natus 32 [c], protinusque coronatus est tribus post Pascha septimanis, id est 16 *Maii* anno 1204 [d].

CAPUT XIX.

De Rebus Ecclesiasticis Viris*que* Eruditis *Sæculi Duodecimi*.

§. 1.

Dominatus Pontificum Romanorum.

DOminatus Pontificum *Romanorum* prioribus sæculis donationi *Constantini* Magni [e], iam dudum explosæ [f], fictis priorum Pontificum decretalibus [g], significationi vocis *Ecclesiæ* ad solum clerum & Antistites restrictæ [h], & titulo *Vicarii Christi* superstructus [i], a *Gregorio* VII multum stabilitus, hoc sæculo & maxime desinente sub *Innocentio* III culmen attigit, ut dici queat, eo tempore *Romam* caput orbis *Christiani* in Occidente fuisse, quorsum cognitio referebatur de quibuscunque caussis sive Ecclesiasticis sive Civilibus, adeo ut perpetuis litibus distracti sacris vacare non possent Pontifices [k].

§. 2.

[a] Nicetas l. d. p. 365. Acropolita n. 4. p. 4. Gunther. l. d. p. 15. 16. §. 17. 18. Monachus Altissiod. p. 100. 101. [b] Nicetas l. d. c. 3. p. 367. Villehard. c. 129. 130. 141—144. 163. [c] Nicetas p. 383. 384. Villehardouin c. 136. 137. Gunther. p. 17. §. 20. [d] Villehardouin c. 137—139. Epistola Balduini apud Martene Anecd. T. I. p. 793. du Fresne Hist. Constant. sub Imperat. Francicis L. I. n. 18—21. p. 13—15. [e] Exhibetur ab Ort. Gratio in Fasciculo rerum expetendarum p. 62. Edit. in folio, an. 1535. [f] Walla de donatione Constantini apud Ort. Gratium l. d. p. 66. & seqq. [g] Fleury Differt. IV, quæ Lib. LXV præmittitur: & Differt. VII. §. 6. ante Librum XC. [h] Rapin Hist. Angl. L. VIII. p. 513. [i] Mosheim Instit. Eccl. Sæc. XII. Part. II. Sect. I. c. II. §. 4. [k] Rem probant præter infinita alia huius sæculi Pontificum decreta epistolæ Innocentii III. Et malum hoc deplorat Bernardus in Libris V considerationum ad Eugenium Pontificem. Addantur du Pin Bibl. Sæc. XII. p. 79. 80. & Giannone L. XIV. c. 3.

A. 5813. Per. Jul. ad 5913. A. Christ. 1100. ad 1200.

In Reges exercitus, & legibus stabilitus.

§. 2. Qui tamen ea iurisdictione læti[a], id agebant sedulo, ut vi anathematum, quorum erant prodigi, omnes, ipsos Reges & Principes, sub iugum mitterent[b], exemplo esse possunt *Henricus* IV & V. *Fridericus Barbarossa* Imperatores; *Johannes sine terra* Rex *Angliæ*, aliique; idque eo successu, ut non tantum Imperatori ius investituræ extorserint, clerum iudicio Principum subduxerint, sed & regna sibi vectigalia fecerint. Hinc stabiliendæ potestati Legatis quaquaversum missis concilia cogebant, decreta condebant, Regibus & Principibus exsecutionem mandabant[c]. Accedebant cruciatæ expeditiones Pontificum imperio confirmando adcommodatæ. Eodem faciebat Collectio Decretorum, quam circa medium huius sæculi publicavit *Gratianus*[d].

Ordines Equestres & monachales instituti.

§. 3. Ordines quoque Equestres occasione belli sacri instituti, *Hospitalarii* a *Paschali* II confirmati[e]: *Templarii*, quibus in concilio ad *Trecas* anno 1128 regula scripta est[f], & *Teutonici S. Mariæ*, quorum ordinem, anno 1099 institutum[g], *Cælestinus* III anno 1191 confirmavit[h]. Quemadmodum in Occidente, disciplina monachorum corruente, plures circa finem superioris & initium huius sæculi novi Ordines, arctioribus vinculis, sed iterum laxandis, adstricti, sunt instituti. *Bruno Cartusianos* anno 1184 in eremo prope *Gratianopolim* fundavit[i]. *Robertus Cistercienses* in-

[a] Paschalis epist. 101. apud Hard. T. VI. P. II. p. 1850. Innocentii III. Rescriptum apud Ludwig Reliq. T. II. p. 201. [b] Everhardus Salsburgensis episcopus in oratione apud Aventin. L. VII. c. 5. §. 23. & seqq. & Fridericus Imperator in epistola Ib. §. 3. [c] Concil. Lateranense IV. Capit. III. apud Hard. T. VII. p. 20. 25. du Pin Bibl. Sæc. XII. c. 20. p. 230. [d] Mastricht in Historia Juris Ecclesiastici p. 328. 329. Edit. Duisburg. 1686. in 8vo. [e] Wil. Tyrius L. XVIII. c. 4. & seqq. Iperii Chron. c. XLI. parte 4. Naucler. Generat. XXXVII. p. 178. Pag. Crit. an. 1099. n. 14. & seqq. [f] Wilh. Tyrius L. XII. c. 7. Jacobus de Vitriaco Hist. Hierosol. c. 65. Regula apud Hard. Conc. T. VI. P. II. p. 1132. & seqq. du Mont T. I. P. I. p. 68—74. Pag. Crit. an. 1118. n. 22. Fleury L. LXVII. §. 55. [g] Lunig Spic. Eccl. Contin. I. p. 356. seqq. [h] Jacobus de Vitriaco L. I. c. 66. Chron. Prussiæ Petri de Dusburg P. I. c. 1. Auctar. Aquicinct. an. 1189. Naucler. Generat. XXXVII. p. 179. du Mont T. I. P. I. §. 210. L'Enfant Concile de Pise T. II. p. 13. [i] Iperii Chronicon c. XXXVIII. parte 2. Fleury Hist. Eccl. L. LXIII. §. 50. Pag. Crit. an. 1086. n. 5. & seqq.

A. 5813. Per. Jul. ad 5913. A. Christ. 1100. ad 1200.

induxit anno 1098[a]. Quibus *Norbertus Præmonstratenses* addidit anno 1120[b].

Ecclesiæ fœda facies. Mystici, Scholastici: Reales, Nominales. Transsubstantiatio.

§. 4. Interim, dum Ecclesiastici potestati stabiliendæ, opibus corradendis, & corpori curando unice intenti animarum curam negligunt[c], adeo fœdata est Ecclesiæ facies, ut *Bernardus* profiteatur, a planta pedis ad verticem nihil esse sani[d], cum serpat putrida tabes per omne corpus Ecclesiæ[e]. Si qui vero his meliores litteris operam darent, in scholis, in quibus ab aliquo tempore abstractæ Philosophorum notiones cum dialecticorum argutiis coniungi cœperant, dialectices, quæ una hoc sæculo in existimatione erat, principiis inbuti, veritatem vitilitigationibus & tricis metaphysicis implicabant magis, quam explicabant; aut vero ad Fanaticismum declinabant. Unde ab hoc tempore in Ecclesia *Romana* duplex invaluit Theologiam tradendi ratio *via mystica* & *via scholastica*[f]. Philosophi etiam, non magis inter se concordes, in partes ibant, unde duæ hoc tempore celebriores enatæ sectæ *Realium*, qui universalia & categorias non nuda rerum nomina, sed naturas, nescio quas, separatas esse censebant, & *Nominalium*, qui in vocibus naturam universalium ponebant[g]. Simul & monstrosum Transsubstantiationis dogma Pontificum auctoritate non tantum magis magisque confirmatum, sed & ipsa vox *Transsubstantiationis* hoc sæculo inventa[h].

Vallenses prodeunt.

§. 5. Hæc cum ferri amplius non possent *Vallenses*, *Alpinarum* vallium ab antiquo incolæ, qui iam Sæ-

a Ordericus L. VIII. p. 711. & seqq. Iperii Chron. c. XL. parte 3. Pag. Crit. an. 1098. n. 9. & seqq. Fleury L. LXIV. §. 64. *b* Robertus de Monte an. 1120. Iperii Chron. c. XL. parte 13. Fleury L. LXVII. §. 17. Pag. Crit. an. 1120. n. 20. *c* Johannes Salisburiensis in Policratico L. VI. c. 24. L. VII. c. 19. 20. Honorius Augustodunensis ad calcem T. II. Auctarii Bibl. Patrum edit. Paris. an. 1610. Usserius de Ecclef. Succef. & Statu c. 7. §. 1—6. *d* Bernard. Serm. I. in conversione S. Pauli n. 3. Vol. I. p. 962. Edit. Mabill. *e* Bernard. in Cantic. Serm. XXXIII. n. 15. Vol. I. p. 1396. addatur eiusdem apologia ad Gulielmum Abbatem c. 7. & seqq. Hugo Abbas de S. Victore apud Flac. Illyr. Cat. Test. p. 1452. du Pin Bibl. Sæc. XII. p. 84. & seqq. *f* Mosheim Hist. Ecclef. Sæc. XII. P. II. Sect. I. C. III. §. 6—13. *g* Bruck. Hist. Phil. T. III. p. 904. & seqq. Aventin. L. VI. c. 3. §. 32. *h* Mabill. Oper. Postum. T. I. p. 510.

A. 5813. Per. Jul. ad 5913. A. Chriſt. 1100. ad 1200.

Sæculo VIII, occaſione cultus imaginum ſuum ab Eccleſia *Romana* diſſenſum profeſſi fuerant[a], publice prodire atque adulta Eccleſiæ *Romanæ* vitia & inſtituta, iam magis, quam olim, omnibus obtruſa, redarguere cœperunt[b].

Ipſorum doctrina, & cauſſa odii in ipſos.

§. 6. Erant hi *Vallenſes*, multis deinde nominibus diſtincti, (ſæpe etiam *Manichæis*, quorum reliquiæ eo tempore in quibusdam *Galliæ* partibus ſupererant[c], maligne adſcripti) homines pii[d], auctore *Reinerio* Inquiſitore[e], „ in moribus modeſti & conpo-„ ſiti, utpote qui coram hominibus iuſte vivunt, & „ bene omnia de Deo credunt, & omnes articulos, „ qui in ſymbolo continentur[f], ſolam *Romanam* „ Eccleſiam blaſphemant & oderunt, eodem enim, multisque aliis teſtibus[g], „ negant, *Romanam* Ec-„ cleſiam eſſe *Jeſu Chriſti*, ſed Eccleſiam malig-„ nantium, & meretricis, quæ ſedit ſuper beſtiam „ in Apocalypſi, & defecit ſub *Sylveſtro*, cum ve-„ nenum temporalium in Eccleſiam infuſum eſt: „ Papam aiunt caput eſſe omnium errorum: Præla-„ tos, Scribas & Phariſæos: Epiſcopos & Abbates „ non debere habere regalia, nec clericos præbendas. „ Omnia officia Eccleſiaſtica reprobant: privilegia „ Eccleſiaſtica nihil curant: inmunitatem eccleſiæ „ & perſonarum & rerum Eccleſiaſticarum ſpernunt. „ Concilia, conventus & Synodos deſpiciunt. Miſ-„ ſam nihili faciunt, quod eam Apoſtoli non habe-„ bant, & quod fiat propter quæſtum: Canonem „ miſſæ non recipiunt. Cantum Eccleſiæ dicunt eſſe „ clamorem infernalem: horas Canonicas reprobant,

a Videatur apologia Claudii Taurinenſis Epiſcopi adverſus Theodomirum Abbatem apud Flac. Illyr. Cat. Teſt. L. IX. p. 937. & Leger L. I. c. 21. b Conferatur Tractatus de nobili lectione an. 1100, & catechismus eiusdem ætatis: nec non ipſorum confeſſio: & tractatus de Antichriſto apud Leger Hiſt. Vall. P. I. c. 4. 11. 8. 10. & 14. 15. 16. c Uſſer. de Eccl. Succ. C. VIII. §. 17. & ſeqq. d Inquiſitor apud Flac. Illyr. Cat. Teſt. p. 1523. e Apud Freher. in Script. Rerum Bohem. p. 222. & ſeqq. f Conferatur ipſorum Symboli expoſitio apud Legerum P. I. c. 8. p. 50. g Argentre in collect. Judiciorum de novis erroribus T. I. p. 47. & ſeqq. 73. 74. 85. 88. 92. 93. 96. Æneas Sylvius Hiſt. Bohem. c. 35. Thuanus L. VI. p. 186. Edit. Aurelian. an. 1626. Uſſer. de Eccl. Succ. c. VI. §. 14—18. Du Pin Bibl. T. X. p. 162. & ſeqq.

A. 5813. Per. Jul. ad 5913. A. Christ. 1100. ad 1200.

„ Ecclesiam errasse contendunt, clericis matrimo-„ nium prohibendo. Sacramentum unctionis repro-„ bant. Sacramentum ordinis nihil esse dicunt: ton-„ suram clericalem deridient; Nullum sanctum in-„ vocant: canonisationem & translationem & vigi-„ lias Sanctorum contemnunt: Legendas Sancto-„ rum non credunt: miracula Sanctorum subsannant; „ reliquias Sanctorum contemnunt. Omnes con-„ suetudines Ecclesiæ adprobatas, quas in Evange-„ lio non legunt, negligunt. Omnes dedicationes, „ consecrationes & benedictiones candelarum, cine-„ rum, palmarum, chrismatis, similiumque deri-„ dent. Thurificationem reprobant: aquam bene-„ dictam habent ut simplicem. Imagines & picturas „ dicunt esse idololatriam. Processiones festivas re-„ spuunt. Purgatorium negant, dicentes tantum duas „ vias esse, unam electorum ad cœlum, alteram „ damnatorum ad infernum. „ Ut adpareat, non male *Poplinerium* [a] censuisse, ipsos doctrinam ab ea, quam hodie Protestantes amplectuntur, parum differentem habuisse; eosque adeo clericorum odio expositos fuisse, non tam propter ea quæ credebant, quam propter ea quæ non credebant.

A Pontificiis damnati.

§. 7. Papa enim & clerus non ferens ea negari, quibus omne Pontificis imperium & clericorum opes nituntur, statim ab initio huius sæculi, cum plures ad eas partes se adiungere cernerent [b], miseros homines vexare, & decreta contra eos condere non destiterunt, exemplo esse possunt canon 3 Concilii *Tolosani* anni 1119 [c], canon 23 Concilii *Lateranensis* II anni 1139 [d], canon 18 Concilii *Remensis* anni 1148 [e], & canon 4 concilii *Turonensis* anni 1163 [f], in quo inter alia vetitum, ne in venditione aut emtione aliqua cum iis omnino communio habeatur [g], quod etiam canone 27 Concilii *Lateranensis* III anni 1179 [h] confirmatum.

§. 8.

[a] Poplin. Hist. Franc. L. I. p. 14. versa edit. 1582. in 8vo. [b] Heribertus in epistola apud Mabill. Analect. p. 483. Bernard. epist. 221. ad Alphonsum Comitem Tolosæ. [c] Apud. Hard. Conc. T. VI. P. II. p. 1978. [d] Apud Harduin. T. VI. P. II. p. 1212. [e] Ibid. p. 1304. [f] Ibid. p. 1597. [g] Confer Apoc. XIII. 17. [h] Hard. l. d. p. 1684.

§. 8. Verum cum circa annum 1170 in publicum prodiens *Petrus Waldus*, civis *Lugdunensis*, plures adseclas nactus esset, regionesque circum in *Gallia* ea principia amplecterentur [a], *Innocentius* III, primum quidem gladio dominico usurus, XII Abbates *Cistercienses*, *Didacum* etiam *Oxomensem* Episcopum cum *Dominico* ad eos disputatum misit, sed cum parum ea ratione proficere sibi videretur, Dominico gladio posito ferreum strinxit [b]: itaque *Raymundo Tolosano* Comite, qui iis favere credebatur, proscripto [c], mox proposita peccatorum venia omnes ad arma contra *Albigenses* & *Waldenses* concitavit [d], ex quo ineunte sequenti sæculo grave bellum enatum. A. 5811. Per. Jul. ad 5913. A. Christ. 1200. ad 1200. Et bello vexati.

§. 9. Eruditionis fama hoc sæculo præ aliis insignes habiti ex *Græcis Theophanes Cerameus* [e], *Eustratius* [f], *Euthymius Zigabenus* [g], *Eustathius* [h], *Theodorus Balsamon* [i]: historici *Zonaras* [k], *Michaël Glycas* [l], *Constantinus Manasses* [m], *Johannes Cinnamus* [n], *Nicephorus Bryennius* [o], *Anna Comnena* [p]. Ex *Latinis Bernardus Claraevallensis Abbas* [q], *Petrus Abælardus* [r], *Rupertus Tuitiensis* [s], *Hugo a S. Victore* [t] & *Richardus a S. Victore* [u], *Petrus Lombardus* [w], *Johan-* Eruditione clari.

[a] Argentre in Coll. Judic. p. 82. & seqq. Usser. de Eccl. Succ. C. VIII. [b] Petrus Monachus Vallium Cernaii in Hist. Albig. c. 1. 2. 5—9. Gulielm. de Podio S. Laurentii in Prologo & c. 8. 9. 10. ambo apud du Chesn. T. IV. Monachus Altissiod. in Chron. p. 102. b Nangius in Chron. an. 1207. Raynald. an. 1207. n. 2. Thuan. L. VI. p. 186. Usser. de Eccl. Succes. c. 10. §. 19—23. [c] Hist. Albig. c. 8. apud Catell. Hist. Tolosæ L. II. p. 240. Suppl. du Mont P. I. p. 70. [d] Rigordus in gestis Philippi Augusti p. 207. Monachus Altissiod. p. 103. b [e] Fabric. Bibl. Gr. L. V. c. 42. Tom. X. p. 231. [f] Fabric. Bibl. Gr. T. II. p. 151. Bruck. T. III. p. 544. [g] Cave an. 1116. Fabrit. Bibl. Gr. T. VII. p. 460. [h] Cave an. 1170. Fabrit. Bibl. Gr. T. I. p. 289. [i] Cave an. 1180. Fabrit. Bibl. Gr. T. IX. p. 184. [k] Du Pin Bibl. Sæc. XII. c. 14. p. 203. Cave an. 1118. Fabrit. Bibl. Gr. T. X. p. 241. [l] Cave an. 1120. Fabrit. Bibl. Gr. T. VII. p. 156. & X. p. 228. [m] Cave an. 1150. Fabrit. l. d. T. VI. p. 157. [n] Cave an. 1160. Du Pin Bibl. Sæc. XII. c. 14. p. 202. Fabrit. T. VI. p. 396. [o] Cave an. 1118. Fabrit. T. VI. p. 343. [p] Cave an. 1118. Fabrit. T. VI. p. 390. [q] Cave an. 1115. Du Pin Bibl. Sæc. XII. c. 4. [r] Cave an. 1120. Bruck. T. III. p. 734. & seqq. du Pin Sæc. XII. c. 7. Mosh. Hist. Eccl. Sæc. XII. P. II. Sect. I. C. II. §. 8. [s] Cave an. 1111. du Pin Sæc. XII. c. 16. p. 215. [t] Cave an. 1120. Du Pin l. d. p. 216. [u] Cave an. 1150. Du Pin l. d. p. 217. [w] Cave an. 1141. Bruck. T. III. p. 764. & seqq. Du Pin Bibl. Sæc. XII. c. 15.

A. 5813. Per. Jul. ad 5913. A. Christ. 1100. ad 1200.

hannes Sarisberiensis [a]. Historici *Ordericus Vitalis* [b], *Otto Frisingensis* [c], *Godefridus Viterbiensis* [d], *Otto de S. Blasio* [e], *Henricus Huntingdonensis* [f], *Guilielmus Malmesburiensis* [g], *Radulfus de Diceto* [h], *Simeon Dunelmensis* [i] *Sugerius* Abbas [k], *Saxo Grammaticus* [l], *Wilhelmus Tyrius* [m] aliique.

C A-

a Cave an. 1172. Bruck. T. III. p. 773. Catal. Test. L. XIV. p. 1434. & seqq. du Pin l. d. c. 11. p. 167. *b* Cave an. 1140. Fabrit. Bibl. Med. T. V. p. 441. Du Pin Sæc. XII. c. 13. p. 189. *c* Cave an. 1140. Fabrit. Bibl. Med. T. V. p. 551. *d* Cave an. 1170. Fabrit. l. d. T. III. p. 201. *e* Fabrit. Bibl. Med. T. I. p. 678. *f* Cave an. 1150. Fabrit. l. d. T. III. p. 660. *g* Cave an. 1130. Fabrit. l. d. p. 451. *h* Cave an. 1181. Fabrit. Bibl. Med. T. VI. p. 90. *i* Cave an. 1130. Fabrit. l. d. p. 522. *k* Cave an. 1123. Fabrit. l. d. p. 601. *l* Cave an. 1170. Fabrit. Bibl. Med. T. VI. p. 422. *m* Cave an. 1174. Fabrit. Bibl. Med. T. III. p. 505.

CAPUT XX.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

Quæ in Germania *atque* Italia *memoratu digna contigere sub* Philippo, Ottone, Friderico II, *tempore magni*, *quod vocant*, Interregni, Rudolpho Habsburgico & Adolpho Nassavio ab anno fere 1200 ad 1300.

§. 1.

Philippus & Otto certant de imperio.

HEnricus quidem filium suum *Fridericum*, in cunis vagientem, ut supra [a] vidimus, Regem designari curaverat; verum inmatura *Henrici* morte turbata successio: itaque orta discordia plerique Principes *Philippum*, *Henrici* fratrem [b]; Episcopi vero *Coloniensis*, *Paderbornensis* & *Mindensis* cum aliquot Abbatibus *Ottonem*, *Henrici Leonis* filium, Regem designant, eo lubentibus, quia iuri in mobilia Episcoporum & Abbatum bona renunciaverat [c]. Ex quo gravissimum enatum bellum civile, in quo victoria, aliquamdiu dubia, ab anno 1204 in *Philippi* partes inclinare cœpit [d], *Innocentio* etiam III, qui adhuc *Ottoni* faverat, anno 1207 placato [e]. Verum cum res *Philippi* maxime florerent, XI ante Kal. *Julii* anno 1208 ab *Ottone Wittelbacensi* Palatino Comite interimitur [f]. *Philippi* uxor, *Isaacii Constantinopolitani*

Vvv

[a] Supra Cap. XVI. §. 16. [b] Arnold. Lubec. L. VI. c. 2. Gesta Innocentii III. n. 22. Otto de S. Blasio c. 46. Ursperg. p. 319. Philippus in epistola ad Innocentium III. in registro de negotio imperii n. 136. p. 746. 747. [c] Epistola Principum ad Innocentium III. apud Miræum T. I. p. 194. Ottonis epistola ad Innocentium III. in Registro n. 3. Arnold. Lubec. L. VI. c. 1. Chron. Anglican. Radulphi Coggeshale apud Martene Coll. Max. T. VI. p. 851. [d] Arnold. Lubec. L. VI. c. 2—6. Godefridus Monachus an. 1198—1204. Ursperg. p. 319. & seqq. Otto de S. Blasio c. 46. 48. Reinerus Monachus in Chron. an. 1197. & 1204. apud Martene Coll. Max. T. V. p. 20. 28. 29. [e] Conrad. Ursperg. p. 325. Innocent. III. epist. 137. 142. Ordericus Reynaldus Contin. Baronii T. XIII. ad an. 1203. n. 28. an. 1208. n. 28. Arnold. Lubec. L. VII. c. 6. [f] Arnold. Lubec. L. VII. c. 14. Hugolinus Cardinalis in epist. ad Innocentium III. 152. in Registro p. 752. Ursperg. p. 324. Albert. Stadens. an. 1197. Chron. Metens. & Godefr. an. 1208. Otto de S. Blasio c. 50.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

Dein Otto & Fridericus.

tani Imperatoris filia, audita viri nece, vitam & ipsa finiit[a], nulla mascula prole relicta[b].

§. 2. Vacuam morte competitoris regni *Germanici* possessionem consensu procerum accepit *Otto*[c], maiorisque concordiæ caussa *Beatricem*, *Philippi* filiam, uxorem duxit[d]; mox sequenti anno 1209 *Italiam* adiens, III Nonas *Octobris* a Pontifice coronatur[e]: verum discordia de terris *Machtildianis* orta, anno 1210 a Pontifice sacrorum communione arcetur[f]. Eo classico excitati Principes, Rex *Bohemiæ*, Dux *Austriæ*, Dux *Bavariæ*, Landgravius *Thuringiæ*, aliique conplures, *Fridericum*, *Henrici* VI filium, Regem eligunt[g]. Quo cognito *Otto* ex *Italia*, ubi magnas res gerebat, anno 1211 redit in *Germaniam*[h], quem sequenti anno secutus *Fridericus*, in festo *Nicolai*, sexto *Decembris*, anno 1212 apud *Moguntiam* coronatur[i]: inde bellis ardere *Germania*, sed fractis anno 1214 ad *Bovinas Ottonis* viribus prævaluit *Fridericus*[k]. *Otto* in terras suas se recipiens obiit XIV Kal. *Junii* anno 1218[l]. Ex uxoribus *Maria*, *Henrici*

a Arnold. Lubec. L. VII. c. 14. Fragm. Urstisianum & Albericus an. 1208. *b* Chron. Australe an. 1217. Reinerus in Chron. an. 1208. *c* Arnold. Lubec. L. VII. c. 15. Godefridus Mon. an. 1208. *d* Otto de S. Blasio c. 51. Arnold. Lubec. L. VII. c. 16. 19. Ursperg p. 326. *e* Godefridus & Albericus an. 1209. Otto de S. Blasio c. 52. Ursperg. p. 326. Rigord. p. 209. Reinerus an. 1209. p. 35. & Chron. Turonense an. 1290. apud Martene Coll. Max. T. V. p. 1043. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 167. & Contin. I. p. 164. *f* Godofridus. Albericus: Monachus Paduanus. Nangius & Richardus de S. Germano an. 1209. 1210. Matth. Paris. p. 220. Reinerus p. 36. Chron. Montis Sereni an. 1211. Gesta Archiepisc. Trevirensium apud Eccard. Hist. Med. Ævi T. II. p. 2222. & seq. Carmen de Ottone IV. apud Leibn. T. II. p. 528. Epistolæ Innocentii III. p. 491. 611. 631. 694. Ricciardi Comitis Sancti Bonifacii vita in Thes. Ital. T. VI. P. I. p. 38. *g* Ursperg. p. 327. Mon. Paduanus. Albericus. Nangius. Chron. Fossæ novæ an. 1211. Rigord. p. 209. Conradi Episcopi Chronicon apud Urstisium p. 574. *h* Chron. Fossæ novæ & Richardus de S. Germano an. 1209—1211. Sicardus p. 622. 623. Stero an. 1211. *i* Chron. Fossæ novæ. Richardus. Chron. Augustense. & Fragm. Urstisii an. 1212. Hugo in continuatione Chronologiæ Roberti apud Nicolaum Camuzæum p. 107. Continuatur Chronic. Altissiod. p. 107. a *k* Ursperg. p. 322. 323. Guil. Brito Philippidos L. X. p. 361. & seqq. Nangius. Albericus. Godefridus an. 1214. Contin. Chron. Altissiod. p. 108. a *l* Albertus Stadensis an. 1218. Ursperg. p. 334. Chron. Luneburgicum apud Leibn. T. III. p. 174. Conferatur de Ottone Meibomius in Apologia pro Ottone IV. T. III. p. 114—157.

rici Ducis *Brabantiæ* filia, & *Beatrice*, *Philippi* Imperatoris filia, prolem non reliquit[a]. A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

§. 3. Æmulo exstincto *Fridericus* anno 1220 in *Italiam* profectus, coronam imperii, sed care redemtam[b], ab *Honorio* III Papa 22 *Novembris* accepit[c]; quocum tamen paullo post varias de Ecclesiæ libertate, & expeditione in terram sanctam suscipienda, lites habuit; quamvis ad extrema non descenderit *Honorius*[d]. Imperator vero anno 1225 mense *Novembri* apud *Brundusium* uxorem duxit *Isabellam*, quam *Jolantam* alii vocant, *Johannis Brenni* ex *Maria* filiam, ad quam iure matris regnum *Hierosolymitanum* pertinebat, cuius regni titulus ex illo tempore *Siciliæ* Regibus accessit[e].

Secutæ lites cum Papa Honorio.

§. 4. *Honorio* mense *Martio* anni 1227 e vivis sublato, qui successit *Gregorius* IX Imperatorem, morbi caussa in *Palæstinam* proficisci cunctantem, 29 *Septembris* anathemate notat[f]. Imperator tamen anno sequente, invito Papa, in *Palæstinam* profectus, iniquis Papæ molitionibus domi forisque male vexatus, anno 1229 honeste cum *Sultano* pactus[g], redit in *Apuliam*, recuperatisque omnibus, quæ per absentiam eius Papa occupaverat, interventu Principum

A Gregorio IX excommunicatus prævalet æmulis.

Vvv 2 Pon-

[a] Chron. Vetus Ducum Brunsvic. apud Leibn. T. II. p. 17. Chron. Magnum Belgicum p. 202. 203. Vredius Geneal. Com. Fland. T. IV. p. 113. 114. [b] Baluzius in Misc. T. I. p. 448. Et Edictum Friderici de libertate Ecclesiæ & puniendis hæreticis apud du Mont T. I. P. I. p. 161. & Suppl. T. I. P. I. p. 80. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 169. & Contin. I. p. 167. & seqq. Raynaldus ad an. 1221. §. 29. & seq. Pactum cum Episcopis Germaniæ apud Hedam p. 193. 195. [c] Chron. Montis Sereni. Godefridus & Richardus de S. Germano an. 1220. Epistola Honorii apud Raynaldum ad an. 1220. n. 54. Chron. Cavense & Monachus Paduanus an. 1220. [d] Ursperg. p. 335. Giannone Hist. Neap. L. XVI. c. 1. & 5. [e] Richardus de S. Germano. Albertus Stadensis & Stero an. 1225. Nangius an. 1223. Albericus an. 1224. Monachus Paduanus apud Urstis. p. 585. Chron. Siciliæ c. 24. Giannone L. XVI. c. 2. [f] Richardus de S. Germano. Godefridus. Monachus Paduanus. Stero an. 1227. Matth. Paris. p. 327. 332—336. Suppl. du Mont T. I. P. I. n. 94. Raynald. an. 1227. n. 29. & seqq. Giannone L. XVI. c. 6. Fleury L. LXIX. §. 37. 38. [g] Richardus de S. Germano an. 1228. 1229. Ursperg. p. 338. 339. Fridericus in epistola apud de Vineis L. I. n. 21. Matth. Paris. p. 338. 340. 343. & seqq. Chron. Australe. Albertus Stadensis an. 1229. Godefridus monachus an. 1228. Raynald. an. 1229. n. 15. Fleury L. LXIX. §. 41. 43. 46—48.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

Pontifici conciliatus, anathemate solvitur anno 1230 [a].

Iterum excommunicatus. Henricus Raspo. Guilielmus Batavus.

§. 5. Nec tamen tuta quies, filio enim eius *Henrico* anno 1235 in *Germania* rebellante, ac Papa *Guelphicas* in *Italia* civitates, Imperatori iniquas, fovente, Imperator, lite cum *Ottone Puero*, *Henrici Leonis* nepote, conposita, & ducatu *Brunsvicensi* constituto [b], filio paullo post in ordinem redacto [c], *Mediolanenses*, eorumque socios, *Eccelino* duce, qui *Gibellinæ* partis columen erat (his enim nominibus tempore *Conradi* III primum in *Germania* auditis, hoc tempore lacerabatur *Italia* [d]) gravius urget [e]. Papa *Gregorius* IX, ut laborantibus succurreret anno 1239 iterum Imperatorem anathemate notat, subditos iurisiurandi religione solvit, summa omnia imis miscet irrito conatu [f]: donec *Gregorio* IX anno 1241 exstincto [g], qui aliquamdiu post successit *Innocentius* IV iterum in *Lugdunensi* concilio anno 1244 Imperatorem excommunicavit [h], pervicitque, ut

[a] Richardus de S. Germano an. 1229. & 1230. pag. 1013—1023. Godefridus. Albericus. Stero an. 1229. 1230. Monachus Paduanus an. 1227. Richardi Comitis vita apud Murat. T. VIII. p. 127. Friderici epistola apud du Vineis L. I. n. 13. & apud Reynald. an. 1230. n. 16. Giannone L. XVI. c. 6. 7. [b] Diploma apud Meibom. T. III. p. 207. Godefridus Monachus & Albertus Stadensis ann 1235. [c] Richardus de S. Germ. & Albericus an. 1235. Monachus Paduanus an. 1232. Rolandinus L. III. c. 10. apud Murator. T. VIII. p. 208. Epistola Friderici apud P. de Vineis L. I. n. 21. p. 158. Edit. *Basil.* an. 1566. Et apud Martene Coll. Max. T. II. p. 1139. *Gesta Episc.* Trevirensium apud Eccard. T. II. p. 2230. [d] Nauclerus Generat. XLII. p. 303. Ricciardi Comitis Sancti Bonifacii vita in Thes. Ital. T. VI. P. I. p. 37. Blondus Decad. II. L. VII. p. 288. Giannone L. XVI. n. 1. p. 483. [e] Rolandinus L. III. c. 9—IV. c. 9. Chron. Veronense an. 1237. & seqq. apud Murator. T. VIII. p. 629. Maurisius de Eccel. Romano apud Leibn. T. II. p. 43. Nicol. Smeregi Chron. an. 1235. 1236. in Thes. Ital. T. VI. P. I. Monachus Paduanus an. 1236. & seqq. Matth. Paris. p. 418. 428. 440. Sigon. de regno Italiæ L. VIII. an. 1236. & seqq. [f] Richardus de S. Germano. Albertus Stadensis. Monachus Paduanus an. 1239. Fridericus II. in epist. apud P. de Vineis L. I. n. 21. p. 165. Lunig C. Ital. D. T. II. p. 887—895. du Mont T. I. P. I. p. 338—340. & Suppl. T. I. P. I. n. 106. 107. [g] Epist. Friderici apud P. de Vineis L. I. n. 11. Epist. Eberhardi Archiepiscopi apud Avent. L. VII. c. 5. n. 23. & seq. Albertus Stadensis. Richardus de S. Germ. an. 1241. Matth. Paris. p. 555. [h] Monachus Paduanus p. 591. Albertus Stadensis an. 1245. Rolandinus L. V. c. 14. Nangius de Gestis Ludovici Regis apud Pithœum p. 427. Matth. Paris. p. 513. 525. 534. 542. 609. 617. 643. & seqq. 658. 680. Du Mont T. I. P. I. p. 190. 192. Lunig C. Ital. Dipl. T. II. p. 901. Rolandinus L. V. c. 7. 14. Petrus de Vineis L. I. n. 3. 31. Raynald. an. 1245. n. 35.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

ut *Henricus Raspo*, *Hassiæ* & *Thuringiæ* Landgravius anno 1246 Imperatori æmulus obiiceretur[a], eoque anno 1247 exstincto, alter *Guilielmus Hollandiæ* Comes[b], qui sub initium, Imperatore in tumultus *Cisalpinos* intento, rem satis prospere gerebat[c].

Excommunicatus obit.

§. 6. Interim Imperatorem anno 1247 *Parmam* obsidentem fortuna destituit, subita enim eruptione anno 1248 fractus, honestas Papæ conditiones detulit, nec receptus est[d]. Itaque biennio post, anno videlicet 1250, Indict. X, *Decembris* 13, excommunicatus obiit in *Apulia*, anno imperii 30, ætatis 56 desinente[e]. Uxores tres habuit, ex prima *Constantia*, *Alphonsi Aragonii* filia, natus est *Henricus*, qui contra patrem rebellavit: ex *Jolanta* sive *Isabella*, *Johannis Briennæ* filia *Conradum* suscepit: tertia *Isabella* fuit, *Henrici* III Regis *Angliæ* soror, mater *Henrici*: præterea ex concubina *Blanca*, Marchionissa *Lanzensi* filios duos habuit *Entium* & *Manfredum*[f].

Guilielmus Batavus.

§. 7. *Friderico* mortuo, & *Conrado* eius filio ad *Siciliæ* regnum sibi vindicandum digresso[g], convalescere visæ sunt in *Germania Guilielmi* vires[h]; sed paullo post, discordia inter ipsum & *Coloniensem* Episcopum orta[i], rediit in *Belgium*, ubi, post bellum *Flandricum*[k], *Frisios* subiugare adlaborans, fracta

a Albertus Stad. an. 1245. 1246. Fragm. Urstis. p. 91. 92. Matth. Paris. p. 682. Raynald. an. 1246. n. 2. 8. *b* Albertus Stad. an. 1247. Menconis Chron. apud Matth. in Analectis T. II. p. 145. edit. in 4to Raynal. an. 1247. n. 4—8. Nicolaus de Curbio in vita Innocentii IV. c. 22. Matth. Paris. p. 708. 712. *c* Matth. Paris. p. 722. 725. 762. Menconis Chron. Ib. p. 145—148. *d* Auctor vitæ Ricciardi p. 132. apud Murator. T. VIII. Ann. Colmar. an. 1284. Monachus Paduanus an. 1247. 1248. Matth. Paris p. 712. 715. 721. 742. Du Mont. T. I. P. I. p. 186. *e* Matth. Paris. p. 777. 786. Jamsilla de Gestis Friderici II. & filiorum eius apud Murator T. VIII. p. 497. Nicolaus de Curbio vita Innocentii IV. c. 29. Rolandinus L. VI. c. 10. Spinelli Ephemerides p. 1068. apud Murat. T. VII. Testamentum eius in Chron. Siciliæ c. 24. 25. apud Martene Anecd. T. III. p. 13. & in Thes. Ital. T. X. P. V. & apud Murat. T. X. Giannone L. XVII. c. 4. *f* Hahn Hist. Imp. T. IV. c. 4. §. 13. Struv. Corp. Hist. Germ. Per. VII. Sect. VI. §. 28. 29. *g* Spinelli p. 1072. Jamsilla l. d. p. 407. & 505. *h* Albertus Stad. an. 1253. Epistolæ Innocentii ad Wilh. apud Raynald. an. 1252. n. 17. 18. *i* Albertus Stad. an. 1254. *k* Albertus Stad. an. 1253. Matth. Paris. p. 856. & seqq. Iperii Chron. c. XLIX. parte 3. Beka p. 86. Pactum apud du Mont T. I. P. I. p. 189. Hahn. T. IV. c. 6. §. 3.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

glacie, cœnosa palude hærens occisus est 28 *Januarii* anno 1156[a]. Filium ex *Elisabetha*, *Ottonis Pueri* filia, relinquens *Florentium* V *Hollandiæ* Comitem[b].

Septem Electores, alii Richardum, alii Alphonsum Regem eligunt.

§. 8. Post eius mortem, *Conrado* iam anno 1254 exstincto[c], novo Regi creando comitia, desinente anno 1256, in octavis *Epiphaniæ* indicta, sed VII Electorum, qui hoc tempore primum memorantur[d], quamvis nondum ad eos solos omnis electio pertineret[e], distractis studiis, alii *Richardum*, *Cornubiæ* Principem, *Johannis sine terra* Regis *Angliæ* filium; alii *Alphonsum Castellæ* Regem, Astronomiæ scientia celebrem, *Romanorum* Regem renunciant[f]. Ex his *Alphonsus Germaniam* nunquam adiit, *Richardus* VI Kal. *Junii* anno 1257 *Aquisgrani* coronatus[g], effusis opibus[h], anno 1259 rediit in *Angliam*[i], ubi solo regni titulo contentus vixit ad annum 1271[k].

Interregnum magnum.

§. 9. Itaque, cum nemo esset, qui magnam publicæ rei curam gereret, *Interregnum* ortum est, quod plurimum nocuit publicæ rei, cum non tantum de successione *Thuringica*, quæ familia in *Henrico Raspone* anno 1248 defecerat[l], de *Suevica* & *Austriaca*, quæ familiæ, *Conradino* & *Friderico Austriaco Neapoli* anno 1268 necatis, exstinctæ erant[m], multiplex contentio esset; sed & libera passim rapinarum licentia, cædes & strages inpune perpetrarentur:

a Albert. Stad. Stero an. 1256. Matth. Parif. p. 894. Monachus Kirsgartensis in Chron. Wormatiensi c. 29. Menconis Chron. in Anal. Matthæi T. II. p. 157. Beka p. 87. Heda p. 207. *b* Vredius Geneal. Fland. Tab. VII. p. 245. 246. Hahn. T. IV. c. 6. §. 4. p. 276. 277. *c* Chron. Siciliæ c. 29. Stero & Monachus Paduanus an. 1254. *d* In epistolis Urbani IV. apud du Mont T. I. P. I. p. 216. 405. Gundl. in Gundlingianis P. XVII. Diff. II. §. 22. & seqq. *e* Matth. Parif. p. 911. Chron. Augustense an. 1257. *f* Epistolæ Urbani l. d. Matth. Parif. p. 910. Monachus Paduanus p. 601. Stero an. 1257. Mariana Hist. Hisp. L. XIII. c. 10. & 20. *g* Epistola Richardi apud du Mont T. I. P. I. p. 401. Matth. Parif. p. 922. *h* Matth. Parif. p. 933. 940. Fragm. Urstif. p. 92. Trithem. an. 1257. *i* Matth. Parif. p. 951. 953. *k* Contin. Matth. Parif. an. 1271. *l* Hist. Veterum Landgraviorum Thuringiæ ad an. 1247. 1253—1263. apud Eccard. in Probationibus Genealogicis: & apud Pistorium. *m* Chron. Veron. an. 1267. Sall. Malasp. L. IV. c. 16. Anon. Hist. Sicula apud Murator. T. VIII. p. 780. Memoriale Potestatum Regiensium Ib. p. 1128. Ricobaldus Ferrariensis Hist. Imperat. an. 1268 apud Eccard. T. I. p. 1180. Ptolem. Lucens. an. 1267. 1268. Monachus Paduanus p. 624. Ann. Steron. an. 1268.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

tur[a]: id Civitatibus *Hansæ Teutonicæ* & *Ganerbiis* in societatem coeundi occasionem præbuit[b].

Rudolphus Habsburgicus imperii instaurator.

§. 10. Tandem, Pontifice *Gregorio* X rem urgente[c], Principes circa octavam *S. Michaëlis Francofurtum* coeuntes *Rudolphum Habsburgicum*, fortem & prudentem virum, pridie Kalendas *Octobres* anno 1273 Imperatorem designant[d]. Hic mense post in vigilia omnium Sanctorum *Aquisgrani* coronatus[e], totus in eo fuit, ut res turbatas conponeret[f], nemini plus concedere coactus quam Pontifici *Romano*[g]. *Ottocarum*, *Bohemiæ* Regem, qui tempore interregni *Austriam*, *Stiriam* & *Carinthiam* occupaverat, victum occidit VII Kal. *Septembris* anni 1278[h]. Regiones vero, quæ *Austriacorum* antea fuerant, in comitiis *Augustanis* anno 1283 filiis suis *Alberto* & *Rudolpho* dedit[i]. Anno etiam 1281 *Friderico* Burggravio Burggraviatum *Noribergensem* hereditario iure concessit[k]. Idem anno 1280 litem, quæ post mortem *Raymundi Berengarii* inter eius filias *Margaretham*, quæ *Ludovico* IX *Galliæ* Regi, & *Beatricem*, quæ eius fratri *Carolo Andegavensi* nupserat, de successione in *Provinciam* & Comitatum *Folqualquerii* fuerat, interventu *Nicolai* Papæ ita diremit, ut *Carolus*, cuius filio *Carolo Rudolphus* filiam suam *Clementiam* nuptum dabat, provincias has iure beneficiario ab imperio teneret[l]. *Italiam* nunquam adiit, titulo

a Fragm. Urstis. p. 93. Epistola Urbani ad Richardum apud du Mont. T. I. P. I. p. 404. *b* Struv. in Corp. Hist. Germ. T. I. p. 507—510. *c* Fragm. Urstis. p. 93. *d* Chron. Colmar. p. 40. Albert. Argentin. p. 100. Ann. Steron. Chron. Australe & Ricobaldus an. 1273. apud Eccard. T. I. p. 1182. Andreas Ratisbon. Ib. p. 1289. *e* Chron. Colmar. p. 40. *f* Ann. Steron. & Eberhardi Altahensis an. 1273. & 1277. Diploma Rudolphi apud Chifflet. Vesont. P. I. c. 58. p. 229. aliud apud du Mont T. I. P. I. p. 273. *g* Acta publica quæ collegit Gœbel ad Conring. de Fin. Imperii L. II. c. 20. p. 284—306. Raynald. an. 1257. n. 36. & seqq. Lunig Spic. Eccl. Contin. I. p. 171—183. *h* Eberhardus an. 1277. apud Canis. T. IV. Stero an. 1278. Chron. Colmar. p. 41. & seqq. Albert. Argentin. p. 101. 102. Hist. Landg. p. 440. 441. Contin. Martini Poloni an. 1273. & seqq. Stero an. 1277. Eberh. Altah. an. 1277. du Mont T. I. P. I. p. 237. Goldast. Bohem. L. II. c. 6. §. 1—6. *i* Stero & Eberh. an. 1281. Ann. Colm. & Chron. Australe an. 1283. du Mont T. I. P. I. p. 252. *k* Du Mont T. I. P. I. p. 248. *l* Bzovius ex epistolis Nicolai ad an. 1279. n. 3. & 1280. n. 2. Raynald. an. 1279. n. 9—11. 1280. n. 1—4. Diploma Rudolphi apud du Mont T. I. P. I. p. 246. Conring. de Fin. Imperii L. II. c. 24.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

tulo Regis *Romanorum* contentus, rebusque domi constitutis, prope *Spiram* mortuus est XVIII ante Kal. *Augusti* anno 1291 [a]. Uxores ei alii duas, alii tres tribuunt, *Gertrudem* scilicet *Annam* & *Elisabetham:* in diplomatibus *Gertrudis* memoratur & *Anna*, nisi tamen *Gertrudis* in coronatione mutato nomine *Anna* dicta fuit, ex hac numerosam prolem habuit, in quibus filii tres celebriores *Albertus* primogenitus, *Hartmannus* & *Rudolphus*, filiæ plures viris principibus conlocatæ: altera *Elisabeth*, aliis *Agnes* dicta, *Gallicæ* originis, ex qua prolem non habuit [b].

Adolphus Nassavius. Albertus Degener.

§. 11. *Rudolpho* mortuo, post novem mensium interregnum Kal. *Maii* anno 1292 Rex designatus *Adolphus Nassavius*, *Walrabi* filius, *Henrici Divitis* nepos, vir fortis & bellicosus [c]. Ab *Eduardo Angliæ* Rege magno præmio auctoratus, ut regni *Arelatensis* provincias a *Philippo Galliæ* Rege repeteret, pecunia ea ad redimendam ab *Alberto Degenere Thuringiam* abusus, tertio regni sui anno *Thuringiam* intrans grave concitat bellum [d], qua occasione usus *Albertus Austriacus* regnum *Adolpho* abrogari curat anno 1298 [e], *Adolphus* fortiter pugnans cadit 2 *Julii* anno 1298 [f].

Conradus Rex utriusque Siciliæ.

§. 12. Interim per *Italiam*, Pontifice post mortem *Friderici* II Imperatoris utriusque *Siciliæ* regno inhiante, armis civilibus infesta omnia erant. *Conradus* ineunte anno 1252 ad regnum avitum occupandum veniens, rebelles vincit, *Neapolim* expugnat, mœ-

a Stero Eberhardus. Hist. Australis & Ann. Colm. an. 1291. Albert. Argentin. p. 109. Trithem. Chron. Hirsaug. an. 1291. *b* Albert. Argentin. p. 100. 104. 105. Ann. Colmar. an. 1281. 1284. Herrgott. Geneal. Habsburg. L. II. c. 1. §. 6. & L. III. c. 1. Contin. Martini Poloni an. 1287. *c* Ann. Colm. & Hist. Austral. an. 1292. Stero an. 1293. Albert. Argent. p. 109. Ptolem. Lucensis L. XXIV. c. 26. Ferretus Vicentinus L. II. p. 963. apud Murator. T. IX. *d* Hist. Landgr. Thur. Ann. Colmar. Stero an. 1294. Ann. Rebdorf. in principio. Albert. Argentin. p. 109. Contin. Martini Poloni an. 1296. *e* Hist. Austral. & Contin. Martini Poloni an. 1298. Siffridus Presbyter p. 701. Chron. Colmar. p. 56. & seqq. Stero an. 1297. Gundl. Observ. Select. L. I. Observ. IV. *f* Gesta Balduini apud Baluz. Miscell. T. I. p. 97. Albert. Argent. p. 110. Chron. Colm. p. 60. Villani L. VIII. c. 22. Hist. Austral. Stero. Eberhardus & Hist. Landgr. Thur. an. 1298.

mœnibusque nudat: iamque utraque potitus *Sicilia*, cum omnia parat ad occupandum regnum *Germaniæ*, annos natus 26 exstinguitur 21 *Maii* anno 1254, cum paullo ante etiam frater eius *Henricus* diem obiisset supremum [a]. Ex *Elisabetha*, *Ottonis* Ducis *Bavariæ* sorore, bimulum reliquit filium *Conradum*, quem *Conradinum Itali* vocant [b].

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

§. 13. Morte *Conradi* multum lætatus *Innocentius* IV, sollicitatis variis artibus civium animis, armata manu *Neapolim* veniens omnes in sua verba adigit [c]: *Manfredus*, quasi pro pupillo regnum administraturus [d], *Luceria* progressus, fusis Pontificis copiis elusoque omni conatu *Alexandri*, qui *Innocentio* IV septimo *Decembris* anno 1254 [e] mortuo successerat, undecimo *Augusti* anno 1258 nomen Regis sumit [f].

Manfredus.

§. 14. *Urbanus* IV, qui anno 1261 *Alexandro* IV subfectus erat [g], firmandis rebus regnum *Siciliæ* ad *Carolum Andegavorum* Comitem, *Ludovici* S. Regis *Galliæ* fratrem certis conditionibus defert [h], quas *Clemens* IV eius successor ratas habuit [i]: *Carolus* igitur anno 1265 in *Italiam* veniens, mox valida crucesignatorum manu auctus *Manfredum* ad S. *Germanum* prope *Beneventum* 26 *Februarii* anno 1266 in præ-

Carolus Andegavensis Manfredum & Conradinum vincit.

Xxx

[a] Jamsilla p. 497—507. Matth. Paris. p. 808. 813. 861. 864. 865. Chron. Cavense an. 1252—1254. Nicolaus de Curbio Vita Innocentii IV. c. 31. Sallas Malasp. Rer. Sicul. L. I. c. 3. 4. Chron. Siciliæ c. 26—29. Chron. August. an. 1254. Fragm. Urstis. p. 92. [b] Jamsilla p. 507. Eberh. & Chron. August. an. 1246. & 1252. Stero an. 1252. Gundl. in Gundling. T. I. p. 417. & seqq. [c] Jamsilla p. 507—513. Anon. de rebus Frider. Conradi & Manfr. apud Ughell. T. IX. Matth. Paris. p. 865. Sal. Malasp. L. I. c. 5. Monachus Paduanus p. 596. Giannone L. XVIII. c. 3. [d] Jamsilla p. 532. [e] Jamsilla p. 541. Stero an. 1254. Nicolaus de Curbio vita Innocentii IV. c. 43. Matth. Paris. p. 868. Alexander IV. in Epist. apud Raynald. an. 1255. n. 3. [f] Jamsilla p. 541. & seqq. 584. Sall. Malasp. L. I. c. 6. Spinelli Ephemerides apud Murator T. VII. p. 1084. Chron. Siciliæ c. 30. Monachus Paduan. p. 596. 613. Matth. Paris. p. 877. 878. 881. 883. 888. 901. 917. 918. 949. [g] Contin. Jamsillæ p. 588. Mon. Paduan. p. 614. Sall. Malasp. L. II. c. 5. [h] Contin. Jamsillæ p. 591—593. Ricordano Hist. Florent. c. 175. apud Murator. T. VIII. p. 997. Sall. Malasp. L. II. c. 7. 9. Amalricus Augerius in Hist. Pontif. apud Murator. T. III. P. II. Raynald. an. 1264. n. 3. & seqq. [i] Lunig. Cod. Ital. Diplom. T. II. p. 942. 946. Raynald. an. 1265. n. 11. & seqq.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

prælio obtruncat[a]. *Conradinum*, biennio post cum *Friderico Austriæ* Duce ad regnum recuperandum venientem, 23 *Augusti* anno 1268 prælio victum captumque, 27 *Octobris* in ferali suggestu capite truncari iubet; quorum morte & *Suevica Hohenstauffiorum* familia, & vetus *Austriaca* est exstincta[b].

Siculæ vesperæ,

§. 15. Ita remoto æmulo regnum sine controversia tenens *Carolus* anno 1269 *Luceriam* capit[c], *Neapolim* caput regni facit[d], anno etiam 1270, fratri *Ludovico* Regi suppetias ferens, *Tunetanum* Regem ad tributum pendendum adigit[e]. Sed cum *Siculos* graviori iugo premunt *Galli*, alienatis ab iis *Siculorum* animis, *Petrus*, *Aragonum* Rex, *Manfredi* gener, eius enim filiam *Constantiam* in matrimonio habebat, hortatu *Johannis*, insulæ *Prochytæ* olim domini, nec non *Michaëlis Palæologi*, *Græcorum* Imperatoris, qui sibi ab *Carolo* metuebat, *Siciliam* sibi iure uxoris vindicare statuit[f]. *Siculi* 30 *Martii* anno 1282, signo, quod convenerat, edito, *Gallos* nec opinato opprimunt, ac sine ullo ætatis sexusve discrimine crudelites mactant[g]. Inde *Siculæ vesperæ* in proverbium cessere, & duo ex uno regna facta sunt.

§. 16.

a Jamsilla p. 598—608. Monachus Paduanus p. 620—624. Chron. Cavense an. 1266. Ricordano c. 177—180. Sall. Malasp. L. III. c. 3. & seqq. Chron. Siciliæ c. 32. in Thes. Ital. T. X. P. V. & descriptio victoriæ Caroli Ib. Epist. Caroli apud Raynald. an. 1266. n. 13. Lunig Cod. Ital. Dipl. T. II. p. 969. Ricobaldus apud Eccard. *T. I. p. 1178.* Menconis Chron. p. 167. Iperii Chron. c. XLIX. parte 9. *Gainnone* L. XIX. c. 1—3. *b* Ricobaldus p. 1179—1181. Chron. Siciliæ c. 34—36. Monachus Paduanus p. 623. 624. Albert. Argentin. p. 98. Chron. Cavense an. 1267. Stero an. 1268. Fragm. Urstis. p 93. Nangius de gestis Ludovici apud Pithœum p. 454—459. Sall. Malasp. L. IV. c. 1. 9—16. Iperii Chron. cap. LI. parte 1. Rayn. an. 1268. n. 4. & seqq. Gundlingiana P. V. Diss. II. Aventin. *L. VII.* c. 8. n. 11—13. Giannone L. XIX. c. 4. *c* Ricobald. p. *1181.* Mon. Paduanus an. 1270. Sall. Malasp. L. IV. c. 20. *d* Giannone L. XX. c. 1. *e* Nangii gesta Philippi apud Pithœum p. 472—477. Memoriale Potestatum Regiensium an. 1270. apud Murat. T. VIII. p. 1131. Ferretus Vicentinus Ib. T. IX. p. 950. 951. Sall. Malasp. L. V. c. 1. *f* Ricordano c. 206—208. Nicolaus Specialis L. I. c. 10. 11. Chron. Francisci Pipini c. 11. 12. apud Murator. T. IX. p. 687. Ptolem. Lucens. L. XXIV. c. 4. Niceph. Gregoras L. V. c. 1. & 6. Rayn. an. 1281 n. 27—29. *g* Nicolaus Specialis L. I. c. 2—4. Chron. Siciliæ c. 38. Ricordano c. 209. Chron. Francisci Pipini c. 10. 13. Maurolycus L. IV. p. 172. 173. in Thes. Ital. T. X. P. IV. Epistola Johannis Prochytæ apud Camerar. Horis Subces. Cent. III. c. 89. Nangius in Gestis Philippi Regis p. 494. 495.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

Petrus Arragonius Sicilia potitur.

§. 16. *Petrus Panormum* veniens regnum adit[a], quod, diris licet XII ante Kal. *April.* anni 1282 a Pontifice *Martino* IV devotus[b], ab eo tempore tenuit. *Carolum* etiam regnum repetentem vicit, filio eius *Carolo Claudo* navali prælio superato captoque 5 *Junii* anno 1284[c], ex quo pater tantum ægritudinis contraxit, ut 7 *Januarii* anno 1285 diem obierit supremum[d]. Eodemque anno *Petrus*, cum datum in prædam ex ferali Pontificis sententia[e] regnum defendit contra *Philippum Franciæ* Regem, ex accepto in prælio vulnere mortuus est 10 *Novembris*[f]. Cui in regno *Aragoniæ*, *Maioricarum* & *Valentiæ* successit filius primogenitus *Alphonsus*, alter *Jacobus Siciliam* obtinuit, præter quos duo erant natu minores *Fridericus* & *Petrus*[g].

Lites de Sicilia.

§. 17. *Carolus* ab aliquo tempore in *Catalonia* captivus[h], urgente Papa[i], & intercessore *Edoardo Angliæ* Rege, anno 1288 pactis conditionibus ab *Alphonso Aragonio* custodia solvitur: sed ea, *Carolo* dimisso, Papa rata esse vetat[k], ex quo bellum de integro ambos inter exarsit; & quamvis, *Bonifacio* VIII Pontifice agente, *Jacobus*, qui fratri *Alphonso* anno 1290 in regno *Aragoniæ* successerat[l], cum *Gallis* anno 1295

 ita

a Ricordano c. 212. Gesta Petri Regis p. 48. 49. in Thes. Ital. T. X. P. V. Nangius l. d. p. 494. Ferretus Vicentinus p. 952. 953. *b* Martini litteræ apud Acher. T. III. p. 684. Lunig Cod. Ital. Dip. T. II. p. 999—1012. du Mont T. I. P. I. p. 256. Eberhardus apud Canis. T. IV. p. 214. & seqq. Chron. Francisci Pipini c. 14. *c* Ricobald. an. 1284. p. 1185. Chron. Siciliæ c. 40. & seqq. Nangius l. d. p. 495—499. & in Chron. an. 1282. 1283. Chron. Cavense an. 1283. Nicol. Special. L. I. c. 27. Gesta Petri p. 51. Chron. Franc. Pipini c. 18. *d* Memoriale Regiensium p. 1167. Nicol. Special. L. I. c. 29. Chron. Parmense an. 1285. apud Murator. T. IX. p. 806. Nang & Ricobald. an. 1286. *e* Processus depositionis Petri Regis apud Acher T. III. p. 689. Gesta Petri p. 52. Nicol. Spec. L. II. c. 1. *f* Chron. Parm. an. 1285. Gesta Petri p. 60. Gesta Comitum Barcinonensium in Marca Hispan. p. 565. 573. Ricobald. p. 1186. Chron. Sicil. c. 46. Nangius an. 1285. Chron. Franc. Pipini c. 19. *g* Gesta Petri p. 60. Chron. Siciliæ c. 47. Gesta Comitum Barc. p. 571. Nangius an. 1286. Nic. Special. L. II. c. 7. 9. *h* Gesta Petri p. 59. *i* Du Mont T. I. P. I. p. 266. *k* Nicol. Special. L. II. c. 14. 15. Nangius an. 1287. 1288. Nicolaus Trivetti an. 1287. 1288. Gesta Com. Barcin. p. 574. Maurolycus L. IV. p. 187. 188. 195. Walsing. p. 53. 54. Raynald. an. 1287. n. 3—7. an. 1288. n. 10—17. *l* Nic. Spec. L. II. c. 18. Chron. Barcin. in Marca Hisp. p. 757. Maurolyc. L. IV. p. 196. 197.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

ita pacisceretur, ut ipsis *Sicilia* cederet[a], *Siculi* tamen *Gallorum* imperium aversati fratrem eius *Fridericum* anno 1296 *Martii* 25 Regem renunciant[b], cui denique ex pacto anno 1302 *Augusti* 29 inito regnum *Siciliæ* adiudicatum est[c].

Bellum inter Venetos & Genuenses.

§. 18. Per eadem tempora intestinis motibus reliqua omnis ardebat *Italia*; *Venetis* præsertim & *Genuensibus*, potentissimis mari civitatibus, mutuam in perniciem tota atrocitate debacchantibus. Ea discordia ex æmulatione orta, sub annum 1260 ex contentione de S. *Sabæ* monasterio, quod *Ptolemaide* erat & auxilio *Michaëli Palaeologo* a *Genuensibus* contra *Venetos* lato, non parum aucta, mutuas utrisque calamitates adtulit[d].

CA-

[a] Nicol. Special. L. II. c. 21. Chron. Siciliæ c. 52. Villani L. VIII. c. 13. Maurolycus L. IV. p. 198. 199. Diploma Bonifacii VIII apud Lunig. C. Ital. D. T. II. p. 1043. du Mont T. I. P. I. p. 420. [b] Chron. Siciliæ c. 53. 54. Nic. Special. L. III. c. 1. Maurolyc. L. IV. p. 200. [c] Nic. Special. L. VI. c. 10. Chron. Siciliæ c. 70. Maurolyc. L. IV. p. 219. Lunig Cod. Ital. D. T. II. p. 1049. seqq. Raynal. an. 1302. n. 3. Giannone L. XXI. c. 4. [d] Blondus Decad. II. L. VIII. p. 308. & seqq. edit. Basil. 1559. & de origine & gestis Venetorum p. 18. & seqq. in Thes. Ital. T. V. P. I. Bizarus de bello Veneto L. I. p. 710. & seqq. Ubert. Folieta Hist. Genuens. L. IV. ad an. 1258. 1261. 1263. 1264. L. V. an. 1266. 1267. &c. L. VI. an. 1298. Cortusii L. X. c. 7. Petrus Justiniani Rerum Venetarum L. III. p. 75. & seqq. Edit. 1560.

CAPUT XXI.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

De rebus Francicis *ab anno circiter* 1200 ad 1300 *sub* Philippo, Ludovico VIII, Ludovico IX, Philippo Audace, *ac* Philippo Pulchro: *quo tempore* Henricus III *&* Eduardus I *in* Anglia *regnabant*.

§. I.

Bellum contra Waldenses & Raimundum.

POstquam Papa *Innocentius* III, anno Pontificatus sui XI, *Christi* 1208 omnimoda peccatorum venia proposita, *Philippo* adhuc in *Galliis* regnante, omnes ad arma contra *Waldenses* concitaverat [a], funestum piis bellum in *Tolosano* tractu & *Narbonensi* ortum: cum enim eo classico incredibilis hominum multitudo, crucis se signo in pectore signans, coiisset [b], anno 1209 *Biterras Carcassonem*que expugnant [c]: mox *Simone Montfortio* duce electo in diversa sentientes dirum in modum sæviunt [d]. Papa etiam anno 1211 *Raimundum Tolosanum* Comitem proscribit [e], & quamvis anno 1214 quidlibet pollicentem in gratiam recipere videretur [f], ditiones tamen eius anno sequente in *Lateranensi* Concilio *Simoni Montfortio* adiudicat [g]: ex quo de integro bellum enatum,

Xxx 3 quo

a Petrus Monachus Vallium Cernaii in Hist. Albig. c. 8. apud Chesn. T. V. Nangius in Chron. an. 1208. Matth. Paris. p. 231. Catel. Hist. Tolosæ L. II. p. 240. Usser. de Eccles. Succ. C. X. §. 23. *b* Robertus Antissiod. & Nangius an. 1209. Gulielm. Brito sive Armoricanus Philipp. L. VIII. p. 329. apud Pithœum. Catel. L. II. p. 244. *c* Robert. Antissid. an. 1209. p. 103. b Armorican. l. d. Hist. Albig. c. 16. 17. Gulielm. de Podio Laurentii c. 13. 14. Chron. Simonis Comitis apud du Chesne T. V. p. 764. 765. Matth. Paris. p. 232. Catel. p. 250—252. Usser. l. d. §. 24. 25. *d* Hist. Albig. c. 17. 22—25. 37. 40—42. 49. 52. 55. & seqq. 64. Gulielm. de Podio c. 14. 15. 17. 18. Monach. Altissiod. p. 103—105. Chron. Simonis p. 765—767. Armoricanus Ib. p. 330. Nangius an. 1210. 1211. Matth. Paris. p. 236. Catel. L. II. p. 253—300. *e* Chron. Antissiod. an. 1211. Hist. Albig. c. 39. Du Pin Bibl. T. X. p. 166. & seqq. *f* Catel. L. II. p. 245—250. 300. 301. Epistola Innocentii apud du Chesne T. V. p. 750. *g* Hist. Albig. c. 81—83. Gulielm. de Podio c. 26. Chron. Simonis p. 769. 770. Nangius an. 1215. Catel L. II. p. 302—307. Hard. Conc. T. VII. p. 79. Usser. de Eccl. Success. C. X. §. 39. 40.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

quo *Montfortius* in *Tolosæ* obsidione anno 1218 cecidit [a]. Bellum persecutus est *Ludovicus* VIII, & patre *Philippo* vivo, & mortuo, donec ab *Avenione*, quam urbem occupaverat, rediens obiit 8 *Novembris* anno 1226 [b]. Tandem finem bello inposuit *Ludovicus* IX, cum anno 1228 coactus est *Raimundus* iunior ea lege pacisci, ut eiurata sententia filiam suam *Alphonso*, Regis *Ludovici* fratri, cum *Tolosani* Comitatus dote conlocaret [c]. Itaque *Waldenses* omni auxilio destituti, & Inquisitoribus traditi per omnes *Europæ* provincias sparsi sunt [d].

Victoria Toletana.

§. 2. Fuit per id tempus aliud a crucesignatis feliciter gestum bellum contra *Saracenos* in *Hispania*. *Mauri* anno æræ *Hispanicæ* 1248, *Christi* 1210, *Salvaterra* expugnata, *Castellæ* metuendi inminebant [e], communi periculo territi *Christiani* Reges *Castellæ*, *Legionis*, *Navarræ* & *Aragoniæ*, multis etiam crucesignatis in auxilium venientibus, arma sociant: fit ad *Toletum* pugna 16 *Julii* feria 2 anno æræ 1250 *Christi* 1212 exitu tam felici, ut *Maurorum* ducenta millia cecidisse referant, e *Christianis* viginti quinque non amplius desiderati [f]. Ab eo tempore inclinare res *Saracenorum* in *Hispania* cœperunt.

Damiata capta.

§. 3. Paullo post, *Innocentio* III ex decretis concilii *Lateranensis* anni 1214 rem urgente, plures ex *Germania*, *Hungaria*que, ducibus *Leopoldo Austriaco*, *Andrea Hungariæ* & *Johanne Brienno Hierosolymorum* Regibus, crucesignati expeditionem in Orientem

a Hist. Albig. c. 84—86. Gulielm. de Podio c. 29. 30. Contin. Chron. Altiss. p. 110. a Chron. Simon. p. 772. Armoric. L. XII. p. 385. Catel. L. II. p. 307—314. Usser. l. d. §. 41. b Gulielm. de Podio c. 35. 36. Chron. Simon. p. 774. 775. Gesta Lodovici apud Pithœum p. 400. Nang. an. 1226. Catel L. II. p. 320—328. Matth. Paris. p. 319. 321. 322. Iperius in Chron. c. XLVI. parte 21. Usser. C. X. §. 43. & seqq. c Gulielm. de Podio c. 39. Chron. Simon. p. 776. 777. Tractatus apud du Chesne T. V. p. 810. & seqq. Catel L. II. p. 329—340. d Gulielm. de Podio c. 40. Statuta Raymundi apud du Chesne T. V. p. 817. 822. Catel. L. II. p. 347—358. Villani L. VIII. c. 84. Poplinier. L. I. p. 14. 15. Thuanus in præfatione. e Rodericus Toletanus L. VII. c. 35. f Rodericus Toletanus L. VIII toto. Rodericus Santius P. III. c. 35. Epistola Alphonsi Regis ad Pontificem apud Raynald. an. 1212. n. 22. seqq. Continuator Chronici Altissiod. p. 106. b Rigord. p. 210. Chron. Turon. an. 1212. Matth. Paris. p. 235. Mariana L. XI. c. 23. 24.

tem suscipiunt anno 1217, ac *Damiatam Ægypti* XVIII mensibus obsessam Nonis *Novembris* anno 1219 expugnant[a]: sed dum in interiora penetrant, *Nilo* in ipsorum castra inmisso, pacis conditiones a Barbaris accipere, &, quæ ceperant, reddere sunt coacti anno 1221[b]. Rem conlapsam anno 1228 utcunque restituit *Fridericus* II Imperator[c].

A. 5915. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

§. 4. *Philippo* Rege pridie Idus *Junii* anno 1223 mortuo[d], regnavit in *Galliis* filius eius *Ludovicus* VIII, qui sequente anno, dum *Angliæ* regnum sub minorenni Principe *Henrico* III intestinis motibus concutitur, de inproviso inrumpens *Rupella* aliisque cis *Garumnam* expugnatis oppidis, citeriori omni *Aquitania Anglos* expulit anno 1224[e]. Ac biennio post, ex *Albigensi* expeditione rediens[f], obiit anno 1226. Ex *Blanca Alphonsi Castellæ* Regis filia numerosam prolem suscepit. Primogenitus *Philippus* ante patrem mortuus[g]: *Ludovicus*, qui Sanctus dicitur, natus anno 1215, patri successit[h]: *Robertus* I Comes *Atrebatensis*[i]: *Alphonsus* Comes *Pictavensis* & *Tolosæ*[k]: *Carolus Andegaviæ* & *Provinciæ* Comes, dein & Rex *Siciliæ*[l]. *Matthæus* Episcopus *Carnotensis*[m]: & duo alii *Johannes*, & *Philippus* filiaque *Isabella*[n].

Ludovicus VIII. Anglos citeriori Aquitania eiicit.

§. 5. *Ludovico* igitur inmatura morte exstincto filius eius inpubes *Ludovicus* IX eodem anno prima Dominica Adventus apud *Remos* consecratus est, æta-

Ludovici Sancti gesta.

a Godefridus Monachus an. 1214. 1217—1219. Oliveri Historia Damiatina apud Eccard. T. II. p. 1398. & seqq. Ursperg. p. 335. 336. Epistola Jacobi de capta Damiata in gestis Francorum p. 1146. Matth. Paris. p. 289—296. Contin. Chronici Altiss. p. 111. 112. Vincent. L. XXXI. c. 79—83. Contin. Belli Sacri L. III. c. 1—6. Chron. Austr. & Augusten. an. 1217—1219. Raynald. ad annos dictos. *b* Godefridus Monachus. Albertus Stadens. Albericus an. 1221. Ursperg. p. 337. Matth. Paris. p. 302. Contin. Belli Sacri L. III. c. 7—9. *c* Supra C. XX. §. 4. *d* Supra C. XVII. §. 7. *e* Gesta Ludovici apud Pithœum p. 398. 399. Nangius & Nicolaus Trivetti an. 1224. Matth. Paris. p. 308. Rapin Hist. Angl. T. II. p. 374. *f* Iperii Chron. c. XLVI. parte 21. *g* Du Chesne in probationibus domus Chast. p. 40. 41. *h* Vredius Geneal. Flandr. T. II. p. 260—263. Chron. S. Dionysii an. 1215. *i* Vredius l. d. p. 302. 303. Nangius apud Pithœum p. 407. *k* Vredius Ib. p. 263. 264. Nangius Ib. p. 411. *l* Vredius Ib. p. 288. 289. Nangius Ib. p. 420. Iperii Chron. c. XLVI. parte 20. pag. 704. *m* Necrolog. Carnot. apud Mabillon Anal. p. 236. *n* Chron. S. Dionisii an. 1219. 1221. & 1224. apud Acher. T. II. p. 496.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

ætatis anno 12[a], male alii 14 memorant[b]. Initio principatus eius turbatis domi rebus, *Theobaldus Campaniæ*, *Hugo Marchiæ* Comites, mox & *Petrus* Dux *Britanniæ* contra Regem conspirarunt, sed omnibus ad obsequium redactis, *Petrus* anno 1231 in verba Regis iuravit[c]. Pace dehinc ubique parta, gravi ex morbo recreatus, anno 1244 crucis insigne sumsit, atque anno 1248 cum valida manu in *Ægyptum* navigans *Damiatam* circa Pentecosten anni 1249 levi negotio occupat; hinc mense *Novembri* movens satis rem prospere gerit, *Cairum* petiturus: sed denique pestifera lue in castris orta, *Christiani* undique circumventi cæsique 5 *Aprilis* anno 1250 deditionem facere, pacisque leges accipere coacti sunt, ut pro Rege redimendo *Damiata*, pro reliquis captivis octingenta aureorum millia *Sultano* penderentur[d]. Rex tamen, sustinendis *Christianorum* rebus, in illis oris mansit, donec cognita morte matris *Blancæ*, quæ per absentiam eius regnum prudenter administraverat, 15 annorum inducias cum *Sultano* pactus anno 1254 in regnum rediit[e]. Tum domi scriptis legibus & *pragmatica Sanctione* anni 1268 clarus[f], persuaderi sibi denuo passus est, ut anno 1267 una cum tribus filiis *Philippo*, *Johanne* & *Petro* crucem sumeret[g]: expeditio in *Africam* suscepta anno 1269, ac sequente castris ad *Tunetum* positis, vulgata per exer-

a Nangius in gestis Ludovici Sancti apud Pithœum p. 401. *b* Nangius in Chron. an. 1226. Vincent. L. XXX. c. 129. *c* Nangius in gestis Ludovici p. 401—406. Joinville Lib. II. Nangius in Chron. an. 1227. 1228. Iperius in Chron. c. XLVI. parte 22. & c. XLVII. parte 1. Argentre Hist. Britan. L. V. c. 7. 9—17. Daniel. Hist. de France T. III. p. 3. & seqq. *d* Nangius de gestis Ludovici p. 416. 419. 421. 428. 432. Matth. Paris. p. 664. 687. 688. 702. 724. 739. 746. 750. 760. 763—768. Joinvil. P. II. Epistola Ludovici Regis apud Baluz. Misc. T. IV. p. 491. Chron. Ordin. Teuton. apud Matth. Analect. T. V. p. 729—731. Chron. Senoniens. L. IV. c. 10. 12. apud Acher. T. II. p. 632. 633. Gulielm. de Podio c. 48. 49. Iperii Chron. c. XLVIII. parte 4. & 5. Vicent. L. XXXII. c. 89. 95—101. Raynald. an. 1247. n. 56. an. 1248. n. 28. & seqq. an. 1249. n. 1—6. an. 1250. n. 1—25. *e* Nangius p. 434—436. Joinvillæus vita Ludovici P. II. Matth. Paris. p. 815. 816. 863. Daniel. T. III. p. 121—133. *f* Exstat apud Raynald. Append. T. XIV. p. 618. & du Mont T. I. P. I. p. 186. *g* Gaufridus de Belloloco vita Ludovici c. 37. 38. Epist. Clem. T. II. ep. 320. Nangius p. 459. 460.

exercitum luce, tam Regis filius *Johannes*, quam Rex ipse VIII ante Kal. *Septembres* exstinctus est, anno ætatis 56, regni 44, *Christi* 1270[a]. *Carolus* eius frater, Rex *Siciliæ*, eopse die in auxilium veniens, Barbaros ad pacem petendam adegit[b]. Uxorem habuit Rex *Ludovicus Margaretham*, *Raimundi Berengarii* Comitis *Provinciæ* filiam[c], ex qua ei nati sunt *Ludovicus*, qui puer obiit[d], *Philippus*, qui patri in regno successit, natus ultimo *Aprilis* anno 1245[e], *Johannes Nivernensis* Comes[f]. *Petrus* Comes *Alensonius*[g], *Robertus Claromontanus*[h]: filiæ *Blanca*, *Isabella*, *Margaretha* & *Agnes*[i].

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

§. 6. *Philippus*, *Ludovici* filius, *Audax* dictus anno 1270 *Francorum* Rex appellatus in *Africa*, sequente anno *Augusti* 15, apud *Remos* de more coronatus est[k]. Eius patruus *Alphonsus*, *Pictavorum* ac *Tolosatium* Comes, ex *Africa* rediens, moritur in *Tuscia*, cuius vacuam successoribus hereditatem *Philippus* adiit[l]. *Henrico* etiam *Vasconum* Rege, qui anno 1270 fratri *Theobaldo* in hoc regno, ut & *Briæ Campaniæ*que Comitatu successerat, anno 1274 mortuo, *Philippus* tutelam filiæ eius inpuberis *Johannæ* recipiens, expugnata *Pompeiopoli Navarræos* ad obsequium reduxit anno 1276[m]. Denique *Petrum Aragonum* Regem, quem Papa propter occupatum *Siciliæ* regnum proscripserat[n], evertere certus, *Gerun-*

Philippi Audacis gesta.

 dam

a Nangius p. 460—470. Epistola Philippi filii eius apud Rayn. T. IV. App. p. 618. 619. Gaufridus de Bello loco vita Ludovici c. 39. & seqq. Villani L. VII. c. 37. apud Murat. T. XIII. p. 258. Menconis Chron. an. 1269. apud Matth. Anal. T. II. p. 173. Gulielm. de Podio c. 51. Pachym. L. V. c. 9. p. 247. *b* Ricobald. p. 1181. Monachus Paduanus p. 625. 626. Nangius in gestis Philippi Regis p. 471—477. Sall. Malasp. L. V. c. 20. Villani L. VII. c. 38. Nicolaus Trivetti an. 1270. Stero an. 1273. Iperii Chron. c. LI. parte 3. *c* Vredius Geneal. Flandr. T. II. p. 262. 263. *d* Vredius l. d. p. 264. *e* Vredius l. d. p. 269. 270. Nangius gestis Lodovici p. 417. *f* Vredius l. d. p. 265. & T. I. p. 170. 171. *g* Vredius l. d. p. 265. *h* Vredius l. d. p. 266. *i* Vredius l. d. p. 267—269. *k* Nangius Gestis Philippi p. 471. 482. & in Chron. an. 1271. *l* Nangius p. 481. Bernardi Guidonis Comitis Tolosæ p. 46. apud Catel. Guilielm. de Podio Laurentii c. 51. Catel Hist. Tolos. L. II. p. 396—398. *m* Nangius p. 479. 485. 489. 490. Nangius in Chron. an. 1270. 1274. 1275. Mariana L. XIII. c. 19. 22. XIV. 1. & 3. Daniel Hist. de France T. III. p. 206—209. 216—218. *n* Supra C. XX. §. 16.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

dam expugnat anno 1284: sed mari clade accepta, per *Pyrenæos* rediens ingravescente morbo *Perpiniani* obiit pridie Nonas *Octobres* anno 1285, cum regnasset anno 15 [a]. Ex *Isabella*, Regis *Aragonum* filia, filios habuit *Ludovicum*, qui ante patrem obiit, *Philippum Pulchrum*, qui anno 1268 natus est, & *Carolum Valesium*: ex *Maria* vero, *Johannis* Ducis *Brabantiæ* sorore, *Ludovicum Ebroicensem*, & duas filias *Blancam*, quæ *Rudolpho Austriaco Alberti* I filio nupsit, & *Margaretham*, quæ *Eduardo* I *Angliæ* Regi conlocata fuit [b].

Henricus III. & Edoardus I. Angliæ Reges.

§. 7. In *Anglia* post *Johannem sine terra* longum, sed intestinis motibus exercitum, regnum ab anno 1216 ad 1272 tenuit filius eius *Henricus* III [c], quem excepit filius *Edoardus*, eius nominis I post conquestum, princeps fortis & bellicosus: hic anno 1282 victo cæsoque *Leolino Walliam* regno iunxit anno 1283 [d]: rebus etiam in *Scotia* post mortem *Alexandri* III filiæque eius *Margarethæ* multum turbatis, *Johannem Baliolum*, Regem *Scotis* datum, in sua verba adegit anno 1292 [e], belli gravissimi & internecini odii inter utramque gentem semen [f].

Philippus Pulcher: & Guido Comes Flandriæ.

§. 8. Inter hæc *Philippus Pulcher* patri anno 1285 succedens, homo ambitiosus & regnandi cupidus, *Aquitaniam*, sibi anno 1293 pactis conditionibus in speciem traditam, detinet [g], fœdus cum *Johanne Baliolo*

a Nangius in gestis Philippi p. 499—504. Nangius in Chron. an. 1284. 1285. Gesta Comitum Barcinon. c. 28. in Marca Hispan. p. 564—572. Nicolaus Specialis L. II. c. 1—5. Iperii Chron. c. LIII. parte 4. p. 766. Mariana L. XIV. c. 6. 9. Rayn. an. 1285. n. 25. & seqq. *b* Fragm. de Philippo Rege apud Chesn. T. V. p. 550. Iperii Chron. c. LI. parte 3. p. 749. Vredius Geneal. Fland. T. II. p. 269. 271. 275. *c* Matth. Paris. in Henrico III. Knyghton L. II. c. 16. Walsingham in Edoardo I. p. 41. Iperii Chron. c. XLIX. parte 8. p. 733. *d* Walsingham p. 46. 47. 49—51. Knyghton L. III. c. 1. Nicol. Trivett an. 1282. 1283. Acta Rymeri T. I. P. II. p. 161—163. & 212. Edit. Hagens. Polydor. L. XVII. p. 316—320. Rapin T. III. p. 1—12. *e* Knyghton L. III. c. 2. p. 2468. Walsigham p. 55. & Trivetti an. 1290—1292. Acta Rymeri T. I. P. III. p. 88. 89. 93. Buchanan. Rer. Scot. L. VIII. p. 73—75. Edit. Edimb. an. 1582. Walsingh. p. 54—59. *f* Walsingh. p. 64. & seqq. p. 80. & seqq. 91. Buchan. L. VIII. Nicolaus Trivetti an 1296. & seqq. *g* Trivetti an. 1293. 1294. Nangius an. 1292. 1293. Walsingh. p. 60. 61. Rymer T. I. P. III. p. 122—125.

liolo Rege *Scotiæ* init anno 1295[a]: *Guidonem Flandriæ* Comitem, *Edoardi* partes secutum, anno 1297 ad *Furnas* vincit[b]: post, duce *Carolo Valesio*, anno 1300 in deditionem accipit, eoque contra pactum in custodiam dato, summum sibi in *Flandros* imperium vindicat[c], verum illi iugi inpatientes ad arma conclamant, *Gallos* ad *Curtracum* anno 1302 vincunt[d]: *Philippus*, restituta *Aquitania*, cum *Edoardo* 20 *Maii* anno 1303 pactus[e], anno sequente *Flandros* ad *Audomaropolim* profligat, mox civium consensione territus, *Robertum Guidonis* filium in integrum restituit[f].

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

§. 9. Graviorem cum *Bonifacio* VIII, ingentium animorum Pontifice[g], litem habuit. Caussa mali quod Rex, invito Papa, clerum vectigalem faciebat[h], aliæ deinde accessere[i]; res eo processit, ut Rex, cum Papa anno 1301 palam proscriberet, se a Deo caput super omnes Reges terræ esse constitutum[k], non tantum nuncium eius regno excedere iuberet, Papam ipsum hæreseos postularet[l]; sed etiam, anno 1303 a Papa anathemate notatus[m], ipsum *Anagniæ* conprehendi curaret, ex quo tantam animi ægritudi-

Philippi Regis cum Bonifacio VIII lites. Damnati Templarii.

 nem

a Nic. Trivetti an. 1295. Knyghton p. 2473. & seqq. Acta Rymeri l. d. p. 152. *b* Nangius an. 1296. 1297. Villani L. VIII. c. 19. 20. Genealogia Comitum Flandriæ c. 35. apud Martene Thes. Anecd. T. III. Iperii Chron. c. LIII. parte 5. & 7. Meyerus Ann. Fland, an. 1294—1297. Acta Rymeri T. I. P. III. p. 169. 170. 173. 177. 180. & seq. du Mont T. I. P. I. p. 297. *c* Nangius an. 1299. & 1300. Villani L. VIII. c. 32. Genealogia Comitum Flandriæ c. 36. l. d. p. 406. Walsingh. p. 79. Meyerus in Annal. ad an. 1299. & 1300. *d* Villani L. VIII. c. 54. 55. Nangius & Meyerus ad an. 1301. 1302. Siffridus Presbyter an. 1301. Geneal. Comitum Fland. c. 37. 38. Walsing. p. 86. *e* Acta Rymer. T. I. P. IV. p. 24. du Mont T. I. P. I. p. 334. Villani L. VIII. c. 67. Walsing. p. 86. Nangius an. 1303. *f* Villani L. VIII. c. 76—79. Nangius an. 1303. 1304. Geneal. Comitum Fland. c. 40. 41. Meyer. Ann. L. X. an. 1304. du Mont T. I. P. I. p. 339. 341. *g* Ptol. Lucens. L. XXIV. c. 36. *h* Knyghton p. 2489. & seq. Rayn. an. 1296. n. 22. & seqq. 1297. n. 46. *i* Nicol. Trivetti an. 1301. Villani L. VIII. c. 62. Conradus Vecerius in Henrico VII. p. 64. 65. Walsig. p. 80. Rayn. an. 1301. n. 26. & seqq. & Append. T. XIV. p. 635. 636. *k* Rayn. an. 1301. n. 31. 1302. n. 13. Du Mont Suppl. T. I. P. II. p. 5. *l* Du Mont Suppl. T. I. P. II. p. 13. 17. 19. Mornæus Myst. Iniquit. p. 945. & seqq. Edit. Salmur. 1612. *m* Du Mont. Suppl. T. I. P. II. p. 22. Stephani Infessuræ diarium apud Eccard. T. II. p. 1864.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

nem contraxit, ut paullo post 11 *Octobris* anno 1303 mortuus fuerit [a]. Huic sublectus *Benedictus* XI *Philippum* communioni restituit [b]. *Benedicto Clemens* V, ex Archiepiscopo *Burdegalensi* Regis auctoritate anno 1305 subrogatus, sedem *Avenionem* transtulit [c], ubi annos 71 hæsit: hic non tantum *Bonifacium* accusandi potestatem omnibus fecit, Regem autem puro religionis zelo egisse censuit [d]; sed etiam, Rege volente, *Templarios* damnavit anno 1307 [e], quorum fortunæ partim *Hospitalariis* adiudicatæ, partim in fiscum redactæ [f]. Excessit e vita *Philippus*, non, ut quibusdam [g] placet, anno 1313, sed 29 *Novembris* anni 1314 [h], utpote qui superstes fuit Clementi V [i], mortuo 20 *Aprilis* anno 1314 [k]. Filios tres reliquit, qui omnes regnarunt, *Ludovicum*, *Philippum* & *Carolum*, & filiam *Isabellam*, quæ *Edoardo* II *Angliæ* Regi nupsit [l].

C A-

a Villani L. VIII. c. 62. 63. Ptol. Lucens. L. XXIV. c. 36. *Siffrid.* Presbyter an. 1303. Walsingh. p. 87—89. Contin. Martini Poloni & Eberh. Altan. an. 1302. 1303. Rayn. an. 1303. n. 41. *b* Du Mont Suppl. T. I. P. II. p. 24. Villani L. VIII. c. 66. *c* Villani L. VIII. c. 80. 81. Vecerius de Henrico VII. p. 65. 66. apud Urstis. P. II. Vitæ Clementis V. apud Baluz. T. I. p. 1. 15. 60. Antonin. P. III. Tit. XXI. c. 1. Giannone L. XXII. c. 8. p. 283. Daniel *T. III.* p. 319—322. *d* Bullarium magnum T. IX. p. 133. 145. Raynald. an. 1309. n. 3. 1310. n. 36. an. 1311. n. 25—29. Fleury L. XCI. §. 43. *e* Villani L. VIII. c. 91. 92. Chron. Astense c. 27. Vitæ Clem. apud Baluz. T. I. p. 8—13. 29. 58. 65. 68. 100. 107. & in notis p. 589. Acta T. II. p. 112. 121. 132. Puteanus de Condemnatione Templariorum. Bulla Clementis in Bullar. T. I. p. 187. Du Mont *T. I.* P. I. p. 349. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 176. Struv. Per. IX. Sect. IV. §. 19. Fleury L. XCI. §. 19—21. 24—27. 38. 41. 49. 55. Nic. Gurtleri Historia Templariorum. *f* Vita Clem. l. d. p. 16. 18. 76. Acta Ib. T. II. p. 97—100. 170. *g* Gaguin. p. 126. Æmil. p. 257. *h* Villani L. IX. c. 65. Chron. Astense c. 28. Contin. Nangii an. 1314. *i* Acta Baluz. ad vitas Paparum Avenionen. T. II. p. 289. 293. *k* Villani L. IX. c. 58. Chron. Astense c. 27. *l* Froissard. Vol. I. c. 3. 4. Contin. Nangii an. 1307. 1314. du Mont T. I. P. I. p. 517. Vredius T. II. p. 271. 314.

CAPUT XXII.

A. 5918. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1205. ad 1300.

De Imperatoribus Latinis Constantinopoli *imperantibus: Urbe a* Græcis *recuperata, rebusque* Orientis *ab anno* 1205 ad 1300. *Ut & de* Tartarorum *excursione.*

§. 1.

Divisio imperii Orientis.

Constantinopoli a *Latinis* occupata non statim omne *Græcum* imperium *Latinorum* factum est, sed mage in partes laceratum [a]. In Oriente *Theodorus Lascaris*, *Alexii Comneni* gener, *Nicææ* sedem posuit [b]: *David* & *Alexius Comneni*, *Andronici* quondam Imperatoris ex *Manuele* nepotes, loca ad *Pontum* sibi vindicant [c]. In Occidente *Leo Scurus* convaluit in *Græcia* [d]; *Theodorus Angelus*, qui & *Comnenus*, in *Epiro* [e]: in primis vero *Johannes Bulgarorum* Rex *Thraciam* finitimaque loca vexabat [f]. *Latini* interim provincias inter se dividunt, ut *Balduinus* imperium haberet, *Bonifacius Montisferrati* Marchio regnum *Thessalonicæ*: *Veneti* maris *Ægæi* insulas cum *Creta* [g].

Balduinus Imperator.

§. 2. *Latini* primo anno rem ubique ex sententia gerunt, *Macedonia* nullo negotio occupata [h], *Montisferrati* Marchio, victo *Leone Scuro*, *Græcia* potitur [i]: *Henricus Balduini* frater rem in *Asia* prospere gerit [k]: sed cum *Græci* ad libertatem adspirantes *Johannem Bulgarorum* Regem evocarent, magna consecuta est rerum conversio [l]: *Balduinus* ipse ad *Adrianopo-*

Yyy 3

a Niceph. L. I. c. 2. *b* Nicetas p. 403. 410. Georgius Acropolita n. 6. p. 5. *c* Nicetas p. 403. 410. Acropol. n. 11. p. 9. Niceph. L. I. c. 2. n. 2. du Fresne Fam. Byzant. p. 191. 192. *d* Nicetas p. 390. Acropol. n. 8. p. 6. *e* Acrop. n. 14. 21. 24. Pachym. L. I. c. 30. Niceph. L. II. c. 2. du Fresne Fam. Byzant. p. 207. *f* Acropol. n. 13. du Fresne l. d. p. 319. *g* Nicetas p. 303. Acropol. n. 8. p. 6. Niceph. L. I. c. 2. n. 3. du Fresne Hist. de Constantin. sous les Emper. Francois L. I. n. 25. 26. L. II. n. 6. *h* Nicetas p. 386. 387. *i* Nicetas p. 390. 393. 394. du Fresne L. I. n. 30. *k* Nicetas p. 388. 389. du Fresne L. I. n. 29. *l* Nicetas p. 394. Acropol. n. 13. Niceph. L. I. c. 2. n. 3.

A. 5918. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1205. ad 1300.

nopolim victus captusque est 15 *Aprilis* anno 1205[a], *Thracia* a *Scythis* vastata[b], *Balduinus* post aliquot menses in carcere obiit[c].

Henricus.

§. 3. Morte eius cognita *Henricus Balduini* frater, qui 16 mensibus rempubl. sine Imperatoris titulo administraverat, ad imperium evehitur 20 *Augusti* anno 1206[d]. Hic *Bulgaris* repressis[e], nobilem etiam de *Lascari* victoriam reportavit anno 1212[f], ac mortuus est 11 *Junii* anno 1216[g].

Petrus Antissiodorensis.

§. 4. Successit iure uxoris *Jolantæ*, sororis *Henrici*, *Petrus Antissiodorensis*, *Ludovici* VI Regis *Galliæ* ex filio *Petro* nepos, ab *Honorio* III *Aprilis* 9 anno 1217 *Romæ* coronatus[h]: sed dum in *Thraciam* proficiscitur, a *Theodoro Comneno*, *Dyrrachii* Principe, perfidiose captus necatusque est[i], uxor eius *Jolanta*, quæ *Constantinopolim* venerat, obiit anno 1219[k].

Robertus.

§. 5. Igitur ex *Gallia* ad regnum arcessitus *Robertus*, *Petri* filius, *Constantinopoli* coronatus est 25 *Martii* anno 1221[l]: bellum, sed infaustum, gessit, tam cum *Johanne Vatatze*, qui & *Ducas* cognomine dicitur[m], quam cum *Theodoro Comneno*, qui occupata *Thessalonica*, Imperatoris nomen sumserat[n], ac mortuus est anno 1228[o].

Johannes Briennus.

§. 6. Tum imperium hereditario iure pertinebat ad fratrem eius *Balduinum*, 9 aut 10 annos natum: sed placuit, ut certis conditionibus daretur *Johanni Brienno*, *Hierosolymorum* Regi, iam seni[p], cuius tempore

a Nicetas p. 395—397. Acrop. n. 13. Niceph. L. I. c. 2. n. 4. du Fresne Hist. Const. L. I. n. 33. 34. 36. *b* Nicetas p. 397. 398. 403—409. Acropol. n. 13. *c* Nicetas p. 413. Gesta Innocentii p. 117. Villehard. n. 230. & du Fresne in notis n. 230. *d* Nicetas p. 413. Chron. S. Marian. an. 1206. Villehard. n. 231. p. 183. *e* Nicetas p. 415. 416. *f* Epistola Henrici apud du Mont T. I. P. I. p. 386. Acropol. n. 15. *g* Du Fresne Hist. L. II. n. 21. 22. *h* Chron. Fossæ novæ & Richard. de S. Germano an. 1217. Genealog. Regum Franc. apud Acher. T. II. p. 494. du Fresne L. II. n. 24. *i* Acropol. n. 14. Nangius an. 1217. du Fresne L. II. n. 25. 27. *k* Monachus Antiss. an. 1219. *l* Du Fresne L. III. n. 2. *m* Acropol. n. 15. 22. 23. du Fresne L. III. n. 6—8. *n* Acropol. n. 21. 24. *o* Du Fresne L. III. c. 12. *p* Acropol. n. 27. Richard. de S. Germano an. 1229. Gregor. IX. Epist. L. III. ep. 51. du Fresne L. III. n. 13. 14.

pore magis adhuc accisæ sunt res *Latinorum* [a], ac mortuus est 23 *Martii* anno 1237 [b]. A. 5918. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1205. ad 1300.

§. 7. Ultimus igitur ex *Latinis Constantinopoli* imperavit *Balduinus*, *Petri* filius [c], donec *Græci* 25 *Julii* anno 1261 *Constantinopolim* occuparunt [d], ita urbs regia post annos fere 58, quam a *Latinis* capta fuerat, recuperata. *Balduinus* in Occidentem reversus [e], anno 1267 ad *Carolum Siciliæ* Regem adiit, auxiliaque pactus eius filiam *Beatricem* filio suo *Philippo* despondit, ea lege, ut si stirps eius defecerit, iura imperii ad *Carolum*, eiusque successores *Siciliæ* Reges redeant [f]. Balduinus.

§. 8. *Latinis Constantinopolim* obtinentibus *Theodorus Lascaris*, qui *Annam Comnenam*, *Alexii Comneni* Imperatoris filiam in matrimonio habebat [g], a *Græcis* Imperator renunciatus *Nicææ* in *Bithynia* sedem posuit [h], vir bellicis rebus inclytus, tam contra *Latinos* [i] quam contra *Turcos Iconienses* prospere pugnavit [k], imperavit annos 18 [l]. Theodorus Lascaris I.

§. 9. Moriens anno 1222 successorem designavit generum *Johannem Ducam* [m], qui iure uxoris *Irenes* imperium adeptus [n], pleraque, a *Latinis* in *Asia* occupata, recuperavit [o], copias etiam in *Europam* traduxit [p]; ac mortuus est 30 *Octobris* anno 1255, cum regnasset anno 33 [q]. Johannes Ducas.

§. 10. Illum excepit filius *Theodorus Lascaris* II, natus annos 33 [r]; bellum cum *Bulgaris* in *Europa* gessit, Theodorus Lascaris II.

a Acropol. n. 27. 28. 30. 31. 33. Du Fresne L. III. n. 19. & seqq. *b* Du Fresne L. III. n. 25. *c* Acropol. n. 34. 37. du Fresne L. IV. *d* Acropol. n. 78. 83. 85. & in Chron. p. 148. Pachym. L. II. c. 14. 20. 26. 27. Niceph. L. IV. c. 2. n. 3. 4. Phranzes L. I. c. 4. Nangius vita Ludovici p. 448. Villani L. VI. c. 72. Monachus Paduanus p. 615. du Fresne L. V. n. 24—27. *e* Appendix ad Villehard. p. 230. du Fresne L. V. n. 33. *f* Du Fresne L. V. n. 49. & in collectione Actorum Ib. p. 17. & seqq. Pachym. L. II. c. 32. Niceph. L. IV. c. 5. n. 5. V. c. 1. n. 1. *g* Du Fresne Fam. Byzant. p. 219. *h* Nicetas p. 403. 410. Acropol. n. 6. *i* Nicetas p. 410. 411. *k* Acropol. n. 9. 10. Niceph. Gregoras L. I. c. 3. 4. Leuncl. Hist. Musel. L. I. p. 78—81. *l* Acropol. n. 18. Niceph. L. II. c. 1. n. 1. *m* Acropol. n. 15. 18. Niceph. l. d. *n* Du Fresne Fam. Byzant. p. 222. *o* Acropol. n. 22. 23. Niceph. L. II. c. 1. n. 3. *p* Acropol. n. 40. 42—46. 49. Niceph. L. II. c. 3. *q* Acropol. n. 52. Niceph. L. II. c. 8, n. 4. Ducas c. 2. *r* Acropol. n. 52. 53. Niceph. l. d.

A. 5918. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1205. ad 1300.

Johannes & Michaël Palæologus.

gessit[a], & anno imperii quarto, *Christi* 1259 mense *Augusto* obiit[b].

§. 11. Filium reliquerat inpuberem *Johannem*, vix octo annos natum[c], eique tutorem dederat *Georgium Muzalonem*, verum eo post paucos dies cæso[d], consensu Procerum Magni Ducis titulo substituitur *Michaël Palæologus Comnenus*, *Andronici* filius[e], mox Despota appellatus, persuasit principibus, ut Kalendis *Januariis* Indictione secunda, hic annus est 1260, se puero collegam darent[f]. Tum *Constantinopoli* capta, ut sibi suisque firmaret Imperium, pupillum quarto anno imperii, quod tamen per ætatem non adtigerat, ipso die natali Domini excæcari curat[g]. Subinde inminentem *Constantinopoli Carolum*, Regem *Siciliæ* veritus, tam Papam *Romanum* obsequium pollicitus, quam *Ludovicum* IX, *Caroli* fratrem, legatis anno 1270 in *Africam* missis, sibi conciliare est adnisus[h]. Anno quoque 1274, legatos ad Concilium *Lugdunense* mittens, præscriptam sibi a Papa fidei formulam recepit[i]: sed cum *Græci* eam ob caussam turbas cierent, ipseque magis nomine quam re concordiam conciliasse videretur, a *Martino* IV. anno 1281 anathemate percellitur[k]. Idem *Siculam* in *Francos* conspirationem anno 1282 opibus & auctoritate promovit[l]. Obiit 11 *Decembris* anno *Græcorum* 6791, qui *Christi* est 1282, anni enim *Græcorum* a *Septembri* incipiunt, cum vixisset annos 58, imperasset 23 demtis diebus viginti[m]. Ex uxore *Theo-*

a Acropol. n. 54—62. Niceph. L. III. c. 1. b Acropol. n. 74. Pachym. L. I. c. 13. Niceph. L. III. c. 2. n. 6. Ducas c. 2. Observat. ad Pachym. L. III. c. 2. 3. c Acropol. n. 75. Pachym. L. I. c. 13. d Acropol. l. d. Pachym. L. I. c. 19. Niceph. L. III. c. 3. n. 2—4. e Phranzes L. I. c. 1. du Fresne Hist. Const. L. V. n. 15. f Pachym. L. I. c. 23. 27. 29. L. II. c. 4. Acropol. n. 76. Niceph. L. III. c. 4. IV. c. 1. n. 1. Phranzes L. I. c. 3. 4. g Pachym. L. II. c. 35. III. 10. 14. Niceph. L. IV. c. 4. n. 1. Ducas p. 3. Phranzes L. I. c. 5. h Pachym. L. V. c. 8—12. 22. 23. 26. Niceph. L. V. c. 1. 2. Raynald. an. 1263. n. 42. &c. 1264. n. 58. &c. an. 1267. n. 72. an. 1270. n. 1. i Phranzes L. I. c. 6. Stero an. 1274. Raynald. an. 1272. n. 25. an. 1274. n. 15. & seqq. k Pachym. L. VI. c. 14—18. 30. Stero an. 1227. Annales Eberh. Altanensis an. 1274. apud Canis. T. IV. p. 217. Rayn. an. 1281. n. 25. & seqq. l Supra Cap. XX. §. 15. m Pachym. L. VI. c. 36. p. 360. Niceph. L. V. c. 7. n. 6. Phranzes L. I. c. 6. Possevinus in Observat. ad Pachym. L. III. c. 8.

Theodora, quæ ex *Johanne* neptis fuit *Isaacii Ducæ*, fratris *Johannis Vatatzæ* Imperatoris[a], filios habuit *Manuëlem*, qui ante patrem obiit, *Andronicum*, *Constantinum* & *Theodorum*, filias *Irenen*, *Eudociam* & *Annam*[b]. A. 5918. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1205. ad 1300.

§. 12. *Andronicus*, iam ante a patre in societatem imperii adscitus[c], eo mortuo annos natus 24 successit[d], protinusque ea, quæ pater eius de consensu cum Pontifice *Romano* ineundo susceperat, irrita esse iussit[e]; anno vero regni undecimo *Christi* 1294 *Maii* 21 filium suum *Michaëlem* coronari curavit[f], qui convalescentibus *Ottomannorum* rebus aliquamdiu in Oriente substitit[g], inde in Occidentem missus[h], obiit *Thessalonicæ* annum agens 43, IV Idus *Octobres* anno *Græcorum* 6829 *Christi* 1320[i]. Relicto filio *Andronico* Iuniore, qui iam ante cum patre & avo Imperatoribus adscriptus fuerat[k]: sed discordia inter avum & nepotem orta imperium intestino bello conflagravit[l], quod Indictione IV Kalendis *Maii*, atque adeo anno *Christi* 1321 ortum, tenuit ad Kalendas *Junias* Indictionis XI, hoc est anni 1328[m], quando *Constantinopoli* a Iuniore capta[n], avus sub honesta custodia habitus est ad 12 *Februarii* anni 1332, quo *Andronicus* senior natus annos 74 mortuus est[o]. Andronicus, Michaël, & Andronicus iunior.

[a] Du Fresne Fam. Byzant. p. 224. & 234. [b] Phranzes l. d. du Fresne l. d. p. 234. 235. [c] Pachym. in Michaële L. IV. c. 29. p. 215. Niceph. Gregor. L. IV. c. 8. n. 3. [d] Pachym. in Andronico L. I. c. 1. Niceph. L. V. c. 7. n. 6. [e] Pachym. L. I. c. 2. & seqq. 6. 7. Niceph. L. VI. c. 1. n. 2. [f] Pachym. L. III. c. 1. coll. VII. c. 1. de aliis Andronici liberis Phrances L. I. c. 7. Possinus Observ. Pachymerianarum ad Historiam Andronici L. III. c. 3. [g] Pachym. L. III. c. 14. L. IV. c. 17. & seqq. 25. V. c. 9. 10. 15—17. 21. [h] Pachym. L. V. c. 18. 28. [i] Johannes Catacuzenus L. I. c. 1. Niceph. L. VIII. c. 1. n. 3. Possinus Observ. L. III. c. 1. n. 4. ad Pachym. Andronic. du Fresne Fam. Byzant. p. 236. [k] Catacuz. L. I. 1. 2. Niceph. Gregor. L. VIII. c. 1. n. 1. [l] Catacuzenus qui Libro I. pro nepote stat. & Nicephorus, qui L. VIII. & IX. c. 1—6. partes avi tuetur. Phranzes L. I. c. 10. [m] Catacuz. L. I. c. 59. p. 187. Boivin in notis ad Niceph. Gregoram p. 771. [n] Niceph. L. IX. c. 6. Catacuz. L. I. c. 59. Fleury L. XCIII. §. 49. 50. [o] Niceph. Gregor. L. IX. c. 14. L. X. c. 1. n. 4. Possev. ad Pachym. Andron. L. III. c. 8. n. 4. Catacuz. L. II. c. 32.

A. 5918. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1205. ad 1300.

Tartarorum sub Gengiscane excursio.

§. 13. Sub initium quoque sæculi XIII *Tartarorum* gens *Zingis-Chano* duce magnam Orienti vastitatem induxit. *Temugin* sive *Temur-Cin* inlustri inter suos loco anno 1164 natus, annum agens 24 contulerat se ad *Unchchanem*, qui quartus fuit ex Imperatoribus Orientis, qui communi *Johannis Presbyteri* nomine veniunt [a]: cum ibi magna floreret gratia, in invidiam & suspicionem adductus, neci destinatus, arma corripit, & anno 1202 cum *Unchchane*, in planitie, quæ *Tangut* dicitur, congressus, *Unchchane* cæso inclaruit [b]: mutatoque nomine *Zingis-Chan* id est *Maximus Chanus* dici voluit [c]. Tum vero vincendo longius progressus *Tartariam* universam, regnum quod *Magni Mogolis* hodie dicitur, *Chorosanen* & *Persidem* occupavit, in *Chinam* ipsam penetravit, ac rebus præclare gestis mortuus est anno 1226 [d].

Turci pulsi Iconiense regnum instituunt.

§. 14. Quum vero *Tartari Zingi* duce in *Persidem* effusi, *Cursume* Scacho pulso, *Persidem* occuparent, quod scriptores *Turcici* factum scribunt, post annos 170, quam a *Togra* sive *Tangrolipace Turcorum* in *Perside* regnum fundatum fuerat [e], eaque occasione *Turci* a *Tartaris* male haberentur, multi de familia *Selzuccia* duce *Aladino* I, relicta *Perside*, in *Asiam* minorem venientes *Iconiense* regnum in *Caramania* instituunt: ad quos paullo post altera quoque *Turcorum* manus gentis *Oguziæ* venit duce *Suleimano* Scacho, qui pater *Ertogrulis*, avus *Osmani* fuit [f].

Tartari Moscoviam, Poloniam & Hungariam vastant.

§. 15. Moriens *Zingis-Chan* quatuor secundum *Abulpharaium* [g] filios reliquit, qui dicebantur *Tuschi*,

[a] Petit de la Croix Hist. de Genghizcan L. I. c. 1. p. 17. c. 2. p. 30. Asseman. T. II. p. 445. T. V. p. 481. & seqq. [b] Abulpharaius Hist. Dynast. p. 420—429. Paulus Venetus L. I. c. 53. p. 45. Nangius an. 1202. Petit la Croix L. I. c. 4. p. 71. Assem. T. IV. p. 102. 103. Mosheim Hist. Tart. Ecclef. Cap. II. §. 1. [c] Abulgasi Hist. Geneal. des Tatars P. III. c. 4. p. 194. Petit de la Croix L. I. c. 6. p. 110. Mosh. l. d. §. 2. [d] Petit de la Croix in Genghizcane copiose. Abulphar. Dynast. IX. p. 432—449. 462. Abulgasi Hist. Geneal. des Tatars P. III. Bizarus Hist. Perf. L. VIII. p. 274. 275. Leuncl. L. II. p. 92. [e] Annales Turcici a Leunclavio editi n. 3. 4 p. 1. & Leuncl. Hist. Musulm. L. I. p. 77. L. II. p. 92. Vincent. L. XXX. c. 89. [f] Leuncl. L. I. p. 78. II. p. 93—97. Ann. Turc. n. 5—8. Phranzes L. I. c. 6. 8. [g] Abulph. Dynast. IV. p. 429. Asseman. T. IV. p. 103.

schi, *Zagatai*, *Uchathai* & *Thuli*, ex quibus patris A. 5918.
iudicio imperium accepit *Uchathai*, qui tamen fra- Per. Jul.
tribus suis amplas ditiones administrandas dedit[a]. Hic ad 6013.
filium suum *Kaiukum* & *Batum* sive *Bathonem*, fi- A. Christ.
lium fratris sui *Thuli*, emisit in *Europæ* provincias: 1205. ad
illi igitur ex locis supra *Caspium* mare progressi, post 1300.
Bulgariam, quæ ad *Wolgam* est, occupatam, anno *Græcorum* 6745, *Christi* 1237, *Moscoviam* subegerunt[b]: inde per *Lithuaniam* in *Poloniam* effusi magna edita strage[c], *Henrico Silesiæ Cracoviæque* Duce victo cæsoque, anno 1241 in *Hungariam* penetrant, *Bela* Rege victo & eiecto, *Hungariam* dirum in modum vastant[d].

§. 16. Post hæc *Uchathai* Chan moriens anno 1246 Tartari
successorem habuit filium *Kaiukum*, qui aliis *Gaiuch-* Abassios
Chan, *Nangio Kyokay* dicitur[e], hic licet brevi tem- vincunt.
pore imperaverit, legatione tamen *Ludovico IX Galliarum* Regi innotuit, animumque *Christianis* faventem testatus est[f]. Qui vero ei anno 1249 successit *Mangu-Chan*, filius *Thuli*, nepos *Zingis-Chani*, anno 1256 *Halakum* ducem misit contra *Abassios Bagdatim* iam ab annis 500 possidentes, eosque inde eiecit[g], a quo tempore *Tartari* in *Asiam* minorem penetrarunt.

[a] Abulph. l. d. & p. 464. & Asseman. l. d. [b] Sigismundus Baro de Herberstein in Commentariis Rerum Moscoviticarum p. 6. & 64. Matth. Paris. p. 629. Nangius gestis Ludovici pag. 415. Albertus Stadensis anno 1240. [c] Dlugloffus L. VII. p. 670—683. Matth. Paris. p. 538. 539. Gesta Archiepisc. Trevirens. apud Eccard. T. II. p. 2231. Raynald. an. 1241. n. 4. & seqq. Possinus in Observat. ad Pachymerem in Andronic. L. III. c. 6. [d] Rogerius de destructione Hungariæ per Tartaros inter scriptores rerum Hungaricarum p. 177—198. Joh. de Thwrocz Ib. p. 78. Matth. Paris. p. 540. Monachus Paduanus p. 590. Chron. Australe an. 1242. 1234. Bonfin. p. 406. Raynald. l. d. Fleury L. LXXXI. n. 48. [e] Herbelot Bibl. Orient. p. 358. Nangius de gestis Ludovici Sancti p. 423. Asseman. T. IV. p. 104. [f] Nangius l. d. p. 422. & seqq. Raynald. an. 1248. n. 34. & seqq. Mosheim Hist. Eccl. Tartar. L. II. §. 9. [g] Paulus Venetus de Region. Orient. L. I. c. 16. Haitho de Tartaris c. 25. 26. Epistola Thomæ Episcopi Bethlehemitani in Chron. Menconis ad annum 1260 apud Matt. Analect. T. II. p. 159—161. 162. 163. Leuncl. L. II. p. 93. Acropolit. n. 42. n. 39. Vicent. L. XXXII. c. 13. 15. Bizar. Pers. L. VIII. p. 276. Raynald. an. 1258. n. 40—42. Assem. T. IV. p. 108. Possevin. l. d. c. 10.

A. 5918. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1205. ad 1300.

Christiani e Palæstina pulsi.

§. 17. Denique sub finem huius sæculi *Christianorum* res in *Palæstina* penitus eversæ sunt, quando anno 1291 *Ptolemais*, *Tyrus*, & quidquid in *Syria Christiani* nominis residuum erat, sub *Turcorum* ditionem venit [a]: ex quo sacras expeditiones in Orientem *Christiani* desiere facere [b].

C A-

[a] Sanut. L. III. parte 12. c. 21. 22. Blondus Decad. II. L. VIII. p. 330. 332. Chron. Ord. Teuton. apud Matthæum Analect. T. V. p. 748—763. Mencon. Chron. p. 176. 180. [b] Conferatur Fleury Dissert. VI. quæ Historiarum L. XCV. præmittitur.

CAPUT XXIII.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

De Rebus Ecclesiasticis deque Viris Eruditis Sæculi XIII.

§. 1.

Romani Pontifices quæsito imperio formam dant.

POstquam superiori sæculo Pontifices se extulerant supra omne nomen, supremumque *Romæ* tribunal constituerant, quorsum cognitio de quibuscunque rebus referretur, ea hoc sæculo præcipua cura fuit, ut formam imperio darent. Itaque fracta magis magisque per bella sacra Principum potentia, & clericorum inmunitate adserta[a], ab una parte id agebant, ut decreta Pontificum, olim a *Gratiano* privata auctoritate conpilata, sed dein multum aucta, publica auctoritate tanquam normam iuris Pontificii orbi *Christiano* obtruderent, in forum & scholas inducerent[b]; ipsique altera parte & opes undique conraderent, & varii generis Beneficia excogitarent, ut bene de se meritis gratiam referre possent: itaque pro feudis, quæ dabant Principes, *Beneficia*, quæ aula *Romana* dabat, inventa sunt; multum aucta *Reservationibus*, *Resignationibus*, *Commendis:* accedebant *Pensiones*, *Gratiæ exspectativæ*, quas *Provisiones* vocant: *Deportus* & *Annatæ: Dispensationes* ære redimendæ[c], variæque aliæ pecuniam cogendi viæ, sive iam contributiones[d] aut decimæ nomine Papæ per provincias

[a] Gregor. IX. Lib. VIII. ep. 218. Vita Bonifacii VIII. n. 97. apud Raynald. an. 1297. n. 41. Mastricht Hist. Jur. Eccles. p. 382. & seqq. Edit. Duisburg. an. 1676. Giannone L. XIX. c. 5. n. 1. p. 710. & seqq. Du Pin Bibl. T. X. p. 172. [b] Conc. Lateran. canone 44. & 46. apud Hard. T. VII. p. 50. [c] De singulis his sub titulis suis videatur du Fresne in Glossario mediæ Latinitatis. Et qui contra harum rerum abusum sub initium sequentis sæculi scripsit Durandus Mimatensis Episcopus de modo celebrandi Concilii P. I. tit. 4. 5. P. II. tit. 7. 21. in Oceano Juris Tom. XIII. P. I. Et Nicolaus de Clemangis de corrupto Ecclesiæ statu c. 2. 5. & seqq. & de Annatis non solvendis p. 86. 87. Giannone L. XIX. c. 5. n. 2. [d] Matth. Paris. p. 622. & seqq. 677. & seqq. Epistola Eduardi Regis Angliæ ad Papam Clementem in Catal. Testium L. XVI. p. 1595. & seqq. 1614—1616. Du Mont T. I. P. I. p. 195.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

imperarentur [a], sive pro iurisdictione [b], aut collatis muneribus Ecclesiasticis pecunia exigeretur, ea licentia, ut dici queat, omnia *Romæ* venalia fuisse [c].

Omnes sibi subiiciunt.

§. 2. Denique ut se omnium Dominos probarent, aliis investituras dabant [d], alios sibi obluctari ausos, specioso libertatis Ecclesiasticæ tuendæ fuco, anathemate notatos proscribebant [e]; regna aliis occupanda dabant [f], aut vero sibi subiiciebant [g]; omnes horrendo Inquisitionis tribunali, hoc sæculo constituto, terrebant [h].

Albigenses dira inquisitione vexant.

§. 3. Cum enim contra *Waldenses*, aulæ *Romanæ* tyrannidem publice accusantes, prædicando parum proficerent, stabiliendo imperio non tantum Concilii *Lateranensis* decreto iussi sunt Principes sub pœna proscriptionis omnes ita dictos hæreticos de regionibus suis exterminare [i], sed etiam novi *Dominicanorum* & *Franciscanorum* ordines, contra decreta Concilii *Lateranensis* [k], sunt instituti & a Pontificibus probati [l]: quin & *Dominicanis* primum hæreticos, hoc est decretis Papæ male obsequentes, aut clericorum vitia reprehendere ausos, inquirendi & denunciandi munus delatum, postea severissime puniendi potestas data [m],

eo

a Probus Tullensis Episcopus apud Aventin. L. VII. c. 10. n. 6. Fleury Lib. LXIX. n. 18. 33. LXXXV. n. 51. LXXXVI. n. 36. 50. LXXXVIII. n. 37. *b* Ursperg. p. 321. & in cantico in Catal Test. L. XVI. p. 1653. *c* De quo sæpius conqueritur Matth. *Paris. p.* 56. 335. 495. 683. 685. 747. 890. *d* Exempla sunt bene multa, ut in Carolo Andegavensi supra C. XX. §. 14. in Rogerio Lauria, cui insulas Saracenis ademtas beneficio sedis Apostolicæ possidendas Papa dedit Raynald. an. 1295. n. 36. 37. addatur Lunig C. J. D. T. II. p. 917. 927. Du Mont T. I. P. I. n. 186. 247. & p. 394. *e* Eberhardus Episcopus apud Aventin. L. VII. c. 5. n. 23. & seqq. du Mont T. I. P. I. p. 385. Rayn. an. 1229. n. 37—41. *f* Exempla sunt in Imperatoribus Philippo, Ottone, Friderico II. Petro Aragonum & Philippo Galliæ Regibus. *g* Exemplum Anglia dedit. du Mont T. I. P. I. n. 258. 275. 276. 277. *h* Bulla Alexandri IV. apud Raynald. an. 1255. n. 31. 32. Limborg. Hist. Inquisit. L. I. c. 20. Fleury Hist. de l'Eglise Tom. XIX. Discours prælimin. §. 13. *i* Can. VII. Conc. Lateran. apud Hard. T. VII. p. 19. Innocent. III. epist. 94. *k* Conc. Lateran. an. 1215. Canone XIII. apud Hard. T. VII. p. 31. *l* Ursperg. p. 330. Raynald. an. 1210. n. 28. 1215. n. 17—19. 1216. n. 48. 49. Fleury L. LXXVIII. §. 5. Du Pin Bibl. T. IX. p. 173. 174. *m* Conc. Narbon. an. 1235. apud Harduin. T. VII. p. 249. & seqq. Bullarium magnum T. I. p. 113. 117. 118. Bzovius an. 1235. n. 2—5. Rayn. an. 1199. n. 23. an. 1207. n. 2. an. 1231. n. 14. 15. Giannone L. XV. c. 4. L. XIX. c. 5. n. 4. Fleury Diss. VII. §. 3. ante Lib. XC.

eo facilius quia iam ante *Fridericus* II Imperator scriptis legibus in hæreticos inquiri, eosque flammis puniri iusserat [a]. Itaque pessime habiti *Albigenses*, & quotquot Ecclesiasticorum vitia reprehendere substinebant, extorres patria, lucem Evangelii per alias provincias spargebant.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A. Christ. 1200. ad 1300.

§. 4. Nec multo melius cum gentilibus *Prussis* actum, postquam Equites *Teutonici*, a *Conrado Masoviæ* Duce invitati, & a *Gregorio* IX excitati, ab anno 1230 cum crucesignatis id operam dederunt, ut ipsos ferro magis & metu quam virtute verbi Dei ad *Christiani* nominis professionem adigerent [b].

Prussi Christianum nomen profiteri coacti.

§. 5. Interim Ecclesia ipsa *Romana* factionum studiis & monachorum ambitione scindebatur [c]: graves in primis lites fuerunt inter ordinarios Pastores & mendicantes Monachos de audiendis confessionibus [d]: inter Academiam *Parisinam* & fratres Prædicatores de cathedris Theologicis, ut & de *æterno Evangelio* [e].

Ecclesia Romana factionibus scissa.

§. 6. Eruditionis fama hoc sæculo celebriores habiti, ex *Græcis Nicephorus Blemmides* & *Georgius Pachymeres* [f], etiam scripta historia clarus: cui addi possunt historici *Græci*, *Nicetas Choniates*, *Georgius Acropolita* & *Joël* [g]. Ex *Latinis Alexander Halesius* [h]. *Wilhelmus Arvernus* [i], *Robertus Capito* [k], *Albertus Magnus* [l], a quo secunda Scholasticorum ætas ducitur,

Eruditione clari.

a Richardus de S. Germano an. 1220. & 1231. Rayn. an. 1220. n. 24. 1231. n. 18. Lunig. Spic. Eccl. P. I. p. 171—174. *b* P. a Dusburg in Chronico Prussiæ P. II. c. 1—6. 8—11. P. III. c. 1. & seqq. Anon. Chron. Ordinis Teutonici apud Matthæum Analect. T. X. §. 102. & seqq. Edit in quarto T. V. p. 689. & seqq. Christoph. Hartknoch Hist. Eccl. Prussiæ. L'Enfant Hist. du Conc. de Pise L. IV. n. 14. Schurzfleischii Res Prussorum Operum Histor. p. 499. & seqq. Rayn. an. 1230. n. 23—25. *c* Matth. Paris. p. 592. *d* Matth. Paris. p. 672—674. Eberh. Altan. an. 1287. L'Enfant Hist. du Concile de Pise T. I. p. 310. & seqq. T. II. p. 8. *e* Bulæus Hist. Universitatis Parisiensis an. 1254. p. 255. & seqq. Argentre in Collect. Judiciorum ad an. 1254. T. I. p. 162. & seqq. & an. 1256. p. 168. Usser. de Eccles. Success. C. IX. §. 19. & seqq. Fleury Lib. LXXXIII. n. 54. 55. LXXXIV. n. 3. *f* Bruck. Hist. Philos. T. III. p. 543. Cave an. 1255. & 1280. Fabric. Bibl. Gr. T. VI. p. 458. du Pin Bibl. T. X. p. 94. 95. *g* Cave an. 1204. & 1261. Fabric. l. d. p. 401. 448. 496. Du Pin T. X. 92. 93. *h* Bruck. T. III. p. 778. Cave an. 1230. du Pin Bibl. T. X. p. 71. *i* Cave an. 1228. du Pin T. X. p. 67. Bruck. T. III. p. 785. *k* Cave an. 1235. Poppe Blount p. 408. Bruck. T. III. p. 786. du Pin T. X. p. 66. *l* Cave an. 1260. Bruck. T. III. p. 788. du Pin T. X. p. 72.

A. 5913. Per. Jul. ad 6013. A Christ. 1200. ad 1300.

tur, *Thomas Aquinas* [a], *Bonaventura* [b], *Johannes Duns Scotus* [c], & qui rerum naturalium cognitione palmam tulit *Rogerius Baconus* [d]: addi potest elegantioris litteraturæ primus instaurator *Dantes Aligerius* [e]: historici *Tagenof*, *Dodechinus*, *Arnoldus Lubecensis*, *Gervasius Tilberiensis*, *Conradus a Lichtenau*, *Rigordus*, *Nangius*, *Martinus Polonus*, *Richardus de S. Germano*, *Matthæus Paris*, *Vincentius Bellovacensis*, *Rodericus Toletanus*, *Monachus Paduanus*, *Jamsilla* multique alii [g]. Ut & *Arabum* Scriptores *Elmacinus* [h] & *Abulpharaius* [i].

L I-

a Cave an. 1255. Bruck. T. III. p. 798. du Pin T. X. p. 74. *b* Cave an. 1255. Bruck. T. III. p. 808. du Pin T. X. p. 75. *c* Cave an. 1301. Bruck. T. III. p. 825. *d* Cave an. 1278. du Pin T. X. p. 77. Bruck. T. III. p. 817. *e* Bruck. Per. III. P. I. L. I. c. 1. §. 7. T. IV. p. 21. Jovius in Elog. p. 17. Fabrit. Bibl. T. II. p. 36. Bayle in Lexico. *f* Fabrit. Bibl. Med. T. VI. p. 608. du Pin T. X. p. 61. *g* Du Pin T. X. p. 61. & seqq. Cave & Fabritius in Bibl. Latina mediæ & infimæ ætatis. *h* Golius in præfatione Hist. Sarac. & Bayle. *i* Bayle in lexico.

LIBER NONUS.

Exhibens res inde ab *Alberto Auſtriaco* & *Ottomannorum* initiis, ab anno 1300, usque ad pacem *Ryſvicenſem* & *Carlovitzenſem*, ſive finem Sæculi XVII geſtas.

CAPUT I.

De rebus Imperii Occidentalis in Germania *&* Italia, *ab anno circiter Chriſti* 1300 *ad* 1400.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Chriſt. 1300. ad 1400.

§. 1.

Albertus Auſtriacus. Initium fœderis Helvetici.

ALbertus *Auſtriacus*, *Rudolphi* Imperatoris filius, princeps bellicoſus & principatus quærere avidus, cæſo *Adolpho Naſſavio* iterum electus [a], fœdus mutuæ defenſionis anno 1299 cum *Philippo Galliæ* Rege pactus [b]; *Hollandiæ Zelandiæ*que Comitatus, quos, maſcula Comitum ſtirpe in *Johanne*, *Wilhelmi* Regis nepote, anno 1299 deficiente, ſibi vindicare adniſus fuerat, *Johanni Hannoniæ* Comiti, ex *Adelheida Wilhelmi* ſorore nato conceſſit anno 1300 [c]. Bellum ab anno 1302 geſſit cum *Wenceſlao* II *Bohemiæ* Rege, qua occaſione, *Wenceſlao* III, paullo poſt mortem patris, anno 1306 cæſo, filium ſuum *Rudolphum* irrito conatu Regem *Bohemiæ* appellavit [d]: nec melius ipſi ſucceſſit in *Misnia* [e]. *Helvetii* quoque a præfectis Regis peſſime habiti anno 1307 in ſocietatem coeunt, initium fœderis *Helvetici* [f]. *Albertus*

a Henr. Stero. H. Rebdorfius. Hiſt. Auſtral. an. 1298. Albert. Argentin. p. 110. *b* Du Mont T. I. P. I. p. 322. Joh. Vitodurani Chron. p. 1768. apud Eccard. T. I. Hiſt. Med. ævi. Rayn. an. 1301. n. 1—3. *c* Chron. Colmar. p. 60. Albert. Argentin. p. 111. Magnum Chron. Belg. p. 277. Trithem. an. 1299. & 1300. Beka p. 102. Matthæus de Nobilitate L. I. c. 33. *d* Siffrid. Presb. an. 1302. 1304—1306. Alb. Argent. p. 112. Ann. Colmar. Eberh. Altan. an. 1303. Contin. Mart. Poloni an. 1304. & ſeqq. Æneas Sylvius Hiſt. Bohem. c. 30. Dubravius L. XVIII. p. 488. & ſeqq. Goldaſt. Bohem. L. II. c. 7. n. 13. *e* Hiſt. Landgr. Thuringiæ c. 81. 82. apud Piſtor. T. I. & in probat: apud Eccard. an. 1306. 1307. Siffrid. Presb. an. 1307. *f* Guillimannus de rebus Helvet. L. II. c. 17. n. 5. & ſeqq. Nicolaus Burgundus Hiſt. Bavar. L. I. p. 27. Naucler. Generat. XLIV. p. 363. 364. Conring de Fin. Imp. L. II. c. 25. §. 19. & ſeqq.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

bertus ipse illuc tendens haud procul a confluentibus *Ursæ* & *Arolæ* a *Johanne* fratris *Rudolphi* filio trucidatur Kal. *Maii* anno 1308, regni 10[a]. Ex *Elisabetha Meinhardi* III Ducis *Carinthiæ* & Comitis *Tirolensis* filia nati ei sunt filii *Rudolphus* ante patrem mortuus, *Fridericus* Imperator, *Leopoldus*, *Otto*, *Albertus*, *Henricus*, quibus quidam septimum *Meinhardum* adiungunt[b], filiasque plures[c].

Henricus VII. Luxenburgicus.

§. 2. Cæso *Alberto* Electores, ne ipsis *Philippus* Rex *Galliæ* fratrem suum *Carolum Valesium* obtruderet, *Francofurtum* coeuntes, agente maxime *Balduino Trevirensi* Episcopo, fratrem eius *Henricum*, Comitem *Luxenburgicum*, 27 *Novembris* anno 1308 *Germaniæ* Regem eligunt[d]. Nactus occasionem statim altero regni anno, *Henrico Carinthio* consensu principum excluso[e], filium suum *Johannem*, ducta *Elisabetha Wenceslai* II filia, Regem *Bohemiæ* renunciat[f]. Tum rebus in *Alemannia* conpositis, *Italiam*, diu neglectam, anno 1310 aditurus[g], non tantum *Philippo*, *Galliæ* Regis filio, Comitatum *Burgundiæ* feudali nexu tradidit[h], *Amadæum Sabaudiæ* Comitem, qui *Mariam* uxoris eius sororem in matrimonio habebat, Principis titulo donatum, *Astensi* Comitatu aliisque locis auxit[i]; sed etiam in die *Epiphaniæ* 6 *Januarii* anno 1311 *Mediolani* corona ferrea[k] redimitus, contra *Guelphicas* civitates rem stre-
nuc

a Albert. Argentin. p. 113. 114. Rebdorf. & Contin. Martini Poloni an. 1308. Joh. Vitodurani in Chron. p. 1766. & 1770. *b* Herrgott. Geneal. Habsp. L. III. c. 2. *c* Albert. Argentin. p. 105. Cont. Mart. Poloni an. 1286. Struv. Per. IX. Sect. III. §. 14. *d* Villani L. VIII. c. 101. Cermenate c. 8. 9. in Thes. Ital. T. IV. P. I. Mussatus de gestis Henrici VII. L. I. rubrica 3. 4. in Thes. Ital. T. VI. P. II. Acta Electionis apud Baluz. Coll. Actor. p. 266. Vecerius de Henrico VII. p. 66. Gesta Balduini L. II. c. 1. apud Baluz. Misc. T. I. p. 113. *e* Du Mont Suppl. T. I. P. II. p. 77. *f* Gesta Balduini L. II. c. 5. Mussatus L. I. rubr. 7. Alb. Argent. p. 115. Dubravius L. XIX. p. 510. & seqq. Trithem. p. 119. 120. *g* Mussatus L. I. rubr. 6. *h* Du Mont T. I. P. I. p. 359. *i* Du Mont T. I. P. I. p. 362. & 366. Lunig Cod. Ital. Dipl. T. I. p. 627—634. Nicolaus Episcopus Botrontinensis in relatione de itinere Henrici VII apud Baluz. Coll. Actor. p. 1220. *k* Botrontin. l. d. p. 1160. Mussatus L. I. rubr. 12. Gesta Balduini L. II. c. 10. Villani L. IX. c. 9. Cermenate c. 10—17. Cortusii L. I. c. 12. in Thes. Ital. T. VI. P. I. p. 12. Jos. Ripamontius L. I. p. 511. 512. Thes. Ital. T. II.

nue gessit, ac plurimis qua vi, qua deditione potitus oppidis [a], *Romæ* 29 *Junii* anno 1312 coronatur [b]: mox & *Robertum*, qui ex testamento patris [c], & Pontificis auctoritate, excluso fratris eius natu maioris filio, patri *Carolo* II, quem *Claudum* cognomine vocant, anno 1309 successerat [d], *Guelphorum* fautorem VII Kal. *Maii* anno 1313 proscribit [e]; sed dum fœdere cum *Friderico Aragonio* Rege *Siciliæ* inito, ipsum pellere nititur [f], in ipso conatu 24 *Augusti* anno 1313, non sine veneni a *Dominicano* monacho dati suspicione, exstinctus est [g]; alii tamen alias mortis caussas edunt [h]: filius etiam eius *Johannes Dominicanos* ab ea culpa absolvit [i]. Uxorem habuit *Margaretham Johannis* Ducis *Brabantiæ* filiam, ex qua ei natus filius *Johannes* & aliquot filiæ [k].

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

§. 3. Post mensium fere 14 interregnum, divisis bifariam Principibus, plures *Ludovicum Bavarum*, quem *Ludovicus Severus* ex *Mathilde Rudolphi Habsburgici* filia susceperat [l], alii *Fridericum Austriacum*, *Alberti* filium, *Rudolphi* nepotem, 20 *Octobris* anno 1314 Imperatorem designant [m], qui de regno certarunt; donec *Friderico* anno 1322 in prælio cap-

Ludovicus Bavarus cum Frederico Austriaco & Johanne XXII Papa certat de imperio.

Aaaa 2

[a] Mussatus L. II. & seqq. Gesta Balduini c. 11. 12. Villani L. IX. c. 11. 14. 15. 18. 19. Cermenate c. 29. & seqq. Cortusii L. I. c. 13. 14. [b] Botrontin. Ib. p. 1203. Gesta Balduini L. II. c. 14. Mussatus L. VIII. rubr. 7. Villani L. IX. c. 42. Alb. Argent. p. 117. Vitodurani Chron. p. 1777. Fleury L. XCII. §. 1. [c] Du Mont T. I. P. I. p. 346. [d] Villani L. VIII. c. 112. Vitæ Clementis apud Baluz. T. I. p. 15. 33. 34. 70. & 104. Du Mont Suppl. T. I. P. II. p. 73. Giannone L. XXII. in initio. [e] Mussatus L. XIII. rubr. 4. 5. Botrontin. p. 1207. 1211. 1212. Cermenate c. 42. 59. Vecerius p. 71. Villani L. IX. c. 49. Vita Clementis apud Baluz. p. 51. Ann. Rebdorf. an. 1309. Vitodurani Chron. p. 1775. Cermenate c. 59. [f] Mussatus L. XIII. rubr. 7. L. XVI. rubr. 2. 5. Villani L. IX. c. 50. Alb. Argentin. p. 118. [g] Gesta Balduini L. II. c. 17. Chron. Siciliæ c. 74. 75. Vitodurani p. 1777. 1779. Cortusii L. I. c. 21. Alb. Argentin. p. 118. Stero an. 1313. Struv. Per. IX. Sect. IV. §. 16. [h] Mussatus L. XVI. c. 8. Cermenate c. 64. Villani L. IX. c. 52. Vita secunda Clementis apud Baluz. p. 53. [i] Apud Baluz. Misc. T. I. p. 162. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 193. [k] Vredius ad Tab. X. T. II. p. 391. 892. Gundlingiana T. I. p. 168. & seqq. Struv. Per. IX. Sect. IV. §. 18. [l] Nic. Burgundus Hist. Ludovici L. I. p. 5—13. [m] Epistola ad Pontificem apud du Mont. T. I. P. II. p. 14. Vita Balduini L. III. c. 1. Martinus Minorita p. 1638. Vitoduranus p. 1788. Anon. Chron. Bohemicum c. 96. apud Menken. T. III. p. 1758. Contin. Nangii an. 1317. Nic. Burgund. Hist. Bavar. L. I. p. 5—18.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Chriſt. 1300. ad 1400.

capto[a], anno 1325 pacto ita convenit, ut ambo Reges dicerentur[b], quamvis vis imperii ab eo tempore penes *Ludovicum* fuerit[c]. Cui iam gravior lis intercedebat cum *Johanne* XXII, qui poſt *Clementis* V obitum, biennio interiecto, VII Idus *Auguſti* anno 1316 Pontificatum inierat[d]. Hic enim neutrum probans, quo vacante imperio ſolus dominaretur, *Ludovicum* victoria exſultantem anno 1323 diris devoverat[e], & *Italiam* ab imperio *Germanico* exemerat[f]. Quo contemto *Ludovicus* gravi appellatione ad Concilium anno 1324 interpoſita[g], anno 1327, Papa fulmina fundente[h], *Italiam* adiit[i], ac *Romæ* 16 *Januarii* anno 1328 imperii ſumtis inſignibus[k], *Johannem* publica ſententia hæreticum iudicatum & omni Eccleſiaſtica dignitate privatum ſæculari bracchio puniendum tradit 18 *Aprilis* anno 1328[l], eiusque loco *Petrum Corbarienſem* ex *Franciſcanorum* ordine 12 *Maii*
ad

a Rebdorf. & H. Stero an. 1322. Cortuſii L. III. c. 8. Albert. Argent. p. 122. Nic. Burg. L. I. p. 55. Vitodurani p. 1790. 1791. apud Eccard. T. I. Contin. Martini Poloni Ib. p. 1444. Martin. Minorita Ib. p. 1638. Villani L. IX. c. 173. Anon. Chron. *Bohem.* c. 98. Avent. L. VII. c. 15. §. 37—39. Nic. Burgund. L. I. p. 39—54. *b* Pactum eſt apud du Mont. T. I. P. II. p. 80. *c* Rebdorf. an. 1322. Vitodurani Chron. p. 1792. Andreas Preſbyter apud Schilt. p. 33. Villani L. IX. c. 314. Contin. Nangii an. 1326. Nic. Burgundus L. II. p. 91. *d* Epiſtola apud du Mont T. I. P. II. p. 12. Vitæ Paparum Baluzii p. 111—116. 133. 151. 173. & in notis p. 689. 716. 717. Contin. Nangii an. 1316. Villani L. IX. c. 79. Martene in Præfat. Coll. Max. T. VII. p. 2. n. 4—8. *e* Du Mont T. I. P. II. p. 63. Lunig Spic. Eccl. Continuatione I. p. 5. & ſeqq. Nic. Burgund. L. II. p. 72—74. Harduin. T. VII. Concil. p. 1409. Proceſſus apud Martene Theſ. Anecd. T. II. p. 637. Cortuſii de novitate Paduæ L. III. c. 9. in Theſ. Ital. T. VI. P. I. Contin. Nangii an. 1317. 1318. 1323. Aventin. L. VII. c. 16. §. 8. 9. 11. *f* Baluzius in notis ad vitas Paparum Avenion. T. I. p. 704. *g* Apud Baluz. Coll. Actor. p. 478—512. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 178—183. Nic. Burg. L. II. p. 77—82. Albert. Argentin. p. 123. Villani L. IX. c. 275. Aventin. L. VII. c. 16. §. 13—21. *h* Lunig Cod. Diplom. Ital. P. I. p. 37—51. *i* Cortuſii l. d. L. III. c. 10. Muſſatus in Ludovico Bavaro §. 3. Jacobi Malvecii Chron. c. 63. apud Murator. T. XIV. p. 998. Rebdorf. an. 1322. Nangii Contin. an. 1327. *k* Alb. Argent. p. 124. Villani L. X. c. 54. Malvec. l. d. c. 64. Aventin. L. VII. c. 17. §. 7. Lunig Cod. Diplom. Ital. P. I. p. 57. *l* Proceſſus Ludovici apud Baluz. Coll. Actor. p. 512—546. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 182. 183. & in Continuatione I. p. 591. in Cod. Ital. Diplom. T. I. p. 67. & ſeqq. Annales Cæſenates apud Murator. T. XIV. p. 1166. Avent. L. VII. c. 17. §. 8—14.

ad Pontificatum evehit, qui *Nicolaus* V appellatus est [a]. *Johannes* eo neglecto & librum de potestate Ecclesiæ, ex quo Spiritus Antichristi elucet, publicari [b], crucem contra *Bavarum* prædicari curat [c], & anno 1330 atroci bulla *Ludovicum* condemnat [d]. Principes imperii anno 1338 contra Paparum ausus iura imperii adsertum eunt [e]. Imperator firmandis partibus anno 1339 *Reinaldum Geldriæ* Comitem Ducis titulo ornat [f].

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

Tumultus Italici, & minores Principes.

§. 4. Inter hæc *Italia* inde a morte *Henrici* VII fervebat civilibus discordiis, passimque dominatum per civitates occupabant principes viri [g], quos *Benedictus* XII, qui anno 1334 *Johanni* successerat [h], ut parata contra *Ludovicum Bavarum* auxilia haberet, quasi vacaret imperium, sub annuo censu anno 1339 & deinde legitimos vicarios esse iussit. Ita *Scaligeri Veronæ*, *Galeazii Mediolani* vicinisque in oppidis, *Estenses Ferrariæ*, *Gonzagæ Mantuæ* consederunt [i].

Robertus & Johanna Neapolitana.

§. 5. *Robertus* Rex *Neapolitanus*, filio unico *Carolo* 9 *Novembris* anno 1328 mortuo [k], filiam eius *Johannam*, regni heredem futuram, *Andreæ Caroli* Regis *Hungariæ* filio, fratris sui *Caroli Martelli* nepoti, septenni despondit [l]. Dehinc anno 1343 paullo ante mortem, quæ *Januarii* 19 accidit, *Johannæ Andreæ*que nuptias peregit [m], *Johannam*que testamento regni *Neapolitani* & *Provinciæ* heredem scripsit.

a Cortusii L. III. c. 11. Alb. Argent. p. 124. Mussatus l. d. §. 4—7. Guido vita Johannis p. 141. & Baluz. in notis p. 702. 706. & seqq. Villani L. X. c. 54. Contin. Nangii an. 1328. Nic. Burgund. L. II. p. 107—112. *b* Fleury Hist. Eccl. L. XCIII. n. 43. T. XIX. p. 387. *c* Raynald. an. 1328. n. 4. *d* Apud Harduin. T. VII. Conc. p. 1416. & seqq. *e* Du Mont T. I. P. II. p. 168. 171. & Suppl. T. I. P. II. p. 138. & seqq. Lunig. Spic. Eccl. P. I. p. 184—191. & Cod. Diplom. *Ital.* T. I. p. 99. & seqq. Nic. Burg. L. III. p. 155. 156. Albert. Argent. p. 125. 126. 129. Aventin. L. VII. c. 18. §. 14—18. 21—26. Lehman. Chron. Spirensi L. VII. c. 17. *f* Groot Gelders Placaat-Boek T. I. p. 1—3. Du Mont T. I. P. II. p. 174. Froissard. P. I. c. 33. p. 42. Pontan. Hist. Gelr. L. VII. p. 228. *g* Albertinus Mussatus de gestis post mortem Henrici VII. Villani L. IX. & X. passim. Cortusii L. II. c. 9. Nic. Burgund. in Ludovico Bavaro L. II. p. 61—72. *h* Villani L. XI. c. 21. Albert. Argentin. p. 125. *i* Acta apud Raynald. an. 1339. n. 61—66. an. 1341. n. 28—34. Du Mont. T. I. P. II. p. 179. Lunig C J. D. T. IV. p. 83. & T. III. p. 225. & Cortusii passim. *k* Villani L. X. c. 109. *l* Villani L. X. c. 224. Albert. Argent. p. 129. Giannone L. XXII. c. 2. *m* Villani L. XII. c. 9. annum enim a Paschate inchoat.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

sit[a]. *Andreæ* biennio post 18 *Septembris* anno 1345 gula frangitur[b]. *Johanna Ludovico Tarentino* nubit[c]. *Ludovicus* Rex *Hungariæ* mortem fratris ulturus armata manu venit[d], eius adventu territa *Johanna* cum marito fugit in *Provinciam* 15 *Januarii* anno 1347[e], menseque *Novembri* pacem & fœdus cum *Siciliæ* Rege conponit[f]. *Hungarus* nullo negotio regno potitus vindictam de morte fratris sumit[g]. *Johanna* anno 1348 *Avenionem Clementi* VI Pontifici vendit[h], eiusdemque interventu, pactis cum *Hungaro* conditionibus, regnum iterum obtinet anno 1351[i].

Ludovicus Bavarus excommunicatus obit. Eius genus, & in imperio gesta.

§. 6. *Ludovicus Bavarus*, pace frustra anno 1344 a *Clemente* VI expetita[k], excommunicatus obiit 11 *Octobris* anno 1347[l], cum Pontificis artibus novus adversus illum 11 *Julii* anni superioris Cæsar designatus esset *Carolus* IV *Luzemburgensis*, *Johannis* Regis *Bohemiæ* filius[m]. Ex priore coniuge *Beatrice* filios habuit *Ludovicum Seniorem* & *Stephanum Fibulatum*, stirpis *Bavaricæ* satorem[n], filias duas[o]: ex altera *Margaretha Batava Wilhelmum*, *Ludovicum*

[a] Du Mont T. I. P. II. p. 207. [b] Villani L. XII. c. 50. Cortusii L. IX. c. 3. 13. Albert. Argent. p. 105. 130. Vitæ Paparum p. 270. 291. & in notis Baluzii p. 775. 859. 860. Ann. Pistorienses apud Murator. T. XI. p. 512. [c] Villani L. XII. c. 98. Vita Clementis apud Baluz. p. 271. [d] Villani L. XII. c. 58. Bonfin. Dec. II. L. X. p. 333—335. [e] Villani L. XII. c. 110. Cortusii L. IX. c. 13. [f] Fazellus Dec. Poster. L. IX. c. 5. p. 611. in Thes. Ital. T. X. P. IV. [g] Cortusii L. IX. c. 13. J. Villanus L. XII. c. 110. 111. Matth. Villanus L. I. c. 10—14. [h] Lunig. T. II. p. 782. Vita Clem. VI. p. 263. Vita Nicolai Acciajoli apud Murator. T. XIII. p. 1211. Matth. Villan. L. I. c. 18. Rayn. an. 1348. n. 11. [i] Vita Acciaioli l. d. p. 1214. 1215. Bonfin. Dec. II. L. X. p. 340. Matth. Villan. L. II. c. 65. Rayn. an. 1351. n. 32. an. 1352. n. 1. & seqq. Giannone L. XXIII. c. 1. [k] Baluz. Miscell. T. II. p. 272. du Mont. T. I. P. II. p. 226. Vitodurani p. 1888. & seqq. Albert. Argentin. p. 133. 134. Aventin. L. VII. c. 19. §. 6. 10. 11. Nic. Burgund. L. III. p 168—170. Fleury L. XCV. §. 21. [l] Alb. Argentin. p. 135. 141. Henr. Rebdorf. an. 1347. Vitodurani p. 1892. & seqq. J. Villani L. XII. c. 105. Cortusii L. IX. c. 11. Andr. Presb. p. 36. Gesta Balduini L. III. c. 8. Naucler. Generat. XLV. p. 390—393. Aventin. L. VII. c. 19. §. 26. [m] Rebdorf. an. 1346. Alb. Argent. p. 135. 138. Vitodurani p. 1916. J. Villani L. XII. c. 59. Chron. Episc. Merseb. apud Ludwig Reliq. T. IV. p. 417. Aventin. L. VII. c. 19. §. 15. Vredius ad Tab. X. T. II. p. 401. 402. [n] Miræus T. I. p. 450. Albert. Argent. p. 121. Andr. Presb. p. 36. 37. Struv. Per. IX. Sect. V. §. 34. [o] Rebdorf. an. 1350. Cortusii L. X. c. 4.

tum Romanum, *Ottonem* & *Albertum* [a]; ex quibus *Wilhelmus*, *Ludovicus* & *Otto* fine liberis mortui fuut [b], per *Albertum* genus Comitum *Hollandiæ Zelandiæ* & *Hannoniæ* propagatum [c] ad neptim eius *Jacobam*. Marchionatum *Brandenburgicum Woldemari* morte vacantem filio primo genito *Ludovico* anno 1324 dedit [d], ut & exspectativam in Principatum *Anhaltinum* [e]; conatus quoque est, soluto anno 1343 matrimonio *Johannis* filii Regis *Bohemiæ* cum *Margaretha Henrici Carinthii* filia, eidem, pactis cum *Margaretha* nuptiis, Comitatum *Tirolensem* conciliare [f]. Etiam, *Henrico Carinthio* anno 1335 mortuo, *Carinthiam* & *Carniolam* Ducibus *Austriæ* concessit [g]. Uxori *Margarethæ*, fratre eius *Wilhelmo* anno 1345 [h] mortuo, *Hollandiæ* Comitatum adtribuit [i], a quo tempore lite inter matrem & filium *Wilhelmum* orta factionum studiis *Belgium* scindi cœpit [k].

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

§. 7. Fuit etiam initium imperii *Caroli* IV multis exercitum motibus [l], ut etiam Principes viri, qui diversarum erant partium, imperium, frustra *Edoardo* III *Angliæ* Regi oblatum [m], anno 1348 *Friderico Severo Misniæ* Marchioni, *Ludovici* Imperatoris genero [n]; iterumque ineunte anno 1349 *Gunthero Schwartzenburgico* darent [o]: sed placatis æmulis & rebus uteunque conpositis, gravibus cum Papa conditio-

Carolus IV. Bulla aurea aliaque gesta.

[a] Andr. Presb. p. 56. Froissard. P. I. c. 33. p. 42. [b] Andr. Presb. p. 38. [c] Andr. Presb. p. 36. 41. Du Mont T. I. P. II. p. 340. & seqq. & 264. [d] Ludwig Reliq. T. II. p. 270. 272. 274. 278. du Mont T. I. P. II. p. 110. [e] Ludwig Reliq. T. II. p. 272. [f] Baluz. Misc. T. I. p. 152. du Mont T. I. P. II. p. 206. Vitodurani p. 1864. Contin. Martini Poloni p. 1457. Aventin. L. VII. c. 19. §. 1. 2. Nic. Burgund. L. III. p. 166—168. [g] Contin. Mart. Poloni p. 1450—1452. Alb. Argentin. p. 125. [h] Froissard. P. I. c. 117. p. 134. Albert. Argent. p. 131. Naugius an. 1345. [i] Albert. Argent. p. 135. Vitodurani p. 1913. Aventin. L. VII. c. 19. §. 12. [k] Du Mont. T. I. P. II. p. 263. 268. 292. Chron. Magnum Belgicum p. 303. 304. Chronique de Petit T. I. L. III. p. 277. 280. 281. [l] Albert. Argentin. p. 141—143. Rebdorf. an. 1348. Gesta Balduini L. III. c. 8. [m] Alb. Argent. p. 144. 145. Knyghton p. 2596. & seqq. Rymer Act. Publ. T. III. P. I. p. 34. J. Villani L. XII. c. 105. [n] Alb. Argent. p. 145. Naul. Generat. XLIV. p. 394. [o] Albert. Argent. p. 150. Gesta Balduini L. III. c. 9. Aventin. L. VII. c. 20. §. 11. 12. Struv. Per. IX. Sect. VI. §. 7.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

ditionibus pactus[a], anno 1355 *Romam* adiens V *Aprilis* coronam accepit[b]. Inde redux litibus conponendis & Electorum privilegiis confirmandis *Bullam auream* anno 1356 publicavit[c]. Ac postea fere in *Bohemia* manens[d], id maxime agere visus est, ut *Bohemiam* suam augeret[e], regnum in familia sua continuaret, ut etiam anno 1376, quo suffragia Electorum pro filio *Wenceslao* redimeret, non veritus fuerit ipsis regalia, publica vectigalia & telonia, perpetuum imperii malum, oppignorare[f]: obiitque biennio post 29 *Novembris* anno 1378[g]. Uxores quatuor habuit: ex tertia suscepit *Wenceslaum*; ex quarta *Sigismundum* & *Johannem*, filias plures[h]. *Sigismundo* Marchionatum *Brandenburgicum*, ab *Ottone Ludovici Bavari* filio redemtum, dedit anno 1373[i]. *Silesiam* vero, cuius Principes ditiones suas patri eius *Johanni* in feudum obtulerant[k], regno *Bohemiæ* anno 1355 in perpetuum iunxit[l]. Anno 1377 in *Galliam* veniens *Carolum* Delphinum, *Caroli* V Regis *Galliæ* filium, vicarium Regni *Arelatensis* instituit ad dies vitæ[m].

Gregorius XI Romam redit. Gravius post eius mortem schisma.

§. 8. Inter hæc, cum Pontifices, in *Gallia* morantes, ditiones suas in *Italia* per Præfectos regerent, illi vero cives premerent, arces struerent, aliorum libertati imminerent, *Florentinis* signum ad libertatem præferentibus multæ civitates anno 1375 deficiunt,

a Aventin. L. VII. c. 21. §. 17. 18. Raynald. an. 1347. n. 1. & seqq. an. 1355. n. 3. & seqq. *b* Matth. Villanus L. V. c. 2. Cortusii L. XI. c. 1—4. Albert. Argent. p. 163. Rebdorf. an. 1355. *c* Exstat apud du Mont T. I. P. II. p. 305. & seqq. Struv. Per. IX. Sect. VI. §. 20. *d* Dubravius L. XXII. p. 591. *e* Dubravius L. XXII. p. 582. 583. *f* Dubravius L. XXII. p. 596. Æneas Sylvius Hist. Bohem. c. 33. Windeckii Hist. Imperat. Sigismundi c. 1. apud Menkenium T. I. p. 1076. Acta publ. Baluzii ad vitas Pap. Aven. T. II. p. 793. & seqq. *g* Albert. Argentin. p. 166. Oratio Johannis Pragensis inter Freheri Script. Rer. Bohemic. p. 111. *h* Vredius ad Tab. X. T. II. p. 402—404. Struv. Per. IX. Sect. VI. §. 37. *i* Lunig C. G. D. T. I. p. 1355. 1358. Andr. Presb. p. 38. Windeckii Hist. Sigism. c. 2. Aventin. L. VII. c. 20. §. 23. & c. 21. §. 13. Struv. Per. IX. Sect. VI. §. 23. *k* Du Mont T. I. P. II. p. 47. 97. & seqq. 112. & seqq. 152. 153. 155. & seqq. 220. 234. *l* Goldast. in App. Docum. de regno Bohemiæ p. 83. du Mont T. I. P. II. p. 302. *m* Aventin. L. VII. c. 21. §. 18. Daniel Hist. de France T. III. p. 636. 637. Struv. Per. IX. Sect. VI. §. 24.

ciunt[a], eo territus *Gregorius XI*, etiam a *Romanis* invitatus, menſe *Septembri* anno 1376 *Avenione* profectus, *Januario* proximo *Romam* rediit[b], poſt annos 71 quam ſedes in *Galliam* translata fuerat. Verum poſt *Gregorii* mortem, quæ in diem 27 *Martii* anno 1378 incidit[c], fœdum ac diuturnum ſchisma ad annos circiter 40 *Romanam* Eccleſiam laceravit[d], cujus cauſſa duplex, partim contentio factionis *Gallicæ* & *Italicæ*, partim *Johanna Neapolitana*, quæ *Urbanum* VI, *Gregorio* menſe *Aprili* ſucceſſorem datum, verita, *Gallicanarum* partium Cardinalibus animos fecit, ut inlatam ſibi prioribus Comitiis vim cauſſati[e], menſe *Septembri Clementem* VII novum Pontificem facerent[f]. Is menſe *Maio* anno 1379 *Avenionem* ſeceſſit[g].

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Chriſt. 1300. ad 1400.

§. 9. *Urbanus* menſe *Julio Johannam* proſcribit, regnumque in *Carolum Dyrrachinum*, *Ludovici Gravinenſis* filium transfert[h], *Johanna Ludovicum Andegavenſem*, *Caroli Francorum* Regis fratrem 29 *Junii* anno 1380 adoptat[i], quem etiam *Clemens* VII menſe *Aprili* anno 1382 Regem *Adriæ* appellat[k]. *Carolus*, *Hungarorum* auxilio regno facile potitus, *Johannam* 25 *Auguſti* anno 1381 deditionem facientem, anno ſequente ſubfocari curat[l]. *Ludovicus Andega-*

Motus in regno Neapolitano inter Carolum Dyrrachinum & Ludovicum Andegavenſem.

Bbbb

a Poggius Hiſt. Florentinæ L. II. p. 26. & ſeqq. in Theſ. Ital. T. VIII. P. I. b Vita Gregorii XI. apud Baluz. p. 434—439. 479. 480. Leon. Aretin. Hiſt. Florent. L. VIII. p. 180—187. Antonin. in Chron. P. III. T. XXII. c. 1. Rayn. an 1376. n. 1. & ſeqq. an. 1377. n. 1. & ſeqq. c Vitæ Gregorii p. 441. 480. 484. d Vita Clem. VII. p. 497. 498. Gobelin. Perſona Cosmodr. Æt. VI. c. 74—76. apud Meibom. T. I. p. 293—346. Martene Præfat. T. VII. Coll. Max. n. 85. & ſeqq. e Epiſtola Cardinalium apud Martene Coll. Max. T. VII. p. 434. & apud Acher. T. I. p. 765. f Vitæ Gregor. p. 442—451. 456—476. & in notis Baluzii p. 999—1009. 1040—1051. 1060—1064. 1075—1080. 1103—1120. Leon. Aretinus L. VIII. p. 183. 189. Antonin. in Chron. P. III. Tit. XXII. c. 2. initio. Martene in Præf. Coll. Max. T. VII. n. 24—58. & in T. VII. p. 426. & ſeqq. L'Enfant Hiſt. du Conc. de Piſe T. I. L. I. §. 5—18. Giannone L. XXIII. c. 4. g Vita Clem. VII. p. 494. h Vita Clem. VII. p. 501. Lunig C. J. D. T. II. p. 1147. 1149. Rayn. an. 1381. n. 1. & ſeqq. Giannone L. XXIII. c. 5. i Du Mont T. II. P. I. p. 151. 152. Martene Theſ. Anecd. T. I. p. 1580. 1584. k Du Mont. T. II. P. I. p. 135. Acher. T. III. p. 746. l Vita Clementis VII. p. 501. 506. Gobel. Perſona Ætat. VI. c. 76. Leon. Aretin. Rerum Italic. p. 249. 250. Rayn. an. 1381. n. 24. 1382. n. 1. Giannone L. XXIII. c. 5.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

degavensis anno 1383 regnum occupatum veniens, annonæ penuria vexatus, in ea expeditione obiit 20 *Septembris*, vel ut alii 7 *Octobris* anno 1384 [a]. *Carolus* a quibusdam *Hungaris* ad regnum vocatus ex insidiis obtruncatur exeunte anno 1385 [b], filiam relinquens *Johannam* & filium *Ladislaum*, in regno *Neapolitano* successorem, vix annos decem natum.

Wenceslaus Imperator.

§. 10. *Wenceslaus* post *Caroli* patris obitum annos circiter 22 imperium tenuit; vir, cum sobrius esset, prudens & moderatus; sed vini adpetens, & bene potus crudelis, publicæque rei negligens [c], *Hussi* fautor [d]. Post fœdus *Suevicum* anno 1389 dissolutum [e] vires eius conciderunt, magisque *Bonifacium* IX Papam offendit, cum anno 1398 *Remis* cum *Francorum* Rege de schismate tollendo consilia communicans abdicationis viam probavit [f]. Agente igitur Papa Principes *Germaniæ*, desidiam eius & quod imperium mutilaret caussati, 20 *Augusti* anno 1400 imperium ipsi abrogant [g]; cuius tamen nomen & insignia retinuit [h], ingloriusque ab eo tempore in *Bo-*

a Froiss. T. II. c. 88. 89. & 152. Walsingh. in Richardo *II.* p. 311. Aretin. l. d. p. 250. 251. Anton. P. III. Tit. XXII. c. 2. §. 1. Rayn. an. 1384. n. 1. & seqq. Giannone L. XXIV. c. 1. Daniel T. III. p. 709—711. L'Enfant. Hist. du Conc. de Pise L. I. §. 21—26. *b* Aretin. p. 251. Summont. L. V. c. 1. Gataro Hist. Paduan. p. 521. & seqq. apud Murator. T. XVII. Thwroz in Chron. Hung. c. 2. & seqq. p. 111. Dlugloss. L. X. p. 99. 100. Bonfin. Dec. III. L. I. p. 254—262. Giannone L. XXIV. c. 2. Rayn. an. 1385. n. 9. *c* Edmundus in Chron. Magno Belg. p. 326. 327. Czecherod Marte Morav. L. IV. c. 3. p. 436. Æn. Sylv. Hist. Bohem. c. 24. Aventin. L. VII. c. 22. n. 1. *d* Magnum Chron. Belg. p. 329. 330. Dubravius L. XXIII. p. 614. Lehm. Chron. Spir. L. VII. c. 62. p. 738. L'Enfant Hist. du Conc. de Constance L. IV. n. 110. *e* Acta ad hoc fœdus spectantia apud du Mont. T. II. P. I. p. 154. 159. 169. & seqq. 187. 192. 207. 220. 221. Trithem. an. 1388. Naucl. T. II. p. 418. 419. Avent. L. VII. c. 22. n. 5—8. Lehm. Chron. Spir. L. VII. c. 65—69. *f* Edmundus in Chron. Magno Belg. p. 328. Froissard. Vol. IV. c. 91. 96. Epist. Wenceslai ad Carolum post Chron. Alb. Argent. apud Urstis. T. II. p. 180. Monachus S. Dionysii L. XVII. c. 6. *g* Acta apud Martene Coll. Max. T. IV. p. 16. & seqq. du Mont. T. II. P. I. p. 274. Lunig Reichs Archiv. Partis Generalis Continuatio p. 24. Windeckii Hist. Sigismundi c. 15. Edmundus Chron. Mag. Belg. 328. Trithem. an. 1400. Rayn. an. 1400. n. 12. & seqq. *h* Du Mont T. II. P. I. p. 344. & Suppl. T. I. P. II. p. 310. Sommersb. Rerum Silesiacarum Script. T. I. p. 1015. Martene Coll. Max. T. VII. p. 891. 923.

Bohemia vixit [a]. Duas uxores habuit, sed ἄπαις obiit [b]. A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

§. 11. Ab hoc Imperatore *Johannes Galeacius*, qui, occiso *Bernabone* patruo, eodemque socero, *Mediolanum* invaserat [c], eumque dominatum multum auxerat [d], ingenti persoluto pretio XI *Maii* anno 1395 *Mediolanensium* Dux renunciatus est [e]. Ex huius filia *Valentina* & *Ludovico Aurelianensi*, fratre *Caroli* VI Regis *Francorum*, natus est *Carolus Aurelianensis*, pater *Ludovici* XII Regis [f]. Ipse magnis successibus in dies elatior totius *Italiæ* principatum agitabat animo, iamque *Florentinis* metuendus inminebat, cum 3 *Septembris* anno 1402 pestilenti febri exstinguitur [g]. Johannes Galeacius Dux Mediolanensis.

§. 12. *Carolo* in *Hungaria* cæso *Sigismundus* Marchio *Brandenburgicus*, *Wenceslai* frater, cui *Maria Ludovici* Regis *Hungariæ* filia nupserat, anno 1386 regnum acceperat [h]: Hic a *Bajazethe Turcorum* Principe bello petitus, gravi anno 1396 ad *Nicopolim* accepta clade ægre evasit: *Johannes Nivernensis*, quem pater *Philippus* Dux *Burgundiæ* opitulatum miserat, captus, grandi ære redemtus est [i]. Sigismundus Rex Hungariæ ad Nicopolim victus.

[a] Æn. Sylv. Hist. Bohem. c. 34. [b] Vredius ad Tab. X. T. II. p. 404—406. [c] Froiss. Vol. IV. c. 73. & II. c. 158. Ann. Mediolan. c. 147. apud Murator. T. XVI. p. 784. Naucler. Generat. XLVII. p. 417. Blondus Decad. II. L. X. p. 386. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 2. §. 16. Rayn. an. 1385. n. 12. [d] Annales Mediol. c. 150. 152. Leon. Aretinus Rer. Ital. p. 252. Blondus l. d. p. 386. 387. Anton. l. d. §. 18. & c. 3. §. 4. & seqq. [e] Diploma apud du Mont T. II. P. I. p. 236. Ann. Mediol. c. 157. 158. Theod. Niem. de schismate L. II. c. 25. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 3. §. 23. Paulus Jovius Hist. Vice Comitum Thes. Ital. T. III. P. I. p. 321. [f] Froissard. Vol. IV. c. 34. & 73. Ann. Mediol. c. 149. du Mont T. II. P. I. p. 271. 343. [g] Ann. Mediol. c. 160. & seqq. Chron. Placent. apud Murator. T. XVI. p. 560. Bergomense Ib. p. 931. Gataro Hist. Paduan. apud Murator. T. XVII. p. 858. Jovius in Johanne Galeacio Thes. Ital. T. III. P. I. p. 321. 322. Leon. Aretin. Hist. Florent. L. XII. p. 247. 248. Niem. L. II. c. 29. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 3. §. 30. 39—41. Mutius L. XXVI. p. 267. [h] Thwrocz in rege Sigismundo c. 2. 3. p. 121. 122. Petrus de Reva apud Belium T. II. p. 650. Ranzani Epit. Rer. Hungar. p. 242. Bonfin. Dec. II. L. X. p. 351. Dec. III. L. I. p. 3—54. L. II. p. 371. Rayn. an. 1387. n. 14. [i] Froiss. Vol. IV. c. 67. 69. 72. 74. 79. & seqq. 85. 87. 88. Thwrocz l. d. p. 123—126. Bonfin. Dec. III. L. II. p. 377. Dubravius L. XXV. p. 559—661. Leuncl. Hist. Musul. L. VI. p. 322. 323. Ducas c. 13. p. 26. 27. Laon. Chalc. L. II. p. 38. 39. Rayn. an. 1394. n. 24. 25. an. 1395. n. 23. an. 1396. n. 18.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

Lithuania sub Jagellone Poloniæ iuncta.

§. 13. *Ludovico Hungariæ* & *Poloniæ* Rege 11 *Septembris* anno 1382 mortuo[a], cum ei in regno *Poloniæ* successisset filia *Hedwigis*, per nuptias illius cum *Jagellone Lithuaniæ* Duce anno 1386 initas, *Lithuania* regno *Poloniæ* non tantum iuncta fuit, sed & *Christiana* sacra *Lithuani* acceperunt[b].

Tormenta bellica inventa.

§. 14. Inter res hoc sæculo memorabiles referunt inventionem tormentorum bellicorum, quas a fremitu *bombardas* vocant[c], quibus primi *Mauri* in bello *Algirensi*[d] anno 1344, aut *Veneti* ad *Fossam Clodiam* anno 1380 usi dicuntur[e].

C A-

a Thwrocz c. 54. p. 109. Petrus de Reva de Monarchia regni Hungarici apud Belium inter Script. Rerum Hungar. T. II. p. 643 —646. Dlugloff. L. X. p. 68. *b* Dlugloff. L. X. p. 79. 92. 95—99. 103. & seqq. Cromerus L. XV. p. 241. & seqq. Rayn. an. 1386. n. 4. *c* Aventin. L. VII. c. 21. n. 20. Polyd. Vergilius de Rer. Invent. L. II. c. 11. Struv. Per. IX. Sect. VI. §. ult. *d* Mariana L. XVI. c. 11. *e* Ubertus Folieta Hist. Genuens. L. VIII. p. 476. Sabellicus Ennead. IX. L. IX. p. 135. a

CAPUT II.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

Res Francicæ *sub* Ludovico Hutino, Philippo Longo, Carolo Pulchro, Philippo Valesio, Johanne, Carolo V *&* VI. *& Angliçæ sub tribus* Edoardis, Richardo II & Henrico IV, *ab anno* 1300 *ad* 1400 *circiter.*

§. 1.

Ludovicus Hutinus.

LUdovicus X *Hutinus*, quæ vox rixosum & pervicacem denotat, cognomine dictus, patri *Philippo Pulchro* desinente anno 1314 successit, cum iam *Navarræorum* Rex iure matris appellatus esset [a]. Hic, pecuniam ab bellum *Flandricum* [b] conquirens, glebæ addictis libertatem redimendi potestatem fecit [c]: sed in ipso flore ætatis in vigilia Trinitatis, hoc est 5 *Junii* [d] anno 1316 exstinctus, reliquit ex priori coniuge *Margaretha Burgundica*, *Roberti* II filia *Odonis* sorore [e], filiam *Johannam* [f], alteram vero *Clementiam* prægnantem, ex qua natus filius intra paucos dies mortuus est [g].

Philippus Longus Rex Galliæ: & Philippus Rex Navarræ.

§. 2. Regnum *Galliæ*, & administrationem regni *Navarræ* [h], accepit frater eius *Philippus Longus* [i]: hic filiam suam *Johannam Odoni* Duci *Burgundiæ* conlocavit, comitatu *Burgundiæ* dotis nomine addito [k]: *Johanna* vero *Hutini* filia anno 1318 nupsit *Philippo* filio *Ludovici* Comitis *Eburovicum*, eique dotale detulit *Navarræ* regnum [l]. *Philippus* regnum annos 5 tenuit, & mascula prole non relicta obiit 3 *Januarii* anno 1322 [m], alteram vero filiam *Margaretham* anno

 1320

[a] Contin. Nangii an. 1314. Walsingh. p. 106. [b] Du Mont. T. I. P. II. p. 22—24. 33. [c] Daniel Hist. de France T. III. p. 362. [d] Baluz. T. I. p. 115. Daniel l. d. p. 363. [e] Du Mont T. I. P. I. p. 324. & P. II. p. 32. [f] Contin. Nang. an. 1316. [g] Contin. Nang. an. 1316. p. 72. Vredius ad Tab. VIII. T. II. p. 271. 272. [h] Du Mont T. I. P. II. p. 31. 32. [i] Contin. Nangii an. 1316. [k] Contin. Nang. an. 1317. 1318. & 1331. du Mont. T. I. P. I. p. 292. Vredius ad Tab. IX. T. II. p. 312. & Tab. V. T. I. p. 185. [l] Baluz. T. I. p. 133. Contin. Nang. an. 1318. 1327. p. 87. 1328. 1329. & 1349. Vredius T. I. p. 183. 239. & T. II. p. 272. [m] Contin. Nang. an. 1321. initium enim anni a Paschate ducit. Vredius ad Tab. VIII. T. II. p. 273.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

1320 desponsavit *Ludovico* nepoti *Roberti* III Comitis *Flandriæ* & heredi [a].

Carolus Pulcher Rex Galliæ.

§. 3. Successorem nactus fratrem *Carolum*, quem *Pulchrum* vocant. Qui, masculæ prolis cupiditate, dimissa priori coniuge, alteram *Mariam Henrici* VII Imperatoris filiam 21 *Septembris* anno 1322 duxit [b]; multaque non magno fructu contra *Flandrum* [c], *Anglum* in *Aquitania* [d], & imperium [e] molitus, obiit primo *Februarii* anno 1328 [f], uxorem tertiam *Johannam* filiam Comitis *Ebroicensis*, quam anno 1324 duxerat [g], gravidam relinquens [h], qua occasione semina gravissimi belli *Anglos* inter & *Gallos* enata [i].

Edoardus III Rex Angliæ adspirat ad regnum Galliæ, quod tamen ad Philippum Valesium delatum.

§. 4. *Edoardus* I, pacis cum *Philippo Pulchro* firmandæ caussa, anno 1299 filiam eius *Isabellam* filio suo *Edoardo* desponsaverat [k], quod confirmatum anno 1303 [l], nuptiæ celebratæ anno 1308 [m], ex quo matrimonio anno 1313 natus est *Edoardus* III [n]. Cum igitur *Edoardus* II suis invisus anno 1326 imperio privatus esset [o], filius eius *Edoardus* III ineunte anno 1327 sub matris tutela regnum adeptus [p], *Carolo* Rege *Galliæ* sequente anno mortuo, contendere cœpit, sibi, ceu proxime sanguine iuncto, regni *Gallici* curam deberi [q]: sed cum ad hanc caussam dirimendam duodecim Pares, ceterique regni Proceres, *Lutetiam* ad concilium vocati pro *Caroli* agnato *Philippo Valesio*, *Caroli Valesii*, qui *Philippi Pulchri* frater fuerat, filio pronunciarent [r], initio quidem re ipsa

a Du Mont. T. I. P. II. p. 50. Contin. Nang. an. 1320. Vredius ad tab. XV. T. II. p. 196. 197. *b* Contin. Nang. an. 1321. 1322. Baluz. T. II. p. 440. & seqq. J. Villani L. IX. c. 171. Geneal. Comitum Flandriæ c. 47. *c* Contin. Nang. an. 1322. Geneal. Com. Flandriæ c. 47. *d* Contin. Nang. an. 1324. 1325. du Mont T. I. P. II. p. 80. *e* Villan. L. IX. c. 268. Alb. Argent. p. 123. *f* Contin. Nang. an. 1327. *g* Contin. Nang. an. 1324. *h* Froissard. Vol. I. c. 22. Contin. Nang. an. 1327. Vredius ad Tab. VIII. T. II. p. 273. 274. Tab. IX. p. 311. *i* Froiss. Vol. I. c. 4. *k* Du Mont. T. I. P. I. p. 317. Knyghton p. 2526. Walsingh. p. 76. 77. *l* Du Mont. T. I. P. I. p. 337. *m* Rymer Act. Publ. T. I. P. IV. p. 110. Knyghton p. 2531. Walsingh. p. 92. 94. *n* Walsingh. p. 102. *o* Rymer T. II. P. II. p. 169. Du Mont. T. I. P. II. p. 95. Knyghton p. 2543–2550. Walsingh. in Edoardo II. p. 95. & seqq. 113. 123–126. J. Villani L. X. c. 7. Contin. Nang. an. 1326. *p* Rymer T. II. P. II. p. 171. 172. Walsingh. p. 126. 127. *q* Du Mont. T. I. P. II. p. 108. Contin. Nang. an. 1327. *r* Froiss. Vol. I. c. 22. Contin. Nang. an. 1327.

ipsa adquiescere visus est *Edoardus* [a], stimulabat tamen animum regni cupiditas.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

§. 5. Itaque bello *Scotico* feliciter perfunctus [b], & a *Roberto* III *Artesiæ* Comite, qui avita ditione privatus ad ipsum confugerat [c], magis concitatus, fœdere cum *Flandris* aliisque inito anno 1336 bellum *Gallicum* suscepit [d], quo nullum diuturnius, nullum sæpius repetitum, nullum maiori utriusque gentis damno gestum.

Roberto Artesio iunctus bellum Gallis infert.

§. 6. *Edoardus* anno 1340 Regis *Galliæ* titulum sumit [e], *Francos* 23 *Junii* ad *Clusas* in *Flandria* navali certamine vincit [f]. Accessit anno sequente, cum, *Johanne* III *Britonum* Duce anno 1341 mortuo, de successione contenderent *Johannes Montfortius* & *Carolus Blesensis*, nova bellorum caussa [g]. *Montfortius*, cui studebat *Anglus*, *Nannetibus* circa 1 *Novembris* anno 1341 captis, *Lutetiam* abducitur; uxor eius *Johanna Flandrica* bellum urget, quod anno 1344 pactis induciis diremtum [h]. Redintegrato bello *Galli* 26 *Augusti* anno 1346 ad *Cresciacum* ad internecionem cæsi [i], præmium victoriæ *Caletum* fuit, XI mensium obsidione expugnatum [k]: *Blesensis*

Victoria ad Clusas & Cresciacum Johannes Montfortius & Carolus Blesensis.

[a] Du Mont. T. I. P. II. p. 114. 118. 122. 125. Froiss. Vol. I. c. 25. Contin. Nang. an. 1328. 1329. [b] Du Mont T. I. P. II. p. 136. 138. 140. Walsing. p. 131. & seqq. Knyghton p. 2560. & seqq. Froiss. Vol. I. c. 25. Contin. Nang. an. 1333—1335. [c] Froiss. Vol. I. c. 26. Nangii Contin. an. 1316. 1331. 1332. Du Mont T. I. P. II. p. 28. 37. Lancelot dans les Memoires de l'Academie des Inscriptions T. XVI. p. 469—488. [d] Walsgh. p. 136. & seqq. Froiss. Vol. I. c. 29. 36. & seqq. Contin. Nang. an. 1336. & seqq. J. Villani L. XI. c. 54. 83. & seqq. Vitodurani p. 1849. [e] Du Mont T. I. P. II. p. 189. 190. Rymer T. II. P. IV. p. 65. 70. Froiss. Vol. I. c. 44. Walsingh. p. 143. & 147. Contin. altera Nangii an. 1340. p. 1051. Rapin Thoyras T. III. p. 262. & seqq. [f] Froiss. Vol. I. c. 51. Walsing. p. 148. & seqq. Knyghton p. 2577. 2578. Contin. Nangii an. 1340. p. 104. 105. J. Villani L. XI. c. 108—111. Rymer T. II. P. IV. p. 79. 80. 83. [g] Froiss. Vol. I. c. 65. & seqq. Contin. Nang. an. 1341. J. Villani L. XI. c. 142. Meyer Ann. Flandr. L. XII. p. 144. Vredius ad Tab. XV. p. 199. [h] Froiss. Vol. I. c. 73—79. Contin. Nang. an. 1341. 1347. Argentre Hist. Britan. L. VI. c. 1—19. Du Chesne Hist. de Chatillon L. V. c. 1. p. 208. 213—219. [i] Rymer T. II. P. IV. p. 205. Froiss. Vol. I. c. 129—131. Walsingh. p. 166. Knyghton p. 2585. & seqq. Contin. Nang. an. 1346. J. Villani L. XII. c. 46. 62. & seqq. Cortusii L. IX. c. 8. Geneal. Comitum Flandriæ c. 77. Meyer L. XII. p. 147. 148. [k] Rymer T. III. P. I. p. 16. Froiss. Vol. I. c. 133. 146. 147. Walsingh. p. 167. Contin. Nang. an. 1347. Villani L. XII. c. 67. 95. Genealogia Com. Flandriæ c. 78. 79.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

sensis etiam anno 1347 captus & in *Angliam* abductus [a].

Delphinatus Philippo Galliæ Regi datus.

§. 7. Has *Francorum* clades utcunque conpensavit *Humbertus Viennensium* Princeps, pacto de successione in ditiones suas anno 1343 cum *Philippo* inito [b], quod, anno 1349 *Delphinatum Philippo* Regi tradens, confirmavit; ipse in *Dominicanorum* familiam adscriptus Episcopus est ordinatus [c].

Philippi Valesii gesta.

§. 8. Excessit e vita *Philippus* 22 *Augusti* anno 1350 [d], sub initium regni eius anno 1329 de Ecclesiastica iurisdictione magno opere certatum est [e], anno quoque 1344 Parlamentum, quod ad id tempus ambulatorium fuerat, *Lutetiæ* statum factum est [f]. Ex priori uxore *Johanna Roberti* Ducis *Burgundionum* filia reliquit filios duos, *Johannem*, in regno successorem, & *Philippum* Ducem *Aurelianensem*, & tres filias: alteram *Blancam*, *Johannæ* Reginæ *Navarræ* & *Philippi* filiam, quam iuvenculam duxerat anno 1349, prægnantem reliquit, ex qua *Johanna* nata [g].

Johannes captus & in Angliam abductus pace Bertiniaca libertatem redimit.

§. 9. *Johannes Philippo* patri subfectus [h], hereditarium cum *Anglorum* Rege bellum infeliciore, *quam* pater, administravit exitu: postquam enim *pactæ* cum *Anglo* induciæ anno 1355 exierant [i], iamque domi propter captum ab Rege *Carolum Navarræ* Regem res turbarentur [k], cum *Edoardo*, *Walliæ* Principe, Regis *Edoardi* III filio, in *Pictonibus* acie congressus, superatus 19 *Septembris* anno 1356, captus & in *Angliam* abductus est cum filio *Philippo* [l]. Quarto tamen post anno, pace *Bertiniaca* 20 *Maii* anno 1360 conposita, ea lege cum filio dimittitur, ut *Angli* iuri

a Froiss. Vol. I. c. 143. 147. Villani L. XII. c. 92. Walsingh. p. 168. *b* Du Mont T. I. P. II. p. 210. *c* Contin. Nang. an. 1363. p. 134. M. Villanus L. I. c. 26. Alb. Argentin. p. 130. 131. Daniel T. III. p. 453. 454. *d* Froiss. Vol. I. c. 153. Matth. Villan. L. I. c. 74. *e* Actio apud du Mont T. I. P. II. p. 115. Contin. Nang. an. 1329. p. 93. Daniel. T. III. p. 407. 408. *f* Thuanus L. XIII. p. 415. Edit. Aurel. *g* Contin. Nang. an. 1349. p. 111. 112. & p. 95. 96. 99. Froiss. Vol. I. c. 29. 152. 153. Vredius ad Tab. VIII. T. II. p. 276. & seqq. *h* Froiss. Vol. I. c. 153. Contin. Nang. an. 1350. *i* Froiss. Vol. I. c. 154. p. 179. *k* Froiss. Vol. I. c. 154. p. 176—178. c. 156. Contin. Nang. an. 1354. 1355. *l* Froiss. Vol. I. c. 157—168. 173. Contin. Nang. an. 1356. Walsingh. p. 171. 172. M. Villan. L. VII. c. 13. & seqq.

iuri in *Normanniam* renunciarent, *Galli Aquitaniam* omnem latius acceptam *Anglis* supremo iure concedant, tricies centena florenorum millia pro Rege redimendo pendant [a].

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

§. 10. Cum vero anno 1361 in primo iuventutis flore diem obiisset supremum *Philippus* Dux & Comes *Burgundiæ* [b], *Odonis* nepos, Rex *Johannes* Ducatum *Burgundiæ*, quem iure matris sibi vindicaverat [c], anno 1363 filio suo *Philippo Audaci* concessit [d]: ipse exeunte anno sponte in *Angliam* transmittens, ibi 8 *Aprilis* anno 1364 obiit [e]. Uxores duas habuit *Bonam Luxenburgicam*, *Caroli* IV Imperatoris sororem [f], & *Johannam* filiam unicam & heredem *Gulielmi* Comitis *Boloniæ* & *Alverniæ* [g]. Filios quatuor reliquit, *Carolum* in regno successorem, *Ludovicum Andegavensem*, *Johannem* Ducem *Biturigum* & *Philippum* Ducem *Burgundiæ*; filias totidem *Johannam*, *Mariam*, *Isabellam* & *Margaretham* [h].

Ducatum Burgundiæ filio Philippo concedit.

§. 11. Regnavit post *Johannem* filius eius *Carolus* V, cognomento *Sapiens* [i]. Sub initium regni eius lis, quæ de minoris *Britanniæ* iure inter *Carolum Blesensem*, & *Johannem Montfortium*, prioris filium, manebat, morte *Blesensis*, qui 19 *Septembris* anno 1364 in prælio confossus cecidit, diremta est, & *Britannia Montfortio* eiusque posteris adiudicata [k]. Comitatus vero *Flandriæ*, *Artesiæ* & *Burgundiæ Philippus Audax*, Dux *Burgundiæ*, Regis *Caroli* frater, ducta anno 1369 *Margaretha Ludovici Flandriæ* Comitis filia unica, dotales accepit,

Carolus V. Britannia Montfortio data. Flandria Philippo Burgundo.

[a] Froiss. Vol. I. c. 211. 212. M. Villan. L. IX. c. 98. Contin. Nang. an. 1360. Walsigh. p. 174—177. Martene T. I. Anecd. p. 1422. & seqq. du Mont T. II. P. I. p. 7—20. & Suppl. T. I. P. II. p. 184. [b] Froiss. Vol. I. c. 216. Contin. Nang. an. 1362. p. 129. [c] Du Chesne Pr. Bourg. p. 128. & du Mont Suppl. T. I. P. II. p. 191. [d] Froiss. Vol. I. c. 223. du Mont T. II. P. I. p. 42. 47. Miræus Dipl. T. I. p. 118—120. [e] Froiss. Vol. I. c. 219. Contin. Nang. an. 1363. 1364. p. 132. 133. [f] Vredius ad Tab. VIII. T. II. p. 279. & Tab. X. T. II. p. 398. 399. [g] Vredius ad Tab. VIII. T. II. p. 279. & Tab. VII. p. 252. [h] Vredius ad Tab. VIII. T. II. p. 279—283. Daniel T. III. p. 558. [i] Froiss. Vol. I. c. 220. 223. Nang. Contin. an. 1364. [k] Froiss. Vol. I. c. 225—229. Hist. Guesclin. c. 12. 13. Contin. Nang. an. 1364. Walsingh. p. 180. Argentre L. VI. c. 45. 46. L. VII. c. 1. 2. du Chesne Hist. de Chatillon L. V. p. 224—227.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1360. ad 1400.

pit[a], & post mortem soceri anno 1384 hereditatem adiit[b].

Petrus & Henricus de regno Castellæ certant.

§. 12. Inter hæc regnum *Castellæ* gravi concutiebatur bello inter *Petrum*, *Alphonsi* Regis filium, & fratrem eius nothum *Henricum*, cui cum *Galli Guesclino* duce auxilia misissent, regno pellitur *Petrus*[c]: sed *Edoardo Walliæ* Principe, eodemque *Aquitaniæ* Duce anno 1366 in societatem adlecto[d], ab eodem restituitur anno 1367[e]: verum *Edoardo* domum reverso[f], *Petrus* victus necatusque est 23 *Martii* anno 1369[g].

Edoardus III amissa Aquitania moriens, successorem habuit Richardum II.

§. 13. *Edoardo* domum reverso gravius *Anglos* inter & *Gallos* bellum recruduit, cum enim *Carolus* querelas *Aquitanorum* recipiens *Edoardum* 25 *Januarii* anno 1369 ad caussam dicendam vocaret[h]. Ille irritatus Regis *Galliæ* titulum resumit anno 1369[i]. *Carolus* solemni decreto *Aquitaniam* regni sui provinciis adiungit[k]; itaque bellum recruduit eo exitu, ut *Aquitania* occupata *Anglis* nihil in *Gallia* reliqui fieret præter *Caletum*[l]. Mortuusque est *Edoardus* III *Junii* 23 anno 1377[m], successorem ex filio *Edoardo*, ante ipsum 8 *Julii* anno 1376 mortuo[n], *relinquens* nepotem minorennem *Richardum* II[o], cui inpotentius imperanti anno 1399 regnum abrogatum & in *Henricum Lancastrium*, *Edoardi* III ex filio *Johanne Gandavensi* nepotem, translatum est[p].

§. 14.

a Du Mont T. II. P. I. p. 72. Froiss. Vol. I. c. 258. Vredius Sigillis Comitum Flandr. p. 57. & seqq. & Probat. Geneal. ad Tab. XVII. T. I. p. 299. *b* Froiss. Vol. II. c. 148. 175—179. *c* Froiss. Vol. I. c. 230. Walsingh. p. 181. Rodericus Toletanus P. IV. c. 14—17. *d* Du Mont T. II. P. I. p. 598. & seqq. *e* Froiss. Vol. I. c. 231—234. 238—252. Walsingh. p. 181. 182. Roder. Tolet. P. IV. c. 18. Nang. Contin. an. 1366. *f* Froiss. Vol. I. c. 243. *g* Froiss. Vol. I. c. 245. Roder. Tolet. P. IV. c. 18. Mariana L. XVII. c. 6—14. *h* Du Mont Suppl. T. I. P. II. p. 195. Froiss. Vol. I. c. 246. 247. Walsingh. p. 182. 183. *i* Du Mont T. II. P. I. p. 75. Froiss. Vol. I. c. 248. *k* Du Mont T. II. P. I. p. 75. 76. *l* Froiss. Vol. I. c. 252. & seqq. 312—320. Walsingh. p. 187. & seqq. *m* Froiss. Vol. I. c. 326. Walsing. p. 192. qui diem 21 Junii adscribit. *n* Froiss. Vol. I. c. 324. Walsingh. p. 190. *o* Froiss. Vol. I. c. 325. Walsingh. p. 181. 193—195. *p* Froiss. Vol. II. c. 74—79. Vol. III. c. 77. & seqq. Vol. IV. c. 90. & seqq. c. 102. & seqq. Walsingh. p. 355—360. & Ypodigm. Neustriæ p. 554. 555. Rapin in Richardo II. T. III. p. 268. & seqq.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

Carolus V. Rex Galliæ moritur.

§. 14. *Carolus*, postquam anno 1374 perpetua lege sanciverat, ut Regum *Francorum* filii ab anno 14 ætatis regno maturi essent [a], etiam cognita lite anno 1378 pro *Clemente* VII contra *Urbanum* Papam pronunciaverat [b], obiit 16 *Septembris* anno 1380 [c]. Ex *Johanna Petri* Ducis *Borboniæ* filia, quæ ante ipsum ineunte anno 1378 decessit [d], natus ei est anno 1368 filius *Carolus* [e], & *Ludovicus* anno 1371, habuit & filiam, quæ *Gulielmo Hannonio* desponsata anno 1377 obiit [f], & *Catharinam*, quæ plane inpubes *Ruperto*, *Ruperti Bavari* filio, desponsata est anno 1379 [g].

Carolus VI. Ludovicus Andegavensis.

§. 15. Carolus VI, nondum ætate rebus gerendis idonea, longum sed infaustum imperium auspicatus est anno 1380 [h]. Sub cuius initium ob inmanem tributorum exactionem populares motus erupere, siquidem *Ludovicus Andegavensis* eius patruus, quem ab *Johanna Neapolitana* paullo ante adoptatum demonstravi, in *Italicam* expeditionem aliasque inpensas brevi ærarium exhausit [i]: sed is non ita diu post in *Italia* periit [k].

Bellum Flandricum.

§. 16. Fuerat etiam ante mortem *Caroli* V anno 1379 propter graviores pecuniarum exactiones intestinum in *Flandria* bellum auctoribus *Gandavensibus* ortum [l]; quo sub initium gravius pressi *Gandavenses* [m], duce *Philippo Artevellio* victum anno 1382 prope *Brugas* Comitem *Ludovicum* eo adegerunt, ut *Francorum* fidem inploraret [n]. Veniens opitulatum *Carolus Rosebequensi* prælio 27 *Novembris* feria 5 anno 1382 *Flandros* ad internecionem delet, ipso duce *Artevellio* cæso [o]. Comite vero *Ludovico* 23 *Januarii*

a Du Mont. T. II. P. I. p. 95. *b* Acta Baluz. p. 821. & seqq. 895. & seqq. Daniel T. III. p. 654—656. *c* Froiss. Vol. II. c. 56. 58. *d* Froiss. Vol. I. c. 328. Vol. II. c. 11. Vred. ad tab. VIII. p. 280. *e* Froiss. Vol. I. c. 246. *f* Froiss. Vol. I. c. 326. p. 456. *g* Du Mont T. II. P. I. p. 128. Froiss. Vol. I. c. 328. p. 458. *h* Froiss. Vol. II. c. 58. 60. Æmil. p. 301. Gaguin. p. 162. *i* Æmil. p. 302—305. Gaguin. p. 165. Meyer L. XIII. p. 181. 182. Daniel T. III. p. 667—677. *k* Supra Cap. I. §. 9. *l* Froiss. Vol. II. c. 37. & seqq. Meyer L. XIII. p. 170. & seqq. Æmil. p. 300. *m* Froiss. Vol. II. c. 66. & seqq. 82. 83. 94. Æmil. p. 306. *n* Froiss. Vol. II. c. 95—103. Meyer L. XIII. p. 182—185. Æmil. p. 307. 308. *o* Froiss. Vol. II. c. 112—126. Meyer L. XIII. p. 189. 190. Æmil. p. 308. 309.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

rii anno 1384 mortuo[a], heres eius *Philippus Audax* Dux *Burgundiæ*, conpressa seditione, pacem restituit anno 1385[b].

Carolus VI in amentiam incidit. Johannes Intrepidus Ludovicum Aurelianensem obtruncat.

§. 17. At Rex *Carolus Johanni Britanniæ* minoris Duci propter conmissa in *Clissonum* infensus, cum in eum duceret exercitum, 5 *Augusti* anno 1392 in *Cenomanis*, ardore solis icto capite, in amentiam incidit[c]. Rerum potestas, *Ludovico* Regis fratre, *Aurelianensium* Duce, propter teneriorem ætatem reiecto, ad patruos *Johannem Biturigum* & *Philippum Burgundionum* Duces delata[d], quod valetudine Regi per intervalla redeunte inplacabilis *Burgundionem* inter & *Aurelianensem*, & utriusque stirpem odii semen exstitit[e]. *Philippus Audax*, ditionibus suis inter filios divisis[f], obiit 26 *Aprilis* anno 1404[g]. Eius filius *Johannes Intrepidus*, Dux & Comes *Burgundiæ*, *Flandriæ* & *Artesiæ*, patre vehementior, susceptam cum *Aurelianensi Ludovico* simultatem huius nece non dubitavit exsequi, submissis sicariis, qui eum nec opinantem *Lutetiæ* 23 *Novembris* anno 1407 multis confectum vulneribus obtruncarunt[h]. Exinde civile bellum maiorem in modum exarsit, ut etiam externus & antiquus hostis *Anglus*, neque enim post violatam pacem *Bertiniacam* pax convenerat, in partes vocaretur[i].

C A-

a Froiss. Vol. II. c. 148. p. 261. Meyer L. XIII. p. 200. b Froiss. Vol. II. c. 175—178. Meyer L. XIV. p. 205. 206. du Mont T. II. P. I. p. 198. c Monachus S. Dionysii L. XII. c. 3. p. 219. Froiss. Vol. III. c. 63. & seqq. Vol. IV. c. 26. 31. 33. 38—44. Meyer L. XIV. p. 211. Argentre L. X. c. 16. 17. Æmil. L. X. p. 315. 316. Gaguin. L. IX. p. 183. 184. Daniel T. III. p. 721—726. 734—738. d Froiss. Vol. IV. c. 44. e Froiss. Vol. IV. c. 50. Meyer L. XIV. p. 217 b. 219 a. f Du Mont T. II. P. I. p. 289. g Meyer L. XVIII. p. 219 b. Chron. Vlandr. c. 33. p. 77 b. Vredius Sigil. p. 70. Butkens Troph. de Brabant. T. I. p. 523. 524. h Monstrelet. Vol. I. c. 36. Monachus S. Dionysii L. XXVII. c. 23. Juvenalis Ursinus in Carolo VI. Collecta in Tom. V. Operum Gersonis ex editione Lud. Ellies du Pin. Meyer L. XV. p. 224. Gaguin. L. IX. p. 191. 192. Æmil. p. 320. Heuter. Rer. Burgund. L. III. c. 3. Daniel T. III. p. 785. 786. i Monstrelet. Vol. I. c. 78. & seqq. Meyer L. XV. p. 235. 238. 239. du Mont T. II. P. I. p. 348. Rapin T. III. p. 409—413.

CAPUT III.

A. 6013. Per. Jul. ad 6115. A. Christ. 1300. ad 1402.

De rebus Græci *imperii sub* Andronico Juniore, Johanne Palæologo & Manuele: *deque incrementis* Othomanorum *sub* Othomano, Urchane, Amurate & Baiazethe I, *eiusque clade ab* Tamerlane *accepta*, *ab anno* 1300 *ad* 1402.

§. 1.

Andronicus iunior: & filius eius Johannes Palæologus.

INter hæc *Constantinopolitanum* imperium intestinis concussum motibus languebat, & invalescente in dies *Othomanorum* potentia ad interitum vergebat. *Andronicus* iunior, avo, ut supra [a] dictum est, eiecto, solus annis 13 imperavit, ac moriens 15 *Junii* anno *Græcorum* 6849, *Christi* 1341 [b], duos ex altera coniuge *Johanna Sabauda*, *Amadæi* V Comitis *Sabaudiæ* filia, quam *Annam Græci* vocant, filios reliquit inpuberes *Johannem Palæologum*, novem annos natum, & *Michaëlem* quatuor annorum sub tutela matris & *Johannis Cantacuzeni* [c].

Johannes Cantacuzenus.

§. 2. Sed *Cantacuzeno Apocauchi* artibus in suspicionem adfectati imperii adducto & eiecto [d], 8 *Octobris* anno 1341 bellum intestinum erupit [e], *Cantacuzenus* purpura sumta [f], etiam auxilio *Urchanis Turcorum* Principis, cui filiam *Theodoram* conlocavit, usus [g], *Constantinopolim* capit 3 *Februarii* anno *Græcorum* 6855, *Christi* 1347 [b]. Ibi cum *Anna* pactus, filiam etiam suam *Helenam Johanni* nuptum dat [i]:

a Lib. VIII. c. 22. b Niceph. Gregor. L. XI. c. 11. n. 1. Cantacuz. L. II. c. 40. in extremo. Phranzes L. I. c. 12. c Niceph. Gregor. L. XII. c. 2. n. 1. Cantacuz. L. III. c. 2. p. 352. Phranzes L. I. c. 12. du Fresne Fam. Byz. p. 258. d Cantacuz. L. III. c. 16—22. Niceph. Gregor. L. XII. c. 2—11. Ducas c. 5. e Cantacuz. L. III. c. 22. p. 419. f Cantacuz. L. III. c. 25. 26. 27. 32. Niceph. Gregor. L. XII. c. 12. n. 1. 2. Ducas c. 6. Phranzes c. 13. g Cantacuz. L. III. c. 32. 81. 82. 95. Niceph. L. XIII. c. 8. p. 414. c. 10. Ducas c. 8. 9. b Cantacuz. L. III. c. 100. Niceph. Greg. L. XV. c. 8. n. 4. Ducas c. 9. i Niceph. Gregor. L. XV. c. 8. n. 11. c. 9. n. 7. c. 11. n. 8. Cantacuz. L. II. c. 100. IV. c. 1. 4. Ducas c. 10.

A. 6013. Per. Jul. ad 6115. A. Christ. 1300. ad 1492.

tamen recrudescentibus odiis [a], tandem vel coactus, vel, ut ipse [b] scribit, sua sponte, monachi habitu accepto imperio se abdicavit anno 1355 [c].

Johannis Palæologi adversa fortuna.

§. 3. *Johannes* solus imperans ignavia & desidia omnia corrumpit [d]: tum convalescentibus *Turcis* auxilii impetrandi spe anno 1369 *Romam* adit, *Urbano* Pontifici obedientiam iurat [e], mox & dissidiis filii *Andronici*, a quo per biennium captivus est habitus, male vexatus [f], *Amurathi Turcorum* Principi *Thraciam*, *Adrianopolim* ac fere omnem *Thessaliam* occupandi occasionem præbuit [g], mortuusque est *Baiazethe* regnante anno 1391 [h].

Manuel male vexatus.

§. 4. Successorem habuit filium *Manuelem:* hic male habitus a *Baiazethe Hungarorum* inplorat opem, sed clade anno 1396 ad *Nicopolim* accepta [i], imperium *Johanni* fratris *Andronici* filio tradit [k], ipse ad conparanda auxilia in Occidentem abit nullo fructu [l], clade tamen *Baiazethis*, quam a *Temure* accepit, recreatus, *Byzantium* redux imperium resumit, *Johannem* in *Lemnum* ablegat [m].

Othomanorum origines.

§. 5. Inter hæc metuenda *Christiano* nomini *Othomanorum* potentia, a tenuibus principiis orta, maiora incrementa cepit. *Ertogrule Oguzio* anno *Hegiræ* 687 *Christi* 1288 mortuo [n], filius eius *Osman*, quem *Othomanum* vocant [o], a patre acceptum principatum, vivo *Aladino* II ex *Christianorum* spoliis insigniter auxit [p]: *Aladino* vero post annos admodum decem mortuo, eiusque regno in septem principatus diviso, ipse *Sultani* nomine sumto circa annum 1300 *Othomanici*

a Cantacuz. L. IV. c. 27. 33—37. Ducas c. 11. *b* Cantacuz. L. IV. c. 42. *c* Matth. Villanus L. IV. c. 46. Ducas c. 11. Bizarus Hist. Genuens. L. VI. p. 134. *d* Ducas c. 12. *e* Raynald. an. 1369. n. 1. & seqq. *f* Ducas c. 12. Phranzes c. 15—18. *g* Ducas c. 3. Phranzes L. I. c. 15. *h* Ducas c. 13. 15. Cananus p. 188. ubi annum Manuelis 32 cum anno mundi 6930, Christi 1422 conponit. Laon. Chalc. L. II. p. 32. 33. *i* Ducas c. 13. Phranzes L. I. c. 18. 19. *k* Phranzes L. I. c. 20. Laonic. L. II. p. 44. *l* Ducas c. 14. Laonic. Chalcon. L. II. c. 44. Phranzes L. I. c. 20. Monachus S. Dionysii L. XX. c. 1. *m* Ducas c. 15. 16. 18. Laonic. L. II. p. 44. 49. 56. & L. III. in initio. Phranzes L. I. c. 21. *n* Ann. Turc. n. 11. Leuncl. Hist. Musul. L. II. p. 111. Laon. Chalc. L. I. p 6. Conferatur Possevinus de originibus imperii Ottomannici Observationum Pachymerianarum ad historiam Andronici L. III. c. 8. *o* Laon. Chalc. L. I. p. 7. *p* Leuncl. L. III. p. 116—150. Pachym. in Andronico L. IV. c. 17—21. 25.

maniti imperii fundamenta posuit[a], quod annos 28 tenuit[b], ac *Prusa* ab *Urchane* filio anno *Hegiræ* 726 expugnata obiit[c].

A. 6013. Per. Jul. ad 6115. A. Christ. 1300. ad 1402.

Urchanes pedem in Europa ponit.

§. 6. *Urchanes* patri in regno successit anno *Hegiræ* 727, *Christi* 1327[d]. Hic magnis rebus in *Asia* gestis[e], *Nicæa*[f] & *Abydo*[g] occupatis, limites ditionis suæ ad *Hellespontum* protulit: mox, *Solimano* filio duce, copiis in *Europam* traductis, *Callipolim* occupavit anno *Hegiræ* 758, *Christi* 1357[h], ac sequente anno, duobus mensibus post *Solimanum* filium diem obiit supremum[i].

Amurath I rem insigniter auget.

§. 7. Ita anno *Hegiræ* 759, qui iniit 13 *Decembris* anno 1357, imperium a patre quæsitum accepit *Amurathes* vir fortissimus[k], qui, re in *Asia* contra *Musulmannos* principes bene gesta[l], *Hadrianopolim* anno *Hegiræ* 761 *Christi* 1360 occupavit[m], ibidemque sede regni posita[n], variis locis occupatis, & militia *Genizarica* instituta[o] non *Græcis* tantum, *Mysis*, *Serviisque*, sed & *Caramaniæ* in *Asia* principi gravis fuit[p], donec anno *Hegiræ* 791, *Christi* 1389, *Junii* vicesimo in prælio contra *Servios* a *Triballo* ex insidiis cæsus est[q].

Baiazeth I magnis rebus gestis a Temure vincitur.

§. 8. *Baiazethes Amurathis* filius, *Gilderun* cognomine dictus, primus fraterno sanguine manus polluens[r], paternum cepit imperium anno 1389 longe omnium ferocissimus ac fortissimus[s]. *Serviis*, *Walachis*-

a Leuncl. L. III. p. 151. & seqq. Laon. Chalc. L. I. p. 7. Niceph. Gregor. L. VII. c. 1. n. 1. Phranzes L. I. c. 26. b Leuncl. L. III. p. 175. c Ann. Turc. n. 15—18. Leuncl. L. III. p. 155—174. Pachym. Andron. L. V. c. 21. 25. 26. VII. 27. Chalcond. L. I. p. 9. d Ann. Turc. n. 18. Laon. Chalc. L. I. p. 10. e Ann. Turc. n. 20—23. Leuncl. L. IV. p. 179. f Leuncl. L. IV. p. 179—181. 193. 194. Niceph. Gregor. L. IX. c. 9. n. 1. 2. c. 13. n. 2. Phranzes L. I. c. 12. g Leuncl. L. IV. p. 183. 184. h Ann. Turc. n. 25. Leuncl. L. IV. p. 201. 209. Laon. Chalc. L. I. p. 12. 13. Phranzes L. I. c. 27. i Ann. Turc. n. 28. Leuncl. L. IV. p. 212. 214. 215—217. k Ann. Turc. n. 28. Leuncl. L. V. p. 217. 304. Laonic. Chalc. L. I. p. 28. l Ann. Turc. n. 30. Leuncl. L. V. p. 217—219. m Ann. Turc. n. 31. 32. Leuncl. L. V. p. 218—222. 225. Phranzes L. I. c. 15. n Leuncl. L. V. p. 227. Laonic. Chalc. L. I. p. 16. o Ann. Turc. n. 33. 34. Leuncl. L. V. p. 228. p Ann. Turc. n. 33—44. Leuncl. L. V. p. 229—234. 239. 258—262. Laon. Chalc. L. I. p. 17. & seqq. Phranzes L. I. c. 28. q Epistola Stephani Regis Rasciæ apud Lucium de regno Dalmatiæ L. V. c. 3. pag. 415 in collect. Script. Hungaricorum Belii T. III. Ann. Turc. n. 47. Leuncl. L. V. p. 267. & seqq. 302. Chalcond. L. I. p. 27. 28. r Ann. Turc. n. 25. Leuncl. L. IV. p. 192. s Ann. Turc. n. 48. Leuncl. L. VI. p. 315. Phranzes L. I. c. 29. Laonic. Chalc. L. II. p. 30.

A. 6013. Per. Jul. ad 6115. A. Christ. 1300. ad 1402.

*lachis*que victis [a], represso *Caramano*, *Thessalia Macedonia*que occupatis [b], *Myrza Walachiæ* principe ad tributum pendendum adacto [c], *Christianos* ad *Nicopolim* magno prælio delevit anno *Hegiræ*, ut *Turci* volunt [d], 794 *Christi* 1392, quam tamen cladem *Christiani* ad annum 1396 referunt [e]. Inde pervastata *Græcia* in *Peloponnesum* effusus [f], *Constantinopolim* plures obsedit annos [g], *Iconium* expugnavit [h] donec eiectis etiam in Oriente multis *Musulmannis* Principibus, cum *Temure Tartaro* congressus, victus, captusque est anno *Hegiræ* 804 [i].

Temur sive Tamerlanes Tartarus.

§. 9. Erat *Temur*, quem *Tamerlanem* vulgo vocant, ex *Zingis-Chani* posteris, heros fortissimus, natus anno *Hegiræ* 736, *Christi* 1336 [k]: imperio potitus anno *Hegiræ* 771 *Christi* 1369 [l], maximis rebus gestis totaque perdomita *Asia* [m], primo *Muharren* hoc est ineunte anno *Hegiræ* 803 [n], sive 21 *Augusti* anno 1400 cum *Baiazethe* conlidi cœpit [o], quem sequenti anno decretali prælio, ad *Ancyram Galatiæ* die Veneris 19 *Zilcade* anno *Hegiræ* 804, sive 28 *Julii* anno 1402 conmisso [p], victum vivum cepit [q], *Baiazeth* mortuus est 14 *Schaban* anno *Arabum* 805, qui fuit 23 *Martii* anni 1403 [r]. *Temur* biennio post, expeditionem contra *Sinenses* suscepturus, subita morte oppressus periit 17 *Schaban* anno 807, qui erat 1 *Aprilis* anni 1405, cum regnasset annos 36 [s].

C A-

a Ann. Turc. n. 49. Leuncl. L. VI. p. 307. 315. 319. 325. Laonic. L. II. p. 31. *b* Leuncl. L. VI. p. 318—320. Ann. Turc. n. 49. 50. Laonic. Chalc. L. II. p. 35. *c* Leuncl. L. VI. p. 319. 320. *d* Ann. Turc. n. 51. Leuncl. L. VI. p. 320. 322—324. Laonic. Chalc. L. II. p. 36, 39. 40. *e* Supra Cap. I. §. 12. *f* Ann. Turc. n. 53. Leuncl. L. VI. p. 325. Phranzes L. I. c. 29. Laonic. Chalc. L. II. p. 50. 51. *g* Leuncl. L. VI. p. 321. 324. Laonic. Chalc. L. II. p. 42. 43. *h* Ann. Turc. n. 57. 58. Leuncl. L. VI. p. 333. 334. *i* Ann. Turc. n. 57—66. Leuncl. L. VI. p. 333. 340. Phranzes L. I. c. 29. Ducas c. 15. Laonic. L. II. p. 33. 34. 53. L. III. p. 74. 82. 83. *k* Cherefeddin Ali in præfatione Historiæ Temuris, quam Petrus de la Croix Gallice vertit. *l* La Croix L. II. c. 1. p. 203. *m* La Croix L. II. III. & IV. Laonic. Chalc. L. III. p. 59. & seqq. *n* La Croix L. V. c. 15. p. 264. *o* Ann. Turc. n. 60. 61. Leuncl. L. VII. p. 345. 351—355. Laonic. Chalc. L. III. p. 77—83. Ducas c. 15. *p* La Croix L. V. c. 48. Ann. Turc. n. 63. Leuncl. L. VII. p. 347—349. 357—361. Phranzes L. I. c. 22. *q* La Croix L. V. p. 49. 53. Leuncl. L. VI. p. 339. VII. p. 350. 366. Ducas c. 16. *r* La Croix L. V. c. 60. Leuncl. L. VI. p. 340. Ducas c. 17. Laonic. Chalc. L. III. p. 86. *s* La Croix L. VI. c. 30.

CAPUT IV.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

De rebus Ecclesiasticis Saeculi XIV, deque viris Eruditis eius aetatis.

§. 1.

Pontificum Romanorum potentia concuti coepit.

INfinitae potentiae, quam sibi ab aliquo tempore, nemine in ius, quo nitebatur, inquirente, *Romani* Pontifices vindicaverant, fundamenta hoc saeculo labefactari coeperunt. Cum enim non contenti imperium in Reges & Principes exercuisse[a]; etiam Principes cogere vellent, ut ipsi profiterentur, omnem se a Papa vel in temporalibus potestatem habere[b], eique adeo obedientiam & fidelitatem debere[c], Principibus ius suum, quod a Deo habeant, adstruendi, eademque opera ius omne Pontificis in controversiam vocandi occasio data fuit[d], cuius in *Philippo Pulchro* & *Ludovico Bavaro* luculenta exempla prostant[e].

Et exactiones vetitae.

§. 2. Cum etiam Pontifices inexhausta avaritia omnium beneficiorum collationes sibi vindicarent[f], variisque artibus, superiori saeculo inventis, & hoc ipso auctis, per *Jubilaea* centesimo anno ex institutione *Bonifacii* celebranda[g], sed a *Clemente* VI anno 1345 in quinquaginta annos contracta[h], orbis *Christiani*

a Vid. Epistolae Bonifacii VIII. ad Edoardum I. apud Harduin. Conc. T. VII. p. 1171. & seqq. Raynald. an. 1301. n. 2. & seqq. n. 30. & seqq. an. 1302. n. 21. 22. an. 1319. n. 22. an. 1325. n. 2. b Bulla Bonifacii *Ausculta fili* apud du Mont Suppl. T. I. P. II. p. 5. & *Unam sanctam Ecclesiam* apud Rayn. an. 1302. n. 13. c Rayn. an. 1303. n. 4. 8. 11. Fleury L. XCIV. §. 25. d Marsilii Patavini defensor pacis. Guilielmus Occam in Dialogo III. Goldasti Monarchia T. II. Bulla apud du Mont T. I. P. II. p. 101. Suppl. T. I. P. II. p. 13. 17. 20. Responsio Philippi Regis ad bullam *Ausculta fili* in Bullar. T. IX. p. 123. Rayn. an. 1327. n. 27. & seqq. du Pin T. XI. Bibl. p. 130. Struv. Per. IX. Sect. V. §. 16. e Videatur Andr. Bailleti historia contentionis inter Bonifacium VIII & Philippum gallice scripta: & dissertatio Jo. Franc. Buddei de Ludovico Bavaro in Annal. Hist. Theol. p. 191. & seqq. Mezeray T. II. p. 586. & seqq. f Papa Bonifacius in epistola ad Philippum Galliae regem apud du Mont Suppl. T. I. P. II. p. 5. Nicolaus de Clemangis de corrupto Ecclesiae statu c. 5. & seqq. Papa in bulla *Ausculta fili* l. d. Rayn. an. 1311. n. 59. & an. 1344. n. 58. Fleury L. XCI. §. 51. 52. g Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 175. h Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 191.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

stiani opes ad se derivarent[a], coacti sæpe sunt Principes licentiam interdictis coercere, pecuniasque cogendi & exportandi vias præcidere[b].

Quibus etiam nocuit fœdum schisma.

§. 3. Accedebat fœdum schisma, quod anno 1378 natum ad abdicationem *Clementis* VIII per quinquaginta annos *Romanam* Ecclesiam mirifice discerpsit, effecitque, ut divina omnia & humana conculcarentur: cum enim inter homines, qui sibi persuaserant, sine spectabili capite Ecclesiam stare non posse, Pontifices mutuo se devovent, nec ullis Principum laboribus & exhortationibus adduci possunt, ut pertinaciam frangant, magisque tuendis partibus omnia miscent, necessario omnia turbari, apud bonos Pontificum contemtus & odium subnasci debuit; principesque viri, olim Pontificum iudicio obnoxii, iudices ipsi Pontificum facti sunt; prout huic illive se adgregant, aut vero subditos suos neutri obedire iubent[c].

Lites de statu animarum: & paupertate Christi.

§. 4. Fuit etiam hoc sæculo de statu animarum post mortem acriter certatum[d]: maior tamen *Johanni* XXII lis intercessit cum monachis mendicantibus de omnimoda *Christi* & Apostolorum paupertate[e], cuius, olim licet a *Nicolao* III probatæ[f], memoriam funditus ex animis hominum delere adnisus est *Johannes*

[a] Petrus de Alliaco de difficultate Reformationis c. 2. 5. Gobelin. Persona Æt. VI. c. 84. de annatis introductis Thomass. Discipl. T. III. p. 793. de aliis exactionibus Fleury L. XCI. §. 3—5. XCII. §. 11. XCIX. §. 26. 27. 28. L'Enfant Conc. de Pise L. I. §. 18. Rapin T. III. p. 330. & seqq. [b] Du Mont T. II. P. I. p. 297. Walsingh. p. 161. & seqq. 343. Trithem. an. 1358. 1359. p. 234. & seqq. Rayn. an. 1296. n. 24. an. 1391. n. 19. Rapin T. III. p. 330. & seqq. [c] Froiss. Vol. III. c. 24. Vol. IV. c. 10. 91. 97. 98. Epistola Nicolai Clemangii nomine Universitatis Parisiensis ad Carolum Regem apud Acher. T. I. p. 780. & seqq. Acta varia de schismate Pontificum Avenionensium apud Martene Thes. Anecd. T. II. p. 1073. & seqq. L'Enfant Conc. de Pise L. I. §. 44. 45. 46. 58. & seqq. [d] Baluz. Vit. Pap. Aven. T. I. p. 119. 166. 598. 787. & seqq. Bulla Benedicti XII. in Bullario magno T. I. p. 217. Argentre Coll. Judic. T. II. p. 314. & seqq. Launoius Hist. Gymn. Navar. p. 61. & seqq. Fleury L. XCIV. §. 21. 32—35. [e] Baluz. Misc. L. I. p. 293—310. Marsilii Patavini defensor Pacis P. II. c. 13. Albertini Mussati Ludovicus Bavarus §. 7. apud Reuberum p. 994. Nic. Burgund. L. II. p. 107. 108. 117. 118. Rayn. an. 1323. n. 38. & seqq. [f] In bulla *Exiit qui seminat*. Fleury L. LXXXVII. §. 33.

hannes [a], ne Pontifices luxu perditi & opibus inhiantes ad eandem paupertatem adigerentur [b]. A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

§. 5. Interim Pontificum arrogantia, hominum superstitio, clericorum auri sacra fames, indeque natæ rixæ, & vita turpissima rem in eum locum deduxerant, ut optimi quique corruptum Ecclesiæ statum accusantes [c], emendationem, ut loquebantur, in capite & membris votis ardentibus efflagitarent [d]. Emendatio Ecclesiæ flagitata.

§. 6. Inter testes veritatis huius ætatis principem merito locum tenet *Johannes Wiclefus*, perpetuo contra Antichristi fastum certamine & bibliorum vernacula versione clarus [e]. Johannes Wiclif.

§. 7. Scriptis libris & eruditionis fama hoc sæculo celebriores habiti: ex *Græcis Constantinus Harmenopulus* [f]. *Theodorus Metochita* [g], *Maximus Planudes* [h], & sæculo desinente *Emanuel Chrysoloras* [i]: historici *Nicephorus Gregoras* [k] & *Johannes Cantacuzenus* [l]: ex *Latinis Johannes Parisius* [m], *Gulielmus Duran-* Eruditi.

a In bulla *Ad conditorem*, & *Cum inter nonnullos*. Gobelin. Persona Ætat. VI. c. 67. p. 283. Argentre Coll. Judic. T. I. p. 294. & seqq. Fleury L. XCII. §. 62—64. L. XCIII. §. 6. *b* Marsilii Patavini defensor Pacis P. II. c. 13. *c* Henricus de Hassia in consilio pacis in Append. T. II. Operum Gersonis c. 16—18. Nicolaus Clemangius de Corrupto Ecclesiæ Statu & in epistola Universitatis l. d. Wenceslaus Imperator in edicto apud Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 197. Arnoldus de Villa nova in Catal. Test. L. XVIII. L'Enfant Conc. de Pise L. I. §. 46. p. 53. *d* Petrus de Alliaco de Reformatione Ecclesiæ in T. II. Operum Gersonis Lud. Ellies du Pin p. 903. & seqq. Theodoricus Niemius in historia schismatis, & exhortatione ad Rupertum Regem Romanorum & scriptores alii, quos Lud. Ellies du Pin Tomo II. Operum Gersonis subiecit. Claude de Romanæ Ecclesiæ corruptione L. I. c. 2. 3. 4. Flac. Illyr. Catal. L. XIII. p. 1697. *e* Jo. Lewis historia Wiclefi, & ex eo Chapelle Bibl. Angloif. T. IX. p. 138. & Mich. la Roche Memoir. Liter. de la Graude Bretagne T. VII. p. 120. & 355. Verheiden Elog. Theol. p. 1. Walsingh. in Edoardo III. p. 191. 192. Coll. Judic. T. I. P. II. p. 1. & seqq. Gerdesius Introduct. ad Hist. Euangel. §. 22. Rapin T. III. p. 338—343. *f* Fabrit. Bibl. Gr. T. X. p. 274. *g* Fabrit. Bibl. Gr. T. IX. p. 214. Bruck. Hist. Philos. T. III. p. 546. *h* Cave an. 1340. Fabrit. Bibl. Gr. T. X. p. 533. *i* Jovius in Elog. 23. Bruck. T. IV. p. 5. Fabrit. Bibl. Gr. T. X. p. 392. *k* Cave an. 1345. Fabrit. Bibl. Gr. T. VI. p. 300. Du Pin Bibl. T. XI. p. 101. *l* Cave an. 1342. Fabrit. l. d. p. 469. *m* Cave an. 1322. Du Pin Bibl. Eccl. T. XI. p. 56. 67.

A. 6013. Per. Jul. ad 6113. A. Christ. 1300. ad 1400.

Durantus [a], *Alvarez Pelagius* [b], *Gulielmus Occam* [c], *Marsilius Patavinus* [d], Jurisconsulti *Bartholus* & *Baldus* [e]: & qui litterarum cultum revocavit *Franciscus Petrarcha* [f]: historici Continuatores *Nangii*, *Henricus Stero*, *Henricus Rebdorfius*, *Siffridus Presbyter*, *Albertus Argentinensis*; *Ptolemæus Luccensis*, *Johannes & Matthæus Villani*, *Albertinus Mussatus*, *Nicolaus Trivetti*, *Henricus Knyghton*, *Froissardus* [g], & alii.

C A-

a Cave an. 1311. Du Pin l. d. p. 61. *b* Cave an. 1340. Du Pin l. d. p. 64. *c* Sleidan. L. II. p. 16. Bruck. T. III. p. 846. Du Pin l. d. p. 65. 66. *d* Cave an. 1324. Du Pin l. d. p. 67. *e* Jovius in Elog. 7. & 8. Cave an. 1380. *f* Jovius in Elog. 5. Cave an. 1350. Du Pin Bibl. T. XI. p. 76. *g* Du Pin Bibl. T. XI. p. 55. & seqq. Fabricius in Bibl. Medii Ævi.

CAPUT V.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

De rebus Germanicis Italicis*que ab anno* 1400 *ad* 1500 *circiter*, *sub Imperatoribus* Roberto, Sigismundo, Alberto *&* Friderico.

§. 1.

Roberti Imperatoris in Italiam expeditio.

W*Enceslao Romanorum* Rege ea dignitate propter inertiam privato, statim 22 *Augusti* anno 1400 ei sufficitur *Robertus* Comes Palatinus *Rheni* & Dux *Bavariæ* [a]. Qui adversus *Galeacium* Vicecomitem, *Mediolani* Ducem, a *Florentinis* accitus, filio *Ludovico* regni vicario relicto [b], mense *Septembri* anno 1401 *Italiam* adiit, sed nullo operæ pretio facto, sequenti ineunte rediit in *Germaniam* [c].

Galeacii morte res turbatæ.

§. 2. *Johanne Galeacio* vero paullo post 3 *Septembris* anno 1402 mortuo [d], pleræque civitates, quæ ipsi paruerant, aut se in libertatem vindicarunt, aut in aliorum ditionem venerunt [e]. *Veronam* & *Patavium* occupavere *Veneti* anno 1405 [f]. *Pisæ Florentinorum* iugum accepere V Idus *Octobris* anno 1406 [g].

Ladislaus Rex Apuliæ, eiusque fata.

§. 3. *Ladislaus*, *Carolo* patre in *Hungaria* necato [h], anno 1386 *Apuliæ* regnum adierat admodum

 puer

a Epistolæ hac de re Romam datæ apud Martene T. I. Anecd. p. 1634—1636. Andr. Presbyter p. 40. Gobelinus Persona Cosm. Ætat. VI. c. 70. p. 288. *b* Du Mont T. II. P. I. p. 280. *c* Gobelin. l. d. Magnum Chron. Belgic. p. 343. Varia apud Martene Anecd. T. I. p. 1663. 1668. 1677. Leonardus Aretinus L. XII. p. 241—243. Poggius L. III. p. 139—144. Martene Coll. Max. T. IV. p. 92. 96. Lunig C. J. D. Ital. T. I. p. 431. 433. 1127. Mutius apud Pistor. T. II. p. 266. Antonin. P. III. Tit. XXII. §. 35—37. *d* Supra Cap. I. §. 11. Bilius in historia patriæ L. I. p. 2. in Thes. Ital. T. IX. P. VI. *e* Ripamontius in historia urbis Mediolani L. IV. p. 585. & seqq. Epistola Florentinorum ad Regem Galliæ anno 1404 data apud Baluz. Misc. T. IV. p. 516. & seqq. Bilius l. d. p. 3. & seqq. Aretinus Rer. Italic. p. 253. Poggius L. IV. p. 153—161. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 3. §. 42. 43. Bergomensis Supplemento Supplementi p. 359. Sabellicus Ennead. IX. L. IX. p. 137. *f* Bilius L. I. p. 8. & seqq. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 5. §. 6. Justinianus Hist. Veneta L. VI. p. 175. & seqq. Bergomensis p. 360. Sabellicus l. d. p. 139. *g* Bilius L. p. 6. Matthæus Palmerius de captivitate Pisarum in Thes. Ital. T. VIII. P. II. in fine. Aretinus l. d. p. 255. Bergomensis p. 161. Poggius L. IV. p. 161—175. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 4. §. 2—5. *h* Supra Cap. I. §. 9.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

puer sub tutela matris *Margarethæ*, ac inter mille difficultates, *Ludovico Andegavensi*, eius quem in *Italia* obiisse vidimus filio, de regno litem movente, adoleverat [a]: verum *Neapoli* anno 1440 recuperata omnibus formidabilis evaserat [b]. Itaque ab infelici in *Hungariam* expeditione redux [c], *Romæ* per occasionem schismatis imminebat, quam etiam anno 1408 armatus intravit [d]. Verum ab *Ludovico*, altera vice in *Italiam* reverso, victus & repressus est anno 1411 [e]: eo vero paullo post discedente metu solutus *Ladislaus* iterum *Romam* occupat anno 1413, *Johannem* XXIII Pontificem trans *Alpes* ad *Sigismundum* fugere cogit [f]; atque ita in medio felicitatis cursu *Neapoli* diem obit supremum 6 *Augusti* anno 1414 [g].

Robertus eiusque genus.

§. 4. Moritur *Robertus* 18 *Maii* anno 1410 [h], ex uxore *Elisabetha*, *Friderici* Burggravii *Noribergensis* filia, plures suscepit filios, ex quibus *Robertus* cognomento *Pipan*, & *Fridericus* ante patrem obierunt: inter quatuor superstites *Ludovicum*, *Johannem*, *Stephanum* & *Ottonem Palatinæ* & *Bavaricæ* ditiones divisæ [i]: filias quoque tres habuit, *Elisabetham*, quæ *Friderico* Seniori *Austriæ* Duci nupsit; *Agnetem*, quam duxit *Adolphus* Comes *Cliviæ* & dein

Dux

a Aretinus Rer. Ital p. 253. Billius L. II. p. 13. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 2. §. 14. c. 3. in princ. Niem. de Schism. L. I, c. 62. 64. 65. Rayn. an. 1387. n. 1. & seqq. an. 1390. n. 16. & seqq. Giannone L. XXIV. c. 3. 4. *b* Rayn. an. 1400. n. 11. Giannone L. XXIV. c. 5. *c* Lucius de regno Dalmatiæ L. V. c. 4. Bonfin. Dec. III. L. II. p. 378. & seqq. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 4. §. 44. du Mont T. II. P. I. p. 288. 289. Raynald. an. 1403. n. 13. & seqq. Giannone L. XXIV. c. 6. *d* Epistola ad Florentinos anno 1408. scripta apud Goldast. Constit. Imper. T. I. p. 385. Niem. L. III. c. 27. 28. 29. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 5. §. 5. Poggius L. IV. p. 178—180. Rayn. an. 1408. n. 3. Giannone L. XXIV. c. 6. n. 1. *e* Aretinus Rer. Ital. p. 257. Niemius in vita Johannis XXIII. p. 20—24. apud Meibom. T. I. Anton. P. III. T. XXII. c. 5. §. 6. 7. c. 6. in princ. Poggius L. IV. p. 189—194. Rayn. an. 1411. n. 4. Giannone L. XXIV. c. 7. *f* Aretinus p. 257. Gobel. Persona Ætat. VI. c. 90. p. 331. Niem. in vita Johan. XXIII. p. 379. Poggius L. IV. p. 194. 195. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 6. in princ. Rayn. an. 1413. n. 19. *g* Aretinus p. 258. Poggius L. IV. p. 196. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 6. §. 1. Rayn. an. 1414. n. 6. Giannone L. XXIV. c. 8. *h* Cuspinian. p. 593. Andr. Presbyter Chron. Bavar. p. 40. *i* Tabulæ divisionis apud du Mont T. II. P. I. p. 330. Andr. Presb. l. d.

Dux, & *Margaretham*, quæ *Johanni Lotharingiæ* Duci conlocata fuit [a]. A. 6115. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

§. 5. Comitiis Regi creando *Francofurtum* indictis, alii 20 *Septembris Sigismundum*, *Caroli* IV filium, *Wenceslai* fratrem, *Hungariæ*que Regem, alii *Jodocum Moraviæ* Marchionem, *Sigismundi* patruelem 1 *Octobris* anno 1410 Regem designant [b]. Sed, *Jodoco* post tres menses 8 *Januarii* mortuo [c], iustioribus comitiis 21 *Julii* anno 1411 iterum Rex electus *Sigismundus* [d], demum *Aquisgrani* coronatus est 8 *Novembris* anno 1414 [e]. *Romæ* in festo Pentecostes anno 1433 [f]. Publicæ pacis auctor [g], nullis neque laboribus neque periculis pepercit, ut gentes omnes in *Constantiense* Concilium adunaret [h], cui etiam sua auctoritate robur addidit [i], inprudens tamen *Hussum*, contra fidem publice datam [k], cremari passus est. Sigismundus Imperator Constantiense Concilium promovet.

§. 6. Ex quo truculentum cum *Hussitis* enatum bellum, quod licet summa cura administraret, *Germaniam* omnem conmoveret [l], Papa crucem prædicaret [m], ita ab *Hussitis* duce *Johanne a Trutnouw*, qui ob oculum amissum *Ziska* dicebatur, homine audaci & manu promto, gestum est, ut maximi sæpe exercitus a paucis fusi fugatique fuerint, nec vivo *Ziska* debellari potuit [n], eo vero anno 1424 mortuo Bellum Hussiticum. Ziska.

a Cuspin. & Andreas Presbyter ll. dd. *b* Gobel. Persona Æt. VI. c. 90. Andreas presbyter monasterii S. Magni apud Eccard. Corp. Hist. Med. T. I. p. 2143. Windeckius c. 26. Scriptum Electorum apud Wenckerum Apparat. Archiv. p. 305. Epistola ad Spirenses apud Lehman. L. VII. c. 81. Aventin. L. VII. c. 23. n. 14. *c* Chron. Bavar. p. 42. an. 1411. Pessina Czechorod in marte Moravico P. I. L. IV. c. 3. n. 45. *d* Litteræ Electorales apud Wenckerum p. 308. Andreas Presbyter p. 2145. *e* Gobel. Persona Æt. VI. c. 94. van der Hardt Conc. Constan. T. IV. p. 22. Magnum Chron. Belg. p. 356. *f* Windeckius c. 188. Trithem. an. 1433. Cuspinian. p. 595. *g* Wencker Apparat. Archiv. p. 315. *h* Cuspin. p. 596. Dubravius L. XXIII. p. 621. du Mont T. II. P. I. p. 363. 365. *i* Van der Hardt T. II. p. 253. T. IV. p. 63. du Mont T. II. P. II. p. 43. Suppl. T. II. P. II. p. 339. L'Enfant. Conc. de Const. L. II. c. 1. *k* Du Mont. Suppl. T. I. P. II. p. 336. Niemius in vita Johannis XXIII. p. 31. *l* Du Mont T. II. P. II. p. 153. 178. & 233. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 208. seq. *m* Theobald. c. 34. *n* Andreas Presbyter p. 2147. Theobaldus de de bello Hussitico c. 31—56. Æneas Sylvius c. 38. 42—44. Dubravius L. XXIII. p. 623. & L. XXIV. Goldast. Rerum Bohemic. L. II. c. 7. §. 22—28. L'Enfant Hist. du Conc. de Basle L. VI. & seqq. Gerh. de Roo Austriac. L. IV. p. 146. & seqq. Edit. in 4to anni 1709.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

tuo[a], post longum bellum *Basileensium* artibus inter se discordes redditi *Bohemi* tandem succubuere[b], ac pactis conditionibus[c] anno 1436 *Sigismundum* Regem acceperunt[d].

Sigismundus moritur.

§. 7. Ita rebus utcunque conpositis septuagenarius obiit 9 *Decembris* anno 1437[e]. Prima ei coniux *Maria* fuit, *Ludovici* Regis *Hungariæ* filia, quæ anno 1392 sine prole mortua est[f]: altera *Barbara Hermanni Ciliæ* Comitis filia, ex qua unicam reliquit filiam *Elisabetham*, quam anno 1427 *Alberto* II *Austriæ* Duci conlocavit[g].

Gesta in imperio.

§. 8. *Sigismundus* hic *Fridericum Austriacum*, qui Papæ *Johanni* ad fugam adiutor fuerat, proscripsit, ditionesque eius occupandi potestatem fecit anno 1415[h]: *Amadeum* VIII *Sabaudiæ* Comitem Ducis titulo ornavit anno 1416[i], sequente quoque *Adolphum Cliviæ* Comitem Ducem appellavit[k]. *Fridericum* vero Burggravium *Noribergensem* Electorem *Brandenburgicum* fecit[l]: Et cum anno 1422 in *Alberto* III *Ascania* familia Electorum *Saxonum* extincta esset, Electoratum, tanquam imperio vacantem, anno 1432 dedit *Friderico Bellicoso* Marchioni *Misniæ*[m]. Denique & *Johannem Franciscum Gonzagam Mantuæ* Marchionem & imperii Vicarium constituit 22 *Septembris* anno 1433[n].

§. 9.

a Sylvius c. 46. Hagecius Böhmischer Chron. p. 729. Dubravius L. XXVI. in fine. L'Enfant Conc. de Basle p. 206. & seqq. *b* Æn. Sylvius c. 47—51. Dubravius L. XXVII. p. 701—709. Struv. Per. IX. Sect. IX. §. 22—24. 26. 27. *c* Du Mont T. II. P. II. p. 297. T. III. p. 1. 2. Suppl. T. I. P. II. p. 378. Bonfin. Dec. III. L. III. p. 405. L'Enfant Conc. de Basle L. XVIII. §. 1. 13. *d* Æn. Sylv. c. 52. Dubravius L. XXVII. p. 710. 711. Struv. l. d. §. 28. *e* Chron. Bavar. p. 60. Windeckius c. 218. Æneas Sylv. c. 53. Bonfin. Dec. III. L. III. p. 406. *f* Bonfin. Dec. II. L. X. p. 351. Dec. III. L. II. p. 375. & L. IV. p. 408. Windeck. c. 2. *g* Goldast. de regno Bohem. App. T. II. p. 275. Struv. Per. IX. Sect. IX. §. 35. *h* Annales Novesienses apud Martene Coll. Max. T. IV. p. 595. du Mont T. II. P. II. p. 26. 29. Andreas Presbyter p. 2146. Naucler. Generat. XLVIII. p. 439. Gerh. de Roo Austriac. Lib. IV. p. 137. & seqq. Van der Hardt Conc. Const. T. IV. p. 103. L'Enfant Conc. de Const. L. II. §. 29. *i* Cernitius Hist. Elect. Brandenb. p. 17. Van der Hardt T. IV. p. 1222. T. V. p. 183. Trithemius p. 355. 356. L'Enfant Conc. Const. L. V. §. 25. *k* Du Mont T. II. P. II. p. 66. *l* Du Mont T. II. P. II. p. 85. Annal. Noves. l. d. *m* Spalatinus in vitis Electorum apud Menken. T. II. p. 1069. Krantzii Saxonia L. XI. c. 10. Struv. Per. IX. Sect. IX. §. 31. L'Enfant Conc. de Const. L. V. §. 24. *n* Du Mont T. II. P. II. p. 269. Naucl. Generat. XLVIII. p. 450.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

Johanna II. Neapolitana.

§. 9. In *Italia*, Rege *Ladislao* defuncto, soror eius *Johanna* regnum *Neapolitanum* tenuit, levis & inpudica femina. Quæ anno 1415 *Jacobo Borbonio Marchiæ* Comiti nupta, eundem postea, orta discordia, anno 1418 fugere coëgit in *Galliam*, ubi *Vesontione* inter *Franciscanos* adscriptus est [a].

Alphonsum adoptat: ac Renato herede scripto moritur.

§. 10. Tum vero rebus in regno propter reginæ amores turbatis, cum *Sfortia*, Dux fortissimus, consentiente clam *Martino* V Papa, *Ludovicum Andegavensem*, ejus nominis tertium secundi filium, ad regnum *Neapolitanum* vocaret [b]; *Johanna* firmandis partibus *Alphonsum Aragoniæ Siciliæ*que Regem in auxilium evocat anno 1420, pacta cum eo de adoptione & regni successione [c]. Hinc *Alphonsum* inter & *Ludovicum* atrox bellum exstitit [d]. Secuta mox Reginæ cum *Alphonso* discordia [e], Regina factam adoptionem rescindens *Ludovicum Andegavensem* adoptat 1 *Julii* anno 1423 [f]. *Alphonsus* redit in *Aragoniam* [g]. *Ludovicus* quieti animi princeps morbo periit mense *Novembri* anno 1434 [h]. *Johanna* paullo post 2 *Februarii* obiit, scripto herede *Renato*, *Ludovici* fratre [i], qui tum a *Philippo Burgundo* captus detinebatur [k].

Alphonsus eiecto Renato regnum occupat.

§. 11. *Alphonsus* prioris adoptionis iure fretus regnum occupare nititur [l]: sed 5 *Augusti* anno 1435 ad *Caietam* a *Genuensibus* navali certamine victus captusque ad *Philippum Mediolani* Ducem, cuius in ditio-

a Pandulfus Collenutius Hist. Neapol. L. V. Summont. L. IV. c. 3. Costanzo L. XIII. in fine. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 7. §. 6. Giannone L. XXV. c. 1. 2. b Auctores laudati. Bartholomæus Facius de rebus gestis Alphonsi Regis Lib. I. p. 1. in Thes. Ital. T. IX. P. III. Rayn. an. 1420. n. 7. 8. c Facius l. d. p. 2—6. Summont. L. IV. c. 3. Giannone L. XXV. c. 3. d Facius p. 6—19. Sommont. l. d. Blondus Dec. III. L. I. p. 409. Sylvius de Statu Europæ c. 60. epist. 265. Sabell. Ennead. X. L. I. p. 145. e Facius L. II. p. 19. & seqq. Antonin. l. d. Giannone L. XXV. c. 4. f Blondus Dec. III. L. I. p. 411. Marinus Barletius Vita Scanderbegi L. X. p. 283. Rayn. an. 1423. n. 14. Giannone L. XXV. c. 4. p. 442. g Facius L. III. p. 28. Mariana L. XX. c. 13. p. 135. Raynald. an. 1423. n. 14. Giannone L. XXV. c. 5. h Facius L. IV. p. 46. Giannone L. XXV. c. 6. p. 453. i Giannone L. XXV. c. 6. k Nostradamus Hist. Prov. P. V. p. 576. Calmet Hist. de Lorraine T. II. p. 772. du Mont T. II. P. II. p. 315. Daniel Hist. de France T. IV. p. 80. 81. l Facius L. IV. p. 46. 47. Nostradamus p. 606.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

ditione tum erat *Genua*, perducitur [a], a quo humanissime habitus, mox pacto fœdere [b] dimissus ad recuperandum regnum [c], quod iam *Isabella*, *Renati* uxor, ipseque *Renatus*, anno 1438 a *Burgundione* liberatus, possidebant [d], revertitur, felicique usus fortuna *Neapolim*, intromisso per aquæductum milite, occupat 2 *Junii* anno 1442 [e]. Quo ex tempore, *Renato* in *Gallias* reverso [f], *Alphonsus* sine conpetitore regnavit, ac ius sibi & post se filio notho *Ferdinando* ab *Eugenio* Papa confirmari curavit 15 *Julii* anno 1443 [g].

Philippus Maria Dux Mediolanensis Italiam bellis miscet.

§. 12. Per hæc tempora *Philippus Maria* Vicecomes, *Johannis Galeacii* filius, post *Johannis Mariæ* fratris necem, quem anno 1412 a suis cæsum referunt [h], *Mediolano* potitus [i], a morte *Ladislai Italiam* bellis miscuit [k]: pace cum *Florentinis* conposita, *Genuenses*, *Thoma Fregosio* Duce deditionem faciente, sibi subiecit anno 1421 [l], sequente *Savonam* [m]. Cum *Florentinis* deinde *Venetis*que susceptum bellum, quod interventu *Martini* Pontificis conpositum anno 1427 [n], mox recruduit, ac denique finitum anno 1433 [o].

§. 13.

a Facius L. IV. p. 52—63. Folieta L. X. p. 569. & seqq. 583. Nostradamus P. VI. p. 607. 608. Blondus Dec. III. L. VII. p. 497. 498. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 11. §. 2. Mariana L. XXI. c. 9. Sabell. Ennead. X. L. II. in extremo. Du Mont T. II. P. II. p. 159. & seqq. *b* Du Mont T. II. P. II. p. 318. Folieta L. X. p. 586. *c* Facius L. IV. p. 64. Mariana L. XXI. c. 10. *d* Facius L. V. p. 66. L. VI. p. 76. Nostradamus p. 608—610. *e* Facius L. VI. & VII. p. 76—104. Nostradamus p. 612—614. Mariana L. XXI. c. 17. Giannone L. XXV. c. 7. *f* Facius L. VII. p. 105—107. Nostradamus p. 615. *g* Facius L. VII. p. 108—111. Giannone L. XXVI. c. 2. Supplem. Corp. Diplom. T. I. P. II. p. 390. *h* Corius Hist. Medional. p. 4. Ripamontius L. IV. p. 593. & seqq. Thes. Ital. T. II. P. I. Jovius in vitis Vicecomitum Thes. Ital. T. III. P. I. p. 326. 327. *i* Ripamontius p. 596. Jovius l. d. p. 327. 328. Candidus in eius vita apud Murator. T. XX. p. 988. 989. Poggius L. V. p. 160. 161. Blond. Dec. III. L. I. p. 396. 397. *k* Facius L. IV. p. 63. 64. Ripamontius L. IV. p. 598. 599. Naucler. Generat. XLVIII. p. 444. *l* Du Mont. T. II. P. II. p. 158. & seqq. Folieta Hist. Genuensi L. X. p. 546. 554. Thes. Ital. T. I. P. I. Jacobus Barcellius L. II. p. 1277. & 1278. T. I. Thes. Ital. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 8. §. 1. Blondus l. d. p. 400. 401. *m* Du Mont T. II. P. II. p. 168. *n* Du Mont T. II. P. II. p. 203. Aretin. Rer. Ital. p. 261. Ripamont. p. 599. & seqq. Poggius L. V. p. 206—239. P. Justiniani Hist. Venet. L. VI. p. 189—202. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 8. §. 2—9. Blondus Dec. III. L. II. p. 421. & seqq. 445. 446. *o* Du Mont. T. II. P. II. p. 258. & seqq. Aretinus p. 262. 263. Poggius L. V. p. 240. L. VI. toto & L. VII. p. 299—302. Justiniani L. VI. p. 202. L. VII. p. 212—220. Anton. P. III. Tit. XXII. c. 9.

A. 6115. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

Albertus Austriacus Imperator, Rex Bohemiæ & Hungariæ.

§. 13. Tria regna *Hungaricum*, *Germanicum* & *Bohemicum*, quæ morte sua vacua fecerat *Sigismundus* Imperator, anno 1438 accepit gener eius *Albertus*, Dux *Austriæ*, *Alberti* I Imperatoris ex tribus *Albertis* abnepos [a]. De *Bohemiæ* regno cum *Polonis* certavit [b]. In *Hungariam* profectus, ut *Sinderoviam* ab *Amurathe* obsessam liberaret, ea iam ab hoste capta, rediens obiit 27 *Octobris* anno 1439 [c]. Uxorem habuit *Elisabetham Sigismundi* Imperatoris filiam, ex eaque duas filias *Annam*, quam *Gulielmo* Duci *Saxoniæ* desponsaverat, & *Elisabetham*, quæ postea *Casimiro Poloniæ* Regi nupsit: etiam ex vidua, quam gravidam reliquerat, natus ei est 23 *Februarii* anno 1440 filius postumus *Ladislaus* [d].

Fridericus Austriacus Imperator.

§. 14. *Alberto* mortuo *Hungari* Regem eligunt *Uladislaum Jagellonis* filium in *Polonia* regnantem [e]. *Bohemi* inter se discordes persuaderi sibi patiuntur, ut *Ladislao Alberti* filio regnum servaretur [f]: *Germani* vero *Francofurtum* coeuntes 2 *Februarii* anno 1440 Regem designant *Fridericum Austriacum*, *Ernesti* filium [g]. Sub hoc Principe in rebus gerendis remissiore [h], nimiumque tenaci [i], magis intestinis motibus & *Hungarorum* in *Austriam* excursionibus, quam bellis cum exteris exercita fuit *Germania* [k].

Eeee 2 §. 15.

[a] Æneas Sylv. c. 54. 55. Bonfin. Dec. III. L. IV. p. 294. Dubravius L. XXVIII. p. 722. 723. Thwrocz. Chron. Hung. P. III. c. 25. Balbin. Epit. Rer. Bohem. L. V. c. 2. p. 498. Cuspin. p. 605. [b] Æneas Sylv. c. 55. Dubravius L. XXVIII. p. 724—726. Dlugloffus L. XII. p. 700—706. 711. 712. L'Enfant Hist. du Conc. de Basle L. XIX. §. 1—8. 16. [c] Thwrocz l. d. c. 27. Æn. Sylv. c. 55. 56. Dubravius L. XXVIII. p. 727. 728. Bonfin. Dec. III. L. IV. p. 414. Dlugloss. L. XII. p. 718. 719. Cuspin. p. 606. [d] Cuspin. l. d. Vredius Geneal. ad Tab. X. P. II. p. 375. 376. Struv. Per. X. Sect. I. §. 7. [e] Thwrocz. P. III. c. 28. Æn. Sylvius epist. 81. Bonfin. Dec. III. L. IV. p. 416. Dlugloss. L. XII. p. 719—724. Gerh. de Roo L. V. p. 167. Dubravius L. XXVIII. p. 728. Struv. Per. X. Sect. II. §. 12. [f] Æn. Sylv. c. 57. 58. & de statu Europæ c. 19. Dubravius L. XXVIII. p. 729. 730. Trithem. p. 406. Naucler. Gener. XLIX. p. 463. Bonfin. Dec. III. L. IV. p. 418—421. Dlugloffus L. XII. p. 757. 758. [g] Fridericus ipse in diario in Petri Lambecii diario Sacri Itiner. Cellens. p. 11. Acta Electionis inter alia documenta Friderici a Kulpisio collecta p. 183. Magnum Chron. Belg. p. 409. [h] Æneas Sylvius de statu Europæ c. 16. Bonfin. Dec. IV. L. IV. p. 587. Comin. L. IV. c. 1. p. 208. [i] Comineus L. VI. c. 3. p. 382. [k] Struv. Per. X. Sect. II. in primis §. 24. 26. 27. 34. 35. 36. 41. 42. 44.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

Philippus Maria & Franciscus Sfortia.

§. 15. Cum *Genuenses*, excusso *Philippi* Ducis *Mediolanensis* iugo, anno 1435 se in libertatem adseruissent, iisque studerent *Florentini*, bellum in *Italia* recruduit, quod a *Francisco Sfortia*, (filio eius, qui *Ludovicum Andegavensem* secutus, in *Apulia* contra Regem *Alphonsum* egregie certarat,) *Florentinorum* duce anno 1438 ita est conpositum, ut ipse *Blancham Philippi* filiam spuriam duceret [a]: verum orta denuo discordia, ad *Venetos Philippi* hostes transiens, res illius evertit [b]. *Philippus*, nulla iusta prole relicta, vita fungitur VI Idus *Augusti* anno 1447 [c].

Franciscus Sfortia dux Mediolanensis. Alphonsus moritur.

§. 16. Post eius mortem, cum plures ad Principatum adspirant, *Mediolanenses* sibi libertatem adserere conantur, *Veneti* aliique urbes eius ditionis intercipiunt, res vehementer turbatæ sunt, donec *Franciscus Sfortia*, *Mediolano* anno 1450 in potestatem redacto, Ducis titulum sumsit 20 *Martii* eiusdem anni 1450 [d]. At *Veneti* tam potentis vicini metu cum *Alphonso* fœdus percutiunt. *Florentini Sfortiæ* auxilium addicunt, *Renatum* e *Gallia* evocant. Sic atrox in *Italia* redintegratum est bellum, quod 8 *Aprilis* anno 1454 cum *Venetis*, ac anno ferme post cum *Alphonso* conpositum [e]. Post annos inde 4 *Christi* 1458 *Alphon-*

[a] Folieta L. X. p. 586. & seqq. Poggius L. VII. p. 304—312. Aretinus Rer. Ital. p. 265. Ripamont. p. 605. 606. Blondus Dec. III. L. VII. p. 505. 506. P. Justiniani L. VII. p. 221. 223. Vita Francisci Sfortiæ a Candido scripta c. 2. 16—19. apud Murator. T. XX. Æneas Sylv. de Statu Europæ c. 45. Bizar. Hist. Genuen. L. XI. p. 251. 256. [b] Aretinus p. 265—267. Poggius L. VII. & VIII. p. 329—360. P. Justiniani L. VII. p. 235. & seqq. L. VIII. p. 258. Vita Sfortiæ c. 23—31. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 11. [c] Vita Philippi Mariæ c. 70. apud Murator. T. XX. p. 1019. Poggius L. VIII. p. 360. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 11. §. 17. Naucler. Gener. XLIX. p. 471. *Platina* in Nicolao p. 248. Jovius tamen in vitis Vicecomitum Thes. Ital. T. III. P. I. p. 530. dicit, ipsum pridie Idus Augusti anno 1448 mortuum esse. [d] Vita Sfortiæ c. 31—38. Poggius L. VIII. p. 367—369. Justiniani Hist. Venet. L. VIII. p. 263—271. Æneas Sylv. de statu Europæ c. 46. Camp. Hist. Cremon. L. III. Annales Placentini apud Murator. T. XX. p. 901. Villanova Hist. Laudis Pompeiæ p. 923. in Thes. Ital. T. III. P. I. Ripamontius Hist. Urbis Mediolani L. V. p. 609—632. in Thes. Ital. T. II. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 12. §. 2. [e] Ann. Placentini an. 1452. 1454. Poggius L. VIII. p. 370—383. Facius L. X. p. 173—177. 181—188. Ripamont. L. VI. p. 640—642. Platina Hist. Mantuana L. VI. p. 857. apud Murat. T. XX. Vita Sfortiæ c. 40. Justiniani L. VIII. p. 272—277. Antonin. P. III. Tit. XXII. c. 12. §. 4. 5.

Alphonsus senior obiit 27 *Junii*; *Aragoniæ* & *Siciliæ* regnis fratri *Johanni* relictis, *Neapolitanum* *Ferdinandus* filius nothus accepit [a].

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

Johannes Hunniades. Uladislaus ad Warnam cæsus.

§. 17. In *Pannonia* & *Albania* *Christianam* rem ea tempestate sustinuit Principum duorum inclyta virtus *Johannis Corvini Hunniadæ*, & *Alexandri Epirotarum* Regis, qui *Scanderbegus* vulgo dicitur. Prior modicæ forunæ, *Walacho* patre, *Græca* matre, in vico *Corvino*, unde ei cognomen inditum, natus; *Hunniades* appellatus ab agro eius nominis, quem ei *Sigismundus* dederat [b], quem etiam eius ex pellice patrem fuisse quidam scribunt [c]. Hic *Transilvaniæ* propter fortitudinem ab *Uladislao* præfectus [d], sæpius victor *Amurathi*, in perniciem *Europæ* incumbenti, moras abiecit, ac nobilissima anno 1443 victoria ad *Sophiam* reportata, *Turcorum* Principem ad pacem cum *Uladislao*, Rege *Hungariæ*, æquissimis conditionibus ineundam conpulit [e]. Sed eam, *Turcis Asiatico* bello distentis, inpellente *Eugenio* Papa eiusque legato *Juliano* Cardinali, temere & perfide disturbarunt *Hungari* haud levi *Christianæ* rei damno. Siquidem eorum exercitus a *Turcis* ad *Warnam* in ipsa S. *Martini* festivitate 11 *Novembris* anno 1444 profligatus est, in quo prælio cum *Uladislaus* ipse Rex, tum *Julianus* Cardinalis occubuit [f].

a Pontanus Hist. Neapolit. L. I. p. 2. in Thes. Ital. T. IX. P. III. Monstrelet. Vol. III. p. 75. Æneas Sylv. Hist. Bohem. c. 71. Naucler. Gen. XLIX. p. 481. Antonin. P. III. Tit. XII. c. 16. §. 1. Mariana L. XXII. c. 18. Giannone L. XXVI. c. 7. *b* Bonfin. Dec. III. L. IV. p. 423. Laon. Chalc. L. V. p. 136. Æn. Sylv. de statu Europæ c. 1. p. 86. *c* L'Enfant Conc. de Basle T. II. p. 88. *d* Bonfin. Dec. III. L. IV. p. 425. Dlugloss. L. XII. p. 756. *e* Ann. Turc. c. 102—109. Leuncl. L. XIV. p. 509—511. 555—559. Laonic. L. V. p. 134—138. L. VI. p. 150. 162—167. Thwrocz c. 40. 41. Philippus Callimachus de gestis Uladislai Regis L. II. p. 327. & seqq. L. III. p. 339. & seqq. in Scriptoribus Rerum Hungaricarum. Æn. Sylv. de statu Europæ c. 4. p. 93. 94. & epist. 44. p. 530. Bonfin. Dec. III. L. IV. p. 429. 430. L. V. p. 431—434. 440—457. Dlugloss. L. XII. p. 748. 757. 771. 774—789. *f* Thwrocz c. 42. Callimachus l. d. p. 342. & seqq. Johannis de Zredno epist. 1 ad Eugenium Papam in Belli Script. Rerum Hungaricarum T. II. p. 18. Ann. Turc. c. 109—118. Leuncl. L. XIV. p. 511—516. 560—564. Æn. Sylv. l. d. c. 4. p. 94—96. epist. 52. 81. Barletius vita Scanderbergi L. II. p. 55—63. Laon. Chalc. L. VI. p. 170—178. Bonfin. Dec. III. L. VI. p. 457—464. Dlugloss. L. XII. p. 790—811. Gerh. de Roo Austriac. L. V. p. 179.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

Casimirus Rex Poloniæ. Ladislaus Hungariæ sub tutela Hunniadis.

§. 18. Secundum hanc calamitatem *Poloni Casimirum Uladislai* fratrem *Lithuaniæ* Ducem ad regnum vocant [a]. *Hungari Ladislaum* postumum *Alberti* Cæsaris filium, *Sigismundi* ex *Elisabetha* nepotem, quinquennem puerum Regem renunciant, curatore addito regni *Johanne Hunniade* [b]. Qui deinde anno 1447, quod *Fridericus* Imperator puerum Regem cum corona regni suæ fidei ab *Elizabetha* matre commissum reddere nollet, *Austriam* aliasque *Friderici* provincias pervastavit [c]. Cum *Amurathe* quoque anno *Hegiræ* 852 *Christi* 1448 magno prælio in *Cosovæ* campis, qui & *Merulæ* vocantur, pugnavit [d]; eoque anno 1451 apud *Croiam Epiri* mortuo [e], filium eius *Muhammedem*, qui, *Constantinopoli* 29 *Maii* anno 1453 capta [f], *Christianis* omnibus terribilis imminebat, *Taurunum*, quam *Albam Græcam*, nostri *Belgradum* vocant, anno 1456 oppugnantem cum magna *Turcorum* strage ignominiaque depulit [g]. Eodemque anno *Johannes Hunniades*, *Transsilvaniæ* Princeps, *Waiwodam* mos est dicere, felici exitu diem obiit 4 Idus *Septembris* [h].

Scanderbegus clarus.

§. 19. *Georgius*, *Johannis Castrioti*, *Epiri* Principis, filius natu minimus, a patre *Amurathi* obses datus, ab eoque mutato nomine *Scanderbegus* dictus,

a Æn. Sylv. de statu Europæ c. 19. p. 113. apud Freher. T. II. Dlugloss. L. XIII. p. 1—3. 6—27. Cromer. L. XXII. p. 333—335. *b* Thwrocz c. 44. Joh. de Zredna epist. 23. Ranzani Epit. Rer. Hungaricarum c. 23. p. 245. Æn. Sylv. c. 16. p. 109. epist. 78. 81. p. 566. ep. 93. 95. 136. Bonfin. Dec. III. L. VII. p. 469. Dlugloss. L. XIII. p. 4. 5. Naucler. Gen. XLIX. p. 467. *c* Thwrocz c. 45. Ranzani l. d. Gerh. de Roo Austriac. L. V. p. 181. Petr. de Reva de Monarchia Hung. apud Belium in Script. Rer. Hung. T. II. p. 66. seq. Bonfin. Dec. III. L. VII. p. 469. Heuter. Rer. Austriac. L. IV. c. 2. *d* Ann. Turc. c. 122. 123. Leuncl. L. XIV. p. 517—521. 564—568. Laon. Chalc. L. VII. p. 188—197. Thwroz c. 46. Bonfin. Dec. III. L. VII. p. 470. & seqq. Dlugloffus L. XIII. p. 46—48. *e* Barletius L. VI. p. 191. 192. Ann. Turc. c. 126. Leuncl. L. XIV. p. 522. & 571, qui tamen Hadrianopoli mortuum aiunt. Laon. Chalc. L. VII. p. 198. *f* Ann. Turc. c. 128. Leuncl. L. XV. p. 578. 579. Laon. L. VIII. p. 202—211. Thwrocz c. 54. *g* Thwrocz c. 55. Ranzan. c. 24. 25. Ann. Turc. c. 133. Leuncl. L. XIV. p. 583. Laon. Chalc. L. VII. p. 221—224. Æn. Sylv. Hist. Bohem. c. 65. Bonfin. Dec. III. L. VIII. p. 488—491. Dubravius L. XXIX. p. 753—755. *h* Thwrocz c. 56. Ranzan. c. 27. Laon. L. VIII. p. 225. Bonfin. Dec. III. L. VIII. p. 491—493.

tus[a], per occasionem cladis ad *Moravam Turcorum* manibus elapsus, paterna *Epiri* ditione recuperata[b], ingruentes persæpe cum infinitis millibus *Turcos* parva manu superavit, summoque, quoad vixit, iis terrori fuit[c]. Hunc anno *Christi* 1443, quarto Kalendas *Decembres* regnare cœpisse, & XVI Kal. *Februarias* anno 1466, natum annos 63, diem obiisse supremum auctor est *Marinus Barletius*[d]. A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

§. 20. *Ladislao* postumo, cuius regna propter teneram ætatem, *Hungaricum Hunniades*, *Bohemicum Poggiebracius*, & *Austriam Ulricus Ciliæ* Comes administraverant, X ante Kalendas *Decembres* anno 1458 mortuo[e], de successione orta discordia, *Austriacas* ditiones agnati inter se diviserunt[f]; *Bohemia Georgio Poggiebracio* cessit[g], qui eam ad annum 1471 feliciter tenuit. *Hungari* alii *Fridericum* Imperatorem[h], alii *Matthiam Corvinum Johannis* filium, Regem elegerunt[i]. Qui nulla re patri dissimilis & *Austriam*[k], & *Bohemiam* armis vexavit[l], *Turcos* non semel profligavit[m], mortuusque est ineunte anno 1490. Poggiebracius Bohemiæ. Matthias Corvinus Rex Hungariæ.

§. 21. *Alphonso Aragonio* mortuo, res quæ sub ipso in regno *Neapolitano* quietæ fuerant, graviter turbari cœperunt: statim post mortem *Alphonsi* filio eius *Ferdinando* litem de regno movit *Calixtus* III Papa, sed id periculum morte Pontificis, qui eopse anno 1458 *Augusti* 6 obiit, discussum est[n]. Tum vero sequente Motus Neapolitani contra Ferdinandum Alphonsi filium.

a Barletius vita Scanderbegi L. I. p. 4—6. Johannes Jovianus Pontanus Hist. Neapolit. L. II. p. 42. in Thes. Ital. T. IX. P. III. *b* Barletius L. I. p. 14—16. Laon. Chalc. L. VII. p. 185. *c* Barletius copiose Libris XII. Laon. L. VII. p. 185. 187. *d* Barletius L. XII. p. 370. *e* Thwrocz. c. 52. 53. 58—62. Ranzan. c. 28. Æn. Sylv. H. Bohem. c. 58—71. Bonfin. Dec. III. L. VIII. & IX. p. 495—509. Goldast. Bohem. L. VI. c. 7. §. 1. Dubravius L. XXIX. p. 762. Naucler. Gener. XLIX. p. 475. 476. 481. 482. 483. *f* Roo Rer. Austriac. L. VI. p. 212—219. Struv. Per. X. Sect. II. §. 30. *g* Æn. Sylv. H. Bohem. c. 72. Dubravius L. XXX. p. 767—770. & de Poggiebrachio Gundlingiana P. XIII. Diss. II. *h* Roo L. VI. p. 215. & seqq. Lanckman apud Freherum T. III. p. 78. 79. *i* Thwrocz c. 63. 64. Ranzan. c. 29. 30. Bonfin. l. d. p. 509. *k* Bonfin. Dec. III. L. X. p. 520—524. 533. Dec. IV. L. IV. p. 585. L. V. p. 592. 607. & seqq. *l* Dubravius L. XXX. p. 780—787. L. XXXI. p. 791—804. Bonfin. Dec. IV. L. I. & II. p. 548—559. L. III. p. 564—576. *m* Bonfin. Dec. III. L. X. p. 531. & seqq. Dec. IV. Lib. I. p. 537. L. III. p. 578. 579. L. V. p. 607. 612. *n* Joh. Jov. Pontanus Hist. Neapol. L. I. p. 5. Bullarium Magnum T. IX. p. 264. Naucler. Gen. XLIX. p. 482. Mezeray T. II. p. 663. Giannone L. XXVII. in principio.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

te anno *Johanne Antonio Ursino*, *Tarentino* Principe, invitante, *Johannes*, *Renati Andegavensis* filius, hoc tempore *Genuæ* Præfectus, a patre classe ex *Provincia* missa aditus, Rege etiam *Galliæ* favente, magno exercitu conlecto, in *Apuliam* profectus est, brevique qua defectione civium, qua victoria de *Ferdinando* reportata, eo rem deduxit, ut de *Ferdinando* actum videretur [a]. Sed *Scanderbegus*, illius & *Pii* II Pontificis adductus precibus, ex *Epiro* veniens, rem restituit, ut denique *Johannes*, XV ante Kal. *Septembris* anno 1462 ad *Troiam* victus, relicto *Neapolitano* regno, in *Galliam* redire coactus fuerit [b].

Genuenses Gallos pellunt.

§. 22. Eademque occasione *Genuenses*, qui ab *Alphonso Aragonio* pressi, anno 1458 se *Carolo* VII *Galliæ* Regi in clientelam tradiderant [c], *Gallica* præsidia ex arce deiecerunt anno 1460 [d].

Cyprus post varios motus Venetorum facta.

§. 23. Dum per *Europam Christiana* res intestinis turbatur odiis, in *Asia* quoque par eam calamitas adflixit. *Cyprum* insulam *Richardus*, *Angliæ* Rex, *Græcis* ademtam, *Guidoni Lusiniaco Gallici* generis, qui Rex *Hierosolymorum* dicebatur, permiserat [e]. In ea posteris illius regnantibus, civium suorum cæde, anno 1372 perpetrata, irritati *Genuenses* validam ad ulciscendum classem *Petro Fulgosio* Duce conparant. Brevi tota cum Rege *Petro* II & Regina matre insula in potestatem venit. Illis, cum aliquanto tempore in carcere detenti essent, tandem data venia est. Sed regno vectigal inpositum, & *Salamis*, quæ & *Famagusta*, victori cessit [f]. *Petro* Regi, quem & *Petrinum* vocant, *Genuensium* auctoritate successit patruus *Jacobus*, ei *Janus*, quem *Ægypti* Sultanus, capta

[a] Pontanus L. I, p. 6—34. Barletius L. X. p. 284. Rayn. an. 1459. n. 79—81. Giannone L. XXVII. c. 1. p. 551—557. [b] Pontanus, qui hoc tempore vixit, copiose L. II. p. 42. & seqq. L. IV. p. 70. 71. L. VI. p. 91. Barletius L. X. p. 285. 390—302. Mariana L. XXIII. c. 2. Rayn. an. 1460. n. 60. 62—68. 1461. n. 1—6. an. 1462. n. 8. 9. Giannone L. XXVII. p. 558—560. [c] Folieta L. X. p. 604. in Thes. Ital. T. I. Bizarus L. XIII. p. 291. 292. Mariana L. XXII. c. 18. [d] Folieta L. XI. p. 613. & seqq. Bizarus L. XIII. p. 301—310. Raynald. an. 1460. n. 73. Daniel. T. IV. p. 232—235. [e] Supra L. VIII. c. 17. §. 5. [f] Chronicon Tarvisinum apud Murator. T. XIX. p. 760. Folieta L. VIII. p. 459. Bizarus Hist. Genuens. L. VII. p. 143. & L. II. de Bello Veneto p. 754—757. Æn. Sylv. de Asia c. 97. Rayn. an. 1371. n. 9. 1372. n. 31. 1373. n. 8.

capta direptaque *Cypro*, ac multis occisis mortalibus, stipendiarium fecit anno 1426 [a]. Mortuo successit filius *Johannes*, præ luxu ac deliciis mulieris, quam viri similior, qui *Helenam* ex *Palæologorum* sanguine in coniugium accepit, ex qua *Carlottam* genuit, ex concubina vero *Jacobum*. *Carlotta Ludovico* Ducis *Allobrogum* filio nupsit. *Jacobus Nicosiensis* præsul factus. Hic, patre anno 1458 mortuo, regni cupidior, *Ægypti* Sultanum adiens, & in eius verba iurans, ab eodem inducitur in regnum, *Ludovico Carlottæ* coniuge pulso, sub annum 1460 [b]. Post *Genuensibus* eiectis & *Salamine* anno 1464 recuperata [c], *Jacobus* anno 1471 *Catharinam Marci Cornelii*, patricii *Veneti* filiam & a Senatu *Veneto* adoptatam, ducit. Tum Rege anno 1473, & paullo post postumo eius *Jacobo* exstincto, id regnum in *Venetorum* potestatem venit anno 1476 [d].

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

§. 24. *Fridericus* Imperator finem vivendi fecit 19 *Augusti* anno 1493, imperii 54 [e]. Uxorem anno 1452, duxit *Eleonoram*, *Eduardi* Regis *Lusitaniæ* filiam, *Alphonsi* V sororem [f]: ex qua superstites sibi reliquit filium *Maximilianum*, 22 *Martii* anno 1459 natum [g], & *Cunigundam*, quæ anno 1487 *Alberto Bavariæ* Duci nupserat [h]. Hoc *Friderico* imperante domus *Brandenburgica* anno 1442 accepit ius successionis in terras *Megalopolitanas* [i]. Domus etiam *Austriaca* anno 1453 *Archiducali* titulo perpetuum ornata [k]. Idem *Ulrico Gretzilano* anno 1454 Comitis in *Frisia* titulum

Friderici Imperatoris mors, genus & in imperio gesta.

F f f f

[a] Æn. Sylv. de Asia c. 97. Monstrelet Vol. II. p. 28. 29. Leuncl. Suppl. Ann. Turc. p. 122. Thuanus L. XLIX. p. 712. Rayn. an. 1425. n. 20. 1426. n. 23. 24. an. 1427. n. 23. [b] Æn. Sylv. l. d. Naucl. Gen. XLIX. p. 485. 486. Thuan. l. d. Rayn. an. 1459. n. 86. an. 1460. n. 93—96. [c] Stephanus Lisiniacus in Hist. Cypri ad annum 1464. Rayn. an. 1464. n. 71. [d] Petrus Justiniani Hist. Venet. L. IX. p. 302.—307. Bembus Hist. Venet. L. I. p. 11—13. in Thes. Ital. T. V. P. I. Naucl. Gen. XLIX. p. 486. Thuanus L. XLIX. p. 712. Rayn. an. 1473. n. 3—5. 1475. n. 31. [e] Cuspinian. p. 620. Naucler. Gen. L. p. 506. Doeringii Contin. Engelhusii apud Menkenium T. III. p. 50. 62. Heut. Austriac. L. V. c. 2. [f] Lanckmanni Historia desponsationis Friderici III. p. 72. 73. apud Freher. T. II. Æn. Sylvii & Motzii orationes Ib. p. 27. 31. Struv. P. X. Sect. II. §. 20. 21. [g] Lanckman. l. d. p. 79. [h] Roo L. X. exeunte. Struv. Per. X. Sect. II. §. 67. [i] Du Mont. T. III. P. I. p. 116—118. [k] Du Mont T. III. P. I, p. 194.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

lum concessit, iterumque confirmavit anno 1464[a]. *Alberto* vero *Animoso Saxoniæ* Duci anno 1483 exspectativam in *Juliacensem* & *Montensem* ducatum dedit[b].

Maximilianus Imperator.

§. 25. *Friderico* in imperio successit filius *Maximilianus*, Princeps laudatissimus[c], sed venationi & aucupio nimium deditus[d], iam ante 7 annos 16 *Februarii* anno 1486 Rex designatus[e]. Patre vivo, mortua coniuge *Maria Burgundica*, graves cum *Belgis* lites habuit anno 1488[f], ac dein rerum potitus perpetuo fere bello exercitus fuit a *Carolo Egmondano Geldriæ* Duce[g]. Anno etiam 1498 & 1499 bellum cum *Helvetiis* minus prospere gessit[h].

Ferdinandus Catholicus Granatam capit. Judæos regno exigit.

§. 26. In *Hispania Ferdinandus* Catholicus, qui per nuptias cum *Isabella*, *Henrici* Regis *Castellæ* sorore & herede, *Aragoniæ* & *Castellæ* regna iunxerat[i], *Granatam*, qua in urbe *Maurorum* reliquiæ consederant, expugnat anno 1492, quo *Saracenorum* in *Hispania* dominatus post annos, quam eo venerant, 780 desiit[k]. Eodem anno *Judæi*, *Ferdinandi* & *Isabellæ* ditionibus excedere iussi, 170 familiarum millia in exilium abiere, quæ ad 800000 capitum fuisse dicuntur[l].

Christophorus Colombus insulas Occidentis aperit.

§. 27. Complures in extremis Orientis Occidentisque finibus ignotæ regiones hoc sæculo adiri cœptæ, patefacto ad eas per *Hispanas Lusitanas*que classes

a Emmius Hist. Fris. L. XXIV. p. 373. & XXV. p. 389. Brenhisern Ost-Friesische Historie T. I. L. I. c. 5. §. 10. 17. L. III. p. 75—78. *b* Du Mont T. III. P. II. p. 121. 165. *c* Cuspin. p. 725. Gerh. a Roo p. 489. Jo. Faber in oratione funebri apud Freher. T. II. p. 722. *d* Pontus Heuterus Austriac. L. VII. c. 8. Fugger L. VI. c. 20. n. 12. Achilles Pirminius Gassarus apud Mencken. T. I. p. 1765. *e* Cuspin. p. 727. Hist. Electionis Maximiliani apud Freher. T. III. p. 30. Mieris L. III. p. 183. 184. *f* Cuspinian. p. 727. 728. Heuter. Austr. L. III. c. 3. & seqq. du Mont T. III. P. II. p. 201. Mieris Nederlandsche Vorsten L. III. p. 161. 162. 171—177. 188. 189. 193—203. Struv. Per. X. Sect. II. §. 59. *g* Pontanus Hist. Geld. L. X. p. 590. L. XI. p. 595. & seqq. Mieris L. IV. p. 241. 242. 260. L. V. p. 306. 368. L. VI. p. 387. & seqq. *h* Pirckheimer de bello Helvetico apud Freher T. III. Naucler. Gen. LI. p. 514. Heut. Aust. L. V. c. 9. Gerh. a Roo L. XI. p. 539. & seqq. Struv. Per. X. Sect. III. §. 11. 12. *i* Mariana L. XXIII. c. 14. XXIV. c. 5. *k* Tarafa p. 733. Marinus Siculus L. XX. toto. Anton. Nebrissensis Dec. II. L. I—IV. Mariana L. XXV. toto. *l* Mariana L. XXVI. c. 1. Naucl. Gener. L. p. 506.

ſes itinere. *Chriſtophorus Colombus*, origine *Placentinus*, ſed *Genuæ* natus, nauticæ rei ſcientiſſimus, ſub *Ferdinandi* & *Iſabellæ* Regum auſpiciis 3 *Auguſti* anno 1492 ex *Palenſi* portu ſolvens, novas reperit inſulas: cuius exemplum ſecuti reliqui, paulatim vaſtam illam aperuere continentem, quæ partem orbis terrarum quartam efficit[a].

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Chriſt. 1400. ad 1500.

§. 28. Non minori ignotas terras luſtrandi ſtudio ab aliquo tempore incitati *Luſitani*, *Vaſco Gama* duce, iuſſu *Emmanuelis* Regis 9 *Julii* anno 1497 *Olyſſipone* profecti, ſequente anno 19 *Maii Calecutum* adpulſi, *Indicis* commerciis, ac *Luſitanorum* in Orientem navigationibus viam aperuerunt[b].

Vaſcus Gama Indiam Orientalem adit.

§. 29. Fuit etiam hoc ſæculum nobiliſſimo artis typographicæ invento clarum, cuius rudia principia a *Laurentio Johannis*, cive *Harlemenſi*, quem *Coſterum* cognomine vocant, feliciter circa annum 1440 poſita, magis adiutore *Johanne Fauſto* cive *Moguntino* excoluit *Johannes Guttenbergius*[c].

Ars typographica inventa.

Ffff 2 C A-

[a] Guicciar. L. VI. p. 334—336. Heuter. L. VIII. c. 13. 14. Mariana L. XXVI. c. 3. Miniana L. I. c. 8. Martiniere introduction a l'Hiſtoire de l'Amerique C. II. & ſeqq. Struv. Per. X. Sect. III. §. 64. [b] Oſor. L. I. de geſtis Emmanuelis. Maffeii Hiſt. Ind. L. I. p. 27—35. Mariana L. XXVI. c. 17—20. La Clede Hiſt. de Portugal. T. IV. p. 97—100. 102. & ſeqq. [c] Marcus Zuerius Boxhornius in diſſertatione de Typographicæ artis inventione & inventoribus: & in theatro Hollandiæ p. 134—137. Aliique a Jo. Chriſt. Wolfio in monumentis typographicis Hamburgi 1740. editi. Gerdeſius Introduct. ad Hiſt. Euang. §. 1—3. Struv. Introduct. ad notitiam rei litterariæ C. XI.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

CAPUT VI.

De Rebus Anglicis, Francicis*que Sæculi* XV. *regnantibus in* Anglia Henrico V & VI. Edoardo IV. V. & Henrico VII. *In* Gallia *vero* Carolo VI. & VII, Ludovico XI & Carolo VIII, *ab anno circiter* 1400 *ad* 1500.

§. 1.

HenricusV. Rex Angliæ, adiuvante Philippo Bono, Rex Galliæ designatus moritur.

HEnrico IV *Angliæ* Rege 20 *Martii* anno 1413 exstincto successit filius *Henricus* V [a], cui internecina, quibus *Galli* inter se conflagraverant, odia magnarum rerum occasionem præbuerunt. Ultro quippe invitatus ab *Johanne Intrepido Burgundiæ* Duce, transductis in *Galliam* copiis, primum anno 1415 maximo *Gallos* ad *Azincurtum*, haud procul *Caleto*, concidit prælio [b]; a quo tempore *Anglo* prona omnia fuere, maxime postquam *Delphinus*, contra pactum 11 *Julii* anno 1419 cum *Burgundo* fœdus [c], incautum obtruncari curavit [d]: tum enim acer cædis paternæ ultor *Philippus Bonus* Dux *Burgundiæ* 2 *Decembris* anno 1419 ita cum *Anglo* paciscitur, ut ducta *Catharina*, *Caroli* Regis filia, regni heres designaretur, excluso *Carolo* Delphino, quod pactum pater ipse ratum habuit 21 *Maii* anno 1420 [e]. Verum perbrevem fructum tanti successus habuit *Henricus*, exstinctus in flore ætatis penultimo *Augusti* anno 1422 [f], successorem nactus filium ex *Catharina Henricum*, non-

[a] Walsingh. p. 382. Polyd. Vergil. L. XXI. p. 433. Rapin. T. III. p. 416. [b] Walsingh. p. 391—393. Polydor. Verg. L. XXII. p. 437—442. Monstrelet. c. 146. & seqq. Meyer Ann. Flandr. L. XV. p. 244—247. Mezeray T. II. p. 566. 567. Edit. Paris. an. 1685. Rapin. T. III. p. 422—452. Daniel. T. III. p. 869—877. [c] Du Mont T. II. P. II. p. 133. [d] Du Mont T. II. P. II. p. 137. Walsingh. p. 400, Polydor. p. 443—448. Monstrelet. c. 190. 207. 212. Meyer. L. XV. p. 252—257. Æmil. p. 325. Mezeray T. II. p. 580. 581. Rapin. T. III. p. 471—483. [e] Du Mont T. II. P. II. p. 137. 141—148. Monstrelet. c. 216. & seqq. 225. Walsingh. p. 401. 402. Polydor. L. XXII. p. 449. 450. Mezeray T. II. p. 582. Meyer. L. XVI. p. 258. Rapin. T. III. p. 483—490. [f] Registres du Parlement de l'an. 1422. Walsingh. p. 407. Mezeray T. II. p. 585. Rapin. T. III. p. 501.

nondum novem menses natum [a]. Eodemque anno 21 *Octobris* obiit *Carolus* VI, quem excepit unicus ex sex filiis superstes *Carolus* VII [b], natus 22 *Februarii* anno 1403 [c].

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

Carolus VII. per Johannam Darciam præsenti erepus periculo, Anglos Gallia pellit.

§. 2. Hoc *Carolo* Rege adflictæ res *Gallorum* erectæ & constitutæ sunt; quamvis enim sub initium eius perpetuus fuerit cursus *Anglicanæ* victoriæ, deficientibus a *Carolo* in dies oppidis [d]; postquam tamen anno 1424 subnatum est diffidium inter *Glocestriæ* Ducem, *Angliæ* regnum procurantem, & *Philippum* Bonum, Ducem *Burgundiæ* [e], denique ad *Aurelianos*, nobilissimam *Celticæ* urbem, quam *Angli* ab anno 1428 obsidebant, rerum inclinatio facta est, partim morte *Sarisberiensis* Ducis, qui in ea obsidione cæsus est [f], partim etiam interventu *Johannæ Darciæ*, quæ virgo in agro *Tullensi*, patre agricola nata, divinas voces iactans [g], & *Carolo* Regi animum addidit, & cum subsidiis missa fractos præliis aliquot *Anglos* anno 1429 *Maii* 12 ab urbe repulit [h]. Regem *Durocottorum Remorum* ad sacra regni rite capienda perduxit [i]. Sequente tamen anno 1430 *Maii* 25 ad *Compendium* capta, post longam de ea quæstionem ab Episcopis damnata, *Rothomagi* cremata est 30 *Maii* anno 1431 [k]. Hinc aliquamdiu velitatum, donec *Carolus Burgundo* sibi 21 *Septembris* anno 1435 reconciliato [l], & *Betfordiæ* Duce mense sequente mortuo.

[a] Walsingh. p. 406. Polydor Verg. L. XXII. p. 451. 453. [b] Monstrelet Vol. II. fol. 1. Mezeray T. II. p. 585. Daniel. T. II. p. 916. 917. [c] Æmil. p. 326. Daniel. T. IV. p. 1. [d] Monstrelet Vol. II. fol. 8. 13. Polydor. L. XXIII. p. 455—457. Æmil. p. 326. 327. Meyer. L. XV. p. 266. Rapin. T. IV. p. 4. & seqq. p. 28—32. [e] Mezeray T. II. p. 610. Meyer. L. XVI. p. 267. Aventin. L. VII. c. 24. §. 25—37. Rapin. T. IV. p. 32—36. Daniel. T. IV. p. 11. 12. [f] Monstrelet fol. 38. Polydor. L. XXIII. 461—463. Mezeray T. II. p. 612. Rapin. T. IV. p. 53—55. [g] Conferatur differtatio de hac virgine Rapin. T. IV. p. 180—202. Meyer. L. XXIII. p. 272. 273. Daniel. T. IV. p. 35—38. [h] Polydor. L. XXIII. p. 464. 465. Mezeray T. II. p. 614. 615. Rapin. T. IV. p. 57—59. Daniel. T. IV. p. 39—42. [i] Monstrelet fol. 47. Mezeray T. II. p. 616. Polydor. L. XXIII. p. 465—467. Rapin. T. IV. p. 59—62. Daniel. T. IV. p. 44—49. [k] Du Mont Suppl. T. I. P. II. p. 356. Mezeray T. II. p. 617. 618. Polydor. L. XXIII. p. 470. Daniel. T. IV. p. 78. 82—84. Rapin. T. IV. p. 69—71. [l] Du Mont T. II. P. II. p. 309. Mezeray T. II. p. 622. Meyer. L. XVI. p. 282. Polydor. L. XXIII. p. 478. Daniel. T. IV. p. 96—104.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

tuo [a], paullatim ex hostium manu regnum recepit, *Normannia* omni anno 1449 occupata [b]; denique *Talbotio*, egregiæ fortitudinis viro, anno 1453 cæso, *Aquitania* quoque *Anglis* erepta, ut nihil ipsis præter *Caletes* & *Guinas* in *Gallia* reliqui fieret [c].

Henricus VI Angliæ Rex: factiones albæ & rubræ rosæ. Richardus & Edoardus.

§. 3. Inter hæc, fervente adhuc bello *Gallico*, civilium discordiarum semina in *Anglia* sparsa. Rex *Henricus* VI mente debilis, invito patruo eius *Glocestriæ* Duce, anno 1444 duxerat *Margaretham*, *Renati Andegavensis* indotatam filiam, magni animi & imperandi cupidam feminam [d]. Ea vindictæ cupida *Glocestrium* tolli curat [e]: accensis civium animis ab anno 1447 mentio iniici cœpit iuris *Richardi Eboracensis* in regnum [f]. Duæ erant regiæ familiæ ab *Edoardo* III ortæ, altera *Eboracensium*, qui albam rosam; altera *Lancastriorum*, qui rubram rosam insigne sumserunt [g]. Hinc factionum studiis omnia misceri [h]. *Richardus* 19 *Julii* anno 1460 *Henricum* Regem, conlatis signis, vincit, capit; ipse de publici concilii sententia regni successor designatur [i]. Regina *Margaretha*, haud exigua manu contracta, desinente eodem anno *Richardum* acie vincit & interficit. Mox *Londinum* ducens, occurrentem sibi alterum *Richardum*, *Warwici* Comitem, mense *Februario* anno 1461 castris exutum in fugam agit, ac maritum restituit in regnum [k]. Nihil ea clade territus *Edoardus*, *Richardi* filius, *Marchiæ* Comes Reginam 29 *Martii* magno prælio vincit, ipse 20 *Junii* eiusdem anni 1461 Rex coronatur [l]. Reginam, multa molientem, in *Galliam*

[a] Polydor. L. XXIII. p. 479. Rapin. T. IV. p. 85. Daniel. T. IV. p. 106. [b] Polydor. L. XXIII. p. 489. 490. Mezeray T. II. p. 644—648. Daniel. T. IV. p. 176—190. Rapin. T. IV. p. 132—134. [c] Æneas Sylv. de Statu Europæ c. 39. Polydor. L. XXIII. p. 495. 496. Mezeray T. II. p. 649. 650. 653—655. Rapin. T. IV. p. 147—149. Daniel. T. IV. p. 207—210. [d] Polydor. L. XXIII. p. 485. Rapin. T. IV. p. 120—122. [e] Polydor. L. XXIII. p. 486. Mezeray T. II. p. 644. Rapin. T. IV. p. 123—125. [f] Polydor. L. XXIII. p. 487. 488. 491. 492. Rapin. T. IV. p. 128. 129. [g] Rapin. T. IV. p. 149. 150. [h] Polydor. L. XXIII. p. 493. 494. 496. & seqq. Rapin. T. IV. p. 134. 138. 142. 150. & seqq. [i] Polydor. L. XXIII. p. 502. 503. Raynald. an. 1460. n. 106. & seqq. Mezeray T. II. p. 655. Rapin. T. IV. p. 165—171. [k] Polydor. L. XXIII. p. 505. Monstrelet Vol. III. p. 83. Rapin. T. IV. p. 172—176. [l] Cominæus L. I. c. 7. p. 41. Monstrelet Vol. III. p. 84. 85. Polydor. L. XXIII. p. 503. 504. Raynald. an. 1461. n. 134. 135. Rapin. T. IV. p. 176—178. 203—207.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

liam fugere cogit anno 1464[a]. Post, simultate inter Regem & *Warvicensem* orta, *Warvicensis*, fœdere cum *Margaretha* inito, & auxiliis *Ludovici* XI Regis *Franciæ* adiutus, *Edoardum* Regem fugat, *Henricum* pristinam ad dignitatem reducit mense *Octobri* anno 1470[b]. *Edoardus*, auxiliante *Carolo Burgundiæ* Duce, regnum, quod amiserat, recipit mense *Aprili* anno 1471, & *Richardo Warvicensi* in pugna interfecto, *Henrico* nec non *Edoardo*, unico eius filio, vitam eripit[c]. *Margaretha* in custodiam data, anno 1475 a *Ludovico* IX redemta, eidem ditiones suas ducatum *Andegavensem*, *Lotharingiam* & *Provinciam* dono dedit[d].

Mortus Anglici post mortem Edoardi.

§. 4. *Edoardus* post regnum annorum 22 & unius mensis exstinctus est 9 *Aprilis* anno 1483, ex uxore *Elisabetha Woodwilla* relinquens duos filios *Edoardum* & *Richardum* & sex filias[e]. Verum frater eius *Richardus*, *Glocestriæ* Dux, homo sceleratus, occisis eius filiis, tyrannidem invadit[f], quem tertio post anno in prælio occidit *Henricus Richemundensis* 22 *Augusti* anno 1485[g].

Henricus VII Rex Angliæ.

§. 5. Erat hic *Henricus* VII eius nominis, *Johannis* Ducis *Somersethiæ* ex *Margaretha* nepos, originem referens ad *Johannem* a *Gandavo*, *Edoardi* filium, *Lancastriorum* progenitorem. Hic, regnum auspicatus anno 1485[h], *Januario* proximo ex pacto uxorem duxit *Elisabetham*, *Edoardi* IV filiam, atque ita *Lancastriorum* & *Eboracensium* iura coniunxit[i]. Regnum quod ad exteros quietum tenuit, ac mag-

[a] Monstrel. p. 95. Daniel T. IV. p. 253. Rapin. T. IV. p. 211. 212. 215—218. [b] Comin. L. III. c. 4. 5. 6. Chronique schandaleuse p. 131—137. Æmil. p. 350. Polydor. L. XXIII. p. 507. & seqq. Rayn. an. 1470. n. 49. Daniel. T. IV. p. 306—309. Rapin. T. IV. p. 219. 222—225. 231. 232. 236—249. [c] Comines L. III. c. 7. Chronique Scand. p. 142. 143. Polydor. L. XXIV. p. 515—525. Rayn. an. 1471. n. 51. Daniel. T. IV. p. 316—319. Rapin. T. IV. p. 254—271. [d] Preuves sur Comines L. III. p. 130—146. [e] Polydor. L. XXIV. p. 532. Rapin. T. IV. p. 390—312. [f] Polydor. L. XXV. p. 533. & seqq. Comines L. V. c. 18. p. 364. 365. Rapin. T. IV. p. 313—341. [g] Comines l. d. p. 366. 367. Polydor. L. XXV. p. 555—557. Baco in Historia Henrici Septimi p. 1. Edit. Elzevirianæ anno 1662. Rapin. T. IV. p. 369. & seqq. [h] Rapin. T. IV. p. 349. 381. & seqq. [i] Baco l. d. p. 17. 18. 33. Polydor. L. XXVI. p. 560. Rapin. T. IV. p. 357. 386. 387. [k] Rapin. in Henrico VII.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

magnis coactis opibus[a], obiit 22 *Aprilis* anno 1509 filium sibi superstitem unicum relinquens *Henricum* VIII, & duas filias *Margaretham*, quæ *Jacobo* IV *Scotiæ* Regi nupsit, & *Mariam*, cuius ex filia neptis fuit *Johanna Graia*[b].

Carolus VII moritur.

§. 6. In *Galliis*, *Anglorum* excusso dominatu, respirabat *Carolus*: nisi quod, a bello quiete parta[c], domesticas in turbas incidit. Nam *Lodovicus* eius filius, offensus patri, ad *Philippum Burgundum* receptum habuit anno 1456[d]: nec inde in *Franciam* rediit ante illius obitum, qui incidit anno 1461 *Julii* 22[e]. Ex uxore *Maria Ludovici* II *Andegavensis* filia tres suscepit filios *Ludovicum*, *Philippum* in infantia mortuum, & *Carolum*, *Normanniæ*, dein *Aquitaniæ* Ducem & filias quinque[f].

Ludovicus XI Rex motus in regno callide componit.

§. 7. *Carolo* successit filius *Ludovicus*, eius nominis XI *Remis* unctus 14 *Augusti* anno 1461[g]. Princeps callidus, sed pervicax & suspiciosus, regiæ potestatis proferendæ cupidus[h]. Sub exordium regni Principum, prætextu *Boni publici* inter se conspirantium[i] factionibus agitatus, prælio cum *Carolo*, Comite *Carolesio*, *Philippi* Ducis *Burgundiæ* filio, ad *Montemlehericum*, haud procul *Parisiis* 16 *Julii* anno 1465 dubio exitu commisso, callido, quod *Franciscus Sfortia Insubrium* Dux ipsi suppeditaverat, consilio, quidlibet petentibus concedens[k], societatem dissolvit, atque singulos captata deinde occasione oppressit[l]. Mox *Carolum* bello *Leodiensi* occupans,

a Rapin. T. IV. p. 392. 519. *b* Rapin. T. IV. p. 520. T. VI. p. 70. 74. Polydor. L. XXVI. p. 608. *c* Nummi hac de re cusi apud Mezeray T. II. p. 669. 670. *d* Æneas Sylv. de statu Europæ c. 39. Monstrel. Vol. III. p. 68. Memoires d'Olivier de la Marche L. I. c. 33. & seqq. Mezeray T. II. p. 660. 661. Belcarius L. I. p. 1. 2. Meyer. L. XVI. p. 319. Daniel. T. IV. p. 191. 213. & seqq. *e* Monstrel. p. 88. Mezeray T. II. p. 664. Meyer. L. XV. p. 329. Chronique de Louis XI. p. 11. Belcarius L. I. p. 2. Daniel. T. IV. p. 240. *f* Mezeray T. II. p. 676. 678. *g* Chroniques de Louis XI. p. 14. Mezeray T. II. p. 680. *h* Comines L. I. c. 10. L. III. c. 9. p. 187. Belcar. L. I. c. 3. Mezeray T. II. p. 748. Daniel. T. IV. p. 411. *i* Comines Preuves L. I. p. 10. 22. *k* Comines Preuves p. 29. 45. Du Mont T. III. P. I. p. 335—340. *l* Comines L. I. c. 1—6. 8. 9. 11—14. Chronique Schandaleuse ou de Louis XI. p. 19—22. 26—36. 40. 53—67. 77—82. Monstrel. Vol. III. p. 103. 109. 122. Mezeray T. II. p. 684—697. Argentre L. XIII. c. 5—8. Mieris T. I. p. 88. 89. 91.

pans[a], fratrem *Normanniæ* ducatu per pacem dato privat[b], cum *Francisco* II *Britanniæ* Duce paciscitur[c]. A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

§. 8. Inter hæc *Philippo Bono*, *Burgundiæ* Duce, anno 1467 *Junii* 15, feria 2 mortuo[d], amplas a patre partas ditiones[e] accepit filius eius *Carolus*, *Audax* cognomine dictus, princeps inperterritus & gloriæ cupidus[f]. Hic spe regni constituendi excidens[g], versis in finitimos armis, cum a mense *Julio* anni 1474 annum fere perpetem *Novesium* frustra obsedisset[h], *Renatum Lotharingiæ* Ducem ditionibus exutum in *Galliam* fugere cogit[i]: mox anno 1476 *Helvetios* invadens, bis clade accepta, magnis excidit ausis[k]. Denique *Nanceium*, quam *Renatus* recuperaverat[l], obsidens, a Comite *Campobasso* proditus[m], cecidit anno 1477 *Januarii* 5[n]. Eius morte, cum *Ludovicus* ditiones *Burgundicas* occupare nititur, internecina inter *Austriacos* & *Gallos* bella de *Burgundia*, ditionibusque *Belgicis* enata sunt[o], postquam filia eius unica & heres *Maria* *Maxi-*

Carolus Audax omnia bello miscens cadit.

a Comin. L. II. c. 1—14. Historia belli Leodiensis apud Freher. T. II. p. 271. Belcarius L. II. c. 1—10. 13—19. Amelgarius de gestis Ludovici XI. L. II. c. 8. 9. 16. 17. 18. 22—24. apud Martene Coll. Max. T. IV. p. 741. & seqq. Mezeray T. II. p. 699. 704. & seqq. Mieris T. I. p. 97. 103. 104. *b* Comines L. I. c. 15 16. II. 15. Preuves L. I. p. 57. Argentre L. XIII. c. 9. 10. Mezeray T. II. p. 698. 704. 706. *c* Comines L. III. c. 11. Chronique de Louis XI. p. 133. Argentre L. XIII. c. 13. Mezeray T. II. p. 703. 704. *d* Comines L. III. c. 1. p. 79. Preuves L. II. p. 65. Chroniq. de Louis XI. p. 93. Monstr. Vol. III. p. 130. Belcarius L. II. c. 6. *e* Comines L. IV. c. 13. p. 269. *f* Comin. L. IV. c. 1. p. 208. L. V. c. 9. p. 309. Belcar. L. II. c. 6. Daniel. T. IV. p. 368. *g* Amelgar. L. IV. c. 8. Belcar. L. II. c. 43. Mieris T. I. p. 119. Struv. Per. X. Sect. II. §. 45. *h* Comin. L. IV. c. 1—3. Belcar. L. II. c. 43. & seqq. III. c. 6. Heuter. Rer. Burg. L. V. c. 10. Amelgar. L. V. c. 11. Mieris T. I. p. 121. 122. 126. Struv. Per. X. Sect. II. §. 47—49. *i* Comin. L. IV. c. 2. p. 216. c. 6. p. 229. L. V. c. 3. p. 285. 286. Heuter. Rer. Burg. L. V. c. 11. Mieris T. I. p. 125. 130. 131. Struv. Per. X. Sect. II. §. 50. *k* Comin. L. V. c. 1—4. Belcar. L. III. c. 16—21. Heuter. l. d. L. V. c. 12. Mezeray T. II. p. 730—733. Mieris T. I. p. 131—133. Struv. l. d. *l* Comin. L. V. c. 5. Heuter. L. V. c. 13. *m* Com. L. V. c. 13. p. 270. 271. L. V. c. 6. *n* Comin. L. V. c. 7. 8. 9. preuves L. V. p. 197. Heuter. l. d. c. 13. 14. Annales Novesienses apud Mart. Coll. Max. T. IV. p. 620. Mieris T. I. p. 133. 134. Mezeray T. II. p. 734. Struv. l. d. *o* Comin. L. V. c. 10—12. Belcar. L. III. c. 27. & seqq. Heuter. Rer. Austriac. L. I. c. 1. 2. 4.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

Maximiliano, *Friderici* Imperatoris filio, nupsit[a].

Ludovicus XI moritur.

§. 9. *Ludovicus*, re cum *Maximiliano* pacto *Atrebatensi* 23 *Decembris* anno 1482 utcunque conposita[b], obiit in *Turonibus* anno *Christi* 1483, *Augusti* 29, feria 7[c]. Uxores duas habuit *Margaretham*, *Jacobi* I Regis *Scotiæ* filiam, quæ sine prole obiit anno 1445; & *Charlottam*, *Ludovici* Ducis *Sabaudiæ* filiam, ex qua tres filios totidemque filias suscepit, ex quibus unus ei superstes fuit *Carolus*, duæ filiæ *Anna Petro Borbonio*, & *Johanna Ludovico Aurelianensi* nupta[d].

Carolus VIII Francisci Ducis Britanniæ filiam, Maximiliano desponsatam, ducit.

§. 10. Anno ætatis decimo quarto, quippe natus ultimo *Junii* anno 1470[e], *Carolus* VIII, *Ludovici* filius, regnum suscepit sub *Annæ* sororis tutela[f]. Eam sibi prælatam ægre tulit *Aurelianensium* Dux *Ludovicus*, *Caroli* filius, nepos eius *Ludovici*, quem *Johannis Burgundi* iussu *Lutetiæ* confossum esse demonstravimus[g]. Igitur ad *Franciscum Britanniæ* Ducem fugiens, conmisso cum regiis ducibus prælio, ad *Fanum Albini* in *Aremoricis*, victoria pariter & libertate cecidit 28 *Julii* anno 1488, & triennali custodia detentus est[h]. Duci pax iniquis conditionibus concessa 20 *Augusti* anno 1488[i]. Verum *Francisco* Duce paullo post 9 *Septembris* mortuo[k], *Carolus*, *Britanniæ* inhians, *Annam* eius filiam, *Maximiliano Romanorum* Regi pactam[l], sibi nubere cogit[m]: ipse *Margaretham Maximiliani* filiam, quam sibi, *Ludovico*

a Comin. L. VI. c. 3. Belcar. L. III. c. 35. Amelgar. L. VI. c. 6. p. 788. Heuter. Rer. Austr. L. I. c. 7. 8. *b* Comin. L. V. c. 13. & seqq. VI. c. 1. 4. 6. 9. Preuves L. VI. p. 228. du Mont T. III. P. II. p. 100. Heuter. Austr. L. II. c. 1. *c* Comin. L. VI. c. 11. p. 421. c. 12. p. 431. Amelgar. L. VII. c. 7. p. 836. Belcarius L. IV. c. 25. *d* Preuves sur Comines L. VI. p. 295. L. VII. p. 316. Mezeray T. II. p. 757. Daniel. T. IV. p. 416. *e* Chroniques de Louis XI. p. 133. *f* Jaligny Hist. de Charles VIII. in 4to p. 343. Comines L. VI. c. 11. p. 421. Belcar. L. IV. c. 21. 25. Mezeray T. I. p. 760. 762. Daniel. T. IV. p. 418—421. *g* Supra L. II. §. 17. *h* Jaligny Histoire de Charles VIII. Belcarius L. IV. c. 26—35. Argentre L. XIII. c. 27. & seqq. 45. Mezeray T. II. p. 760. 762—767. Daniel. T. IV. p. 422—429. 443—450. 455—460. du Mont T. III. P. II. p. 136. 137. 146. *i* Du Mont T. III. P. II. p. 209. *k* Argentre L. XIII. c. 48. p. 979. *l* Du Mont T. III. P. II. p. 218. *m* Preuves sur Comines L. VII. p. 366. 375. du Mont T. III. P. II. p. 269. 271—273. Mezeray T. II. p. 768—770. Argentre L. XIII. c. 49. & seqq. 58. Daniel. T. IV. p. 473—485.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Chriſt. 1400. ad 1500.

dovico patre auctore, inpuberem deſponderat[a], ad patrem remittit[b]. Bellum ob id inferente *Maximiliano*, pax denique *Silvanecti* 23 *Maii* anno 1493 ita convenit, ut cum ſponſa & dotem *Arteſiæ Burgundiæ*que Comitatus *Philippo*, *Maximiliani* filio, reſtitueret[c].

Regnum Neapolitanum occupat.

§. 11. Pace cum finitimis, *Anglis*[d], *Hiſpanis*[e] & *Maximiliano*[f], conpoſita, longinqua bella *Carolus* expetiit. Regnum *Neapolitanum* tenebant *Ferdinandus* nothus, eiusque filius *Alphonſus*, qui filium, avo cognominem habebat *Ferdinandum*[g]. Ducatum *Mediolanenſem* pro fratris filio, *Johanne Galeacio*, qui *Alphonſi Neapolitani* filiam duxerat, ſuprema cum poteſtate obtinebat eius patruus *Ludovicus Sfortia*, *Maurus* cognomine dictus: id ægre ferebat *Alphonſus*, & pro genero bellum parabat, hoc ut *Ludovicus* averteret, *Carolum* ſpe *Apuliæ* potiundæ excivit[h]. *Carolus*, ut ius ſibi patrique ſuo teſtamento *Caroli Andegavenſis*, qui *Renati* ex fratre nepos & heres erat, in regnum *Neapolitanum* anno 1481 datum[i], adſertum iret, anno 1494, ſuperatis *Alpibus* in *Italiam* deſcendens, omnia repentino terrore replet[k]. *Romam* veniens *Alexandrum* VI Papam ſecum paciſci cogit menſe *Januario* anno 1495[l]. *Ferdinando* inter hæc 25 *Januarii* anno 1494 mortuo[m],

 filius

a Du Mont T. III. P. II. p. 100. *b* Mezeray T. II. p. 770. Heuter. Rer. Auſtr. L. IV. c. 4. Struv. Per. X. Sect. II. §. 62. *c* Du Mont T. III. P. II. p. 303. 310. 312. Comines L. VII. c. 3. Heuter. L. V. c. 1. Mezeray T. II. p. 770. 771. Daniel. T. IV. p. 486—491. Struv. l. d. *d* Du Mont T. III. P. II. p. 291. 296. *e* Du Mont T. III. P. II. p. 297. *f* Du Mont T. III. P. II. p. 303. *g* Giannone L. XXVII. *h* Guicciardinus L. I. p. 3. 14. & ſeqq. Comines L. VII. c. 2. Franciſcus Carpeſanus L. II. c. 8. apud Martene Coll. Max. T. V. p. 1204. Georg. Florus de expeditione Caroli VIII. L. I. p. 1—4. in Theſ. Ital. T. IX. P. VI. Mocenicus in Hiſtoria belli Cameracenſis L. I. p. 3. in Theſ. Ital. T. V. P. IV. *i* Du Mont T. III. P. II. p. 282. Guicciard. L. I. p. 12. 13. Comines L. VII. c. 1. Carpeſanus L. II. c. 9. Florus L. I. p. 5. 6. Giannone L. XXVII. in principio. *k* Guicciard. L. I. p. 23. 41. & ſeqq. Comines L. VII. c. 5. & ſeqq. Carpeſanus L. II. c. 12. 13. Florus L. I. p. 7. & ſeqq. Bembus Hiſt. Venetæ L. II. p. 21—23. 26. 27. in Theſ. Ital. T. V. P. I. *l* Du Mont T. III. P. II. p. 318. Guicciard. L. I. p. 63. 64. Comines L. I. c. 10. 12. Carpeſ. L. II. c. 19. Florus L. I. p. 14—16. L. II. p. 19. Alexander Benedictus de rebus Caroli VIII. apud Eccard. Hiſt. T. II. p. 1582. Burchardi diarium apud Eccard. T. II. p. 2061. & ſeqq. *m* Guicc. L. I. p. 27. Giannone L. XXVIII. c. 2.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

filius eius *Alphonsus*, *Caroli* adventu territus, regnum *Ferdinando* filio relinquens, in *Siciliam* transmittit, ubi 19 *Novembris* anno 1495 mortuus est [a]. *Ferdinandus* a suis destitutus in *Ischiam* insulam se recipit [b]. *Carolus Neapolim* ingressus *Februarii* die 21 toto regno potitur [c].

Iterumque smittit.

§. 12. Tam repentini successus qua metu qua invidia stimularunt Principum animos. Ergo legatis *Venetias* missis, *Maximilianus* Imperator, *Ferdinandus Hispaniæ* Rex, Papa *Alexander*, *Veneti* & *Ludovicus Sfortia*, cui, mortuo inter hæc *Galeacio*, *Mediolanensium* Ducis ius ac titulum *Maximilianus* Imperator concesserat [d], in fœdus XXV annorum coëunt ultimo *Martii*, licet demum 12 *Aprilis* anno 1495 publicatum fuerit [e]. Mox *Carolum*, re cognita 20 *Maii Neapoli* profectum & *Galliam* repetentem, intercludere conantur [f]: pugnatum 6 *Julii* ad *Tarrum* fluvium, haud procul *Parma*, dubia fortuna, *Galli* tamen ferro viam sibi faciunt [g], & 15 *Julii* incolumes *Astam* perveniunt [h]. Inde *Ludovico Aurelianensium* Duce, qui ab *Ludovico Sfortia Novariæ* circumsessus, in summas augustias venerat, ex pacto recepto [i], fœdereque ineunte *Octobri* cum *Sfor-tia*

[a] Guicciard. L. I. p. 66. L. II. p. 117. Comines L. VII. c. 11. Benedictus l. d. p. 1582. 1583. Carpes. L. II. c. 15. Florus L. II. p. 18. Giannone L. XXIX. p. 665. 666. [b] Guicciard. L. I. p. 70. Comines L. VIII. c. 14. Carpesanus L. II. c. 16—19. Florus L. II. p. 21. 22. Bembus L. II. p. 30. [c] Guicciard. L. I. p. 71. L. II. p. 83. Comines L. VII. c. 13. 14. Coccinius de bellis Italicis apud Freher. T. II. p. 550. Carpesanus L. II. c. 18. 19. Florus L. II. p. 22. Gulielmus de Villa nova in historia belli Italici apud Martene Thes. Anecd. T. III. p. 1505—1508. Burchardi diarium apud Eccard. T. II. p. 2066. Et in universum de hac Caroli expeditione Belcarius L. V—VI. c. 14. Mezeray T. II. p. 771—784. Mariana L. XXVI. c. 6—8. Daniel. T. IV. p. 402—540. Giannone L. XXIX. c. 1. [d] Du Mont T. III. P. II. p. 333. [e] Guicciard. II. p. 87. 88. Comines L. VII. c. 15. p. 514. & seqq. Carpes. L. II. c. 20. Florus L. I. p. 12—14. L. II. p. 19. 20. Benedictus de rebus Caroli l. d. p. 1584. Bembus L. II. p. 31—33. [f] Guicciard. L. II. p. 90—93. Comines L. VIII. c. 1. 2. 4. Burchardus l. d. p. 2067. Carpesanus L. II. c. 20. Mezeray T. II. p. 787. Bembus L. II. p. 32. [g] Guicciard. L. II. p. 101—109. Comin. L. VIII. c. 5. 6. Carpesanus L. II. c. 21—24. Benedictus l. d. p. 1585—1596. Bembus L. II. p. 35—39. [h] Guicciard. L. II. p. 110. 111. Comines L. VIII. c. 7. Carpesanus L. II. c. 25. [i] Guicciard. L. II. p. 97. 123. Comines L. VIII. c. 3. p. 533. c. 4. p. 538. & c. 9. 10. Carpesanus c. 25. Benedictus l. d. p. 1605. & seqq.

tia inito [a], in *Galliam* revertuntur anno eodem, quo *Romam* ac *Neapolim* adierant [b].

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

§. 13. Vix eo digresso *Neapolitani Gallorum* odio redeuntem *Ferdinandum* Regem læto plausu excipiunt 7 *Julii* anno 1495 [c]. Qui recuperato regno obiit 7 *Octobris* anni sequentis, successorem nactus patruum *Fridericum* [d]. *Carolus* apud *Ambasiam* in *Turonibus* repente apoplexia periit 8 *Aprilis* anno 1498, regni decimo quinto [e]. Uxorem habuit *Annam Britanniцam*, ex qua suscepit tres filios, & unam filiam, sed omnes in infantia ante patrem exstincti sunt [f].

Ferdinandus Neapolitanus & Carolus VIII moriuntur.

CAPUT VII.

De rebus Turcicis *sub* Muhammede I, Amurathe II, Muhammede II & Baiazethe II *ab anno circiter* 1400. *ad* 1500.

§. 1.

Baiazethe ab *Temure* victo captoque [g], rebus vehementer turbatis, quinque, quos reliquerat, filii decem annorum spatio inter se digladiati sunt [h], donec exstinctis reliquis *Muhamed*, *Baiazethis* filius, anno *Hegiræ* 816, qui iniit anno *Christi* 1413 *Aprilis* 2 die, solus rerum est potitus [i]. Pacem cum *Byzantinis* coluit, *Caramaniæ* Principem vicit. *Walachiæ Waiwodam* ad tributum pendendum adegit, loca a *Tartaris* in *Asia* occupata, recuperavit,

Muhamed Baiazethis filius imperium Othomannicum instaurat.

a Guicciard. L. II. p. 122. 124—128. Comines L. VIII. c. 11. Bembus L. II. p. 41. 42. b Guicciard. L. II. p. 129. 130. Comines L. VIII. c. 13. Giannone L. XXIX. c. 2. c Guicciard. L. II. p. 89. 90. 112—114. Comines L. VII. p. 505. VIII. c. 8. p. 574. 575. c. 14. p. 607. Carpesanus L. II. c. 26. Gulielmus de Villanova l. d. c. 20. & seqq. Bembus L. III. p. 45. 46. d Guicciard. L. III. p. 161. Comines L. VIII. c. 14. p. 609. Carpesanus L. II. c. 27. 28. Bembus L. III. p. 57. e Guicciard. L. III. p. 187. Comin. L. VIII. c. 18. p. 631. 632. & c. 20. & de toto bello hoc Belcarius L. VI. c. 15— VII. 11. & c. 41. Mezeray T. II. p. 785—800. Mariana L. XXVI. c. 9. 10. Daniel. T. IV. p. 540—586. Giannone L. XXIX. c. 2. f Comines L. VIII. c. 13. p. 600. Mezeray T. II. p. 889. g Supra Cap. III. §. 9. h Leuncl. L. VIII. IX. X. XI. Ann. Turc. c. 67—76. Phranzes L. I. c. 30. Ducas c. 18. 19. Laon. Chalc. L. IV. p. 90—97. i Leuncl. L. XI. p. 460. Ann. Turc. c. 76.

A. 6115. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

vit[a], atque ita imperio *Ottomannorum* feliciter instaurato obiit anno *Hegiræ* 824. *Christi* 1421[b].

Amurath magnis rebus gestis clarus.

§. 2. Successorem habuit *Amurathem* filium, qui *Johannem Constantinopolitanum* Imperatorem, a quo temere lacessitus erat, gravi exercuit bello[c]. *Dracolam*, *Smirnæ*, *Synopes* & *Serviæ* Principes vicit. *Thessalonicam* cepit anno 1430[d]. Inde *Epiro* capta, *Hungaros* anno 1434 ad *Columbarium* vicit, *Caramaniæ* Principem in sua verba adegit anno 1436, in *Epirum Hungariam*que effusus strages dedit[e]. Post mortem vero *Sigismundi* Imperatoris *Hungaros* perpetuo bello exercens, *Tauruno* anno 1439 frustra tentata, sæpius ab *Johanne Hunniade* repressus est, ac denique *Christianos*, temere pacem turbantes, *Wårnensi* prælio concidit anno 1444[f]. Ab *Scanderbego*, *Epiri* Principe bello vexatus[g], dum regni caput *Croiam* obsidet[h], decessit, anno regni 31, *Hegiræ* 855, die novilunii mensis *Muharram*, feria 4, hoc est 3 *Februarii* anno 1451[i].

Muhamed II Constantinopolitanum & Trapezuntinum imperium evertit, ac rem Turcicam insigniter auget.

§. 3. Successit *Amurathi* filius eius *Muhammedes* II, qui, cum statim sub initium imperii *Caramaniæ* Principem perdomuisset[k], armis in *Christianos* versis *Constantinopolim* obsedit, expugnavitque anno *Hegiræ* 857, *Christi* 1453, 29 *Maii* feria 3[l]. Inde post *Belgradum* anno 1456 infeliciter tentatam[m], anno 1460 *Peloponnesum* occupat[n]. Mox copiis in *Asiam* traductis, & *Sinopes* Principem evertit, & *Trapezo*

anno

a Leuncl. L. XII. p. 461—480. Ann. Turc. c. 76—81. Phranzes L. I. c. 31. Ducas c. 20. 21. Laonic. L. IV. p. 98. 109. b Leuncl. L. XII. p. 468. 480. Ann. Turc. c. 81. c Leuncl. L. XIII. p. 483—498. L. XIV. p. 524. 527. Laonic. L. V. p. 117—125. d Leuncl. L. XIV. p. 544. 545. Ann. Turc. c. 91. 92. Laonic. L. V. p. 125. e Leuncl. L. XIV. p. 545—549. Ann. Turc. c. 95. 96. 98. Bonfin. Dec. III. L. III. p. 414. f Supra Cap. V. §. 17. g Barletius in Scanderbego: & supra Cap. V. §. 19. h Barletius L. VI. p. 191. 192. i Leuncl. L. XIV. p. 552. 571. 572. Ann. Turc. c. 126. k Leuncl. L. XV. p. 575. 576. Ann. Turc. c. 126. Laonic. L. VII. p. 199. Ducas c. 34. Phranzes L. I. c. 33. l Leuncl. L. XV. p. 577—580. Ann. Turc. c. 127—129. Laonic. L. VIII. p. 202. Ducas c. 34—39. Phranzes L. III. c. 7—17. Tractatus de expugnatione Constantinopolis apud Martene Coll. Max. T. V. p. 785. & seqq. Epistola Friderici III. Imperatoris apud Freher. T. II. p. 402. Petavius Doctr. Tempor. L. XI. c. 56. m Supra Cap. V. §. 18. n Leuncl. L. XV. p. 583. Ann. Turc. c. 134. 135. Laonic. Chalc. L. IX. p. 251. Phranzes L. III. c. 22. 24.

A. 6115. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

anno *Hegiræ* 865, *Christi* 1461 capta, *Colchide* potitus, *Trapezuntinum* imperium, quod capta ab *Latinis Constantinopoli*, *Alexius Comnenus* ante annos circiter 250 fundaverat [a], *Davide Comneno* cum omni familia *Constantinopolim* abducto & paullo post interemto, funditus delet [b]. Tum *Uladislao Walachiæ* Principe eiecto, *Lesbum Genuensibus* adimit anno 1462 [c]. *Stephanum Bosniæ* Regem captum necat anno 1464 [d]. *Venetis Euboeam* adimit anno 1470 [e]. Post hæc aliquamdiu bello *Persico* contra *Usum-Cassanem* exercitus [f], *Capham Genuensibus* adimit anno 1476 [g]. Sequente *Moldaviam* vastat [h]. Hinc copiis in *Italiam* missis tantum terroris dedit, ut *Veneti* iniquis conditionibus pacifcerentur [i]. Post hæc anno 1480 clade in *Hungaria* accepta [k], *Rhodo* frustra tentata [l], *Hydruntem* in *Italia* capit [m]. Maioraque moliens subita morte exstinguitur in *Anatolia* anno 1481 *Maii* 3 feria 5 [n].

Baiazeth II bellis clarus.

§. 4. *Baiazeth* huic filius, eius nominis II, successit. Qui *Zizimo* fratre victo & in *Rhodum* fugere conpulso [o], regnum magna gloria tenuit. *Caramaniam* anno 1483 in provinciæ formam redegit [p]. *Bessarabiam* anno 1484 occupavit [q]. Secutum est bellum

a Supra L. VIII. c. XXIV. §. 1. *b* Leuncl. L. XV. p. 584. Ann. Turc. c. 136. Laonic. L. IX. p. 258—265. Ducas c. 45. p. 193. 194. Phranzes L. III. c. 27. *c* Leuncl. L. XV. p. 584. Ann. Turc. c. 137. 138. Laonic. L. IX. p. 265. & seqq. Ducas c. 45. p. 195. Phranzes L. III. c. 27. *d* Leuncl. L. XV. p. 585. & Pandectis Turcicis c. 141. Ann. Turc. c. 141. Laonic. L. X. p. 283—290. Bonfin. Dec. III. L. X. p. 534. *e* Leuncl. L. XV. p. 587. Ann. Turc. c. 142. Phranzes L. III. c. 30. Bonfin. Dec. IV. L. II. p. 563. *f* Leuncl. L. XV. p. 588—590. Ann. Turc. c. 143. 144. *g* Leuncl. L. XV. p. 591. Ann. Turc. c. 148. Bonfin. Dec. IV. L. III. p. 580. *h* Leuncl. L. XV. p. 591. Ann. Turc. c. 148. *i* Leuncl. & Ann. ll. dd. Bonfin. Dec. IV. L. V. p. 602. 603. Justiniani L. IX. p. 312—316. *k* Leuncl. L. XV. p. 592. Ann. Turc. c. 150. Bonfin. Dec. IV. L. VI. p. 611—616. *l* Leuncl. l. d. Ann. Turc. c. 151. Bonfin. Dec. IV. L. V. p. 609. Vertot. Hist. de l'ordre de Malthe L. VIII. T. III. p. 87—130. *m* Leuncl. L. XV. p. 592. Ann. Turc. c. 152. Folieta Hist. Genuens. L. XI. p. 649. Thes. Ital. T. I. Justiniani L. IX. p. 318. *n* Leuncl. L. XV. p. 592. 593. Ann. Turc. c. 152. Bonfin. Dec. IV. L. VI. p. 618. *o* Leuncl. L. XVI. p. 593. 594. 618—622. & Pandectis Turc. c. 154. Ann. Turc. c. 154. 155. Vertot. L. VII. p. 133—151. *p* Leuncl. L. XVI. p. 594. Ann. Turc. c. 157. & Pandectis Turc. c. 157. *q* Leuncl. L. XVI. p. 595. 627. 628. Ann. & Pand. Turc. c. 159. Bonfin. Dec. IV. L. VI. p. 622.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

lum *Ægyptiacum*, quod anno *Hegiræ* 890, *Christi* 1485, susceptum, anno 1490 ea lege est conpositum, ut utriumque occupata restituantur[a]. Inde *Hungaria* infeliciter tentata, anno 1493 nobilem in *Croatia* victoriam reportat[b]. In *Moldavia* deinde cum *Johanne Alberto Poloniæ* Rege aliquamdiu varia fortuna certatum usque ad annum 1499[c]. Tum *Venetis Naupactum*, *Methonem*que ademit, paceque cum iis anno 1501 conposita[d], aliquamdiu quietus *Constantinopoli* mansit: donec domestico bello exercitus, suorum conspiratione coactus, abdicavit imperium, idque *Selimo* filio concessit, anno ætatis 76, regni 31, *Christi* 1512[e].

Usum-Chasan regni Persici instaurator: & Ismaël Sophus.

§. 5. In *Perside* post *Tamerlanem* duæ ortæ erant familiæ de regno certantes *Albi* & *Nigri Arietis*. Quarto & ultimo ex his *Jooncha* cæso rerum potitus est *Usum-Chasan* ex albi arietis familia princeps, *Davidis Comneni* gener[f]. Sed prodierat etiam ex altera nigri arietis familia *Chaider* quidam religionis nomine celebris, qui ad *Alim* genus referens, eiusque institutum secutus, *Sophilerorum* sectam instituit, quam filius eius *Tzuneites Erdebilensis* princeps multum propagavit[g]. *Usum-Chasan* sub initium regni a *Muhammede* II bello petitus ea lege pacem redimit, ut socero suo *Trapezuntino* Imperatori nihil auxilii ferret[h]. Sed cum postea in regno stabilitus *Trapezuntem*, ceu sibi iure uxoris debitam, repetit, *Muhammedis* in se provocavit arma, sub initium victor, post tormentorum ope victus, schismatis tollendi caussa filiam

a Leuncl. L. XVI. p. 596—604. 629—633. Ann. & Pand. Turc. c. 160—167. *b* Leuncl. L XVI. p. 604—606. 634—636. Ann. Turc. c. 168—174. Pandect. c. 169. & 173. Bonfin. Dec. V. L. II. p. 702. L. III. p. 706—709. *c* Leuncl. L. XVI. p. 636—642. Stanisl. Sarnicii Annal. Polon. L. VII. an. 1496. & seqq. Cromerus Lib. XXX. p. 440—445. *d* Leuncl. L. XVI. p. 606—609. 642. Ann. & Pandect. Turc. c. 175—178. Justinian. L. X. p. 353—359. Bembus Hist. Ven. L. V. p. 96. 100—114. in Thes. Ital. T. V. P. I. & L. VI. p. 122. 129. 132. *e* Leuncl. L. XVI. p. 609—618. 642—648. Ann. & Pandect. Turc. c. 178—203. Jovius Hist. sui temporis L. XIII. & XIV. p. 249—266. Anecdotes Persanes T. I. p. 291—328. T. II. p. 1—6. *f* Anecdotes Persanes par Madame de Gomez. T. I. p. 1—25. *g* Leuncl. L. XVI. p. 647—649. Pandect. Turc. c. 188. Laonic. Chalc. L. VII. p. 200. Bizarus L. X. p. 333. Thuanus L. LXVII. p. 295. *h* Gomez. T. I. p. 25—33.

filiam suam *Chaideri Tzuneitis* filio, qui *Arduellis* aliis dicitur, conlocat, ex quo natus *Ismaël* utriusque familiæ iura coniunxit [a]. *Usum-Chasane* vero Nonis *Januarii* anno 1478 mortuo [b], filii eius *Culutus* & *Jacuppus* de regno certant. *Culuto* cæso *Jacuppus* regnat; sed & eo anno 1485 ab uxore adultera veneno una cum filio sublato, turbatis rebus plerique regiæ stirpis interficiuntur [c]. Usus ea occasione *Imirsa*, *Usum-Chasani* ex *Culuto* nepos, e *Turcia* redux, regnum occupat [d]: nec diu tenuit suorum coniuratione cæsus [e]; quando *Aluantes Gilaniæ* præfectus regnum rapit [f], sed eo truculentius agente, post patrem *Chaiderem* prodiens *Ismaël*, victo captoque *Aluante*, imperio *Persidis* potitur anno 1499 [g]. Hic secta *Sophilerorum* constituta, *Sophus* ipse dictus, magnis rebus gestis imperium *Othomanici* æmulum in *Perside* constituit [h].

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

[a] Luncl. L. XV. p. 588—590. L. XVI. p. 647—649. Pandect. Turc. c. 188. Jovius L. XIII. p. 236—239. Chytræus p. 650. 651. Gomez. T. I. p. 33—55. Bizarus L. IX. p. 316. 317. P. de la Valle itinere Persico T. II. p. 54. & seqq. [b] Bizarus Hist. Pers. p. 329. [c] Leuncl. L. XVI. p. 642—646. Gomez. T. I. p. 60—68. Bizarus L. X. p. 329. 334. Martiniere Introduct. de l'Asie c. 9. p. 405. & seqq. [d] Gomez. T. I. p. 69. & seqq. 91—101. [e] Gomez. T. I. p. 107—110. [f] Gomez. T. I. p. 113. [g] Jovius L. XIII. p. 239. & seqq. Gomez. T. I. p. 114—167. Bizarus L. X. p. 335. Martiniere l. d. p. 409—411. [h] Bizarus L. X. p. 335. & seqq. Gomez. T. I. p. 171. & seqq.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

CAPUT VIII.

De rebus Ecclesiasticis Sæculi XV deque Viris Eruditis eius ætatis.

§. 1.

Fœda Romanæ Ecclesiæ facies.

FOeda fuit hoc sæculo *Romanæ* Ecclesiæ facies, in qua a capite ad calcem nihil sani. Rara ac fere nulla fidei in *Christum*, iustitiæque per ipsum partæ mentio: omnis religio in cultu ac veneratione *Mariæ* Virginis, sanctorum, reliquiarum; spes omnis in peregrinationibus, dispensationibus, indulgentiis similibusque quisquiliis posita erat. Pontifices maximam partem perditis moribus omnes dominandi cupidi, omnia venalia habebant, simonia omnem occupavit Ecclesiam; Clerus in universum iuris sui ac potestatis adserendi cupidissimus, reliqua fere negligebat, avaritia, ambitione, luxu & libidine diffluebat[a]: ut non inmerito declaraverint *Basileenses* Patres non tantum totum orbem desiderare reformationem Ecclesiæ in capite & membris[b], sed etiam iudicio omnium necessarium iudicari, generalem fieri reformationem[c].

Emendatio frustra tentata. Pisanum concilium.

§. 2. Fuit quidem dudum expetita Ecclesiæ Reformatio, quam sub initium huius sæculi pertinax schisma, Ecclesiam lacerans, magis necessariam faciebat[d], aliquoties, sed irrito conatu tentata. Pontifices

a Fidem faciunt & acta conciliorum Pisani, Constantiensis & Basileensis, & multorum eius ævi scripta, quæ videri possunt apud von der Hardt de Concilio Constantiensi T. I. P. I. p. 10. 60. 83. & seqq. P. IV. VII. VIII. XIV—XVII. Schelhornii Amœnit. Litter. T. III. p. 40. & seqq. Stephani Infessuræ diarium urbis Romæ apud Eccard Corpore Med. Ævi T. II. p. 1938. & seqq. & 2011. 2012. 2013. Epistola in Burchardi diario Ib. p. 2144. & seqq. Chronica Oldenburg. apud Meibom. T. II. p. 171. 174. 175. Et in planctu de ruina Ecclesia, quem Introductioni ad Historiam Reformationis Gerdesius noster subiecit inter monumenta antiqua Num. I. Catal. Test. L. XIX. p. 1843. & seqq. Hottinger. Hist. Eccl. Sæc. XV. p. 160. Aventin. L. IV. c. 14. §. 32. L. VII. c. 15. §. 1. b Harduin. Conc. T. VIII. p. 1423. c Harduin. l. d. p. 1342. d Libellus supplex de emendanda Ecclesia anno 1409 oblatus apud Martene Coll. Max. T. VII. p. 1124. & seqq. Petrus de Alliaco de emendatione Ecclesiæ in fasciculo Ort. Gratii Fol. 203. & seqq. & qui plures in appendice operum Gersonis T. II. ab Elia du Pin additi sunt.

tifices iam multos annos; maximo publicæ rei detrimento, Reges & Principes, cessionis viam probantes, variis artibus ludificabantur[a]. Huic malo ut remedium inveniretur, utriusque factionis Cardinales, Rege *Galliæ* potissimum urgente, sed utroque Papa invito, *Pisanum* concilium cogunt anno 1409[b]: utrique *Benedicto* & *Gregorio* 5 *Junii* Pontificatum abrogant[c], eorum loco 25 *Junii Alexandrum* V subrogant[d], id unum consecuti, ut, quæ biceps fuerat, *Romana* Ecclesia triceps fieret[e].

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

§. 3. Hac cum non successisset via, iterum, *Sigismundo* Imperatore plurimum adlaborante, Papa *Johannes* XXIII, qui *Alexandro* V anno 1410 successerat[f], *Constantiense* Concilium pro unione & reformatione Ecclesiæ indicit anno 1414[g], in quo licet ea in suffragiis, per gentes ferendis, inita fuerit ratio, ut videretur spes esse, posse Pontifices in ordinem cogi[h], maior tamen in *Wiclefi*[i] memoria, *Husso*[k] & *Hie-*

Concilium Constantiense. Hussus & Hieronymus Pragensis.

a Opera prævia ad Concilium Pisanum apud Martene Coll. Max. T. VII. p. 769. 813. & seqq. Acher. T. I. p. 773. & seqq. Epistola delusoria officialium apud Niem. Tract. VI. c. 12. Epistola Cardinalium ad Gregorium apud Raynald. an. 1408. n. 33. Clemang. epistola ad Benedictum XIII secunda p. 9. b Acta apud Martene T. VII. p. 795. & seqq. 822. & seqq. 860. Acher. T. I. p. 811. 814. Epistola Cardinalium apud Rayn. an. 1408. n. 38. & apud von der Hardt T. II. P. II. c Acta Ib. p. 1096. 1097. Acher T. I. p. 833. 834. Du Mont T. II. P. I. p. 326. Niem. de Schism. L. III. c. 44. Avent. L. VII. c. 23. §. 12. Von der Hardt T. II. p. 103. 109. 136. & seqq. d Acher. T. I. p. 827. 850. Niem. L. III. c. 51. e Theodor. Urie Hist. Conc. Constant. L. V. Dist. 10. apud von der Hardt T. I. p. 148. Et diversa huius concilii acta, edita ab Acher. in Spicil. T. I. Raynal. an. 1409. Hardtius Conc. Const. T. II. & Martene Coll. Max. T. VII. f Monachus S. Dionysii L. XXX. c. 4. Antonin. T. III. Tit. XXII. c. 6. principio. Niem. L. III. c. ult. g Harduin. T. VIII. p. 218. 231. du Mont T. II. P. I. p. 363. 365. Edictum Sigismundi apud von der Hardt T. VI. P. I. p. 5. Villanovanus in Historia Laudis Pompeiæ Thes. Ital. T. III. p. 916. Gobel. Persona Ætat. VI. c. 90. h Theod. Urie L. VI. Dist. 6. von der Hardt T. I. P. X. p. 568. T. II. p. 230. & T. IV. p. 40. L'Enfant Conc. de Const. T. I. p. 71. 72. i Harduin. T. VIII. Conc. p. 229. du Mont T. II. P. II. p. 28. Lunig Spil. Eccl. P. I. p. 624. Chron. Herm. Corneri an. 1416. apud Eccard. T. II. p. 1208. L'Enfant Conc. de Const. L. II. §. 57—59. k Harduin. T. VIII. p. 408. Lunig Spil. Eccl. P. I. p. 626. Sleid. L. III. p. 26. Aventin. L. VII. c. 23. §. 15. c. 24. §. 4.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

& *Hieronymo Pragensi* [a] damnandis, urendis opera posita, quam in vera Ecclesiæ emendatione; simul ac enim *Gregorius* XII sponte Pontificatu cesserat [b]; *Johanni* XXIII [c] & *Benedicto* XIII dignitas abrogata [d], atque unus eorum loco 11 *Novembris* anno 1417 subrogatus erat *Martinus* V [e], omne de Ecclesia emendanda consilium, summo licet studio a quibusdam expetitum, maximeque necessarium [f], abiectum, aut certe in aliud tempus reiectum est [g]. Fuit etiam hoc Concilio sessione IV Concilii Generalis supra Papam auctoritas adserta [h]: sessione XIII calicis usus laicis ademtus [i], & sessione XIX decretum, hæreticis fidem non esse servandam [k].

Schisma adhuc continuatum.

§. 4. Neque tamen schisma, de quo conponendo tanto studio laboratum fuerat, penitus sublatum est: *Benedictus* quippe, contemtis Patrum decretis, & nomen & insignia retinebat: eoque anno 1424 mortuo, ab duobus reliquis eius factionis Cardinalibus sublectus est *Clemens* VIII [l], qui tamen quarto post anno, agente *Alphonso* Rege *Aragoniæ*, pontificatu se abdicavit [m], ut demum post annos 50 schisma conpositum, Ecclesiæ emendatio nulla secuta fuerit.

§. 5.

[a] Harduin. T. VIII. p. 504. 556. 564. Bullarium Magnum T. I. p. 288. Æneas Sylv. Hist. Bohem. c. 36. Poggii epistola in Fasciculo Ortw. Gratii fol. 152. Lunig Spic. Ecc. P. I. p. 204—207. p. 213—215. 225. 236—245. 630. [b] Harduin. T. VIII. p. 384. Theod. Urie L. VI. Dist. 9. 10. Gobel. Persona Æt. VI. c. 94. [c] Harduin. T. VIII. p. 322. 343. 376. Hardt T. IV. p. 269. du Mont T. II. P. II. p. 25. 27. 30. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 631. 634. Theod. Urie L. VII. Dist. 1. 2. L. VIII. Dist. 1. Niemius in vita Johannis XXII. apud Meibom. T. I. p. 32. [d] Harduin. T. VIII. p. 714. 758. 836. du Mont T. II. P. II. p. 44. 89. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 203. & 644. Theod. Urie L. VIII. Dist. 5—8. Gobel. Pers. Ætat. VI. c. 96. [e] Harduin. T. VIII. p. 470. du Mont T. II. P. II. p. 96. 97. Baluz. Misc. L. VII. p. 90. Gobel. Persona Ætat. VI. c. 96. [f] Videandur diversi apud Hardt T. I. P. VII. VIII. XIV—XVII. Schelhorn. Amœn. Lit. T. III. p. 40. & seqq. Hotting. Hist. Eccl. Sæc. XV. p. 222. Gobel. Persona p. 345. [g] Hardt T. IV. p. 1394. 1417. 1544. Urie L. VII. Dist. 8. Gobelin. Persona Ætat. VI. c. 96. [h] Harduin. T. VIII. p. 252. [i] Harduin. T. VIII. p. 381. [k] Von der Hardt T. IV. p. 521. 522. L'Enfant Conc. Const. L. IV. §. 31. [l] Rayn. an. 1423. n. 7. Platina in vita Martini V. p. 235. [m] Platina l. d. Marian L. XX. c. 16.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Chriſt. 1400. ad 1500. Concilium Baſileenſe. Florentinum. Sanctio Pragmatica.

§. 5. Fuit quidem eodem reformationis conſilio[a], & ut, re cum *Huſſitis* conpoſita, *Bohemiæ* regnum *Sigismundo* adſereretur[b], iterum de conſenſu *Martini* V *Baſileenſe* Concilium anno 1431 indictum[c], & a ſucceſſore eius *Eugenio* IV probatum[d], ſed cum Patres Concilii ſupra Papam auctoritatem adſertum irent[e]. *Huſſitis* communionem ſub utraque ſpecie concederent[f], variaque Pontifici eiusque exactionibus adverſa decreta conderent[g], malum metuens *Eugenius*, concilium, invitis *Baſileenſibus*, anno 1438 *Ferrariam*[h], annoque ſequente *Florentiam* transfert[i], *Græcos* 4 *Junii* in communionem recipit[k]. Tum vero, cum eodem tempore duo, quæ dicebantur Oecumenica, Concilia eſſent, nova ſchismatis ſpecies orta, magis aucta, poſtquam *Baſileenſes*, *Eugenio* 25 *Junii* anno 1439 Pontificatum abrogantes[l], eius loco *Amadæum Sabaudum*, qui *Felix* V dictus eſt, Nonis *Novembris* Papam renunciarunt[m]. Ita enim, plerisque in partes euntibus, turbata manſit Eccleſia donec anno 1449 *Nicolaus* V, qui ultimo *Februarii* anno 1447 *Eugenio* ſucceſſerat[n], acta *Baſileenſium* probans[o], rem cum *Felice*, ſponte ſe abdicante, conpoſuit[p]. Ita ſublato ſchismate mentio denuo reformationis abiecta fuit. In *Galliis* tamen, tempore huius Concilii, & ex decretis eius, fuit an-

a Harduin. T. VIII. p. 1105. 1113. 1115. *b* Epiſtola Juliani Cardinalis ad Eugenium apud Æn. Syl. p. 67. Hardtius T. VIII. p. 1361. Rapin. T. IV. p. 535. *c* Bullarium magnum T. I. p. 314. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 247. 661. & ſeqq. *d* Hard. T. VIII. p. 1113. & 1123. *e* Harduin. T. VIII. p. 1121. 1184. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 627. 721. Sylvius de geſtis Conc. Baſil. L. I. p. 15. *f* Harduin. T. VIII. p. 1087. 1095. L'Enfant Conc. de Bale L. XVII. §. 1—16. *g* Harduin. T. VIII. p. 1121. 1196. 1225. 1245. 1362. 1389. *h* Du Mont T. III. P. I. p. 32. 38. 48. Harduin. T. IX. p. 15. Lunig. Spic. Eccl. P. I. p. 276. 724. *i* Harduin. T. IX. p. 175. & 858. *k* Concilii Florentini Pars II. apud Hard. T. IX. p. 737. & 985. du Mont. T. III. P. I. p. 65. *l* Harduin. T. VIII. p. 1250. 1263. du Mont T. III. P. I. p. 46. 64. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 279—302. *m* Hard. T. VIII. p. 1281. du Mont T. III. P. I. p. 74. Lunig. Spic. Eccl. P. I. p. 304—306. 749. Sylv. Hiſt. Conc. Baſil. L. II. p. 60. Aventin. L. VII. c. 25. §. 16. *n* Platina in Nicolao p. 247. Antonin. T. III. T. XXII. c. 12. in principio *o* Harduin. T. VIII. p. 1307. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 324. *p* Harduin. T. IX. p. 1311—1340. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 325. 333. Contin. Fleury L. CX. §. 1—6.

A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

no 1438 in conventu *Bituricensi* confecta, publiceque Regis *Caroli* VII auctoritate recepta *Sanctio Pragmatica*, Pontificum potestatem in multis capitibus coercens [a]: dum interim *Germani* Pontificum exactionibus expositi manent, quod gravaminibus gentis *Germanicæ* occasionem præbuit [b].

Cultus litterarum revocatus & eruditi multi.

§. 6. Interim fuit hoc sæculo ad Reformationem, quam adeo refugiebat clerus, benigna Dei providentia via munita, non tantum inventa arte typographica, sed & litterarum *Græcarum* & *Latinarum* instauratione. *Græcas Constantinopoli* profugi in *Italiam* intulere, *Manuel Chrysoloras* [c], *Bessarion* [d] Cardinalis, *Theodorus Gaza* [e], *Georgius Trapezuntius* [f], *Johannes Argyropylus* [g], *Johannes Lascaris* [h]. In Occidente litterarum cultum suo patrocinio dignati sunt *Nicolaus* V Papa [i], *Æneas Sylvius*, vir ipse eruditus, *Pius* II dictus [k], ut & *Laurentius Mediceus* [l]: ingenii vero laude & vitiorum eius sæculi reprehensione clari floruerunt *Petrus Aliacensis* [m], *Johannes Gerson* [n], *Franciscus Zabarella* [o], *Johannes Wesselus Hermanni*, cognomento *Gansfortius* [p], *Theodoricus Niemius* [q], *Nicolaus de Clemangiis* [r], *Hieronymus Savonaro-*

a Harduin. T. VIII. p. 1949. & seqq. du Mont T. III. P. I. p. 57. Contin. Fleury L. CVII. §. 99—104. *b* Æn. Sylvius de moribus Germanorum p. 1035. Gobel. Pers. L. I. p. 25. Struv. Per. X. Sect. II. §. 29. *c* Jovius Elog. c. 23. Cave an. 1389. Fabric. Bibl. Gr. T. X. p. 392. *d* Jovius Elog. c. 24. Niceron T. XXI. p. 129. Du Pin T. XII. p. 122. Cave an. 1436. Fabric. Bibl. Gr. T. X. p. 401. *e* Jovius Elog. c. 26. Niceron XXIX. p. 279. Fabric. Bibl. Gr. T. IX. p. 192. *f* Jovius Elog. c. 25. Allatius de Georgiis p. 395. du Pin T. XII. p. 123. Cave an. 1440. Fabric. Bibl. Gr. T. IX. p. 721. *g* Jovius Elog. c. 27. du Pin T. XII. p. 124. Cave an. 1450. Bayle in Lex. Fabric. Bibl. Gr. T. X. p. 425. Bruck. T. IV. p. 39. *h* Jovius Elog. c. 31. Bayle in Lex. *i* Cave Hist. Litt. an. 1447. *k* Joh. Ant. Campanus in vita Pii II, quæ operibus eius præmittitur. Platina. Cave an. 1458. *l* Jovius Elog. c. 34. *m* Vita eius apud Hardtium Conc. Const. T. I. P. IV. p. 450. Launoii historia regii Navarræ collegii p. 467—480. Niceron T. XXXIV. p. 23. du Pin T. XII. p. 63. *n* Vita eius apud Hardtium Conc. Const. T. I. P. IV. p. 26. & seqq. Launoius l. d. p. 480. du Pin T. XII. p. 66. & seqq. *o* Vita apud Hard. T. I. P. IV. p. 537. *p* Cave an. 1476. Ubbo Emmius L. XXX. p. 456. du Pin T. XII. p. 146. Trigland. Hist. P. III. p. 118—120. Gerdesius in Introduct. ad Hist. Euang. §. 24. & T. III. §. 4. 5. *q* Vita apud Hardt. T. II. Cave an. 1408. du Pin T. XII. p. 36. *r* Vita apud Hardt. T. I. P. II. p. 71. Launoius l. d. p. 558. Cave an. 1416. du Pin T. XII. p. 78.

narola [a]. Eruditione præstantes commendantur *Hermolaus Barbarus* [b], *Laurentius Valla* [c], *Nicolaus Perottus* [d], *Franciscus Philelphus* [e], *Angelus Politianus* [f], *Johannes Picus Mirandulanus* [g] Comes, *Rudolphus Agricola* [h], *Marsilius Ficinus* [i], *Johannes Mullerus Regiomontanus* [k], *Johannes Reuchlinus* [l], *Capnion* dictus. A. 6113. Per. Jul. ad 6213. A. Christ. 1400. ad 1500.

§. 7. Historici *Græci Georgius Phranzes* [m], *Michaël Ducas* [n], *Laonicus Chalcondylas* [o], *Georgius Codinus* [p]: in Occidente *Leonardus Brunus Aretinus* [q], *Poggius Florentinus* [r], *Thomas Walsinghamus* [s], *Monstreletus* [s], *Cominæus* [t], *Matthæus Palmerius* [u], *Antoninus* Archiepiscopus *Florentinus* [w], *Blondus* [x], *Baptista Sacchus Platina* dictus [y], *Bonfinius* [z], *Sabbellicus*, Historici huius ævi.

a Vita a Joh. Francisco Pico Mirandulæ Domino scripta in vitis selectis Batesii p. 107—139. Verheiden Elog. Theol. p. 13. Budæi dissertationes binæ de Savonarolæ rebus in parergis Historico-criticis. Jovius Elog. 32. Quetif vita Savonarolæ. Belcarius L. VII. c. 41. 42. *b* Jovius Elog. c. 36. Niceron T. XIV. p. 1. XX. 70. Bembus Hist. Venet. L. I. p. 16. 17. Cave an. 1480. Bayle in Lex. *c* Jovius Elog. c. 13. Cave an. 1440. Bayle in Lex. Bruck. T. IV. p. 32—35. *d* Jovius Elog. c. 18. Niceron T. IX. p. 374. Bayle. *e* Jovius Elog. c. 17. Niceron T. VI. p. 71. X. p. 159. & Patre II. p. 185. Fabrit. Bibl. Lat. Med. T. V. p. 845. *f* Jovius Elog. c. 38. p. 82. Teissier Elog. de hommes savans T. I. p. 75. Bayle. *g* Jovius Elog. c. 39. Vita eius a nepote ex fratre scripta operibus eius præmittitur. Niceron XXXIV. p. 133. du Pin T. XII. p. 10. Bruck. T. IV. p. 55—60. *h* Jovius Elog. c. 32. Niceron T. XXIII. p. 180. Bayle. Bruck. Hist. Philos. T. IV. p. 35—38. und im Ehren Tempel Dec. I. p. 1. *i* Jovius Elog. c. 33. p. 94. Niceron T. V. p. 214. T. X. P. II. p. 314. *k* Jovius Elog. c. 134. Gassendus in ipsius vita. Niceron T. XXXVIII. p. 377. Bruck. Ehern Tempel Dec. II. p. 41. *l* Jovius Elog. c. 133. Maii vita Reuchlini. Niceron T. XXV. p. 121. Bruck. Hist. Philos. T. IV. p. 357—374. *m* Fabrit. Bibl. Gr. T. VI. p. 615. *n* Fabrit. Bibl. Gr. T. VI. p. 567. *o* Fabrit. Bibl. Gr. T. VI. p. 474. *p* Fabrit. Bibl. Gr. T. VI. p. 476. *q* Jovius Elog. c. 9. Poggii oratio in funere Aretini in T. VIII. Thes. Ital. P. I. p. 215. Niceron T. XXV. p. 281. Bayle. *r* Jovius Elog. c. 10. Recanatus in vita Poggii, quæ Historiæ eius præmittitur. Niceron T. IX. p. 128. T. X. P. II. p. 272. *s* Vossius de Hist. Latinis. Cave an. 1440. *s* Fabrit. Bibl. Med. Ævi T. IV. p. 304. Bayle. *t* Sleidanus in vita Cominæi. Et Annotationes sur la vie du Sr. Comines in fine P. III. Historiæ eius. Samarth. in Elog. L. I. n. 4. *u* Jovius Elog. c. 122. Niceron T. XI. p. 76. XX. p. 13. Fabrit. Bibl. Med. Æv. T. IV. p. 148. *w* Miræus. Vossius de Hist. Lat. Fabrit. l. d. T. I. p. 312. *x* Jovius Elog. c. 14. Bayle. Fabrit. l. d. T. I. p. 679. *y* Jovius Elog. c. 19. Niceron T. VIII. p. 218. X. P. II. p. 260. Bayle. Lambecii nota ad Platinæ Historiam Mantuanam in Thes. Ital. T. IV. p. 1. *z* Vossius de Hist. Latinis L. III. Bayle.

A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Christ. 1500. ad 1559.

licus [a], *Trithemius* [b], *Nauclerus* [c], *Johannes Aventinus* [d] & alii.

CAPUT XI.

Quæ in Europa, Germania, Gallia, Italia *finitimisque Regnis memoratu digna contigerunt sub Imperatoribus* Maximiliano I *&* Carolo V, *item* Galliæ *Regibus* Ludovico XII, Francisco I *&* Henrico II *ab anno circiter* 1500 *ad* 1559.

§. I.

Ludovicus XII, Sfortia in potestatem redacto, Insubribus potitur.

QUæ antea *Anglicis* rebus maxime inplicata erat historia *Galliæ*, a temporibus *Ludovici* XII ita perpetuo *Italicis*, *Germanis*que rebus innectitur, ut res utriusque gentis deinceps perpetuo ordine explicare satius sit.

Carolo VIII sine herede mortuo, *Ludovicus* eius nominis XII, Dux *Aurelianensis*, (filius *Caroli*, nepos *Ludovici* eius, qui *Valentinam Johannis Galeacii* primi Ducis *Mediolanensis* filiam duxerat,) utpote *Caroli* V Regis pronepos, ex lege successit [e]. Hic simul atque 27 *Maii* anno 1498 regnum apud *Remos* solemni ritu auspicatus est [f], statim de concilii sententia se non tantum *Galliarum*, sed & *Hierosolymorum* & utriusque *Siciliæ* Regem Ducemque *Mediolanensem* inscripsit [g]. Mox repudiata, consensu Pontificis, priore coniuge *Johanna Ludovici* XI filia [h], *Annam Britannicam*, *Caroli* viduam, duxit mense *Januario* anno 1499 [i]. Tum fœdere cum *Venetis* [k] & *Phi-*

a Jovius Elog. c. 38. p. 106. Niceron T. XII. p. 144. Bayle. *b* Niceron T. XXXVIII. p. 210. Fabrit. l. d. T. IV. p. 451. *c* M. Adami. Fabrit. l. d. T. IV. p. 310. *d* Vita Aventini quæ Annalibus Boiicis præmittitur. Bruck. Ehren Tempel Dec. III. p. 85. *e* Belcarius L. VIII. c. 1. Guicciard. L. IV. p. 191. Mezeray T. II. p. 811. *f* Comines L. VIII. c. 20. Mezeray l. d. *g* Belcarius L. VIII. c. 2. Guicc. IV. p. 193. Daniel. T. IV. p. 598. *h* Du Mont T. III. P. II. p. 404. *i* Du Mont T. III. P. II. p. 405. Ferronus L. III. p. 60. 61. Guicc. L. IV. p. 194. 207. Argentre L. XIII. p. 1026—1029. Daniel T. IV. p. 595—598. *k* Du Mont T. III. P. II. p. 406. Bembus L. IV. p. 84. 85. Daniel. T. IV. p. 600—602.

A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Christ. 1500. ad 1559.

& *Philiberto Sabaudiæ* Duce inito[a], mense *Augusto* in *Italiam* irruens[b], terrore perculsum *Ludovicum Sfortiam* in *Germaniam* ad *Maximilianum* fugere cogit, *Insubribus*que potitur anno 1499[c]. Florentes *Gallorum* res nimio pro *Guelphis* studio corrupit *Trivulcius*, ab Rege *Ludovico Insubribus* præfectus: *Mediolanenses*, *Gibellinis* addicti, *Sfortiam* revocant, seque illi tradunt ineunte anno 1500: at paullo post ad *Novariam* ab *Helvetiis* destitutus, III Idus *Apriles*[d] a *Gallis* captus *Ludovicus*, ad arcem *Lochiensem*, id oppidum in *Turonibus* est situm, in custodiam missus, X annorum spatio ad vitæ finem turbatæ sæpius *Italiæ* pœnas dedit[e].

Idem Neapoli occupata, mox per Consalvum eo regno excidit, quod Hispanorum factum.

§. 2. *Mediolano* recepto, Rex *Ludovicus*, occulto fœdere cum *Ferdinando Hispaniæ* Rege inito[f], anno 1501, de consensu Pontificis[g], regnum *Neapolitanum* occupat: *Fridericus*, qui tum id regnum tenebat, *Hispanorum* perfidiam detestatus, pacto cum *Ludovico* inito, regno se abdicans in *Andegavos* concessit anno 1501[h]. Mox regno inter *Francos* & *Hispanos* diviso, de regione, quæ *Capitanatus* nomine venit, orta dissensione, *Consalvus Ferdinandi* dux, neglectis pactis, quæ *Philippus Austriacus*, *Maximiliani* filius & *Ferdinandi* gener, 5 *Aprilis* anno 1502 cum *Ludovico* Rege conposuerat[i], *Gallos* segnius

a Du Mont T. III. P. II. p. 408. Daniel T. IV. p. 605. b Belcar. L. VIII. c. 23. Daniel T. IV. p. 606. c Gaguin. L. XI. c. 2—4. Guiciard. L. IV. p. 217—231. Belcarius L. VIII. c. 15. 23—28. Franc. Carpesanus L. III. c. 2. 3. in Coll. Max. Martene T. V. p. 1224. 1225. Burchardi diarium apud Eccard. T. II. p. 2102—2106. Coccinius apud Freher. T. II. p. 552. Ferronus L. III. p. 60—63. Bembus L. IV. p. 86—88. Mezeray T. II. p. 813—815. Daniel T. IV. p. 607—609. d Belcar. L. VIII. c. 34. e Guicciard. L. IV. p. 247—252. Huberti Velleii Appendix ad Gaguinum c. 1. 3. Belcarius L. VIII. c. 31—36. Carpesanus l. d. c. 7—10. Mezeray T. II. p. 816. 817. Mieris T. I. p. 323—329. Daniel T. IV. p. 611—616. f Du Mont T. III. P. II. p. 445. Daniel T. IV. p. 617. 618. g Suppl. du Mont T. II. P. I. p. 1. h Guicciard. L. V. p. 258. 265—270. Belcarius L. IX. c. 1—8. Carpesanus c. 13. 16—19. Bernardinus Arlunus de bello Veneto L. I. p. 16—18. in Thes. Ital. T. V. P. IV. Thuanus T. I. p. 4. Mariana L. XXVII. c. 7. 9. Mezeray T. II. p. 819—822. Daniel T. IV. p. 617—624. Giannone L. XXIX. c. 3. i Du Mont T. IV. P. I. p. 27. Belcarius L. X. c. 29. Heuter. Austr. L. VI. c. 4. 5.

A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Christ. 1500. ad 1559.

rem curantes eiecit anno 1504 [a], quam cladem induciæ primum [b], anno sequente pax est secuta, per quam *Neapolitanum* regnum *Hispanis* cessit [c].

Alexander VI. Pius III. & Julius II Pontifices.

§. 3. Inter hæc *Alexander* VI Papa, fœdissimum monstrum, dum filio suo *Cæsari Borgiæ* principatus per scelus quærit, animadvertendo providentiæ divinæ exemplo male periit 17 *Augusti* anno 1503 [d]; cui 22 *Septembris* sublectus est *Pius* III [e], eoque 26 die post mortuo [f], 1 *Novembris* Pontificatum accepit *Julius* II, homo militaris & turbulenti ingenii [g].

Ferdinandus Catholicus: & Philippus Austriacus.

§. 4. In *Hispania Isabella*, *Ferdinandi Catholici* coniux obiit 26 *Novembris* anno 1504, heredem ex asse relinquens *Johannam* filiam, unaque *Philippum* eius maritum [h], inter quem & *Ferdinandum* de regimine regni *Castellæ* & *Legionis* ortæ lites, vix erant conpositæ [i], cum *Philippus* ipse in flore ætatis, annos natus 28 & tres menses, exstinctus est 25 *Septembris* anno 1506 [k]. Relinquens ex *Johanna*, *Isabellæ* filia, sed mente debili, filios duos *Carolum* & *Ferdinandum*, filias *Eleonoram*, *Isabellam*, *Mariam*, & postumam *Catharinam* [l].

§. 5.

a Guicc. L. V. p. 274. 275. 282. 283. 300. 303. 304. & L. VI. p. 305. 307. 326—332. 337. 338. Belcarius L. IX. c. 11. 12. 26. X. c. 2. 6. 13. Mezeray T. II. p. 823—825. 827. 829. 834. Mariana L. XXVII. c. 13. & seqq. L. XXVIII. c. 1—8. Chytræus in Saxonia p. 125 126. 131. 133. Giannone L. XXIX. c. 4. *b* Du Mont T. IV. P. I. p. 51. Guicc. L. VI. p. 341. *c* Du Mont T. IV. P. I. p. 72. Guicciard. L. VI. p. 344. Mezeray T. II. p. 837. Heut. Austr. L. VIII. c. 7. *d* Guicciard. L. VI. p. 314. Belcarius L. IX. c. 39. Carpesanus L. III. c. 6. 25. L. IV. c. 8. Thuan. L. I. p. 11. Gordoni vita Alexandri VI, quæ gallice prodiit Amstel. 1732. Contin. Fleury L. CXX. §. 6. Daniel T. IV. p. 650. *e* Guicciard. L. VI. p. 318. Belcar. L. IX. c. 43. Contin. Fleury L. CXX. §. 20. Daniel T. IV. p. 652—654. *f* Guicc. L. VI. p. 320. Belcar. L. IX. c. 44. *g* Guicc. L. VI. p. 320. 321. L. IX. p. 509. L. XI. p. 31. Mezeray T. II. p. 833. 836. 853. Thuan. L. I. p. 5. E. Contin. Fleury L. CXX. §. 26. 27. Daniel T. IV. p. 654. 655. *h* Mariana L. XVIII. c. 11. Chytræus p. 139—141. Mieris T. I. p. 362. 363. *i* Mariana L. XXVIII. c. 12. & seqq. Chytræus p. 148. 149. Haræus T. II. p. 511. Mieris T. I. p. 365. 366. 373. 376. 377. *k* Petrus Martyr. epist. 312. Mariana L. XXVIII. c. 23. Haræus T. II. p. 517. 518. Heuter. Austr. L. VI. c. 10. Mezeray T. II. p. 838. Mieris T. I. p. 379. 380. *l* Chytræus p. 150.

§. 5. Contra *Venetos* deinde, præpotentem in *Italia* civitatem [a], *Ludovicus* cum *Maximiliano*, *Ferdinando* & *Julio* II *Romano* Pontifice fœdere *Cameracensi* conspirant 10 *Decembris* anno 1508 [b]. *Veneti* anno sequente 14 *Maii* ad *Abduam* ab *Ludovico* superati, quidquid in continenti habebant propemodum amittunt [c]. Desperatis rebus saluti fuit *Julii* Papæ perfidia, qui privatim 14 *Febr.* anno 1510 cum *Venetis* pactus, arma etiam in *Ludovicum* convertit [d]. Id indignatus *Ludovicus* de consensu *Maximiliani* non tantum 1511 *Pisanum* Concilium, cui Papa *Lateranense* opposuit, indici [e], nummosque signari curavit cum inscriptione *perdam Babylonis nomen* [f]; sed etiam *Gastonem Foxium*, sororis filium, Ducem *Nemorensem*, in *Italiam* misit, qui, magnis rebus intra breve tempus gestis, cum *Venetorum*, *Hispanorum* ac *Julii* copiis ad *Ravennam* congressus, victor occubuit 13 *Aprilis* anno 1512. *Ravenna* a victoribus direpta [g]. Eius morte concidit res *Gallorum* in *Italia*, cum enim Rex vana se spe pacis a Pontifice lactari sineret, *Helvetii* vero in *Mediolanensem* ducatum descenderent, anno 1513 *Italiam* relinquere *Galli* coacti sunt [h].

A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Christ. 1500. ad 1559. Cameracense contra Venetos fœdus. Concilium Pisanum. Galli Italia pulsi.

Iiii 2 §. 6.

a Mocenicus in historia belli Cameracensis L. I. p. 7. 8. in Thes. Ital. T. V. P. IV. *b* Du Mont T. IV. P. I. p. 58. 113. 116. Chytræus p. 156. Carpesanus in commentario suorum temporum L. IV. c. 15. Bernardinus Arlunus de bello Veneto L. II. p. 47—53. Daniel T. IV. p. 667—669. 707—709. Lunig Cod. Diplom. Ital. T. I. p. 134—148. *c* Guicciard. L. V. p. 405—455. Belcarius L. XI. c. 5. 6. 10—18. Carpesanus l. d. c. 16—19. Mocenicus L. I. p. 8—18. Bernardinus L. II. p. 62—78. Bembus L. VII. p. 156—170. L. VIII. p. 171—181. Mariana L. XXVIII. c. 10. XXIX. c. 19. 20. Mezeray T. II. p. 844—849. Heuter. Austr. L. VII. c. 2. Mieris T. I. p. 408. 413—422. Daniel T. IV. p. 711—718. *d* Mocenicus L. II. p. 44. L. III. p. 54. 55. Bernardinus L. III. p. 124. 125. Guicc. L. VIII. p. 455. 467. L. IX. p. 469. 482. 503. Belcarius L. XI. c. 49. Bembus L. IX. p. 213. X. 218. 219. Heuter. Austr. L. VII. c. 3. *e* Guicciard. L. IX. p. 532. 533. 538. Richerius Hist. Conc. Generalium L. IV. P. I. p. 22. 25. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 365. Mariana L. XXX. c. 3. Contin. Fleury L. CXXII. §. 28—45. Daniel T. IV. p. 767. & seqq. *f* Thuan. L. I. T. I. p. 11. Edit. Aurelian. an. 1626. Mezeray T. II. p. 857. *g* Guicciard. L. X. p. 568—592. Bernardinus L. IV. p. 176—192. Carpesanus L. V. c. 17—20. Belcarius L. XIII. c. 17—36. Bembus L. XII. p. 275—278. Mezeray T. II. p. 857—861. Thuan. L. I. p. 6. Mariana L. XXX. c. 5—7. 9. Daniel T. IV. p. 773. & seqq. *h* Guicc. L. X. p. 593—602. Bernardinus L. V. p. 193—200. Carpesanus L. V. c. 21. 22. L. VI. c. 1. 2. Chytræus p. 174. 175. Mezeray T. II. p. 861. 863. Daniel T. IV. p. 797. & seqq.

A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Christ. 1500. ad 1559.

Ferdinandus Navarræ regnum occupat. Bellum inter Anglos & Gallos.

§. 6. Inter hæc, cum desinente anno 1511 *Ferdinandus Aragoniæ* & *Henricus* VIII *Angliæ* Rex fœdus pro defensione Pontificis contra *Ludovicum* iniissent [a], *Ferdinandus* anno 1512 de inproviso irruens *Johannem Albrettum*, *Ludovici* socium [b], regno, quod *Navarram* vocant, exuit [c]. *Henricus*, renovato cum *Ferdinando* fœdere [d], anno 1513 *Picardiam* adgressus, *Morinos* ac *Nervios* occupat [e]: verum cum *Ludovicus* mense *Octobri* rem cum *Leone* X, qui *Julio* II, 21 *Febr.* anni 1513 mortuo [f], in Pontificatu successerat, conposuisset [g], eius interventu 7 *Augusti* anno 1514 pax inter *Anglos* & *Gallos* convenit [h].

Ludovicus XII. Ferdinandus Aragonius & Maximilianus Imperator mortui.

§. 7. *Ludovicus*, *Henrici* sorore *Maria* in matrimonium accepta [i], *Anna* quippe 23 *Januarii* anno 1514 obierat [k], *Claudia* & *Renata* superstitibus liberis, dum novum in *Insubres* bellum parat, vita fungitur primo *Januarii* anno 1515 [l]. Annoque sequente 22 *Januarii* hydrope exstinctus est *Ferdinandus Aragonius*, heredem relinquens unicam filiam *Johannam Caroli* & *Ferdinandi* matrem [m]. Quorum avus paternus *Maximilianus* Imperator, qui anno 1512 imperium in X Circulos divisit [n], obiit 12 *Januarii* anno 1519 [o]. Uxores tres habuit, *Mariam Burgundam*,

a Du Mont T. IV. P. I. p. 137. 141. *b* Du Mont T. IV. P. I. p. 147. *c* Guicciard. L. XI. p. 23—25. Mariana L. XXX. c. 8. 11. 12. Daniel T. IV. p. 802—805. *d* Du Mont T. IV. P. I. p. 173. *e* Guicc. L. XII. p. 59—62. Jovius L. XI. p. 176—188. Heuter. Austr. L. VII. c. 5. Chytræus p. 176. 177. Rapin. Thoyras T. V. p. 60—62. 66—71. Daniel T. IV. p. 818—823. 825. 826. *f* Guicc. L. XI. p. 31. Bembus L. XII. p. 286. Daniel T. IV. p. 811. 812. *g* Du Mont T. IV. P. I. p. 175. Guicc. L. XII. p. 65. *h* Du Mont T. IV. P. I. p. 183. Guicc. L. XII. p. 72. 73. Heut. Austr. L. VII. c. 8. Chytræus p. 184. Daniel T. IV. p. 830. 831. *i* Du Mont T. IV. P. I. p. 188. Guicc. L. XII. p. 74. *k* Guicc. L. XII. p. 66. Bernardinus L. VI. p. 256. Argentre L. XIII. c. 67. Mariana L. XXX. c. 22. Mezeray T. II. p. 890. *l* Guicc. L. XII. p. 82. Belcarius L. XIV. c. 61. Chytræus p. 184. Thuanus L. I. p. 11. Mezeray T. II. p. 873. *m* Guicc. L. XII. p. 110. Chytræus p. 191. Heuter. Austr. L. VII. c. 11. Haræus T. II. p. 538. Mariana L. XXX. c. 27. Thuanus L. I. p. 13. *n* Abschiedt des Reichstags zu Trier und Collen an. 1512. §. 11. 12. p. 91. Thuan. L. II. p. 41. Struv. Per. X. Sect. III. §. 13. *o* Joh. Faber Oratione funebri apud Freher. T. II. p. 741. Guicc. L. XIII. p. 159. Sleidanus L. I. p. 8. Edit. Basil. an. 1556. in folio.

A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Christ. 1500. ad 1559.

dam, ex qua ei nati *Philippus*, *Margaretha* & *Franciscus* in infantia mortuus. *Annam Britannicam*, quam, per procuratorem ductam, ei eripuit *Carolus* VIII Rex *Galliæ*: & *Blancam Mariam*, Ducis *Mediolanensis* filiam, ex qua prolem non suscepit [a].

Leo X. Papa. Franciscus Mediolano potitus Concordatum cum Pontifice init.

§. 8. *Julio* Papæ iuniorum conspiratione 11 *Martii* anno 1513 ex *Mediceorum* stirpe subrogatur *Leo* X, litterarum amans, sed profusus & pecuniæ semper indigens [b]. In *Galliis Ludovico* Regi sine mascula prole extincto, ceu proximus agnatus succeffit *Franciscus*, *Ludovici* Ducis *Aurelianensis* ex *Johanne* & *Carolo* pronepos [c], & *Ludovici* XII gener, eius enim filiam natu maiorem *Claudiam* 10 *Maii* anno 1514 duxerat [d]. Ut primum Rex est factus, ad *Mediolanensem* expeditionem conversis viribus, *Helvetios*, qui se illi opposuerant, bidui pugna ad *Marinianum* cedere coëgit anno 1515 *Septembris* 13 & 14. Clade perculsus *Maximilianus Sfortia*, pacto cum Rege 4 *Octobris* inito, ducatum *Mediolanensem Gallis* concedit [e]. *Franciscus*, firmandis partibus, mense *Decembri Bononiam* adiens ad Pontificem, cum eo de abroganda *Pragmatica Sanctione* & *Concordato* recipiendo paciscitur anno 1516 [f].

Carolus Belgii, Hispaniæque Dominus Imperatorum V per bella cum Francisco gesta Gallos Italia eiicit.

§. 9. *Ferdinando Catholico* mortuo, *Carolus*, eius ex filia *Johanna* & *Philippo Austriaco* nepos, qui iam anno 1515, ætatis lege solutus, *Belgii* dominus renunciatus fuerat [g], eodemque anno ex pacto cum *Georgio Saxone Frisiam* Occidentalem ditionibus *Bel-*

[a] Faber l. d. p. 730. Heuter. Austr. L. VII. c. 17. Struv. Per. X. Sect. III. §. 48. [b] Guicc. L. XI. p. 32. XIII. p. 167. 168. XIV. p. 212. 219. XVI. p. 338. Jovius in vita Leonis. Varillas Anecdote de Florence L. VI. p. 259. 292. & seqq. Bayle in Lex. [c] Guicc. L. XII. p. 82. Belcarius L. XV. c. 1. Bellaius L. I. p. 13. [d] Daniel T. IV. p. 829. [e] Guicc. L. XII. p. 85. 86. 88—105. Bernardinus L. VI. p. 257—272. Carpesanus L. VII. c. 1—7. Bellaius Comm. L. I. Belcarius L. XV. c. 3—20. Jovius L. XV. toto. Mocenicus L. VI. p. 130—136. Heuter. L. VII. c. 9. Chytræus p. 187. Mezeray T. II. p. 898—904. Daniel T. V. p. 2—23. [f] Guicc. L. XII. p. 108. 109. Harduin. T. IX. p. 1869. & seqq. Du Mont T. IV. P. I. p. 229. & seqq. p. 252. 257. Suppl. T. II. P. I. p. 47. Mezeray T. II. p. 904. Thuan. L. I. p. 12. 13. Contin. Fleury L. CXXIV. §. 83. 84. 121. 126. 127. L. CXXV. §. 9—13. 48—68. [g] Anselmi Codex Belgicus P. II. p. 84. 96. Groot Plakkaat Boek P. III. p. 20. Heuter. L. VII. c. 9. Mieris T. II. p. 1—6.

A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Christ. 1500. ad 1559.

gicis iunxerat[a], anno 1517 *Hispaniam* adiit[b], ibidemque Rex renunciatus[c], nimio in *Belgas* studio *Hispanorum* animos commovit[d]: hinc, avo *Maximiliano* ineunte anno 1519 mortuo, commendante *Friderico Saxone*, 28 *Junii* Imperator electus[e], perpetua deinde bella cum *Francisco* I *Galliæ* Rege imperii competitore & æmulo habuit[f]. Bellum occasione motuum *Hispanicorum* inchoatum anno 1521: initio in *Vasconibus*, *Pompeiopoli* capta, rem prospere gessit *Franciscus*, sed paullo post *Hispani*, eiectis *Gallis*, amissa omnia recuperarunt[g]. Par in *Italia* infelicitas fuit, fœdere quippe inter Papam & Cæsarem 8 *Maii* anno 1521 inito[h], *Galli*, gravi ad *Bicocam* clade accepta *Mediolano* capto & *Genua* intercepta, anno 1522 *Italia* eiecti sunt: ducatus *Mediolanensis*, *Francisco Sfortiæ*, *Maximiliani* fratri datus[i]. Interim in *Belgio* varia fortuna bellatum[k].

Emmanuel & Johannes Reges Lusitaniæ Hadrianus VI Papa.

§. 10. Inter hæc *Emmanuël Lusitaniæ* Rex, Princeps maximus, diem obiit 23 *Decembris* anno 1521, eique

a Ubbo Emmius Hist. Fris. L. XLVIII. p. 742. Chytræus p. 182. 183. Heuter. L. VII. c. 10. Mieris T. II. p. 9—11. *b* Turquet Hist. d'Espagne p. 1270. Petri Martyris epist. 599. Miniana L. I. c. 3. Chytræus p. 191. Heuter. L. VII. c. 16. Mieris T. II. p. 24—27. *c* Petri Martyris epist. 608. Miniana l. d. Mieris T. II. p. 55—60. *d* Histoire du Cardinal Ximenez par Marsolier T. II. p. 139. & seqq. *e* Guicc. L. XIII. p. 159—164. Sleidan. L. I. p. 8—11. Chytræus p. 204. Sabinus de electione & coronatione Caroli V. apud Schardium T. II. p. 1. Leodius in vita Friderici Palatini L. V. p. 73—76. du Mont T. IV. P. I. p. 296. 298. Acta electionis apud Freher. T. III. p. 158. & seqq. Heuter. Austr. L. VIII. c. 2. Mezeray T. II. p. 911. 912. *f* Carpesanus L. VII. c. 22. Heuter. L. VIII. c. 3. Mezeray T. II. p. 915. Miniana L. I. c. 4. *g* Turquet p. 1276—1282. Miniana L. I. c. 6. 10. 12. Heuter. L. VII. c. 4—10. Belcarius L. XVI. c. 23. Haræus T. I. p. 546—552. Chytræus p. 224. Mezeray T. II. p. 916—918. *h* Du Mont Suppl. ad Tom. IV. p. 96. & Suppl. T. II. P. I. p. 72. Lunig Cod. Diplom. Ital. T. I. p. 167—176. Carpesanus L. VII. c. 23. Sleidan. L. III. p. 29. Heut. Austr. L. VIII. c. 12. *i* Guicc. L. XIV. p. 181. & seqq. p. 225—234. Carpesanus L. VII. c. 23—33. L. VIII. toto. Galeacius Capella de rebus gestis pro restitutione Francisci II. Libris VIII. in Thes. Ital. T. II. p. 1249. & seqq. Ripamontius L. VIII. p. 686—695. in Thes. Ital. T. II. Ulloa in vita Caroli V. L. II. p. 46. 47. Edit. Venet. an. 1606. Belcarius L. XVI. c. 26. 38. & seqq. L. XVII. c. 1—14. Mezeray T. II. p. 919. 923—929. Daniel T. V. p. 79—92. 96—108. *k* Carpesanus L. IX. c. 1. Mezeray T. II. p. 918. 920—922. Mieris T. II. p. 133. & seqq. Rapin T. V. p. 147—149.

eique *Johannes* filius ſucceſſit, eius nominis III [a]. At vero *Leone* X Kalendis *Decembris* anni eiusdem repentina morte exſtincto [b], *Hadrianus* VI, qui tum *Hiſpaniam* adminiſtrabat, eius locum ſuſcepit *Januarii* 9 ſequentis anni [c], ſuperioribus melior Eccleſiæ reformationem neceſſariam cenſuit [d].

A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Chriſt. 1500. ad 1559.

§. 11. Manente bello inter *Franciscum* & *Carolum*, qui etiam *Henricum* VIII *Angliæ* Regem ſibi adiunxerat [e], *Carolus Borbonius*, Magiſter utriusque militiæ offenſus Regi, ad *Carolum* defecit anno 1523 [f]. Dehinc varia fortuna bellatum, donec ineunte anno 1525 *Franciscus*, *Mediolano* aliisque *Inſubrum* oppidis receptis, in *Ticini* obſidione animum obfirmans, 24 *Februarii* captus, in *Hiſpaniam* ad *Carolum* miſſus eſt [g]: a quo ægre anno ſequenti duris conditionibus, & filiis obſidibus datis, libertatem redemit [h].

Carolus Borbonius turbat. Franciscus captus in Hiſpaniam miſſus.

§. 12. Clades *Franciſci* conmoverat Principum animos [i], itaque agente *Clemente* VII, qui *Hadriano* 19 *Novembris* anno 1523 ſucceſſerat [k], Papa, Rex *Galliæ*, *Veneti*, Dux *Mediolanenſis* & *Florentini* 22 *Maii* anno 1526 fœdus, quod *Sanctum* vocant, contra

Roma a Cæſareis direpta, bellumque varium ad pacem Cameracenſem.

a Neufville Hiſt. de Portugal T. II. p. 606. La Clede Hiſt. de Portug. T. IV. p. 366—373. b Guicciard. L. XIV. p. 212. Spalatinus vita Leonis p. 17. Sleid. L. III. p. 29. c Guicc. L. XIV. p. 221. 222. XV. p. 238. Sleid. L. III. p. 33. Chytræus p. 245. Belcar. L. XVII. c. 2. Thuan. L. I. p. 15. Mieris T. II. p. 145. Bayle in Lex. d In inſtructione quam Francisco Cheregato in Germaniam miſſo dedit apud Rayn. an. 1522. n. 70. Lunig Spicil. Eccleſ. P. I. p. 391. Sarpius L. I. p. 22—29. Richer. Hiſt. Conc. General. L. IV. P. II. p. 133. Sleid. L. IV. p. 34. Du Pin T. XIII. c. II. §. 43. 15. e Rapin T. V. p. 152. 163. Belcar. L. XVII. c. 17. 18. f Guicc. L. XV. p. 252. 253. Mezeray T. II. p. 933. 936. Belcarius L. XVII. c. 43—48. Carpeſanus L. IX. c. 2. Sleid. L. IV. p. 45. Thuan. L. I. p. 16. Heuter. L. VIII. c. 18. g Guicc. L. XV. p. 267—298. XVI. p. 323. Mezeray T. II. p. 939—945. Belcar. L. XVII. c. 51—57. L. XVIII. c. 2—24. Galeacius Capella Commentariorum L. IV. apud Schardium T. II. p. 193—199. Et hiſtoria Papienſis obſidionis Ib. p. 607. & ſeqq. Carpeſanus L. IX. & X. Ripamontius L. IX. p. 703—709. Sleid. L. IV. p. 47. Heuter. L. IX. c. 1. 2. h Du Mont T. IV. P. I. p. 399. 412. P. II. p. 7. & ſeqq. Guicc. L. XVI. p. 330. & ſeqq. 342—355. Mezeray T. II. p. 948—950. Galeacius Capella L. V. p. 200. 201. & in Theſ. Ital. T. II. p. 1300. 1301. Sleid. L. VI. p. 61. Heut. Auſtr. L. IX. c. 4. Daniël T. V. p. 178—184. 194—200. i Thuan. L. I. p. 17. k Guicc. L. XV. p. 264. XVI. p. 339. Hiſtoire des Traitez de Paix T. I. p. 564—566. Contin. Fleury L. CXXVIII. §. 99—103.

A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Christ. 1500. ad 1559.

tra *Carolum* ineunt [a]. *Carolus Borbonius*, Cæsari militans, admotis ad Urbem copiis, dum inter primos murum conscendit 6 *Maii* anno 1527 cadit: milites *Romam* captam fœde diripiunt, Papam in custodiam dant [b]. *Franciscus*, qui iam 30 *Aprilis* anno 1527 cum *Henrico Anglo* fœdus sanciverat [c], ad liberandum Pontificem, *Lautrecium* cum armata manu mittit in *Italiam*. Is, re apud *Insubres* prospere gesta, *Neapolim* obsidens, vulgata per exercitum lue, anno 1528 periit. *Galli* sequenti anno *Italia* eiecti [d]. Itaque post pacem 29 *Junii* inter Cæsarem & Papam conpositam [e], etiam 5 *Augusti* anno 1529 pax *Cameracensis* inter *Carolum* & *Franciscum* coaluit [f].

Reges Hungariæ Matthias Corvinus. Uladislaus & Ludovicus: post cuius mortem bella Turcica orta.

§. 13. In *Hungaria*, *Matthia Corvino* Rege 5 *Aprilis* anno 1490 mortuo [g], *Uladislaus*, *Casimiri* Regis *Poloniæ* filius, qui iam anno 1470 *Georgio Pogiebrachio* in regno *Bohemiæ* successerat [h], *Rex Hungariæ* renunciatus est [i], quocum *Maximilianus* Imperator anno 1491, ut olim *Fridericus* cum *Matthia* anno 1463 fecerat [k], de successione pactus est [l]. Huius filius *Ludovicus*, cuius soror, ex pacto anno 1551 initio [m], anno 1521 *Ferdinando Austriaco* nuptse-

[a] Du Mont T. IV. P. I. p. 451. Suppl. T. II. P. I. p. 75. 82. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 401—436. &c. Cod. Diplom. Ital. T. I. p. 175—188. Guicc. L. XVII. p. 357—369. Belcar. L. XVIII. c. 53. 54. Capella L. V. p. 201. Mezeray T. II. p. 952. Sarp. L. I. p. 41. Sleid. L. VI. p. 63. 64. [b] Guicc. L. XVIII. p. 422. & seqq. Commentarius captæ Romæ apud Schard. T. II. p. 230. 611. & seqq. Du Mont T. IV. P. I. p. 486. Suppl. T. II. P. I. p. 99. Galeacius Capella de bello Mediolanensi in Thes. Ital. T. II. p. 1308. 1315. Chytræus p. 307. 308. Sleid. L. VI. p. 66. Heuter. L. IX. c. 1. Perizon. Hist. Sæc. XVI. p. 152—154. Daniël T. V. p. 210—219. Struv. Per. X. Sect. IV. §. 31. Contin. Fleury L. CXXXI. §. 8—23. [c] Du Mont T. IV. P. I. p. 472. 476. 483. Rapin T. V. p. 225. & seqq. [d] Guicc. L. XVIII. p. 455. & seqq. L. XIX. toto. Heuter. Austr. L. IX. c. 1—3. Thuan. L. I. p. 17. 18. Mezeray T. II. p. 958. 959. 961—965. Bonfadii Annal. Genuensium Lib. I. p. 1333—1346. In Thesaur. Ital. T. I. P. II. Galeacius Capella L. VII. p. 1325—1332. Ibid. T. II. Struv. Per. X. Sect. IV. §. 33. 34. [e] Du Mont T. IV. P. II. p. 1. Heut. Austr. L. IX. c. 3. [f] Du Mont T. IV. P. II. p. 7. & seqq. Heut. l. d. Sleid. L. VI. p. 73. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 567. 568. [g] Bonfin. Dec. IV. L. VIII. p. 650. [h] Bonfin. Dec. IV. L. II. p. 599. 562. [i] Bonfin. Dec. IV. L. IX. p. 668. [k] Bonfin. Dec. IV. L. VIII. p. 655—658. du Mont T. III. P. I. p. 286. [l] Bonfin. Dec. V. L. II. p. 699. du Mont T. III. P. II. p. 263. [m] Du Mont T. IV. P. I. p. 212. Sambuc. Append. ad Bonfinium p. 737. Chytræus p. 185. Heuter. L. VII. c. 11.

A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Christ. 1500. ad 1559.

ferat[a], in prælio ad *Mohazium* 29 *Augusti* anno 1526 cecidit[b], nulla prole relicta. Itaque *Ferdinandus* iure uxoris ad regnum *Bohemiæ* vocatus[c], etiam *Hungariæ* regnum sibi deberi contendebat, *Hungari* alii *Johannem Sepusium*, *Transylvaniæ Waiwodam*, ad regnum vocant, qui ab *Austriacis* pressus *Solimanum Turcorum* principem evocavit, ex quo funesta cum *Turcis* bella enata[d].

Rusticorum tumultus. Caroli contra Euangelicos molimina: fœdus Smalcaldicum: variaque bella.

§. 14. In *Germania Thomas Muncerus*, tumultuantes in *Suevia* rusticos concitans, rebellionis pœnas dedit anno 1525[e]. Verum paullo post gravioris dissensionis semina sparsa, cum enim *Carolus* Imperator, ab initio veteris ritus studiosus[f], acrius incumberet, ut Principes *Lutheri* institutum probantes ad maiorum sacra revocaret: propistereaque eos anno 1529 graviori edicto *Spirensi* minisque urgeret[g], eodemque anno fœdere 29 *Junii* cum *Clemente* VII Papa, qui *Hadriano*, Idibus *Septembris* anno 1523 mortuo[h], successerat, inito, vim & arma contra dissentientes polliceretur[i]; mox re cum *Gallis* composita, *Turcis* eopse anno 1529 a *Viennæ* mœnibus reiectis[k], promissa præstare vellet, atque adeo sequenti anno mense *Septembri* per edictum *Augustanum* omnes idem cum Pontifice sentire iuberet[l], fratrem quoque suum *Ferdinandum*, invitis plerisque Protestantibus[m], 5 *Januarii* anno 1531 Regem *Romano-*

a Heuter. L. VIII. c. 11. Chytræus p. 225. *b* Broderitius in appendice Sambuci p. 757. 769. & apud Schard. T. II. p. 218—230. Isthuansius L. VIII. p. 82. Chytræus p. 295. Thuan. L. I. p. 29. *c* Du Mont T. IV. P. I. p. 469. 470. P. II. p. 296. Chytræus p. 303. 304. *d* Sleid. L. VI. p. 63. Sambuc. p. 774. 775. Chytræus L. XII. p. 306. 314. Isthuanf. L. IX. p. 84. & seqq. Leodius in vita Friderici II. Palatini L. VII. p. 115. Sleid. L. VI. p. 63. 68. Thuan. L. I. p. 29. 30. *e* Sleid. L. III. p. 30. b. L. IV. p. 47. 48. L. V. p. 49—52. Petrus Crinitus de bello rusticano apud Freher. T. III. p. 233. & seqq. Huberti Leodii historia seditionis rusticanæ Ib. p. 285. & seqq. Gnodalius apud Schard. T. II. p. 131. Chytræus p. 285. & seqq. Seckendorf L. I. §. 118. 176. L. II. §. 4. *f* Sleid. L. III. p. 27. 28. IV. p. 44. *g* Sleid. L. VI. p. 71. Abschied des Reichstags zu Speier an. 1529. §. 3—13. Mezeray T. II. p. 969. 970. *h* Sleid. L. IV. p. 38. Chytræus p. 268. Mezeray T. II. p. 938. *i* Du Mont T. IV. P. II. p. 1. Chytræus p. 319. *k* Sleid. L. VI. p. 72. Schardius T. II. p. 237. & seqq. 248. & seqq. Leodius l. d. p. 117—130. *l* Sleidan. L. VII. p. 76. & seqq. Thuan. L. I. p. 26. 27. *m* Du Mont T. IV. P. II. p. 119. Sleid. L. VII. p. 84. 85. Thuan. L. II. p. 42.

A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Christ. 1500. ad 1559.

manorum renunciari curaret [a]. Principes diversa sentientes, exeunte anno 1530 *Smalcaldiam* coëuntes, fœdus sui defendendi caussa sanciunt 27 *Februarii* anno 1531 [b]. Quo minus tamen res protinus in nervum erumperet, fecerunt *Turcorum* in *Hungariam* excursiones [c], motus *Italici* anno 1536 orti [d], secutumque cum *Gallis* bellum, quod ab anno 1542 ad 18 *Septembris* anno 1544 tenuit [e].

Carolus Saxone & Hasso in potestatem redactis fœdus Smalcaldicum dissolvit.

§. 15. Eo vero conposito *Cæsar* id agens, ut *Germanicum* robur contrario *Germanorum* robore frangeret [f], conciliatis sibi variorum Principum, maxime *Mauricii Saxonis* [g], studiis, fœdere cum Papa 26 *Junii* anno 1546 contra *Smalcaldicos* inito [h], paullo post in *Saxonem* & *Hassum*, *Smalcaldicorum* principes, 20 *Julii* a se proscriptos [i], arma vertit, ac felicius quam sperari potuisset, dissipatis sociorum copiis [k], *Johanne Friderico Saxonum* Duce 24 *Aprilis* anno 1547 ad *Mulbergam* victo, captoque [l]: *Philippo Hassiæ* Landgravio in potestatem redacto [m], tanto

to

a Sleid. L. VII. p. 86. Spalatinus in vitis aliquot Electorum Saxonum apud Menkenium T. II. p. 1120. & seqq. Chytræus p. 332. Heut. L. X. c. 6. *b* Du Mont T. IV. P. II. p. 75. 78. Lunig Reichs Archiv Part Spec. unter Chur-Fursten und Standen p. 249. Sleid. L. VII. p. 75. 84. 85. VIII. p. 87. Chytræus p. 370. Popliniere L. I. p. 30. *c* Sleid. L. VIII. p. 94. 95. XI. p. 133. XIV. p. 161. & seqq. *d* Du Mont T. IV. P. II. p. 153. 154. 157—159. Leodius in vita Friderici II. L. VIII. p. 155. Sleid. L. X. p. 118. 120. 121. XII. p. 137. Mezeray T. II. p. 978—980. 984—1004. Thuan. L. I. p. 18—20. Heuter. L. XI. c. 4. 7. 8. 9. Daniel T. V. p. 299. & seqq. *e* Du Mont T. IV. P. II. p. 279. 288. Sleid. L. XIV. p. 161. 168. XV. p. 179. 183. 185. 186. Chytræus p. 398. Sarp. L. II. p. 122. Heut. Austr. L. XI. c. 16. 18—22. XII. c. 2—4. Mezeray T. II. p. 1010. & seqq. & 1032. Daniel T. V. p. 378—413. Struv. Per. X. Sect. IV. §. 60—63. *f* Thuan. L. II. p. 42. 48. Mezeray T. II. p. 970. 1038. *g* Sleid. L. XVII. p. 211. 218. Arnoldus vita Mauricii apud Menken. T. II. p. 1170. & 1180. Thuan. L. II. p. 48. 67. 69. Heuter. L. XII. c. 6. *h* Du Mont T. IV. P. II. p. 308. Lunig Spic. Eccl. Contin. I. p. 151. Thuan. L. II. p. 51. Sarp. L. II. p. 213. 227. *i* Sleid. L. XVII. p. 217. Thuan. L. II. p. 56. du Mont T. IV. P. II. p. 314. *k* Sleidan. L. XVII. p. 219—XVIII. p. 230. Thuan. L. II. p. 39. 48—62. Chytræus p. 413. 414. 418. Popliniere L. I. p. 39. Heut. L. XII. c. 6—12. *l* Sleid. L. XIX. p. 237—239. descriptio pugnæ apud Schardium T. II. p. 506. Thuan. L. IV. p. 101—118. Chytræus p. 421. Heut. Austr. L. XII. c. 13. du Mont T. IV. P. II. p. 332. *m* Du Mont T. IV. P. II. p. 325 326. Sleid. L. XIX. p. 239. 241. Thuan. L. IV. p. 119—123. Sarp. L. II. p. 252. Heut. l. d. c. 14.

to opere formidatum fœdus *Smalcaldicum* intra vertentem annum diſſolvit [a]. A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Chriſt. 1500. ad 1559.

§. 16. Verum cum *Cæſar*, hac victoria reportata, pedem *Germanorum* cervicibus inponere [b], omnesque ad maiorum ſacra recipienda cogere poſſe videretur, idque ſedulo ageret [c], primus Papa, is *Paulus* III erat, qui *Clementi* VII *Septembris* 25 anni 1534 mortuo [d], ſubfectus erat, Concilium anno 1547 *Tridento Bononiam* transferens, eius interturbavit conſilia [e]: *Carolus*, ſui conſilii certus, librum, quem *Interim* vocant, anno 1548 in conventu *Auguſtano* conſcriptum, omnes recipere iubet [f]. *Mauricium Saxonem*, quem Electorali dignitate ornaverat [g], contra *Magdeburgenſes*, ſibi obtemperare recuſantes, mittit [h]: verum ille, indignatus *Haſſum* ſocerum ſuum contra fidem datam in cuſtodia detineri, fœdere cum *Henrico* II *Galliæ* Rege, qui patri *Francisco* I, ultimo *Martii* anno 1547 mortuo [i], ſucceſſerat, 5 *Octobris* anno 1551 inito [k], cum *Magdeburgenſibus* pactus [l], arma in *Cæſarem* vertit [m], incautum fugere,

Concilium Tridento Bononiam translatum.

Interim publicatum.

Transactio Paſſavienſis.

Kkkk 2 at-

[a] Hiſtoria belli Smalcaldici apud Menken. T. III. p. 1361. & ſeqq. & Lamberti Hortenſii apud Schard. T. II. p. 442. & ſeqq. Camerarius de bello Smalcaldico apud Freher. T. III. p. 457. & ſeqq. Thuan. L. II. p. 39. IV. p. 126. Puſendorf Rer. Suec. L. I. §. 11. [b] Du Mont T. IV. P. II. p. 326. 328. 332. Thuan. L. IV. p. 123. & ſeqq. Sleid. L. XIX. p. 243. [c] Sleid. L. XIX. p. 244. 245. Thuan. L. IV. p. 128. 129. Heut. Auſtr. L. XII. c. 15. XIII. c. 3. [d] Contin. Fleury L. CXXX. §. 150. & ſeqq. [e] Sleid. L. XIX. p. 237. 247—250. Thuan. L. IV. p. 129. 134. 135. V. p. 137. 138. Sarp. L. II. p. 253. 297. 307. L. III. p. 313. [f] Du Mont T. IV. P. II. p. 344. 347. Lunig Reichs Archiv Part. Gener. Continuat. p. 780. Sleid. L. XX. p. 255. 258—260. Thuan. L. V. p. 143—146. Chytræus p. 422—425. 429. 430. Sarp. L. III. p. 334. & ſeqq. Marillacius in epiſtolis ad Regem Galliæ apud Menken. T. II. p. 1395. 1400. Gerdeſius Hiſt. Refor. T. III. §. 61. [g] Sleid. L. XX. p. 257. Thuan. L. II. p. 67. IV. 118. V. 147. Heut. Auſtr. L. XII. c. 16. [h] Sleid. L. XXI. p. 273. XXII. p. 281—283. Hiſtoria belli Magdeburgenſis apud Schard. T. II. p. 518. & ſeqq. Chytræus p. 435. 436. 438. Thuan. L. VI. p. 169. 192. 194. 199. L. VIII. p. 235. 237—239. Heuter. L. XIII. c. 3. 5. 12. [i] Sleid. L. XIX. p. 236. Chytræus p. 417. Thuan. L. III. p. 85. Mezeray T. II. p. 1040. 1053. [k] Du Mont T. IV. P. III. p. 31. Chytræus p. 439. 440. Thuan. L. VIII. p. 239. Heut. Auſtr. L. XIII. c. 12. 13. [l] Sleid. L. XXII. p. 290. XXIII. p. 296. 297. Camerarius apud Freher. T. III. p. 539. Chytræus p. 441. 443. 444. Popliniere L. I. p. 45. [m] Sleid. L. XXII. p. 297—300. 305. XXIV. p. 308. Camerarius l. d. p. 540. Thuan. L. IV. p. 127. 128. VIII. p. 239—241. Mezeray T. II. p. 1070.

A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Christ. 1500. ad 1559.

atque 2 *Augusti* anno 1552 *Passavii* secum pacisci cogit [a]: quod pactum 25 *Septembris* anno 1555 secutum est Edictum *Augustanum*, quo *Augustanæ* confessionis libertas per *Germaniam* sancita [b].

Henricus II Rex Galliæ Tullum, Metas & Virodunum occupat.

§. 17. Inter hæc *Henricus* II, cui nimia *Cæsaris* potentia suspecta erat, sumta anno 1551 belli caussa ex iniuriis *Octavio Farnesio*, *Parmensi* Principi, inlatis [c], rem strenue urgens anno 1552 *Tullum*, *Metas* & *Virodunum* occupat [d]: *Carolum*que, exeunte anno 1552, *Metas* recuperatum venientem, infecta re discedere cogit [e].

Caroli V abdicatio & mors.

§. 18. *Carolus* rerum suarum pertæsus [f], *Belgicas*, *Burgundicas*que ditiones in filium *Philippum*, cui iam anno 1540 ducatum *Mediolanensem* dederat [g], 25 *Octobris* anno 1555 transfert [h], ac paullo post 16 *Ianuarii* anno 1556 regna *Hispanica*, & quæ cum iis coniuncta sunt, filio *Philippo* concedit; mox & quo quietius filio regnum traderet 5 *Febr.* anni 1556 quinquennales cum *Gallo* inducias pactus [i], etiam 27 *Augusti*, *Germaniæ* imperium *Ferdinando* fratri *Hungariæ Bohemiæ*que Regi permittit [k] suo nomine admini-

[a] Du Mont T. IV. P. III. p. 34. 42. Lunig Reichs Archiv Part. General. p. 119. Sleidan. L. XXIV. p. 312. 314. & seqq. 321. Chytræus p. 458—460. Thuan. L. X. p. 294—301. 313—319. Popliniere L. I. p. 45. & seqq. 69. 77. L. II. p. 80. Heuter. Austr. L. XIII. c. 15. Histoires des Traitez de Paix T. II. p. 142. [b] Du Mont T. IV. P. III. p. 88. Reichs Abschiede p. 494. Lunig Reichs Archiv Part. General. p. 131. Chytræus p. 480. 481. Thuan. L. XVI. p. 505. Perizon. Sæc. XVI. p. 574—578. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 143. Gerdes. T. III. §. 71. [c] Du Mont T. IV. P. III. p. 26. Sleid. L. XXII. p. 288. 289. 291. 294. XXIV. p. 311. Sarp. Hist. Conc. Trident. L. III. p. 361. Thuan. L. VIII. p. 247. & seqq. Heut. Austr. L. XIII. c. 11. Mezeray T. II. p. 1060. 1065. 1066. [d] Sleid. L. XXIV. p. 312—314. Thuan. L. X. p. 301. & seqq. Popliniere L. I. p. 65. Heut. Austr. L. XIII. c. 13. 14. Mezeray T. II. p. 1068. 1072. 1073. 1075. [e] Sleid. L. XXIV. p. 324. Thuan. L. XI. p. 336. & seqq. Camerarius apud Freher. T. III. p. 541. Chytræus p. 461. Popliniere L. II. p. 80. 84. 90. 93—96. Heuter. Austr. L. XIII. c. 16. 17. Mezeray T. II. p. 1079. 1080. 1082. 1083. [f] Thuan. L. XVI. p. 506. Mezeray T. II. p. 1104. [g] Du Mont T. IV. P. II. p. 200. 311. 352. Lunig Cod. Dipl. Ital. T. I. p. 531—538. [h] Du Mont T. IV. P. III. p. 93. Miniana L. V. c. 2. Thuan. L. XVI. p. 507. Meteren. L. I. p. 17. 18. Chytræus p. 481. Heuter. Austr. L. XIV. c. 1—4. [i] Du Mont T. IV. P. III. p. 82. Mezeray T. II. p. 1105. Thuan. L. XVII. p. 514. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 573. Heuter. Austr. L. XIV. c. 4. [k] Du Mont T. V. P. I. p. 3. 4. Godelævens l. d. p. 645. Heuter. Austr. L. XIV. c. 16.

A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Christ. 1500. ad 1559.

ministrandum [a]. Ipse in *Hispaniam* navigans se S. *Justi* monasterio sepsit [b], ubi 21 *Septembris* anno 1558 vivere desiit [c]. Sæpe aliis desponsatus [d], ineunte anno 1526 duxit *Isabellam*, *Emanuëlis Lusitaniæ* Regis filiam; ex qua tres reliquit liberos *Philippum* II Regem, 21 *Maii* anno 1527 natum [e], *Mariam Maximiliani* II coniugem, & *Johannam*, quæ *Johanni Lusitaniæ* Principi nupsit, ex qua natus est *Sebastianus*, qui avo successit in imperio [f].

Bellum inter Henricum II, Hispanos & Anglos ad pacem in agro Cameracensi compositam.

§. 19. Bellum, quod *Franci* cum *Carolo* gesserant, paullo post, agente Papa *Paulo* IV, cum filio eius *Philippo* instauratum [g]. *Franciscus Guisius* in *Campaniam Neapolitanum*que regnum anno 1557 duxit exercitum [h]. Eodemque anno ad S. *Quintini* oppidum in *Veromanduis* a *Philippo* cæsi sunt *Franci Augusti* 10 die [i]: rebus tamen restitutis, *Anglis*, qui in societatem venerant [k], *Caletum* ereptum 9 *Januarii* anno 1558 [l]: sed clade iterum ad *Gravelingam Egmondio* Comite duce 13 *Julii* accepta [m], de pace agi cœp-

[a] Strada Lib. I. p. 7. 8. Miniana L. V. c. 2. Thuan. L. XVI. p. 508. XVII. p. 541. Godelevæus de abdicatione Caroli V. apud Schard. T. II. p. 638. Perizon. Sæc. XVI. p. 587. [b] Miniana L. V. c. 3. Meter. L. I. p. 18. Chytræus p. 485. [c] Miniana L. V. c. 9. Heuter. Austr. L. XIV. c. 6. 7. Viperanus in laudatione funebri apud Freher. T. III. p. 610. Thuan. L. XXI. p. 642. 643. Poplin. L. V. p. 233. 234. Chytræus p. 501. & seqq. [d] Du Mont T. IV. P. I. p. 56. 93. & 119. 178. 199. 224. Chytræus p. 186. 192. [e] Miniana L. II. c. 9. p. 61. van Meteren L. I. p. 13. [f] Miniana L. V. c. 9. Chytræus p. 390. & 511. Thuan. p. 644. Schard. T. III. p. 127. Struv. Per. X. Sect. IV. §. 105. [g] Thuan. L. XVI. p. 483—486. XVII. p. 514—521. Mezeray T. II. p. 1106. 1108. 1109. Belcarius L. XXVII. c. 18. & seqq. Popliniere L. IV. p. 158. 159. 161. Heut. Austr. L. XIV. c. 5. Perizon. p. 583. 593. [h] Thuan. L. XVIII. p. 544. & seqq. Mezeray T. II. p. 1109. & seqq. Popliniere L. IV. p. 164. 167. 170. & seqq. Heut. Austr. L. XV. c. 1. [i] Thuan. L. XIX. p. 574—581. Mezeray T. II. p. 1114—1117. Poplin. L. IV. p. 175—181. Santacrucius de civilibus Galliæ dissensionibus L. I. n. 23—25. apud Martene Coll. Max. T. V. p. 1435. Meteren L. I. p. 19. Chytræus p. 494. 495. Heut. l. d. c. 2. Hooft L. I. p. 7—9. [k] Thuan. L. XIX. p. 573. Mezeray T. II. p. 1113. Rapin. T. VI. p. 133. [l] Thuan. L. XX. p. 601—603. Mezeray T. II. p. 1121. 1122. Popliniere L. IV. p. 201. & seqq. Chytræus p. 500. Heut. Austr. L. XIV. c. 4. Hooft L. I. p. 10. 11. Rapin. T. VI. p. 137. [m] Thuan. L. XX. p. 617. 618. Poplin. L. V. p. 230. 231. Mezeray T. II. p. 1128. Schardius T. III. p. 125. Heut. L. XV. c. 5. Hooft L. I. p. 14. 15.

A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Christ. 1500. ad 1559.

cœptum, quæ ineunte *Aprili* anno 1559 cum *Anglis*[a] & *Hispanis*[b] in agro *Cameracensi* convenit, nuptialique fœdere adstricta est, data *Philippo* in coniugium *Elisabetha Henrici* filia anno 1559 *Junii* 20[c].

Henricus II infelici casu extinctus.

§. 20. Verum tanta hilaritas brevi ingenti mœrore conpensata, *Henrici* Regis obitu, qui per ludicrum certamen equitum, lethale in capite vulnus accepit, obiitque *Julii* 10, ætatis 41, regni 13[d]. Reliquit ex *Catharina Medicea* filios 4, *Franciscum* II in regno successorem, *Carolum*, *Henricum* & *Franciscum*; filias tres *Elisabetham*, *Claudiam* & *Margaretham*[e].

Henricus VIII Anglus, repudiata Catharina, & ducta Anna Bolenia, mox Pontificis auctoritate abolita, viam ad Reformationem munit.

§. 21. In *Anglia Henricus* VIII arrogantis animi princeps, magnæ domi forisque auctoritatis, sed varius & inconstans, ab anno 1526 id agere cœpit, ut *Catharina*, *Caroli* Imperatoris matertera, quæ olim fratri eius *Arturo* nupserat, repudiata, aliam uxorem ducendi veniam a Pontifice inpetraret[f]; verum a *Clemente* VII diu ludificatus, moræ inpatiens, anno 1531 in synodo *Cantuariensi* se supremum Ecclesiæ *Anglicæ* caput recunciari[g], post hæc ducta clam *Anna Bolenia* Episcoporum decreto 23 *Maii* anno 1533 suum cum *Catharina* connubium, ceu legibus divinis adversum, irritum pronunciari curat[h]. Eoque nomine mense *Martio* anni 1534 Pontificis sententia notatus, in publico gentis conventu omnem Papæ

a Du Mont T. V. p. 28. 31. Cambdenus vita Elisabethæ p. 30—32. Thuan. L. XXI. p. 670. Rapin. T. VI. p. 159. b Du Mont T. V. p. 34. 44. Thuan. L. XXI. p. 670—672. Mezeray T. II. p. 1131—1134. Poplin. L. V. p. 242. Santacrucius L. I. n. 26. & seqq. Meteren L. I. p. 25. Chytræus p. 500. Heuter. L. XV. c. 6. Hooft L. I. p. 19. 20. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 574—577. c Du Mont T. V. p. 47. d Thuan. L. XXII. p. 678. 679. Mezeray T. II. p. 1138. Popliniere L. V. p. 258. 259. Santacrucius L. I. n. 32. Epitome rerum sub Ferdinando I gestarum apud Schard. T. III. p. 139. Heut. L. XV. c. 7. Daniel. T. V. p. 624. e Santacrucius L. II. n. 21. Meteren L. I. p. 20. Mezeray T. II. p. 1151. Daniel. T. V. p. 628. f Sleidan. L. IX. p. 98. Sarpius Conc. Trident. L. I. p. 76. Thuan. L. I. p. 22. Chytræus p. 312. Rapin Thoyras T. V. p. 239—251. Burnet Hist. Reform. T. I. L. II. p. 61—96. g Thuan. L. I. p. 23. Sarpius p. 77. Rapin T. V. p. 256. & seqq. 267. 269. 273. 293—296. Burnet L. II. p. 107. & seqq. 189. 190. h Sleid. L. IX. p. 99. du Mont T. IV. P. II. p. 93. Rapin Thoyras T. V. p. 301—314. 315. Burnet L. II. p. 138. 139. & seqq. 218. 219.

Papæ in *Angliæ* auctoritatem abolet [a], *Elisabetham* A. 6213.
7 *Septembris* anni 1533 ex *Bolenia* natam regni he- Per. Jul.
redem appellat anno 1534, omnesque in eas leges ad 6272.
iurare iubet [b]. Reluctantes sibi *Thomam Morum*, A. Christ.
regni Cancellarium, & *Johannem Fischerum*, *Rof-* 1500. ad
fensem Episcopum anno 1535 capite mulctat [c], mo- 1559.
nachorum claustra supprimit [d], contra concilium a Papa indictum protestatur [e], contemtoque Pontificis anathemate *Decembris* 17 anno 1538 in ipsum pronunciato [f], viam reformationi munit [g], quamvis ipse patriæ religionis studiosus, in diversa sentientes gravius animadverteret, id unice agens, ut abolita Papæ potestate supremum sibi in sacris imperium vindicaret [h]. Mortuus est nocte ea quæ inter 28 & 29 *Januarii* anni 1547 intercedit [i].

Fata religionis in Anglia sub Edoardo VI. Maria & Elisabetha.

§. 22. Successorem reliquit inpuberem filium *Edoardum* VI, 12 *Octobris* anno 1537 ex *Johanna Seimouria* natum [k], optimæ spei adolescentem [l], sub quo emendata sacra, re magna cura in publico conventu tractata, publice sunt recepta [m]. Sed eo inmatura morte 6 *Julii* anno 1553 exstincto [n], successit soror eius *Maria*, quæ *Philippo Hispaniarum* Principi 27 *Julii* anno 1554 nupsit [o], & *Romana* sacra Pontificisque auctoritatem restituit [p]. Verum ea

17

[a] Sarpius L. I. p. 78. Thuan. L. I. p. 23. Chytræus p. 353. Heut. Austr. L. X. c. 9. Thoyras T. V. p. 321—327. Burnet L. II. p. 226—241. [b] R. Thoyras T. V. p. 326. 327. Burnet L. II. p. 223. 242. 243. [c] Chytræus p. 360. Burnet L. II. p. 257—259. L. III. p. 577—583. Rapin T. V. p. 327. 331. 341. [d] Burnet L. III. p. 307. & seqq. 363. & seqq. Rapin T. V. p. 343. 347. 363. 373. 375. [e] Sarp. L. I. p. 93. 96. [f] Sarp. L. I. p. 97. 98. [g] Rapin T. V. p. 336. 337. [h] Thuan. L. I. p. 23. Sleid. L. XVIII. p. 233. Chytræus p. 389. Rapin T. V. p. 336. & seqq. Burnet L. II. p. 267. & seqq. [i] Rapin T. V. p. 470. 471. Burnet L. III. p. 571—574. [k] Rapin T. V. p. 373. Burnet T. I. L. III. p. 412. [l] Rapin T. VI. p. 1. 2. Burnet T. II. L. I. p. 1—3. p. 376. 377. Sleid. L. XXV. p. 328. [m] Burnet T. II. L. I. passim ut p. 14. 17. 67—70. 98. & seqq. 107. 120. Rapin T. VI. p. 2. 16. 28. 32. 57. 69. & seqq. Chytræus p. 425. [n] Chytræus p. 468—470. Schard. T. II. p. 631. Popliniere L. II. p. 153. Burnet T. II. L. I. p. 375. 376. Rapin T. VI. p. 71. [o] Du Mont T. IV. P. III. p. 106. Thuan. L. XIII. p. 394. 395. 398. 399. Chytræus p. 475. 476. Poplin. L. II. p. 114. 126. Rapin T. VI. p. 99. 111. 114. [p] Thuan. L. XIII. p. 385. & seqq. Sleid. L. XXV. p. 331. Sarp. L. V. p. 446. & seqq. Popliniere L. II. p. 154. 155. Burnet T. II. L. II. passim ut p. 480. & seqq. 540. Rapin T. VI. p. 110. 116. 119. & seqq.

A. 6213. Per. Jul. ad 6272. A. Christ. 1500. ad 1559.

17 *Novembris* anno 1558 mortua [a], *Elisabetha* facile perfecit, ut emendata sacra deinde in *Anglia* valerent [b].

CAPUT X.

De Rebus Orientis ac maxime Turcicis *sub* Selimo & Solimano, *ab anno* 1512 *ad* 1566.

§. 1.

Selimus Mammalucis victis Ægyptum occupat.

SElimus imperium adeptus, bello aliquamdiu contra *Ismaëlem Sophum*, *Persarum* Principem satis ex sententia gesto [c], arma anno 1515 de inprouiso in *Mammalucos* sive *Circassos*, *Syriam* & *Ægyptum* tenentes, vertens, re ubique prospere gesta, Sultanum eorum *Tommambaisum* apud *Cairum* suspendio necavit [d] anno *Hegiræ* 923, *Christi* 1517 *Aprilis* 9, qui fuit *Rabiæ* prioris 17 [e]. Exinde *Ægyptus*, in provinciæ formam redacta, *Turcorum* fuit. Triennio post *Selimus* excessit *Hegiræ* anno 926, *Schebalis* 7, hoc est *Christi* 1520, *Septembris* 22, imperii 9 [f].

Solimanus, Belgradum Rhodum, Budam capit: Viennam tentat.

§. 2. *Solimanus* decimo post mortem patris die *Padischachus* renunciatus [g], vir prudens & bellicosus iustitia, magnitudine animi, continentia ac denique fide insignis [h], statim sub initium pacatis in *Syria* rebus, arma in *Christianos* vertens *Sabaziam*, mox & *Belgradum* anno 1521 [i], sequenti *Rhodum*, proditione *Andreæ Meralii Lusitani* Equitis, sexto quam ob-

[a] Thuan. L. XX. p. 623. Rapin T. V. p. 142. [b] Chytræus p. 514. Thuan. L. XXI. p. 670. Burnet T. II. L. III. p. 609. 638. & seqq. Rapin T. VI. p. 150. 157. 158. [c] Leuncl. L. XVII. p. 683—705. 740—744. Ann. Turc. c. 203—205. & Pandect. Bizarus Hist. Pers. L. X. p. 344—349. De Gomez Anecd. Persanes T. II. p. 30—95. [d] Leuncl. L. XVII. p. 711—734. 745—751. Ann. Turc. c. 207—213. Bizarus L. X. p. 349—351. Guicc. T. II. L. XIII. p. 152—155. Thuan. L. I. p. 14. [e] Leuncl. L. XVII. p. 751. Ann. Turc. c. 214. [f] Leuncl. L. XVII. p. 753. 756. Ann. Turc. & Pandect. c. 215. [g] Leuncl. B. XVII. p. 756. Ann. Turc. c. 215. [h] Thuan. T. II. L. XXIX. p. 383. [i] Leuncl. L. XVII. p. 755—757. Ann. Turc. & Pandect. c. 216. Thuan. L. I. p. 29.

A. 6225. Per. Jul. ad 6279. A. Christ. 1512. ad 1566.

obsidione vallarat mense, *Decembris* 22[a] expugnat. Iterumque in *Pannoniam* inrumpens, fusis *Hungarorum* copiis, ipsoque Rege *Ludovico* ad *Mohazium* 29 *Augusti* cæso, *Budam* occupat anno 1526[b]. Post hæc oppressis in *Asia Dervislaris*, qui monachi *Muhammedani* sunt, ab *Johanne Zapolia*, *Transilvaniæ* Principe, cui cum *Ferdinando*, *Caroli* Imperatoris fratre, certamen de regno *Hungarico* erat[c], invitatus, anno 1529 tertium in *Pannoniam* veniens, *Buda*, *Strigonio*, *Jaurino* captis, *Viennam Austriæ* mense *Septembri* obsidione cingit; sed post dies 20 magna suorum clade discedere coactus *Zapoliam Budæ* Regem relinquit[d]. Annoque 1532 rediit in *Stiriam*[e].

Hariadenus Barbarossa Tuneto pulsus ab Carolo Imperatore.

§. 3. Eiusdem auspiciis *Hariadenus Barbarossa*, *Algerii* princeps, & classis *Turcicæ* præfectus, eiecto *Muley Hazen*, quem *Muleassum* alii vocant, *Tunetum* occupavit: quod regnum tamen *Carolus* V cum valida classe anno 1535 in *Africam* transmittens, *Goleto* arce expugnata, recuperavit[f], & pactis conditionibus *Muleasso* restituit[g].

Soliman Armeniam ac Mesopotamiam occupat. Hungariam ditionibus Turcicis adscribit.

§. 4. Inter hæc *Soliman* ab anno 1534 ad 1536 bellum contra *Tammasum*, qui patri *Ismaëli Sopho* anno 1525 in *Perside* successerat, gerens, *Taurisium Armeniæ* & *Bagdadum Mesopotamiæ* caput occupavit, regionemque in provinciæ formam redegit[h].

L l l l Tum

a Leuncl. L. XVIII. p. 755—759. Ann. Turc. & Pand. c. 217. 218. Guicc. T. II. L. XV. p. 240. Jacobi Fontani libri tres de bello Rhodio apud Schard. T. II. p. 88—121. Belcarius L. XVII. c. 18—34. Thuan. L. I. p. 30. Vertot Hist. Ord. Melitensis L. VIII. *b* Leunc. L. XVIII. p. 761. 762. Ann. Turc. & Pandect. c. 220. 221. Broderithius in memoria huius cladis apud Sambucum in appendice Bonfinii p. 755. & seqq. Guicciard. T. II. L. XVI. p. 406. Thuan. L. I. p. 29. *c* Isthuansius L. IX. *d* Isthuansius L. X. toto. Leuncl. L. XVIII. p. 762—764. Ann. Turc. c. 222—224. Obsidio Viennæ apud Schardium T. II. p. 237. & seqq. & Melchior Solterus in historia belli Pannonici Ib. p. 247. & seqq. *e* Sleidan. L. VIII. p. 94. 95. XI. 133. XIV. 161. Heut. Austr. L. V. c. 7. *f* Antonii Ponti bellum Tuneteum in Matthæi Analect. T. I. p. 1—34. Eutropii diarium expeditionis Tunetanæ apud Schard. T. II. p. 320. & seqq. Jovius L. XXIII. & XXIV. Ib. p. 341. & seqq. Leuncl. L. XVIII. p. 767. 768. 775—778. Ann. Turc. c. 227—229. 240. Heut. Austr. L. XI. c. 1. 2. 3. Mieris T. II. p. 417—422. *g* Du Mont T. IV. P. II. p. 128. *h* Leuncl. L. XVIII. p. 769—775. Ann. Turc. & Pandect. c. 230—239. Bizarus L. XI. p. 362—364.

A. 6225. Per. Jul. ad 6279. A. Christ. 1512. ad 1566.

Tum vero *Johanne Zapolia* 21 *Julii* anno 1540 mortuo [a], filium eius inpuberem *Johannem Sigismundum*, 7 eiusdem mensis natum [b], *Transilvania* contentum esse iubet, *Hungariam* ditionibus *Turcicis* adscribit anno 1541 [c], ex quo gravius inter *Ferdinandum* & *Solimanum* enatum bellum [d], ægre anno 1545 quinquennalibus induciis diremtum [e]: *Melitam* quoque anno 1565 irrito conatu obsedit [f]. *Chion Genuensibus* eripuit [g]. Insequenti vero ad *Sigethum Hungariæ* arcem pridie *Nonas Septembres* moritur anno ætatis 76, *Christi* 1566, cum regnasset annos 46 & menses 6 [h].

C A-

a Isthuansius L. XIII. p. 140. *b* Isthuansf. l. d. *c* Isthuansius L. XIV. p. 150. *d* Isthuansius L. XIII. XIV. XV. Martinus Stella de Turcorum in regno Hungariæ successibus apud Schard. T. II. p. 425. & seqq. Leuncl. L. XVIII. p. 786—793. Ann. Turc. c. 250. 251. Thuan. L. IX. p. 268. *e* Isthuansius L. XVI. p. 171. Struv. Per. X. Sect. V. §. 6. *f* Thuanus L. XXXVII. & XXXVIII. Tom. II. p. 328—347. Folieta de obsidione Melitensi in Thes Ital. T. I. p. 1127. & seqq. Leuncl. Supplemento ad annales Turcicos p. 107—109. Schard. T. IV. p. 1—22. 41. Vertot L. XII. T. IV. p. 429. & seqq. Struv. Per. X. Sect. VI. §. 4. *g* Thuan. L. XXIX. p. 368—370. A. *h* Thuan. L. XXIX. T. II. p. 376—383. Isthuansius L. XXIII. p. 294—300. Historia Sigethi capti apud Schard. T. IV. p. 25. & seqq. Chytræus p. 561. 562. Leuncl. Suppl. Ann. p. 113. 114.

CAPUT XI.

A. 6213. Per. Jul. ad 6268. A. Christ. 1500. ad 1555.

De rebus Ecclesiasticis & Ecclesiæ Reformatione: *ab anno* 1500 *ad* 1555.

§. 1.

Indulgentiæ publicatæ Reformationi occasionem dant.

TAndem diu desideratum inluxit sæculum, quo Deus Ecclesiam suam gravi institutionum humanarum iugo laborantem respexit, & ad lucem revocavit. Cum enim Pontifices, sub initium huius sæculi viventes, *Alexander* VI profligata vita, *Julius* II ambitione bellicisque studiis, *Leo* X profusione pecuniasque undique conradendi studio: monachi perdita vita, ignorantia[a] & eruditorum odio[b] bonos omnes offenderent, non tantum *Ulricus Zwinglius* inter suos *Eindsidlenses* anno 1516 Evangelium a commentis hominum liberum, sola Scripturarum collatione prædicare[c] & de Pontifice deiiciendo cogitare cœpit[d]; sed etiam maiori nominis celebritate *Martinus Lutherus* anno 1517 inpudentissimæ *Indulgentiarum* nundinationi se obiecit, monens homines, ut prudenter agerent, neque merces istas tanti emerent[e], publicatis in illum finem pridie Kal. *Novembres* XCV thesibus, quibus omnem conmovit *Germaniam*[f], paulloque post, *Tezelii*, *Prieratis* aliorumque scriptis provocatus, alia quoque Ecclesiæ *Romanæ* capita concutere cœpit[g]; ita tamen, ut sub initium, pro insita *Romanæ* sedis reverentia, sua

 Pon-

[a] Videatur Cornelii Aurelii Gaudani Apocalypsis, sive visio mirabilis super miserabili statu matris Ecclesiæ apud Burmannum in Analectis historicis de Hadriano VI. p. 245. & seqq. Hadrianus Papa apud Sleid. L. IV. p. 34. Sarp. p. 29. Santacrucius L. II. n. 25. Mezeray T. III. p. 63. [b] Testimonio esse possunt, quæ Reuchlino & Erasmo contigerunt. [c] Zwinglius in explanatione Articuli XVIII. Operum T. I. p. 37. & in responsione ad Valentinum Ib. p. 230. [d] Capito in epistola ad Bullingerum apud Hotting. H. Eccl. Sæc. XVI. P. II. p. 207. [e] Scultet. in Ann. p. 6. Verheiden Elog. Theol. p. 174. Seckendorf Hist. Luther. L. I. §. 5—7. Thuan. L. I. p. 13. [f] Exstant in Gerdesii Introduct. ad Hist. Reform. inter documenta Num. XI. [g] Sleidan. L. I. p. 1. 2. Chytræus p. 196. 197. 216. Seckend. Hist. Luth. L. I. §. 29. & seqq. Gerdes. Hist. Reform. T. I. §. 84—87. §. 90—92. Du Pin Bibl. T. XIII. c. 2.

A. 6213. Per. Jul. ad 6268. A. Christ. 1500. ad 1555.

Lutherus a Papa damnatus aperte caussam suscipit.

Pontificis arbitrio submitteret, ac silentium polliceretur, modo adversarii ampullas continerent [a].

§. 2. Id cum impetrari non potuisset, ipseque mense *Octobri* anno 1518 caussam apud *Caietanum Augustæ Vindelicorum* dixisset [b]: Papa autem 9 *Novembris* novo edicto indulgentias probaret [c], *Lutherus* 28 eiusdem mensis provocat ad Concilium [d]. Secuta anno 1519 disputatio *Lipsiensis* a 27 *Junii* ad 15 *Julii* inter *Joh. Eccium*, Theologum *Ingolstadiensem*, *Lutherum* & *Carolostadium* instituta [e]. Papa sequenti anno 1520 *Junii* 15 *Lutherum* damnat, scripta cremari iubet [f]: ille acrius instans ipsam potestatis Pontificiæ arcem concutit, & libro de captivitate *Babylonica* mense *Augusto* anno 1520 edito, Papatum regnum *Babylonis* esse contendit [g], mox & pro crematis libris vicem reddens 10 *Decembris* ius Pontificium in ignem mittit [h], *Leo* terribili decreto 3 *Januarii* anno 1521 *Lutherum* anathemate notat [i]: *Henricus* VIII *Angliæ* Rex, calamum contra *Lutherum* sumens, splendidum Defensoris Fidei titulum a Pontifice meruit 11 *Octobris* anno 1521 [k].

A Cæsare proscriptus cum Carolstadio litigatur.

§. 3. Inter hæc *Carolus* Imperator, serio id agens, ut cœpta *Lutheri* in herba opprimeret, ipsum mense *Aprili* anno 1521 fide publica *Wormatiam* venire iubet [l]: cedere, nisi error monstretur, recusantem *Wor-*

a Epistol. Lutheri Tom. I. p. 68. 152. Sleidan. L. I. p. 2. 5. 8. *b* Sleid. L. I. p. 3. 4. Sarp. L. I. p. 8. 9. Seckend. L. I. §. 33—37. Lunig Spic. Eccl. Contin. I. p. 140. *c* Exhibet Kappius in collectione ad Indulgentias p. 422. & seqq. Sleid. L. I. p. 7. Sarp. L. I. p. 9. Lunig Spic. Eccl. Contin. I. p. 146. *d* Sleid. L. I. p. 7. Sarp. L. I. p. 10. Lunig Spic. Eccl. Contin. I. p. 143. *e* Sleid. L. I. p. 13. Seckendorf. L. I. §. 54. & seqq. Gerdesius Hist. Reform. T. I. §. 105. & in relatione historica de Andrea Bodenstein dicto Carolostadio n. 155. *f* Sleid. L. II. p. 20. Bulla ipsa in Bullario magno T. I. p. 610. & inter documenta Gerdes. T. I. n. XIV. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 370—376. & Continuatione I. p. 95. Sarp. L. I. p. 12—14. *g* Sleidan. L. II. p. 20. Seckend. L. I. §. 73. Du Pin Bibl. T. XIII. c. 2. §. 9. p. 58. 59. *h* Sleid. L. II. p. 22. Sarp. L. I. p. 15. Gerdes. T. II. §. 8. *i* Bullarium magnum T. I. p 614. Gerdes. T. II. §. 9. & inter documeuta num. IV. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 376—378. & Coutin. I. p. 99. 148. *k* Du Mont T. IV. P. I. p. 355. 357. 393. Sleidan. L. III. p. 29. Seckend. L. I. p. 184. 188. 189. Burnet Hist. Reform. L. I. p. 57. 58. *l* Sleid. L. III. p. 23. 24. Sarp. L. I. p. 15. Lunig Reichs Archiv Part. Spec. Contin. I. im 2ten absatz p. 593.

Wormatiensi Edicto 8 *Maii* proscribit [a]. *Lutherus* dimissus, iussu *Friderici* Sapientis Electoris Saxonis in *Thuringicam* arcem *Wartburgum* abductus, menses 10 latuit [b]: audiens vero *Wittebergæ* per absentiam suam a *Carolostadio* eiusque collegis, properato consilio, nec re cum *Luthero* communicata, missam abrogari, imagines removeri, iniussu Electoris 6 *Martii* anno 1522 *Wittebergam* redit [c], acriusque in talia ausos invectus, tantum non communionis sub una specie & imaginum patrocinium suscipit [d]: initium funestæ litis de modo præsentiæ corporis & sanguinis *Christi* in sacra Cœna, quæ *Lutheri* & *Zwinglii* adseclas deinde lugendum in modum dissociavit [e]. A. 6213. Per. Jul. ad 6268. A. Christ. 1500. ad 1555.

Edictum Spirense & Protestantium nomen.

§. 4. Cum vero Cæsar, absens licet, edicti *Wormatiensis* exsecutionem urgeret [f], *Saxo* & *Hassus* anno 1526 in fœdus mutuæ defensionis coëunt [g]; eodemque anno in Conventu *Spirensi*, mense *Junio* habito, decretum 27 *Augusti* die obtinent, ut Princeps quisque in ditione sua res religionis ita moderetur, ut commodam eius rationem Deo & Cæsari reddere queat [h]. Sed cum ab aliquo tempore plures in *Germania* Principes & Civitates iis se partibus adgregassent, resque eorum florerent, anno 1529 aliud edictum *Spirense* doctrinæ Evangelicæ iniquum conditur [i]; cui cum subscribere nollent purioribus sacris addicti, 19 *Aprilis* solemnem protestationem interferunt; unde iis *Protestantium* nomen hæsit [k]. Eodem-

[a] Du Mont T. IV. P. I. p. 335. Sleidan. L. III. p. 25. 27. Sarpius p. 17. [b] Sleid. L. III. p. 28. Chytræus p. 222. [c] Sleid. III. p. 28. 30. Chytræus p. 247. 248. & seqq. 279. & seqq. [d] Seckendorf L. I. §. 121. 129. 130. Gerdes. Hist. Reform. T. II. §. 31. & vita Carolostadii §. 22. & seqq. in Scrinio Antiquario T. I. P. I. Ottius Hist. Anabapt. p. 9. 14. Godfr. Arnold Hist. Eccl. & Hæret. T. II. L. XVI. c. 19. §. 11—14. [e] Sleid. L. V. p. 58. 59. Hotting. Hist. Sacramentariæ P. II. an. 1524. p. 32. Seckend. L. I. §. 174. p. 302. [f] Sleidan. L. IV. p. 44. V. p. 58. Seckend. L. II. §. 15. Add. I. a. p. 41. [g] Du Mont T. IV. P. I. p. 449. 455. Seckendorf l. d. lit. b. & Addit. II. lit. b. p. 44. 45. Gerdes. T. II. §. 67. [h] Sleid. L. V. p. 61—63. Sarp. L. I. p. 40. 41. Seckend. l. d. lit. c. p. 45. Du Mont Suppl. T. II. p. 77. & seqq. [i] Sleid. L. VI. p. 71. Pallavic. Hist. Conc. L. II. c. 8. [k] Sleid. L. VI. p. 71. 72. Sarp. L. I. p. 53. 54. Chytræus p. 314. Thuan. L. I. p. 26. Heut. Austr. L. IX. c. 4. Seckend. L. II. §. 44.

A. 6213. Per. Jul. ad 6268. A. Christ. 1500. ad 1555.

demque anno auctoritate *Philippi Hassiæ* Landgravii colloquium *Marburgense* litium de S. Cœna conponendarum caussa habitum fuit[a]. Quo tempore Cæsar cum Pontifice de hæreticis per vim & arma in viam reducendis paciscebatur[b].

Augustana confessio. Fata Protestantium in Germania ad pacem Ecclesiæ datam.

§. 5. Anno igitur sequente 1530, postquam in publico Principum consessu, *Augustam Vindelicorum* indicto, Protestantium fidei confessio, inde *Augustana* dicta, publice lecta fuerat[c], atrox in Protestantes edictum 19 *Novemb.* conditum, minæque intentatæ[d], a quo tempore omnia ad bellum spectare cœperunt fœderibus utrimque initis[e]: sed *Turcis* anno 1532 ingruentibus, in Comitiis imperii 23 *Julii* religionis *Augustanæ* libertas & publica pax ad usque liberum, generale & *Christianum* concilium sancita fuit[f]: & in universum quamdiu Cæsaris frater *Ferdinandus*, ipseque *Carolus* Protestantium auxilio ad bella *Turcica* & *Gallica* indigebant, usi sunt *Cæsare* non admodum iniquo, ut etiam anno 1544 in conventu *Spirensi* decretum Protestantibus æquum de Ecclesiæ emendatione & libero Concilio in *Germania* cogendo scriptum fuerit[g]. Verum, re cum exteris conposita, successit contra Protestantes bellum *Smalcaldicum*[h], eo, quo supra vidimus, exitu gestum: ut denique Confessionis *Augustanæ* libertas per *Germaniam* sancita fuerit anno 1555.

§. 6.

a Sleid. L. VI. p. 73. Sarp. L. I. p. 54. 55. Hospinian. Hist. Sacrament. P. II. p. 72. & seqq. Seckend. L. II. §. 47. p. 137. & seqq. Gerdes. T. II. §. 84. Arnold. T. II. L. X. c. 17. §. 13. & in annexis p. 1203. & seqq. Löscher Hist. Motuum L. I. c. 6. p. 154. & seqq. b Sarp. L. I. p. 52. Sleid. L. VII. p. 74. Gerdes. T. II. p. 216. 217. du Mont T. IV. P. II. p. 5. c Sleid. L. VII. p. 76—78. Chytræus L. XIII. p. 318. Heut. Austr. L. X. c. 5. Sarp. L. I. p. 59. & seqq. Lunig Reichs Archiv Part. Gener. Continuat. p. 500. Seckend. L. II. §. 65. Struv. Per. X. Sect IV. §. 43. d Sleidan. L. VII. p. 80—83. Chytræus p. 324. Sarp. L. I. p. 64. Abscheid des Reichstags zu Augspurch von anno 1530. §. 1. & seqq. Lunig Reichs Archiv Part. Gener. Continuat. p. 540. Seckend. L. II. §. 69. Mieris T. II. p. 334—341. Struv. Per. X. Sect. IV. §. 44. e Du Mont T. IV. P. II. p. 141. 147. 162. 164. f Sarp. L. I. p. 70. Leodius in vita Friderici II. Palatini L. VIII. p. 154. Heut. Austr. L. X. c. 6. 7. du Mont T. IV. P. II. p. 87. 89. g Thuan. L. II. p. 43. Sleidan. L. XV. p. 184. Sarp. L. I. p. 119. Abscheid des Reichstags zu Speyer anno 1544. §. 77. & seqq. h Thuan. L. II. p. 43. & seqq.

§. 6. Nec minus prospere succedebat in *Helvetia* Reformationis opus. *Ulricus Zwinglius*, qui *Glaronae* & in *Eremo*, quem divae Virginis vocant, antea docuerat, desinente anno 1518 *Tigurum* vocatus [a], cum id sedulo ageret, ut auditores suos a cultu sanctorum ad fidem *Christi*; ab hominum figmentis ad Scripturae placita traduceret [b], propptereaque unice inculcaret, in rebus fidei soli Dei verbo insistendum [c]; mox & *Bernardino Samsoni*, Franciscano monacho, indulgentias per *Helvetiam* inpudenter venditanti, mascule resisteret [d], brevi celebre nomen, sed & multos mactus est adversarios [e]. Itaque cum *Zwinglius* sententiam suam 67 capitibus comprehensam publicasset [f], Senatus *Tigurinus* Synodum omnium suae ditionis Thologorum ad oppugnanda *Zwinglii* dogmata indicit ad diem 29 *Januarii* anno 1523 [g], eo exitu, ut publice iussi fuerint, nihil aliud docere, quam quod S. Scripturae auctoritate probari possit [h]. Proximoque anno *Tigurini* publica auctoritate imagines e templis removent [i]. *Lucernates* contra 26 *Januarii* 1524 veteres ritus sanciunt [k], iamque maior in dies simultas de religione inter *Helvetios* gliscebat [l]. *Tigurini* tamen anno 1525 missam reliquasque cerimonias abrogant [m].

A. 6213. Per. Jul. ad 6268. A. Christ. 1500. ad. 1555.

Reformatio Helvetica per Zwinglium apud Tigurinos.

§. 7. Interim luce latius sparsa *Bernates* anno 1528, solemni disputatione ex S. Litteris a 7 ad 26 *Januarii* instituta, emendata sacra recipiunt [n]. Horum exemplum secuti *Genevenses* & *Constantienses* [o]; anno vero 1529 *Basileenses* [p] & *Schafhusani* [q]. Post haec

Quos secuti Bernates aliique.

[a] Sleidan. L. I. in fine. Verheiden effigies & elogia praestantium Theologorum p. 50. [b] Zwing. Oper. T. I. p. 37. & 230. [c] J. Jac. Grynaei epistola a Sculteto edita L. I. p. 27. [d] Hotting. Saec. XVI. T. III. p. 160. & seqq. Sarp. p. 10. Seckend. L. I. §. 45. in Addit. [e] Sleid. L. III. p. 29. Gerdes. Hist. Reform. T. I. §. 112—114. [f] Operum Zwinglii T. I. p. 1. & seqq. & inter documenta ad Hist. Reform. Gerdes. T. I. num. XXII. [g] Sleid. L. III. p. 33. Sarp. p. 19. 21. Gerdes. T. I. §. 116. 117. [h] Decretum Senatus habet Gerdes. T. I. §. 118. [i] Zwingl. Operum T. I. p. 261. Sleid. L. IV. p. 43. Gerdes. T. I. §. 119—121. [k] Sleidan. L. IV. p. 39. [l] Sleidan. L. IV. p. 41. 45. 46. [m] Sleidan. L. IV. in fine p. 49. [n] Sleidan. L. VI. p. 66. 67. Gerdes. T. II. §. 114. 118. & in Docum. p. 133. & seqq. [o] Sleid. L. VI. p. 67. Sarp. L. I. p. 51. Gerdes. T. II. §. 119. [p] Sleid. L. VI. p. 70. 71. Gerdes. T. II. §. 120. 121. [q] Hotting. Helvet. K. G. p. 445. 446. Ruchat T. II. p. 431. & seqq. Gerdes. T. II. §. 124.

A. 6213. Per. Jul. ad 6268. A. Christ. 1500. ad 1555.

hæc orto bello *Zwinglius* cadit 11 *Octobris* anno 1531 [a].

Reformatio Prussiæ, Sueciæ & Daniæ.

§. 8. Inter hæc & regionibus ad Septentrionem positis lux Euangelii orta erat. *Prussia*, quæ *Equitum Teutonicorum* fuerat, mutata regiminis forma & *Alberto Brandenburgico* Duce constituto, emendata sacra recepit anno 1525 [b]. Etiam *Christierno* sive *Christiano* II in *Dania* & *Suecia* regnante, nec eo invito, Euangelium prædicatum [c]: eo vero propter truculentiam anno 1522 eiecto [d], qui ei in *Suecia* successit *Gustavus*, *Erici* filius, emendata sacra in regno constituit circa annum 1527 [e]: quemadmodum, qui in *Dania* successit, *Christierni* patruus, *Fridericus* Dux *Holsatiæ* Euangelii professionem liberam esse iussit anno 1527 [f]; filius autem eius *Christianus* III in comitiis *Othoniæ* anno 1539 habitis plene constituit [g].

In Belgio & Gallia diris suppliciis repressa.

§. 9. *Belgio* quoque nostro lux Euangelii mature adfulsit [h], & quamvis *Carolus* Imperator graviori edicto anno 1521 proposito [i], variis ac diris suppliciis [k]: in *Gallia Franciscus* I semen per *Jacobum Fabrum Stapulensem*, *Gerhardum Roussellum* & *Wilhelmum Farellum*, favente *Margaretha Navarræ* regina, sparsum omni studio evellere conaretur,

[a] Sleidan. L. VIII. p. 91. 92. Thuan. L. I. p. 28. 29. [b] Chytræus p. 211—213. 255. 281—284. Sarnicius Annal. Polonic. L. VII. p. 1209. ad an. 1525. Sleidan. L. V. in fine. Thuan. L. I. p. 29. Seckendorf. L. I. §. 170—172. [c] Scultetus in Ann. an. 1520. p. 59. Seckend. L. I. §. 110. n. 5. Gerdes. Hist. Reform. T. III. §. 101. 102. [d] Chytræus p. 227—243. 260. & seqq. Thuan. L. I. p. 25. 26. [e] Seckend. L. I. §. 149. Addit. II. ex Joh. Baazii historia Ecclesiastica Suevorum Lincopiæ anno 1642. edita. Chytræus p. 292—295. Thuan. L. I. p. 25. 26. Gerdes. T. III. §. 79. & seqq. [f] Seckendorf. L. I. §. 149. Addit. III. p. 268. ex Conradi Aslaci Historia Reformationis Danicæ Hafniæ edita an. 1622. & L. III. §. 31. n. 5. Leodius in vita Friderici II. Palatini L. XI. p. 210. 211. Gerdes. T. III. §. 100—108. [g] Seckendorf. L. III. §. 75. n. 9. & seqq. Erici Pantoppidani Epitome Historiæ Reformationis Danicæ Lubecæ 1734. Cragius Hist. Christiani III. p. 168—172. & Addit. p. 29. & seqq. Gerdes. T. III. n. 120—123. [h] Gerdes. Hist. Reform. T. III. n. 7. & seqq. [i] Plakkaat-boek van Vlaanderen p. 49. Meteren L. I. p. 12. Brandt Hist. der Reformatie B. II. p. 67. & seqq. 99. 103. [k] Sleidan. L. IV. p. 37. Sarp. L. V. p. 481. Grotius Ann. L. I. p. 10—12. Brandt l. d. p. 79. 80. 91. & seqq. Gerdes. T. III. n. 9. & seqq. 49.

tetur[a], crevit tamen opera *Calvini* viri facundi & eruditi[b], adeo ut numero in dies aucto *Henricus* II severissimo edicto IV Nonas *Septembris* anno 1551 publicato penitus eos exstirpare, sed frustra conatus fuerit[c].

A. 6212. Per. Jul. ad 6268. A. Christ. 1500. ad 1555.

§. 10. Ita ubique laboranti Pontificis caussæ suppetitas latum venit *Ignatius Loyola*, homo fanaticus[d], instituto novo ordine, qui *Jesuitarum* dicitur, & a Pontifice *Paulo* III anno 1540 probatus est[e]. Eodemque scopo Concilium, quod sibi dudum sed liberum in *Germania* dari expetierant Protestantes[f], denique anno 1545, *Paulo* III *Romano* Pontifice, *Tridenti* habitum[g], a Protestantibus statim sub initium recusatum[h], variis calumniis ad annum 1563 exstractum[i], ita denique finitum est, ut Pontificis in sibi subditos magis stabilita potentia, simul omnis reconciliationis spes decollaverit[k].

Jesuitæ & Concilium Tridentinum.

§. 11. Inter hæc ex *Munceriano* lolio, magno publicæ rei damno, succrevit semen *Anabaptisticum*[l], quod hac illac per *Germaniam*, *Helvetiam* & *Belgium* sparsum[m], anno 1534 tumultum *Monasteriensem* produxit, qui, urbe post XVIII mensium obsi-

Anabaptistæ tumultuantes, Monasterii repressi, in partes abeunt.

a Mezeray T. II. p. 980. 981. 1038. Popliniere L. I. p. 33. 35. Sleidan. L. IX. p. 100. L. XIV. p. 169. Thuan. L. VI. p. 175. Sarp. L. I. p. 103. 115. Aubigne L. II. c. 8. Benoit Historie der Reformatie van Vrankryk T. I. p. 5. 7. Du Mont Supp. T. II. P. I. p. 115. *b* Mezeray T. II. p. 982. 983. T. III. p. 1300. Verheiden Elog. Theol. p. 107. Bayle in Lex. Gerdes. T. IV. p. 39. & seqq. *c* Mezeray T. II. p. 1131. 1137. Thuan. L. V. p. 172. VIII. p. 245. Poplin. L. I. p. 6. 7. Benoit T. I. p. 8. *d* Le Clerc Bibl. Univers. T. IX. p. 105. & seqq. *e* Seckend. L. III. §. 84. Thuan. T. II. L. XXXVII. p. 315—320. Fleury in Contin. T. XXVII. p. 408—426. T. XXVIII. p. 204—211. 291. 292. 346—348. Du Pin T. XV. C. IV. §. 10. p. 434. & seqq. Mosh. Hist. Eccl. T. II. p. 100—102. *f* Sarp. L. I. p. 30. 73. 74. 90. 91. *g* Sarp. L. I. p. 113. L. II. p. 123. 125. Sleid. L. XIV. p. 166. 168. XVII. p. 200. XIX. 237. XXII. p. 292. XXIII. p. 295. & seqq. Mezeray T. III. p. 1302. *h* Sarp. L. II. p. 141. 142. Du Mont T. IV. P. II. p. 242. Lunig Spic. Eccl. Contin. III. p. 72—245. *i* Sarp. L. VIII. p. 950. Seckend. L. II. Sect. 33. §. 132. Lunig Spic. Eccl. P. I. p. 475. & seqq. 495. & seqq. Mosh. H. Ecc. T. II. p. 60. 68. 70. 116. *k* Sarp. L. I. p. 2. *l* Ubbo Emmius Hist. Rerum Frisiac. L. LV. p. 860. 861. Bulling. adversus Anabaptistas L. I. c. 1. Lambertus Hortensius apud Schard. T. II. p. 299. *m* Emm. L. LVII. p. 882. Ottius Annal. Anabaptist. an. 1525. §. 5. & seqq. Gerdes. T. III. §. 28. & seqq.

A. 6213. Per. Jul. ad 6268. A. Christ. 1500. ad 1555.

dionem capta, armis repressus est[a]. Ab illo igitur tempore *Ubbo Philippi* & *Menno Simonis*, quos idem spiritus genuerat[b], meliora docti, & a tumultibus illis fanaticis alieni, novam primo *Ubbonitarum*, & dein ab anno 1584 *Mennonitarum* sectam instituerunt[c], quæ deinde in plures abiit familias[d].

Eruditi ex Pontificiis.

§. 12. Eruditione clarum hoc tempore nomen quam plurimi nacti sunt. Ex Pontificiis *Johannes Bellaius*[e], & *Thomas Morus*[f] favore in litteras; *Johannes Reuchlinus*, *Capnio* dictus[g], *Gulielmus Budæus*[h], & *Desiderius Erasmus*[i], litterarum cultu reformationi utiles: *Sannazarius* poësi[k], & *Theophrastus Paracelsus* medicina clarus[l]. *Johannes Eckius*[m], *Johannes Cochlæus*[n], *Albertus Pighius*[o], qui contra *Lutherum* acerrime pugnarunt.

§. 13.

a Heresbachius de factione Monasteriensi in epistola anno 1536. ad Erasmum data, quæ Amstel. prodit an. 1637. Hortensius apud Schard. T. II. p. 300. & seqq. & Corvinus de obsidione Monasteriensi Ib. p. 314. & seqq. Hermanni a Kerssenbroch narratio de bello Anabaptistico apud Menken. T. III. p. 1503. & seqq. eiusdem carmen de bello Monasteriensi in Gerdesii Scrinio Antiquario T. II. P. I. p. 337. & seqq. Herm. Hamelmanni Historia Ecclesiastica renati Euangelii in urbe Monasteriensi. Sleidan. L. X. p. 110. & seqq. Chytræus p. 354. Ottius an. 1534. § 1—17. an. 1535. §. 1—5. Heut. Austr. L. X. c. 10. 11. Gerdes. T. II. §. 32—35. b Ottius p. 60. 61. Gerdes. H. Reform. T. III. §. 38. p. 112. c Mosheim T. II. p. 275. & seqq. Gerdes. T. III. §. 38. p. 113. d Ottius de Anabaptistarum generibus: & in Annal. an. 1550. §. 1. 1555. 1. 1557. 1. 1567. 1. Mosh. T. II. p. 280. & seqq. Brandt L. VIII. p. 405. & seqq. e Scæv. Sammarth. Elog. L. I. n. 7. Thuan. L. XXVII. p. 807. 808. Bayle in Lex. f Du Pin T. XIV. p. 148. Gerdes. T. I. §. 77. g H. J. Maius in vita Reuchlini: & Act. Lips. an. 1688. p. 14. & seqq. Jovius Elog. 153. Niceron T. XXV. p. 121. du Pin T. XIV. 1. Bruck. Ehren Tempel Dec. II. p. 41. Gerdes. T. I. §. 67. 68. h Vita Budæi per Lud. Regium in vitis Selectis p. 215. Samarth. Elog. L. I. n. 2. Niceron T. VIII. p. 371. Launoius Acad. Paris. p. 875. Gerdes. T. I. §. 78. i Vita Erasmi per Rhenanum in vitis Selectis p. 187. Jovius Elog. c. 85. du Pin T. XIV. p. 12. Seckend. L. I. §. 87. Le Clerc Bibl. Choisie T. V. p. 145—282. & T. VI. p. 7—238. Gerdes. T. I. §. 69. k Jovius Elog. 70. Niceron T. VIII. p. 24. Mieris T. II. p. 286. l Melchior Adami Vitis Medicor. p. 24. Mieris T. III. p. 43. 44. m Du Pin T. XIV. p. 164. Seckend. L. I. Sect. XIII. & passim. Bayle. Gerdes. T. I. §. 86. n Du Pin T. XIV. p. 185. Seckend. L. I. §. 160. addit. 3. o Du Pin T. XIV. p. 166. Niceron T. XXXIX. p. 372. Bayle. Gerdes. T. III. §. 30.

§. 13. Ex Proteſtantibus, ut nihil de *Luthero*, *Zwinglio* & *Calvino* dicam, *Philippus Melanchthon* [a], *Johannes Bugenhagius* [b], *Juſtus Jonas* [c], *Conradus Pellicanus* [d], *Wolfgangus Fabricius Capito* [e], *Johannes Oecolampadius* [f], *Bucerus* [g], *Musculus* [h], *Conradus Gesnerus* [i], *Conradus Peutinger* [k], multique alii.

A. 6213. Per. Jul. ad 6268. A. Chriſt. 1500. ad 1555. Ex Proteſtantibus.

§. 14. Hiſtorici *Paulus Æmilius* [l], *Franciscus Guicciardinus* [m], *Petrus Bembus* [n], *Paulus Jovius* [o], *Sarpius* [p], ex Proteſtantibus *Johannes Sleidanus* [q].

Hiſtorici.

a Camerarius in vita Melanchthonis, Verheiden p. 28. Bruck. Ehrn. Tempel Dec. V. p. 167. Gerdeſ. T. I. §. 101. b Verheiden Elog. Præſt. Theol. p. 34. Niceron T. XIV. p. 176. XV. p. 71. Gerdeſ. T. I. §. 103. c Adami Vitæ Theologorum. Verheiden p. 37. Gerdeſ. T. I. §. 104. d Niceron T. XXIX. p. 375. Gerdeſ. T. I. §. 52. 53. T. II. §. 95. 110. e Seckend. L. I. §. 41. n. 4. Gerdeſ. T. I. §. 55. f Verheiden Elog. Theol. p. 55. Freherus in Theatro. Gerdeſ. T. I. §. 16. T. II. §. 105. 110. 116. g Thuan. L. V. p. 143. VI. 173. VIII. p. 264. XVII. p. 512. Teiſſer l. d. P. I. p. 29. Verheiden p. 72. Bayle. h Melchior Adami vitis Theol. Teiſſer addit: aux Elog. T. I. p. 219. P. III. p. 150. Verheiden Elog. Theol. p. 99. Bayle. i Bruck. Ehren Tempel Dec. I. p. 21. Adami vitis Medicorum p. 146. Niceron T. XVII. p. 337. k Bruck. Ehren Tempel Dec. II. p. 45. Freher. in Theatro p. 823. Niceron T. XIII. p. 328. XX. 66. l Niceron T. XL. p. 61. Jovius Elog. 129. m Thuan. L. I. p. 18. Niceron T. XVII. p. 98—118. Bayle. n Vita Bembi a Johanne Caſa ſcripta in vitis Selectis p. 140. Niceron T. XI. p. 358—384. o Niceron T. XXV. p. 358—373. Bayle. p Vita a Padre Fulgentio Italice ſcripta. q Thuan. L. XVII. p. 542. Verheiden Elog. p. 130. Niceron T. XXXIX. p. 23. Sagittar. Introduct. ad Hiſt. Eccl. C. XI. §. 10.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

CAPUT XII.

De iis quæ in Occidente, maxime in Germania, Gallia, *&* Belgio *memoratu digna contigerunt sub* Ferdinando I, Maximiliano II, Rudolpho II *Imperatoribus: &* Francisco II, Carolo IX, Henrico III Valesiis, item Henrico IV Borbonio Franciæ, Philippo II & III Hispaniæ *Regibus*, ab anno 1558 ad 1611.

§. 1.

Ferdinandus I. eiusque familia.

FErdinandus I pietate & æquitate commendatus [a], ex comitiis *Francofurtanis* anno 1558 plenum imperii ius nactus [b]: & tamen a Papa *Paulo* IV reiectus, mox eo contemto [c], cum videret concilii, quale Protestantes postulabant, cogendi spem nullam esse [d], pacem religionis per *Germaniam* anno 1559 confirmavit [e]. Bello parum exercitus, cum anno 1562 filium suum *Maximilianum* Cæsarem designari curasset [f], obiit *Viennæ* 25 *Julii* anno 1564 [g]. Ex *Anna Hungarica*, quam anno 1521 duxerat, liberos XV, mares IV filias XI suscepit, ex quibus XII superstites reliquit, *Maximilianum* II Imperatorem, *Ferdinandum Tirolensem* & *Carolum Stiriæ* Ducem, qui pater fuit *Ferdinandi* II Imperatoris. Filias novem, quarum *Elisabetha* ac deinde *Catharina Sigismundo Augusto Poloniæ* Regi sunt conlocatæ; *Anna Alberto* II *Bavariæ* Duci; *Maria Wilhelmo* Duci *Juliacensi*; *Eleonora Wilhelmo* Duci *Mantuano*; *Barbara Alphonso* II Duci *Ferrariæ*, & *Johanna* Fran-

a Thuan. T. II. L. XXXVI. p. 286. Busbequius epistola 4. p. 374—378. *b* Thuan. T. I. L. XVII. p. 541. XXI. p. 627. Sarp. L. V. p. 477. Chytræus p. 499. Du Mont T. V. P. I. p. 17. *c* Thuan. L. XXI. p. 628. 629. Sarp. L. V. p. 477. 478. *d* Chytræus L. XX. p. 518. Thuan. L. XXII. p. 666. *e* Sarp. L. V. p. 480. Thuan. l. d. Goldast. Reichs-Satzungen p. 293. *f* Du Mont T. V. P. I. p. 96. Chytræus L. XX. p. 538. Thuan. L. XXXII. p. 160—162. Struv. Per. X. Sect. VI. §. 2. *g* Chytræus p. 543. & seqq. Thuan. L. XXXVI. p. 286. Epitome rerum sub Ferdinando I. gestarum apud Schard. T. III. p. 172.

Francisco Hetruriæ Duci; aliæ in monasterium abiere [a]. A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

§. 2. *Maximilianus* II successit anno 1564, Princeps optimus ac patri par [b]: Pontifici obedientiam polliceri aut in eius verba iurare recusavit [c]: in caussa religionis, a vi animis hominum inferenda alienissimus, ita se gessit, ut maiorum suorum sacra ipse secutus, Protestantibus nunquam suspectus fuerit [d]. Bellum cum *Solimano Turcorum*, & *Johanne Sigismundo Transilvaniæ* Principe varium ac multiplex habuit, quod tamen anno 1568 ita cum *Turcis* compositum, ut quisque occupata teneret [e], *Johanni Sigismundo Transilvania* hereditario iure relicta [f]. Eo imperante *Johannes Fridericus Saxo*, *Johannis Friderici*, olim Electoris, filius, quod *Grombachium*, ab imperio proscriptum [g], receperat, ipse perniciosa consilia coqueret, proscriptus, *Gotha*que anno 1567 tradita, in custodiam datus est, ditione ad fratrem eius *Johannem Wilhelmum Vinariensem* translata [h]. Post hæc *Rudolpho*, *Maximiliani* filio, anno 1575 Cæsare designato [i], princeps optimus, quem, *Henrico* III in *Galliam* reverso, *Poloni*, sed discordes, anno 1575 Regem designaverant [k], curis confectus obiit 12 *Octobris* 1576 [l]. Ex *Maria*, *Caroli* V filia, quam anno 1548 duxerat [m], IX ei filii, VI filiæ natæ sunt [n], ex quibus patri superstites fuere *Rudolphus*,

Maximilianus II eius gesta & familia.

a Chytræus p. 417. Thuan. L. XXXVI. p. 287. 303. Henning. T. III. p. 276. 277. Schard. T. III. p. 172. 173. Guagninus Rerum Polonicarum T. I. p. 128. 129. du Mont Suppl. T. II. P. I. p. 134. *b* Thuan. L. XXXVI. p. 287. LXII. p. 134. Baro a Polheim apud Chytræum p. 631. *c* Sarp. L. VIII. p. 842. *d* Thuan. T. III. L. LXII. p. 134. Thrasybulus Lepta L. IV. p. 270. *e* Thuan. L. XXXVII. p. 325—328. XXXIX. p. 375—385. L. XLI. p. 455. 456. XLIV. p. 540. Isthuanf. L. XXII. XXIII. & XXIV. p. 311. Schard. T. IV. p. 41. 49. & seqq. 59. *f* Isthuanf. L. XXIV. p. 317. *g* Thuan. L. XLI. p. 449. Schard. T. III. p. 185. 186. T. IV. p. 48. *h* Thuan. L. XLI. p. 449—454. Historia belli Gothani apud Schard. T. IV. p. 34. & seqq. & Schard. Epitome rerum sub Maximiliano II gestarum T. IV. p. 49. 50. 55—59. 62. 63. *i* Chytræus L. XXIII. p. 626. Thuan. L. LX. p. 82. *k* Chytræus L. XXIII. p. 626. 627. Thuan. L. LXI. p. 97. 101. LXII. p. 131. Isthuanf. L. XXIV. p. 328—330. Languetus epist. 49. ad Sydnæum. *l* Chytræus L. XXIII. p. 628. Thuan. L. LXII. p. 134. Isthuanf. L. XXV. p. 337. *m* Chytræus L. XVI. p. 431. Thuan. L. V. p. 150. Heuter. L. XII. c. 15. *n* Polheim apud Chytræum p. 637.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

phus, qui imperium post eum tenuit, *Ernestus*, qui in *Belgio* postea decessit, *Matthias* post fratrem Imperator, *Maximilianus* magister Ordinis Teutonici, *Albertus* Cardinalis, qui dein *Isabellam Claram Eugeniam Philippi* II filiam duxit, & *Wenceslaus:* ex filiabus *Anna Philippo* II *Hispaniarum* Regi, & *Elisabetha Carolo* IX *Francorum* Regi nupsit, *Margaretha* in monasterium abiit[a].

Franciscus II. Pax Cameracensis. Guisii, & tumultus Gallici.

§. 3. Inter hæc in *Gallia* sub *Francisco* II, qui annum agens XVI patri anno 1559 successerat[b], luctuosum erupit bellum civile. Pax *Cameracensis* ineunte *Aprili* anno 1559 eo consilio *Gallos* inter & *Hispanos* convenerat, ut pacatis rebus arma in sectarios verterent, ac prætextu religionis *Gallorum* libertas opprimeretur; in *Belgio* vero, amotis eodem colore a rerum gubernatione provinciæ Proceribus *Hispanorum* potentia constitueretur[c]. *Henrico* Rege igitur paullo post exstincto, concedente Regina matre *Catharina Medicea*, ambitiosissima muliere, *Guisii*, qui sub *Francisco* II, principe animo & corpore debili[d], vim omnem imperii, exclusis *Borboniis*, regii sanguinis Principibus, sibi vindicaverant[e], partim falso religionis zelo, & ut ex eo ad plebem commendatio esset, partim etiam politicis de caussis[f], ne *Hugonotti*, quo nomine Protestantes, pro principibus ex domo *Hugonis Capeti* ortis contra *Guisios* nitentes, in *Gallia* appellantur[g], *Borboniis* se iungerent, severam de *Calvinianis* quæstionem exercebant[h]: inter alios *Annas Burgius*, Senator *Parisinus*, qui *Henrici* iussu in vincula coniectus erat, publice crematus est *Decembris*

23

a Thuanus L. LXII. p. 134. Henning. T. III. p. 276. 277. Mezeray T. III. p. 235. *b* Santacruclus de civilibus Galliæ dissensionibus L. II. n. 2. In Coll. Max. Martene T. V. p. 1439. Mezeray T. III. p. 2. *c* Aubigne T. I. L. I. c. 18. p. 46. Thuan. L. XXII. p. 665. 672. Apolog. Principis Arausiaci p. 43. *d* Santacruc. l. d. L. II. n. 15. Mezeray T. III. p. 2. Thuan. L. XXIII. p. 685. *e* Popliniere L. V. p. 259. 260. 264—266. Aubigne L. II. c. 12. Santacr. L. II. n. 4. Thuan L. XXIII. p. 688. 689. Mezeray T. III. p. 4—8. Meteren L. I. p. 27. *f* Mezeray T. III. p. 12. 13. Thuan. L. XXIII. p. 698. 701. *g* Poplin. L. VI. p. 306. Mezeray T. III. p. 25. Thuan. L. XXIV. p. 741. Benoit T. I. p. 15. *h* Poplin. L. V. p. 275—278. Thuan. L. XXIII. p. 692. 693. Jul. Cæs. Bullingerus in Historia L. I. p. 2—4. Mezeray T. III. p. 10. 11. Schard. T. III. p. 143.

23 anno 1559 [a]. His suppliciis irritati *Hugonotti*, cum & viri Principes *Guisiorum* exterorum dominatum non ferrent, contra *Guisios* conspirant [b], *Renaudio* duce Regem *Ambasia* abducere conantur [c]; verum re per indices cognita de coniuratis, ceu perduellibus, sumtum supplicium [d]. *Ludovicus Borbonius*, Princeps *Condæus*, in suspicionem adductus in custodiam traditur [e], ac dum in eum capitis anquiritur [f], apud *Aureliam*, quo regni totius ordinum delecti convenerant, *Franciscus* Rex morbo interiit *Decembris* 5 anno 1560 [g]. A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

§. 4. Quem *Carolus* IX frater natu proximus, plane inpubes undecimum ætatis annum agens excepit [h], quo magis omnia conturbari cœperunt. Cum enim Regina mater, *Guisiorum* potentiam suspectam habens, cum *Borboniis* paciscitur, etiam Protestantes mitius habet [i]; *Guisii* vero firmandis rebus suis Triumviratum ineunt [k], accensæ sunt æmulationes. Itaque post *Possiacense* colloquium, quod controversiis de religione conponendis Kal. *Septembris* anno 1561 coram Rege & Principibus habitum fuit [l], cum Regina mater *Guisiorum* potentiam verita, *Condæi* opem ultro inplorasset [m], res Carolus IX. Triumviratus: & bellum civile.

a Poplin. L. V. p. 245—248. Aubigne T. I. L. II. c. 10. 14. Thuan. L. XXII. p. 674—678. L. XXIII. p. 698. 699. Santacr. L. II. n. 12. Mezeray T. III. p. 11. *b* Poplin. L. VI. p. 305—310. Santacr. L. II. n. 15—18. Thuan. L. XXIV. p. 732. 733. 738. Mezeray T. III. p. 14. *c* Poplin. L. V. p. 310—317. Aubigne T. I. L. II. c. 15. Mezeray T. III. p. 14. 17—20. Thuan. L. XXIV. p. 738. & seqq. Bulenger. L. I. p. 5—7. *d* Poplin. L. VI. p. 317—321. Thuan. L. XXIV. p. 743. Aubigne T. I. L. II. c. 15. 16. Mezeray T. III. p. 21. *e* Poplin. L. VI. p. 322. 353. 404. 415. 416. L. VII. p. 468. 471. Aubigne T. I. L. II. c. 18. 19. Mezeray T. III. p. 23. 27. 35—37. Thuan. L. XXVI. p. 780—782. Bulenger. L. I. p. 8. 9. 12. *f* Poplin. L. VII. p. 467—471. Aubigne T. I. L. II. c. 19. 20. Thuan. L. XXVI. p. 782—785. Mezeray T. III. p. 38—41. *g* Poplin. L. VI. p. 442. 447. VII. p. 471. Thuan. L. XXVI. p. 785. Mezeray T. III. p. 42. *h* Santacrucius L. II. n. 21—24. Mezeray T. III. p. 54. Schard. T. III. p. 144. *i* Poplin. L. VI. p. 424—426. VII. p. 497—499. Aubigne T. I. L. II. c. 21. Mezeray T. III. p. 42. 54. & seqq. Thuan. L. XXVI. p. 785—787. Schard. T. III. p. 145. b. *k* Thuan. L. XXXVII. T. II. p. 28. & seqq. XXVIII. p. 49. Meteren L. I. p. 28. Benoit T. I. p. 17. 19. Mezeray T. III. p. 69. *l* Poplin. L. VII. p. 529—546. Aubigne T. I. L. II. c. 24. Santacrucius L. II. n. 44. Thuan. L. XXVIII. p. 36. 40—48. Mezeray T. III. p. 55. 59. 62. 64—67. Buleng. L. I. p. 17. 18. Le Petit Chroniq. T. II. L. IX. p. 62. & seqq. Chytræus p. 526. *m* Thuan. L. XXVIII. p. 60. XXIX. p. 80. 81. Mezeray T. III. p. 71. 74. 75.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

res est ad arma deducta[a]. Primum ad oppidum *Dreoas* 19 *Decembris* anno 1562 pugnatum, ubi utriusque exercitus duces *Goudæus* ab una, *Momorantius* ab altera parte capti, *Santandreanus* cecidit[b], quam pugnam, *Guisio* mense *Februario* ad *Aureliam* cæso[c], pax est secuta 19 *Martii* anno 1569 Regis edicto publicata[d].

Quod recrudescens, ad Fanum S. Germani conpositum

§. 5. Quæ in vario animorum motu extracta ad annum 1567, quando *Condæo Lutetiam* premente ad *Fanum S. Dyonysii* copiarum regiarum dux *Momorantius* 10 *Novembris* victor occubuit[e]: tamen anno sequente 23 *Martii* pax denuo sancita[f]. Verum ea paullo post interturbata[g], altero graviori prælio ad *Bassacum* vicum, vix una a *Jarnaco* leuca conmisso, *Condæus* contra datam fidem cæsus, occubuit 13 *Martii* anno 1569[h]; iterumque eodem anno 3 *Octobris* in *Pictonibus* ad *Moncontarium* gravem Protestantes cladem acceperunt[i], quam dolosa pax, ad *Fanum S. Germani* 8 *Augusti* anno 1570 sancita[k], excepit.

Laniena Parisina.

§. 6. Biennio post, cum magna spe ad celebrandas *Henrici Borbonii*, *Navarræ* Regis, qui earum partium erat, cum *Margaretha*, *Caroli* sorore nuptias[l] fre-

[a] Popliniere L. VIII. p. 577. & seqq. Aubigne T. I. L. III. c. 1. & seqq. Santacr. L. II. n. 39. Thuan. L. XXIX. p. 82. & seqq. Schard. T. III. p. 152. Mezeray T. III. p. 75—100. [b] Poplin. L. IX. p. 667—678. Aubigne T. I. L. III. c. 13—16. Thuan. L. XXXIV. p. 215—220. Mezeray T. III. p. 102—110. Le Petit L. IX. p. 66. 67. Schard. T. III. p. 154. 155. [c] Poplin. L. IX. p. 691—695. Aubigne T. I. L. III. p. 17. 20. Mezeray T. III. p. 111. 115—117. Thuan. L. XXXIV. p. 233. Schard. T. III. p. 157. [d] Poplin. L. IX. p. 699. Aubigne T. I. L. III. c. 20. 26. Thuan. L. XXXIV. p. 238. 239. Mezeray T. III. p. 117—119. Schard. l. d. [e] Poplin. L. XII. p. 50—65. Aubigne T. I. L. IV. c. 9. 10. Thuan. L. XLII. p. 465—470. 476—480. Mezeray T. III. p. 154—167. [f] Aubigne T. I. L. IV. c. 15. 22. Poplin. L. XIII. p. 103. Mezeray T. III. p. 168. & seqq. 177. 178. Thuan. L. XLII. p. 497. Schard. T. IV. p. 67. [g] Poplin. L. XIV. p. 106—109. 116. & seqq. Aubigne T. I. L. V. c. 1. 2. Thuan. L. XLIV. p. 545—547. Mezeray T. III. p. 183—188. Schard. T. IV. p. 73. [h] Poplin. L. XV. p. 175—179. Aubigne P. I. L. V. c. 8. 9. Thuan. L. XLV. p. 567—569. Mezeray T. III. p. 188. & seqq. 196—198. [i] Poplin. L. XIX. p. 280—299. Aubigne T. I. L. V. c. 17. 18. Thuan. L. XLV. p. 570. & seqq. L. XLVI. p. 599—601. Mezeray T. III. p. 199. & seqq. 215—222. [k] Poplin. L. XXIII. p. 411—419. Aubigne T. I. L. V. c. 31. Thuan. L. XLVII. p. 659—661. Mezeray T. III. p. 233. 234. Du Mont T. V. P. I. p. 180. [l] Du Mont T. V. P. I. p. 215.

A. 6271; Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

frequentes *Lutetiam* coiissent, Protestantes horrenda laniena anno 1572 ipso die *S. Bartholomæo* sacro, a quo deinceps nomen invenit, trucidati sunt[a]. Pari in plerisque *Galliæ* urbibus cæde grassatum[b].

Initium tumultuum Belgicorum.

§. 7. In *Belgio*, multis a maioribus privilegiis munito[c], cum *Hispani* sub *Philippo* II Rege dominatum adfectarent, nobilium æmulatione, & metu Inquisitionis *Hispanicæ*, quorsum novi introducti Episcopi[d] facere videbantur, gravissimi orti sunt tumultus[e]. Cum enim, iam satis commotis animis, exeunte annos 1565 ab *Margaretha Parmensi*, quæ naturalis *Philippi* soror[f], *Belgio* præerat, edictum Regis de decretis concilii *Tridentini*, prioribus edictis & Inquisitione servanda publicaretur[g]; nobiles cccc, qui in fœdus coierant[h], 5 *Aprilis* anno 1566 ad *Margaretham* adeuntes postulant, ut Inquisitio Regisque in hæreticos edicta suspendantur aut aboleantur[i]: plebs vero 14 mensis *Augusti* imagines deturbat[k]. Rex irritatus, licet *Parmensis* omnia con-

Nnnn posuisse

[a] Poplin. L. XXIX. p. 135—147. Aubigne T. II. L. I. c. 1—4. Thuan. L. LII. p. 805—827. Mezeray T. III. p. 236—238. 246—258. Memoires de Villeroy T. II. p. 62. & seqq. Vita Mornæi p. 19—21. Epistola Maximiliani II ad Schwendium apud Lunig Spicil. Eccl. Contin. II. p. 23. Epistola ab incerto, qui rebus interfuit, Script. in Bibliotheca Lubecensi Vol. VI. Tom. II. p. 201—231. [b] Poplin. L. XXIX. p. 148. 149. Aubigne T. II. L. I. c. 5. Thuan. L. LII. p. 828—832. Mezeray T. III. p. 261. 262. Meteren L. IV. p. 80. 81. Bor T. I. L. VI. p. 293. 294. [c] Meteren L. II. p. 30. Hooft L. I. p. 34. [d] Diplomata Pauli IV apud Miræum T. I. p. 472. & seqq. & Pii IV. Ib. p. 610. & seqq. Bor T. I. p. 17. & seqq. [e] Meteren L. II. p. 31—33. Epistola Marillaci ad Regem Galliæ apud Menken. T. II. p. 1397. Hooft L. I. p. 26. 28. 29. 35. 41. L. III. p. 159. Thuan. L. XXII. p. 665. XXVII. p. 25. XL. p. 401. L. p. 767. Grotius Ann. L. I. p. 12—16. Brandt L. V. p. 235. & seqq. Chytræus p. 537. 538. 542. [f] Strada de bello Belgico Dec. I. L. I. p. 35. 36. [g] Bor T. I. L. I. p. 22. & seqq. Meteren L. II. p. 40. Hooft L. II. p. 65—68. Strada Dec. I. L. IV. p. 165. Brandt L. V. p. 276. & seqq. van Loon L. I. p. 73. 74. [h] Du Mont T. I. P. I. p. 134. [i] Bor T. I. L. I. p. 30. L. II. p. 37. & seqq. Meteren L. II. p. 41. 42. Hooft L. II. p. 70—76. Grot. L. I. p. 19. 20. Edit. Amstel. in folio an. 1657. Strada Dec. I. L. V. p. 167. & seqq. Thuan. L. XL. p. 404—406. van Loon L. I. p. 76—81. Chytræus p. 562. Schard. T. IV. p. 47. [k] Meteren L. II. p. 44. 45. Bor T. I. L. II. p. 51. 58. 62. Hooft L. III. p. 98—106. Grot. L. I. p. 22. Strada Dec. I. L. V. p. 207. & seqq. Thuan. L. XL. p. 407. 410. Brandt L. VII. p. 341. & seqq. van Leon L. I. p. 87.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

posuisse videretur [a], statuit *Belgas* vi & armis subigere [b].

Dux Albanus truculentia & crudelitate omnia miscet. Wilhelmus Arausiacus.

§. 8. Missus in illum finem *Ferdinandus* Dux *Albanus*, anno 1567 armata manu veniens [c], foro, quod ille *tumultuum*, alii *sanguinis* appellabant, constituto, in omnes sæviens [d], & privilegia gentis aperte conculcans [e], cum & primæ nobilitatis viros *Egmondanum* & *Hornanum* Comites anno 1568 neci dedisset [f], gentem ad desperationem adegit. Auxit terrorem nuncius ex *Hispania* & *Carolum*, qui eo tempore unicus erat *Philippi* regis ex *Maria Lusitana* filius, iussu patris necatum, & *Elisabetham* Regis coniugem exstinctam esse [g]. Una in *Wilhelmo Arausiaco*, qui, dudum *Hollandiæ*, *Zelandiæ* & *Traiecti Gubernator* [h], se anno 1567 in *Germaniam* receperat [i], spes erat [k]: sed cum & huius conatus, oppignoratis magno animo facultatibus, anno 1568 irritus cecidisset [l], *Albanus* annum 1569 ærario constituendo dedit, postulans, ut præter centesimam semel pendendam, vice-

a Meteren L. II. p. 45—47. 49. Hooft L. III. p. 123. IV. p. 126. 128. 138—140. Thuan. L. XLI. p. 436. & seqq. van Loon L. I. p. 89. & seqq. *b* Meteren L. II. p. 34. 48. L. III. p. 51. Bor T. I. L. II. p. 76. 77. L. III. p. 94. Hooft L. III. p. 113. IV. p. 138. Thuan. L. XL. p. 414. 415. Brandt L. VII. p. 389. Loon L. I. p. 100. *c* Meteren L. III. p. 52. Strada Dec. I. L. VI. p. 284—287. 293. & seqq. Grot. L. II. p. 28. Bor T. I. L. IV. p. 127—129. Chytræus 568. 569. Brandt L. IX. p. 463. & seqq. *d* Meteren L. III. p. 53—55. Bentivoglio P. I. L. IV. p. 81—83. Bor T. I. L. IV. p. 131. 148. 149. 150. 156. Hooft L. IV. p. 141—143. 147—153. L. V. p. 173. 174. Grot. L. II. p. 29. Loon L. I. p. 101. L. II. p. 108. & seqq. Schard. T. IV. p. 63. *e* Meteren L. III. p. 54. Bor T. I. L. IV. 176. 177. L. V. p. 187. & seqq. Hooft L. IV. p. 153—158. Loon L. II. p. 111. *f* Meteren L. III. p. 57—59. Bentivoglio P. I. L. IV. p. 98. Strada Dec. I. L. VI. p. 298—300. 322. & seqq. Bor T. I. L. IV. p. 131. 134. & seqq. 170—172. Hooft L. IV. p. 151. L. V. p. 167—172. Thuan. L. XLI. p. 443. XLIII. p. 512—514. Schard. T. IV. p. 83. *g* Viglius in Comment. de decimo denario in Analectis Belg. T. I. P. I. p. 287. & seqq. Bor L. V. p. 201—205. *h* Meteren L. I. p. 26. versa. Van der Haar L. I. c. 9. *i* Meteren L. II. p. 50. Bor T. I. L. III. p. 117. Hooft IV. p. 129—133. *k* Hooft L. V. p. 159—166. Reidan. I. p. 6. van Loon II. p. 112. *l* Meteren L. III. p. 56. 60—62. Bentivoglio P. I. L. IV. p. 91—97. 99—105. L. V. p. 107—111. Hooft L. V. p. 161—166. 174—176. 179—188. Bor T. I. L. IV. p. 165—168. 174—176. 181—184. Reidan. L. I. p. 7. Groot. II. p. 31. Maurerius in memoriis p. 26—29. Edit. Paris. 1680. Loon II. p. 112—117. 120. 124.

vicesimam inmobilium, decimam rerum mobilium, quæ venderentur, darent[a], sibique reluctantes *Traiectinos* durius habet[b], tandem re ad annum 1572 protracta, vectigal imperatum per vim exigere statuit[c], sed dum in eo est, adfertur, *Geusios* 1 *Aprilis* *Brilam* occupasse[d]: mox *Zelandos Hollandos*que magnam partem signum libertatis sustulisse[e]: *Montes Hannoniæ* ab *Ludovico Nassavio* interceptos[f]. Quibus licet fortiter resisteret *Albanus*[g], ut etiam alterum Principis *Arausiaci* armata manu venientis conatum eluderet[h], *Montes* aliaque loca recuperaret[i]: coactus tamen est sequente anno exeunte 1 *Decembris* provinciam, quam pacatam acceperat, sua crudelitate turbatam *Ludovico Requesenio* tradere[k].

A. 6271. Per. Jul. ad 6824. A. Christ. 1558. ad 1611.

§. 9. Hic *Lugdunum Batavorum* anno 1574 gravi obsidione pressit[l], de pace cum *Belgis* conponenda anno

Requesenius: & fœdus Gandavense.

[a] Meteren L. III. p. 56. Bor T. I. L. IV. p. 160. Reidan. L. I. p. 7. Hooft V. p. 177—180. Thuan. L. XLIII. p. 506. 507. Mezeray T. III. p. 178—180. Popliniere L. XIV. p. 145. 146. Loon II. p. 121. [b] Meteren L. IV. p. 69. Hooft L. V. p. 181—183. 190. 191. 195. L. VI. p. 203. 211. Bor T. I. L. V. p. 206. 209. 230. 236. 240. 246. 251. L. VI. p. 259. [c] Meteren L. III. p. 64. L. IV. p. 68—70. Bentivoglio P. I. L. V. p. 114—117. 122. Hooft L. V. p. 194—196. L. VI. p. 210. 215—219. Bor T. I. L. V. p. 201. & seqq. 223. 248—250. L. VI. p. 262. 265. 266. Chytræus p. 594. 616. Loon L. II. p. 127. seqq. 146. 147. [d] Meteren L. IV. p. 70. Bentivoglio P. I. L. V. p. 123. & seqq. Hooft L. V. p. 197. 198. 216—221. Grot. L. II. p. 35. Bor T. I. L. V. p. 208. 233. Thuan. L. LIV. p. 860. 861. Poplin. L. XXVII. p. 100. seqq. Alkemade beschryving van den Briel T. I. p. 122. &c. [e] Meteren L. IV. p. 71. 73. 76. 77. Hooft L. VI. p. 221—227. 230—238. 242—244. Bor T. I. L. VI. p. 268. & seqq. Reidan. L. I. p. 9. 10. Meurs. Rer. Belg. L. III. p. 172. & seqq. Grot. L. II. p. 36. 37. van Loon L. II. p. 150. & seqq. [f] Meteren L. IV. p. 72. Bor T. I. L. VI. p. 274. Bentivog. P. I. L. V. p. 132. van Loon L. II. p. 156. [g] Meteren L. IV. p. 78. 79. Thuan. L. LIV. p. 866. Poplin. L. XXVII. p. 115. & seqq. [h] Meteren L. IV. p. 79. 82. Hooft L. VII. p. 258—266. 274. & seqq. Bor T. I. L. VI. p. 281. 290—293. 297. Bentiv. P. I. L. VI. p. 142. & seqq. Poplin. L. XXX. p. 156—160. [i] Meteren L. IV. p. 83—89. Bentivoglio P. I. L. VI. p. 148. Bor T. I. L. VI. p. 298. 303. Poplin. L. XXX. p. 156. 161. [k] Meteren L. IV. p. 93. Reidan. L. I. p. 15. Bor T. I. L. VI. p. 349. 350. Hooft L. VIII. p. 331. 332. Grot. L. II. p. 43. Thuan. L. LV. p. 906. Mezeray T. III. p. 459. 460. Chytræus p. 602. [l] Meteren L. V. p. 102—105. Bor T. I. L. VII. p. 21—25. 41. 53—62. Hooft L. VIII. p. 330. IX. p. 344. 362—366. 370—388. Bentivoglio P. I. L. VIII. p. 208. & seqq. van Loon L. II. p. 180—182. 188—195.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

anno 1575 *Bredæ* frustra egit[a], ac dum *Woerdam* & *Zierikseam* bello premit[b], subita morte exstinctus est 5 *Martii* anno 1576[c]. Huius morte & paullo post secuto militum *Hispanorum* tumultu res *Belgarum*, quæ ad incitas redactæ erant, erigi cœperunt[d], fœdere *Gandavensi* inter provinciarum Ordines 8 *Novembris* anno 1576 percusso[e].

Maria Stuarda, eiusque fata.

§. 10. *Jacobus* V Rex *Scotiæ* 13 *Decembris* anno 1542 moriens, ex *Maria Guisiorum* sorore filiolam reliquerat unicam *Mariam Stuardam* quinque dies natam[f], quæ anno 1548, ne *Edoardo Anglo*, cui anno 1543 pacta erat[g], collocaretur, agente matre in *Galliam* translata[h], 14 *Martii* anno 1558 *Francisco*, *Henrici* II Regis *Galliæ* filio, nupsit[i]. Interim emendata sacra in *Scotia* multum convaluerant[k], hæc dum regina mater a *Guisiis* monita, anno 1559 opprimere nititur[l], *Scoti*, *Anglorum* implorato auxilio, arma capiunt[m], & regina matre interim 10 *Junii* anno 1560 mortua[n], re cum *Anglis* composita[o], mense *Augusto* Parlamenti decreto *Romana*

a Meteren L. V. p. 106—109. Bentiv. P. I. L. IX. p. 217—222. Hooft L. X. p. 401—410. Bor L. VIII. p. 87. & seqq. *b* Meteren L. V. p. 112. 113. Bentivoglio P. I. L. IX. p. 226. & seqq. Hooft L. X. p. 426—432. 436. Bor VIII. p. 122. 126. 134. L. IX. p. 145. Loon L. II. p. 209—214. *c* Meteren L. V. p. 113. 114. Hooft X. p. 436. 437. Bentivog. P. I. L. IX. p. 235. 236. Bor VIII. p. 134. Loon L. II. p. 215. *d* Meteren L. VI. p. 116. & seqq. Hooft XI. p. 433—451. 455—466. Bor L. IX. p. 155. 168. 181. & seqq. Bentivoglio P. I. L. IX. p. 236—239. Grot. L. II. p. 46. 47. Chytræus p. 641. van Loon III. p. 217. 218. *e* Meteren L. VI. p. 122. 123. Hooft IX. p. 452. 453. 467—471. Bor L. IX. p. 174. 190. 191. Grot. II. p. 48. Poplin. XI. p. 360. Mezeray T. III. p. 463. van Loon III. p. 226—228. Du Mont T. V. P. I. p. 278. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 7. *f* Buchan. L. XIV. in fine. Thuan. L. I. p. 24. Bor XXII. p. 55. Chytræus p. 899. *g* Du Mont T. IV. P. II. p. 261. *h* Buchan. L. XV. p. 181. 182. Thuan. V. p. 159. Rapin T. VI. p. 29. 30. *i* Buchan. L. XVI. p. 188. Chytræus p. 501. Bor XXII. p. 55. Schard. T. III. p. 124. Mezeray T. III. p. 2. du Mont T. V. P. I. p. 21. 22. *k* Buchan. L. XVI. p. 189. Burnet Hist. Reform. T. II. p. 658. & seqq. Rapin T. VI. p. 153. *l* Buchan. L. XVI. p. 190. 191. Burnet l. d. *m* Buchan. L. XVI. p. 193—197. Thuan. T. I. L. XXIV. p. 726—732. Burnet T. II. p. 654. Rapin T. VI. p. 162. & seqq. 178. & seqq. *n* Buchan. L. XVI. p. 197. Rapin T. VI. p. 182. *o* Buchan. L. XVI. p. 198. Burnet T. II. p. 667. Rapin T. VI. p. 182.

mana sacra, Pontificisque potentiam abolent [a]. Regina *Maria*, marito mortuo, 21 *Augusti* anno 1561 in *Scotiam* reversa [b], *Henricum Stuardum*, Ducem *Lenoxium* 29 *Julii* anno 1564 maritum sumit [c], eoque 10 *Februarii* anno 1567 obtruncato [d], mox *Bothwello* nubit [e]; tum turbatis rebus a Proceribus capta & in custodiam data [f], inde elapsa prælio victa confert se 13 *Maii* anno 1568 in *Angliam* ad *Elisabetham* [g], ubi post 20 annorum carcerem capite truncata est 28 *Februarii* anno 1587 [h].

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

§. 11. In *Gallia* post lanienam *Parisinam*, cum *Rupellani* præsidia accipere recusarent, anno 1572 quartum civile bellum recruduit [i], quo *Rupellanorum* & *Sancerranorum* enituit constantia [k], adeo ut fractis regni viribus pax satis æqua mense *Julio* anno 1573 data fuerit [l]. Interim *Poloni*, *Jagellonica* stirpe exstincta, *Henricum Caroli* Regis fratrem 9 *Maii* anno 1573 Regem elegerant [m], qui *Octobri* mense ex *Gallia* profectus [n], paucis mensibus in *Polonia* moratus,

Bellum civile in Gallia recrudescens. Henricus Rex Poloniæ ad regnum Galliæ redit.

[a] Buchan. L. XVII. p. 199. 200. Thuan. T. II. L. XXIX. p. 65—68. Burnet T. II. p. 667. 668. Rapin T. VI. p. 190. [b] Buchan. L. XVII. p. 200. Thuan. L. XXIX. p. 65. 66. Rapin T. VI. p. 194. [c] Buchan. XVII. p. 207. 208. Thuan. L. XXXVII. p. 307—310. Rapin T. VI. p. 208. & seqq. 215. [d] Buchan. L. XVIII. p. 214. Thuan. L. XL. p. 419. 420. Chytræus p. 569. 570. Bor L. XXII. p. 55. Rapin T. VI. p. 231—237. [e] Buchan. L. XVIII. p. 215—217. Thuan. XL. p. 422. 423. Chytræus p. 571. Rapin T. VI. p. 239. 240. [f] Buchan. L. XVIII. p. 219. 222. Thuan. XL. p. 425—427. Rapin T. VI. p. 248. [g] Buchan. L. XIX. p. 224—227. Thuan. XLII. p. 499—501. Bor XXII. p. 56. Rapin T. VI. p. 245. 253—258. [h] Meteren L. XIII. p. 254—257. Thuan. L. LXXXVI. p. 155—168. Bor XXII. p. 56—63. Rapin T. VI. p. 293. & seqq. 416. [i] Popliniere L. XXXI. p. 183—185. 192. & seqq. XXXII. p. 222. Aubigne T. II. L. I. c. 6. p. 32. c. 7. Thuan. L. LIII. p. 850. 859. Mezeray T. III. p. 266—269. [k] Poplin. L. XXXIII. XXXIV. Aubigne T. II. L. I. c. 9. 10. Thuan. LV. p. 910. & seqq. LVI. p. 927. Mezeray T. III. p. 276. & seqq. [l] Poplin. L. XXXV. p. 101. & seqq. 113. Aubigne T. II. L. I. c. 18. Mornæus in Remonstratione ordinibus Blæsis exhibita p. 42. Thuan. L. LIII. p. 859. LVI. p. 941. 942. Mezeray T. III. p. 285—287. [m] Poplin. L. XXX. p. 180—182. XXXV. p. 65. & seqq. 98. Aubigne T. II. L. I. c. 13. Thuan. L. LVI. p. 942. 948—954. Mezeray T. III. p. 287—290. Guaguinus Rer. Polonic. T. I. p. 137—139. du Mont T. V. P. I. p. 223. & seqq. [n] Poplin. L. XXXVII. p. 147. Aubigne T. II. L. II. c. 2. Chytræus p. 621. Guagn. T. I. p. 141—143. 151. Mezeray T. III. p. 293—295.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

ratus, *Septembri* menſe anno 1574 rediit in *Gallias* ad regnum capeſcendum[a], quod *Carolus Maii* 30, regni 14, ſua morte vacuum fecerat[b].

Guiſii. Momorantii. Liga primum inita.

§. 12. *Henricus Valeſius*, eius nominis tertius, regnum factionum ſtudiis ſciſſum adeptus eſt anno 1574. Cum igitur *Guiſii*, adiuvante regina matre, *Momorantios* & *Borbonios* premerent[c], *Henricus Condæus* arma capit, *Malecontenti* ſive *Politici* auctore *Damvilla* 10 *Februarii* anno 1575 cum Proteſtantibus in fœdus coëunt[d], quibus frater ipſe Regis *Franciscus Alenzonius*, & *Henricus* alter *Borbonius Vasconum* Rex acceſſerunt[e]. Regina mater, ut filium a fœderatorum partibus abduceret, Regi perſuadet, aut menſe *Maio* anni 1576 admodum honeſtis conditionibus cum fœderatis paciſceretur[f]. Sed cum eopſe anno, *Liga*, quam Sanctam dixerunt, inita, in comitiis *Bleſenſibus*, menſe *Novembri* indictis, lata in Proteſtantium gratiam edicta revocarentur, omnesque ad *Romana* ſacra redire iuberentur[g], bellum recruduit, quod anno ſequenti 1577 menſe *Septembri* ſimili pactione diremtum[h].

§. 13.

a Poplin. *L.* XXXVII. p. 241. XXXIX. p. 323. 326. Aubigne T. II. L. II. c. 9. Chytræus p. 624. Thuan. *L.* LVIII. p. 6. & ſeqq. 32. 33. Mezeray T. III. p. 343. & ſeqq. 353. b Poplin. *L.* XXXVII. p. 189. 191. Aubigne T. II. *L.* II. c. 8. p. 128. 129. Thuan. *L.* LVII. p. 989. Mezeray T. III. p. 304. 306. c Poplin. *L.* XXXVII. p. 148. & ſeqq. 164. &c. 170. XXXVIII. p. 207. &c. Aubigne *L.* II. c. 4. p. 115. 116. c. 5. p. 120. c. 7. Thuan. *L.* LVII. p. 973. & ſeqq. 985. Mezeray T. III. p. 301—304. 332—334. 357. 358. d Poplin. *L.* XXXVIII. p. 211. & ſeqq. XXXIX. p. 281—293. 302. & ſeqq. Mornæus in Remonſtratione ad Ordines regni p. 50. Aubigne T. II. *L.* II. c. 15. Thuan. *L.* LIX. p. 35. LX. p. 84. 85. Mezoray T. III. p. 364. 371. e Poplin. *L.* XL. p. 378. & ſeqq. Mornæi Memoires T. I. p. 223—225. Aubigne T. II. *L.* II. c. 16. 18. 19. Chytræus p. 624. Thuan. *L.* LXI. p. 102—105. LXII. p. 156. Mezeray T. III. p. 385—387. 395. f Poplin. *L.* XL. p. 360—373. Aubigne T. II. *L.* II. c. 25. Thuan. *L.* LXII. p. 157—161. Mezeray T. III. p. 400—402. Bor *L.* IX. p. 148—153. du Mont T. V. P. I. p. 266. g Poplin. *L.* XLI. p. 403. & ſeqq. 439. & ſeqq. 459. & ſeqq. Mornæi Memoires T. I. p. 225. Aubigne T. II. *L.* III. c. 2—5. Thuan. LXIII. p. 164—180. Mezeray T. III. p. 406. & ſeqq. 419—429. h Poplin. *L.* XLV. p. 545—556. Aubigne T. II. *L.* III. c. 23. Thuan. LXIII. p. 180. & ſeqq. LXIV. p. 207. 208. Mezeray T. III. p. 429. & ſeqq. 446. du Mont T. V. P. I. p. 302.

§. 13. *Johannes Austriacus Philippi* Regis frater nothus[a], desinente anno 1576 in *Belgium* veniens[b], pacto *Gandavensi* 12 *Februarii* anno 1577 confirmato, ab omnibus præter *Hollandos* & *Zelandos* agnitus[c], mox arce *Namurcensi* 24 *Julii* fraudulenter occupata[d], ab Ordinibus *Belgis* 7 *Decembris* hostis indicatus[e], nobili de *Belgis* ad *Gemblacum* ultimo *Januarii* anno 1578 reportata victoria[f], obiit 1 *Octobris* anno 1578[g]. Cui Regis nomine *Belgii* Gubernator successit *Alexander Farnesius* Dux *Parmensis*, vir fortis & prudens[h].

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

Johannes Austriacus, eiusque gesta.

§. 14. Inter hæc crescente ex virorum Principum æmulatione & religionis discrimine inter *Belgas* discordia, quod unum malo remedium videbatur, auctore *Wilhelmo Arausiaco*, fratreque eius *Johanne Nassavio Geldriæ* Gubernatore, arctior inter civitates *Hollandiæ* propiores *Unio Traiectina* inita fuit 10 *Januarii* anno 1579[i]. Eodemque anno *Coloniæ Agrippinæ*, sed infaustis avibus, de pace actum[k]. Sequenti *Rennebergius*, relictis *Fœderatorum* partibus *Groningam* occu-

Unio Traiectina: Belgæ Philippo obedientiam renunciant.

a Strada Dec. I. p. 506. Bentivoglio P. I. *L.* X. p. 300. Schard. T. III. p. 127. b Meteren *L.* VI. p. 125. Bor X. p. 204. Bentivoglio P. I. *L.* X. p. 254. 255. Thuan. LXIV. p. 212. & seqq. Mezeray T. III. p. 463. 464. c Meteren *L.* VI. p. 127—131. Bor X. p. 214. 222. & seqq. Hooft XI. p. 475. 484—489. XII. p. 490—492. 495. 496. 500. 501. Thuan. LXIV. p. 213. du Mont T. V. P. I. p. 285. d Meteren *L.* VII. p. 132—133. Bor X. p. 255. 256. Hooft XII. p. 508. & seqq. Bentivoglio P. I. *L.* X. p. 268. 269. Chytræus p. 653. 654. Thuan. LXIV. p. 214. & seqq. Mezeray T. III. p. 465. e Bor *L.* XI. p. 282. 285. 288. & seqq. 317. 318. Hooft XII. p. 515. 521. 528. 540. Meteren VII. p. 139. Bentivog. P. I. *L.* X. p. 270—279. f Bor *L.* XII. p. 11—13. Hooft XIII. p. 546—551. Meteren VIII: p. 144. Reidan. II: p. 22. Bentivog. P. I: *L.* X: p. 280—285. Thuan. LXVI: p. 258. & seqq. Mezeray T. III: p. 466. g Meteren *L.* VIII: p. 158. 159. Bor XII: p. 65. Hooft XIV: p. 589—591. Mezeray T. III: p. 469. h Meteren *L.* VIII. p. 159. X: p. 186. versa. Bor XIII: p. 68. Hooft XIV: p. 592. i Meteren *L.* IX: p. 163—166. Reidan. II: p. 23. 29. 30. Bor X: p. 240. XIII: p. 78. 79. 81. 85—89. Hooft XIV: p. 609—615. Grot. Ann. III: p. 63. du Mont T. V: P. I: p. 322. Histoires des Traitez de Paix T. II: p. 8. 9. k Meteren *L.* IX: p. 168—173. Bor XIII: p. 103—111. 131. 136—147. Hooft XV: p. 631—633. 652—656. XVI: p. 658. 667—671. Grot. III: p. 61—63. Chytræus p. 660. 661. du Mont T. V: P. I: p. 363. & seqq.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

occupat 3 *Maii* feria 5[a]. Proceres vero *Hollandiæ Zelandiæ*que eopse anno 1580 omnem *Philippo* Regi obedientiam renunciantes summum imperium, quamdiu bellum esset, ad *Wilhelmum Arausiacum*, 15 *Martii* ab *Hispano* proscriptum[b], deferunt, & de titulo Comitis in ipsum transferendo agunt[c]. Aliarum provinciarum Ordines mense *Septembri* anno 1580 de imperio in *Franciscum Alenzonium*, *Andium* Ducem, Regis *Galliæ* fratrem, transferendo pacti[d]; 26 *Julii* anno 1581 *Philippum* iure suo excidisse pronunciant[e].

Alenzonius eiusque gesta.

§. 15. *Alenzonius* ex *Anglia*, quo nuptiarum cum *Elisabetha* Regina conficiendarum spe navigaverat[f], 10 *Februarii* anno 1582 *Vlissingam* adpulsus[g], cupideque ab omnibus exceptus[h], potestatem conditionibus adstrictam proferre, locaque munita 17 *Januarii* anno 1583 occupare adnisus[i], amissa civium gratia, 28 *Junii* rediit in *Galliam*[k].

Alexander Farnesius Wilhelmus Arausiacus perfide cæsus.

§. 16. *Farnesius* vero, dudum gravis inminens, occasione horum motuum variis urbibus anno 1583 &

a Meteren *L.* IX: p. 180—182. Bor XIV: p. 182. 185—187. Hooft XVI: p. 678. 681—683. Grot. III: p. 68. 69. *b* Du Mont T. V: P. I: p. 368. *c* Bor L. XV: p. 197—206. Hooft XV: p. 650. XVI: p. 686. XIX: p. 799. XX: p. 877—882. Meteren XI: p. 223. Deductio Ordinum Hollandiæ anni 1654. P. II: cap. 1. §. 20. du Mont T. V: P. I: p. 377. 406. 413. 431. 435. *d* Meteren VIII: p. 152. X: p. 177. & seqq. 187. Bor XV: p. 220. 225—228. Hooft XIII: p. 562. 567. XIV: p. 580. XVI: p. 672. 701. XVII: p. 735—748. Grot. III: p. 72. IV: 74. Bentivoglio P. II: *L.* I: p. 320. 331. & seqq. Thuan. LXXI: p. 421—425. 430. 431. Mezeray T. III: p. 502. 503. 509. du Mont T. V: P. I: p. 380. & 426. *e* Meteren *L.* X: p. 201—203. Chytræus p. 697—702. Bor XVI: p. 35—38. Hooft XVIII: p. 777—779. Grot. III: p. 70. 71. du Mont T. V: P. I: p. 406. & 413. *f* Meteren *L.* XI: p. 205. Bor XVI: p. 45. XVII: p. 2. Hooft XVIII: p. 788. Thuan LXXIV: p. 518—520. Mezeray T. III: p. 503. 504. *g* Meteren l. d. Bor *L.* XVII: p. 2. Hooft XIX: p. 795. Thuan. LXXV. p. 550. 551. du Mont T. V: P. I: p. 406. *h* Meteren *L.* XI: p. 205—207. Reidan. III: p. 42. 43. Chytræus p. 708. Bor XVII: p. 3. & seqq. Hooft XIX: p. 796. & seqq. 818. Mezeray T. III. p. 511. *i* Meteren *L.* XI. p. 212—215. Reidan. III: p. 46. & seqq. Bor XVII. p. 35—38. Hooft XIX: p. 829—845. Grot. III. p. 77. Chytræus p. 723. 724. Thuan. LXXVII. p. 610. & seqq. Mezeray T. III: p. 533—537. *k* Bor *L.* XVII: p. 39. & seqq. XVIII: p. 10—12. Hooft XX: p. 857. 866. 867. Grot. III: p. 78. 79. Thuan. LXXIX: p. 679. Mezeray T. III: p. 537—540.

& 1584 potitur [a], *Antwerpiam* anno 1585 expugnat [b]; *Bruxellenses* & *Mechlinienses* Regi conciliat [c]: accesserat ad cumulum malorum cædes *Gulielmi Arausiaci*, qui post proscriptionem, mense *Martio* anno 1580 publicatam [d], sæpius adpetitus [e], cum iam in eo essent *Hollandiæ Zelandiæ*que Proceres, ut *Wilhelmum* palam Comitem renunciarent [f], scelestè a *Baltasare Gerardi Delfis* 10 *Julii* Stili novi anno 1584 necatus est [g].

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

§. 17. Laborantes *Belgæ* summam imperii anno 1584 ad *Henricum* III *Galliæ* Regem deferunt; sed erumpente *Liga* anno 1585 infecta re dimissi [h], cum *Elisabetha Angliæ* Regina de auxilio paciscuntur [i]: at anno 1586 *Leicestrianis* motibus concussi [k], denique *Hollandiæ Zelandiæ*que Proceres 6 *Februarii* anno 1587 publicarum rerum administrationem *Mauricio*, *Wilhelmi* filio, committunt [l], cuius ductu res restituta.

Belgæ fœderati delato frustra exteris imperio, rerum summam Mauricio committunt.

Oooo §. 18.

[a] Meteren L. XI. p. 220. seqq. XII. p. 225. 226. 231. Reidan. III. p. 54. & seqq. Bor XVIII. p. 7—9. 12. 31—33. 47. XIX. p. 4. XX. p. 7. 10. Hooft XX. p. 850. 864—866. 868. 869. 883. & seqq. Grot. IV. p. 80—84. Chytræus p. 730. 731. [b] Meteren L. XII. p. 232. & seqq. 237. & seqq. Bor XIX. p. 12. 36—39. 52. XX. p. 31—46. Hooft L. XXI. p. 3. XXII. p. 51—61. 89. & seqq. XXIII. p. 105—116. Grot. IV. p. 84. 87. V. 92. 93. Chytræus p. 764. du Mont T. V. P. I. p. 447. [c] Conditiones reconciliationis sunt apud Miræum T. II. p. 1307—1309. du Mont T. V. P. I. p. 444. [d] Bor L. XV. p. 209. & seqq. XVI. p. 10. & seqq. Hooft XVI. p. 698. Meteren XI. p. 193. Grot. III. p. 71. du Mont T. V. P. I. p. 368. [e] Bor L. XVII. p. 15. & seqq. XVIII. p. 48. Hooft XIX. p. 802—805. XX. p. 859. Meteren XI. p. 207. Thuan. LXXV. p. 555. 556. Chytræus p. 709. [f] Deductie van de Staten van Holland P. II. c. 1. §. 20. du Mont T. V. p. 435. [g] Meteren L. XII. p. 228. Reidan. III. p. 58. 59. Bor XVII. p. 51. & seqq. Hooft XX. p. 892—899. Grot. III. p. 85. Thuan. LXXIX. p. 681. 682. Chytræus p. 734. 735. Mezeray T. III. p. 563. [h] Bor L. XIX. p. 3. 10—12. 22. 28—33. 53—60. 61. 62. Hooft XXI. p. 12—15. 21—37. XXII. p. 61—73. Meteren XII. p. 235. 236. Grot. III. p. 88. 89. Thuan. LXXX. p. 714. LXXXI. p. 16—22. Mezeray T. III. p. 564. 565. Du Mont T. V. P. I. p. 436. [i] Meteren L. XIII. p. 242—245. Bor XIX. p. 24. 42. 43. 63. XX. p. 59—71. 87. 91. Hooft XXI. p. 16—20. 46. XXII. p. 74. XXIII. p. 117—124. Grot. V. p. 91. 93. 94. du Mont T. V. P. I. p. 446. 454. Rapin T. VI. p. 383. [k] Meteren L. XIII. p. 248—250. 252. 253. XIV. p. 265. 266. & seqq. Bor XX. p. 75. XXI. passim & copiose. Hooft XXIII. p. 131. 133—139. 142. XXIV. p. 157—162. 165. & seqq. Grot. V. p. 94—97. 98—101. 103. 104. Chytræus p. 793. du Mont T. V. P. I. p. 456. 472. [l] Bor L. XX. p. 85. XXII. p. 30. Hooft XXI. p. 10. XXIII. p. 181. XXV. p. 231. 232. Meteren XIV. p. 266. Grot. V. p. 102.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

Sebastianus rex in Africa cæsus. Philippus Lusitaniæ regnum occupat.

§. 18. Interea *Lusitani* magnam in *Africa* cladem a *Saracenis* accepere, cæso ibi 4 *Augusti* cum flore *Lusitanæ* nobilitatis Rege *Sebastiano*, qui anno ætatis 24, ad *Mulaium Muhammedem* regno eiectum armis reducendum, gloriosam magis quam utilem expeditionem susceperat anno 1578 [a]. Huic Cardinalis *Henricus*, avi illius frater, grandis iam natu, adfectaque valetudine successit [b]. Et eo ultimo *Januarii* anno 1580 mortuo [c], caducam regni possessionem multis ad se trahentibus, victoria de *Antonio* 25 *Augusti Albano* duce reportata, adiit *Philippus Hispaniæ* Rex anno 1580 [d].

Emendatio Kalendarii. Legatio Iaponica.

§. 19. Alter post hunc annus 1582 insignis fuit emendatione Kalendarii Ecclesiastici, quam *Gregorius* XIII Papa instituit [e]. Triennio post idem, accepto trium *Japoniæ* Principum per legatos illius gentis obsequio [f], 10 *Aprilis* exstinctus est [g]; cui *Sixtus* V sublectus est [h].

Liga Galliam bellis miscet. Henricus Navarræus & Condæus. Guisii iussu Regis cæsi.

§. 20. Inter hæc occultum fœdus inter *Guisios*, *Carolum Borbonium* Cardinalem, *Philippum Hispaniæ* Regem & *Sabaudum* initum, quam conspirationem *Ligam* appellant, palam erumpens anno 1585 *Galliam* denuo civilibus procellis miscuit [i]. *Sixtus* V Pontifex 9 *Septembris*, dicto in *Henricos Vasconem* & *Condæum* anathemate, utrumque successione regni pronunciavit indignum [k], quod ad illos proxime per-

a Historia Africanæ expeditionis. Thuan. L. LXV. p. 234—238. 243—249. Meteren VIII. p. 159. 160. Bor XIII. p. 83. 84. Chytræus p. 656. Miniana VIII. c. 1. la Clede Hist. de Portugal T. V. p. 161—209. *b* Thuan. L. LXV. c. 252. Mezeray T. III. p. 519. la Clede T. V. p. 213. *c* Mezeray T. III. p. 520. la Clede T. V. p. 258. *d* Chytræus p. 687. 731. Thuan. L. LXV. p. 252—254. LXIX. p. 372—384. LXX. p. 385—410. Mezeray T. III. p. 520. 521. Grot. III. p. 67. la Clede T. V. p. 261. & seqq. Miniana VIII. c. 5. 6. *e* Thuan. L. LXXV. p. 575. & seqq. Blondel Histoire du Calendr. Rom. Chytræus p. 711—714. Meteren XI. p. 212. Contin. Fleury CLXXVI. §. 24—28. du Mont Suppl. T. II. P. I. p. 187. *f* Thuan. L. LXXXI. p. 32—35. Kæmpfer Beschryving van Japan L. IV. c. 5. Contin. Fleury L. CLXXVII. §. 14—19. *g* Thuan. L. LXXXI. p. 35. *h* Thuan. L. LXXXII. p. 38. 39. Mezeray T. III. p. 592. Contin. Fleury CLXXVII. §. 21. & seqq. *i* Aubigne T. II. L. V. c. 3. 5. & seqq. Mezeray T. III. p. 543. & seqq. 557—561. 565—586. Thuan. L. LXXXI. p. 1—12. Chytræus p. 768. 769. Daniel T. VI. p. 122—136. du Mont T. V. P. I. p. 441. *k* Thuan. L. LXXXII. p. 44—46. Mezeray T. III. p. 592. 595. Daniel T. VI. p. 140—142. du Mont Suppl. T. II. P. I. p. 195.

pertinebat ex anno 1584, quo *Franciscus Alenzonius* fato concesserat *Junii* 10 St: nov. apud *Castrum Theodorici* [a]. Hinc teterrimum late bellum, Regis obtrita auctoritate, tota *Gallia* dissipatum [b]. *Henricus Navarraeorum* Rex *Annam Joiensium*, sibi cum exercitu occurrentem, ad *Curtrasium* in *Aquitania* profligat 20 *Octobris* anno 1587 [c]. *Guisius* e contrario *Germanos* opitulatum venientes ex inproviso ad *Alnetum* in *Belsia* 24 *Novembris* opprimit, atque in *Germaniam* redire cogit [d]. Anno sequente *Henricus Condaeus* obiit 5 *Martii*, herede postumo relicto eiusdem nominis filio, primo *Septembris* in lucem edito [e]. *Maio* vero mense cum Rex, detectis magis magisque ambitiosis *Guisiorum* consiliis, *Henricum Guisium* Ducem urbe regia abstinere iussisset; ille vero contra interdictum urbem intrans ad Regem adiisset [f], tantus repente tumultus ortus est, ut Rex metu consternatus in fugam se dare, & cum *Guisiis* pacisci coactus fuerit [g]. Itaque, quod unum regiae auctoritati stabiliendae remedium superesse videbatur, mense *Octobri Blesensia* comitia haberi coepta: sed *Guisiorum* praevalente gratia, denique *Henricus Guisius* *Decembris* 23, postridie frater ejus *Ludovicus* Cardinalis ab regio stipatu confossi sunt [h].

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

Oooo 2 §. 21.

a Thuan. L. XXIX. p. 680. Mezeray T. III. p. 562. Chytraeus p. 734. Aubigne T. II. c. 4. p. 422. Daniel T. VI. p. 121. *b* Aubigne T. II. L. V. c. 7. & seqq. T. III. L. I. c. 1. & seqq. Thuan. L. LXXXII. p. 48—60. LXXXV. p. 130—155. LXXXVI. p. 170—181. Mezeray T. III. p. 600. & seqq. Chytraeus p. 792. Daniel T. VI. p. 148. & seqq. *c* Aubigne T. III. L. I. c. 13—15. Thuan. L. LXXXVII. p. 181—183. Mezeray T. III. p. 654—660. Daniel T. VI. p. 170—181. *d* Aubigne T. III. L. I. c. 16. 17. Thuan. L. LXXXVII. p. 184—199. Mezeray T. III. p. 639. 645—653. Chytraeus p. 793. Daniel T. VI. p. 184—196. *e* Aubigne T. III. L. I. c. 18. p. 72. Thuan. L. XC. p. 279. 280. Mezeray T. III. p. 677. 678. Daniel T. VI. p. 196. *f* Aubigne T. III. L. I. c. 18. 19. Thuan. L. XC. p. 280—283. Mezeray T. III. p. 673. 676. 677. 680—683. Daniel T. VI. p. 199—207. Bor L. XXIV. p. 88. *g* Aubigne T. III. L. I. c. 19. 25. Mornaei memoriae T. I. p. 510—519. Thuan. L. XC. p. 284—294. XCI. p. 297. & seqq. 313. Mezeray T. III. p. 683—698. Villeroy memoires d'estat T. I. p. 44. seqq. Chytraeus p. 799. Daniel T. VI. p. 208—226. Bor L. XXIV. p. 89. 90. du Mont T. V. P. I. p. 476. *h* Aubigne T. III. L. II. c. 5. 14. 15. Thuan. L. XCII. p. 332. & seqq. XCIII. p. 355. & seqq. 359. 364—377. Mezeray T. III. p. 707—710. 712—721. 730—738. Bor L. XXV. p. 41—45. Epistolae Joieusii inter Epistolas d'Ossat. T. I. p. 171. seqq. Meteren L. XV. p. 297. 298. Chytraeus l. d. Daniel T. VI. p. 235—255.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

Meduanii cum rege bellum. Cædes Henrici III, quocum Valesiorum genus defecit.

§. 21. Annus vero sequens 1589 & morte reginæ matris *Catharinæ*, quæ 5 *Januarii* obiit [a], & in primis indignissima cæde Regis *Henrici* III funestus fuit. Cum enim Rex ex cæde *Guisiorum* magna apud plebem & clerum laboraret invidia, *Carolus* Dux *Meduanius Henrici Guisii* frater aperte Regi bellum faceret, variæque civitates & inter illas caput regni *Lutetia* rebellarent [b]: Rex autem *Henrico Navarræo* in auxilium vocato, regiam oppugnaret, ab *Jacobo Clemente* Monacho *Dominicano*, venenato cultro per ventrem adacto, inmani parricidio trucidatus est Kalendis *Augusti* [c]. Cuius morte *Valesiorum* mascula stirpe exstincta, regni ius rediit ad *Borbonios*, qui ab *Roberto Claromontano* Comite, *S. Ludovici* quinto & natu minimo filio originem ducunt.

Dux Sabaudiæ Salucias occupat. Classis invincibilis deletur.

§. 22. Inter has *Galliæ* tempestates *Carolus Emmanuël*, *Sabaudiæ* Dux, *Saluciarum* principatum *Francicæ* ditionis in *Subalpina* regione occupaverat anno 1588 [d]. Eodemque anno *Hispana* classis, quæ *Invincibilis* dicebatur, in *Angliam* invecta, partim naufragio, partim *Anglorum* & *Belgarum* consilio & virtute perierat [e].

Rudolphus II. Lis Coloniensis. Discordiæ Polonicæ. Bella Turcica & Transilvanica. Matthias rex Hungariæ: & in imperio successor.

§. 23. In *Germania Maximiliano* II Imperatori anno 1576 successit filius *Rudolphus* II [f]: eo imperante gravis de archiepiscopatu *Coloniensi* & Electorali dignitate contentio fuit inter *Gebhardum Truchsesium*, qui anno 1577 *Salentino* successerat, & *Ernestum Bavarum*, qui *Gebhardo*, eo quod mutatis sacris

[a] Thuan. L. XCIV. p.387. Mezeray T. III. p.743. 744. Daniel T.VI. p. 256. Bor L. XXV. p. 51. Meteren L. XV. p. 298. [b] Aubigne T. III. L. II. c.18. Thuan. L. XCIII. p.379—381. XCIV. p.391—397. Mezeray T. III. p. 749—761. Chytræus p. 810. Daniel T. VI. p. 259—271. [c] Aubigne T. III. L. II. c. 19. 21. 22. 29. Thuan. L. XCV. p. 420. 421. 433—835. XCVI. p. 453—456. Mezeray T. III. p. 764. 765. 772. 774—779. 789—796. Meteren L. XV. p. 299. Bor L. XXVI. p. 45. 46. Chytræus p. 811. Daniel T. VII. p. 273—276. 284—289. 301—305. [d] Thuan. L. XCII. p. 344—346. Aubigne T. III. L. II. c. 24. Mezeray T. III. p. 701. 702. 726. 727. Daniel T. VI. p. 229—233. [e] Thuan. L. LXXXIX. p. 247—256. Meteren L. XV. p. 286—292. Mezeray T. III. p. 711. 712. Chytræus p. 793. 797. 798. Bor L. XXV. p. 4. & seqq. Camdenus in Annal. p. 485. & seqq. Burnet T. II. p. 444—452. Rapin T. VI. p. 422—429. Miniana L. IX. c. 5. Grot. L. I. p. 115—117. 119—124. [f] Chytræus L. XXIII. p. 628. Thuan. L. LXII. p. 134.

tacris uxorem duxerat, 23 *Maii* 1583 subfectus fuerat [a]; sed victo eiectoque *Gebhardo Bavarus* praevaluit [b]. Cum vero *Stephano* Rege 13 *Decembris* anno 1586 mortuo, inter se discordes *Poloni*, alii *Sigismundum Johannis* III *Suecorum* Regis & *Catharinae Jagellonicae* filium, alii *Maximilianum Rudolphi* Caesaris fratrem, *Augusto* mense Regem renunciassent [c]: *Johanne Zamoscio* duce semel iterumque victus captusque *Maximilianus* [d], libertatis recuperandae caussa 9 *Martii* anno 1589 regni *Polonici* titulo renunciare coactus est [e]. Post haec bello *Turcico*, quod anno 1584 novem annorum induciis prolatum fuerat [f], anno 1592 renovato [g]; cum Caesar rem minus ex sententia gereret, *Sigismundus Bathori Transilvaniae* Princeps ineunte anno 1595 persuaderi sibi passus est, ut foederi *Turcico* renuncians, ducta *Caroli Austriaci* filia, in societatem armorum veniret [h]: anno vero 1598 praecipiti consilio principatu suo cessit in gratiam *Maximiliani Austrii* [i]. Sed mox poenitentia ductus, pacta rescidit: ex quo bellum inter *Bathorios* & *Austriacos* geri coeptum [k]; *Andrea Bathorio* anno 1600 caeso, e *Polonia* revocatus *Sigismundus*, anno 1602 Caesaris fidei se committens, in *Bohe-*

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

a Thuan. L. LXXVI. p. 582—588. LXXVIII. p. 646—656. Isselt de bello Coloniensi L. I. II. & III. Chytraeus p. 652. 724—727. 733. *b* Thuan. L. LXXIX. p. 670—674. Isselt L. III. p. 315—446. Struv. Per. X. Sect. VII. §. 7. 8. *c* Thuan. L. LXXXVIII. p. 227—232. Chytraeus L. XXVIII. p. 780. 782. & seqq. Piasecius p. 54—62. Isthuanf. L. XXVI. p. 348. du Mont T. V. P. I. p. 469. & seqq. *d* Thuan. L. LXXXVIII. p. 232—236. Chytraeus p. 795. Piasecius p. 64—70. Isthuanf. XXVI. p. 349—351. Bor L. XXIV. p. 88. *e* Thuan. L. XCVI. p. 469. 470. Chytraeus p. 800. 801. Piasecius p. 74—76. Isthuanf. L. XXVI. p. 351. 352. du Mont T. V. P. I. p. 458. *f* Thuan. L. LXXX. p. 693. 694. *g* Thuan. L. CIV. p. 271. seqq. Chytraeus XXX. p. 873. & seqq. Piasecius p. 99. Isthuanf. L. XXVII. Ineunte. *h* Thuan. L. CX. p. 474—476. CXIII. p. 601. 602. Chytraeus L. XXX. p. 890. 896. 899. Piasecius p. 119. 129. 130. Isthuanf. L. XXIX. p. 398—401. 410. Meteren XVIII. p. 353. 354. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 368. *i* Thuan. L. CXXI. p. 882. 823. Isthuanf. XXX. p. 433. 434. XXXI. p. 439. Chytraeus XXX. p. 928. Piasecius p. 164. Vassor L. IV. p. 438. du Mont T. V. P. I. p. 514. *k* Thuan. L. CXXI. p. 823. CXXII. p. 837—841. Isthuanf. XXXI. p. 446. 447. 452—454. Piasecius p. 165. 173. 174. Chytraeus p. 945. in supplemento p. 14. & continuatione p. 17. 18.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

Bohemiam habitatum abit [a], ubi *Pragæ* anno 1613 ingloriꝰ obiit; apud *Dacos* tamen principatum arripuit *Moses Siculus*, eoque anno 1603 victo cæsoque [b], graviter a *Georgio Basta* Cæsaris duce laborantibus *Dacis* subvenit *Stephanus Botskaius Hungarus*, qui *Turcorum* ope & religionis inducto nomine magnam *Daciæ* partem sibi adiunxit [c], pacemque anno 1606 ea lege cum *Cæsare* conposuit, ut libero religionis exercitio per *Hungariam* sancito, ipse eiusque liberi, si quos mares relinqueret, *Transilvaniam* haberent [d]; eodemque anno exeunte *Rudolphus* vicennales cum *Turcis* inducias iniit [e]. Paulloque post *Botskaio* exstincto *Sigismundus Ragotzius Daciæ* princeps eligitur [f]. Anno vero 1608 *Hungariæ* regnum cum *Austria* fratri *Matthiæ* concessit [g]. Sequenti *Bohemis Silesiis*que litteras Maiestatis, liberumque religionis exercitium dedit [h]: ac denique cœlebs obiit 10 *Januarii* anno 1612 [i]. Successorem nactus fratrem *Matthiam* [k].

Henricus IV, post grave bellum Romana sacra professus, regno Galliæ potitur. Jesuitas proscribit. Namnetense edictum promulgat.

§. 24. In *Galliis* nova Regum familia iniit anno 1589 *Henrico* IV, *Navarræorum* Rege, ad *Francorum* regimen adsumto [l]: contra quem cum coniurati, quorum dux erat *Carolus Meduanius*, prætextu ab religione sumto, & *Hispanorum* ope inplorata [m], bel-

a Thuan. L. CXXVI. p. 978. 979. CXXVII. p. 996. Isthuanf. XXXII. p. 463—467. XXXIII. p. 481. 482. Piasecius p. 190. 194. 195. 207. *b* Thuan. L. CXXVII. p. 996. CXXX. p. 1070. Isthuanf. XXXIII. p. 482. 483. Piasecius p. 213. *c* Thuan. L. CXXXI. p. 1110. 1112—1114. CXXXIII. p. 1165. Isthuanf. XXIII. p. 496. & seqq. Piasecius p. 217—219. 229—231. Chytræi continuatio p. 95. *d* Thuan. L. CXXXVI. p. 1225. 1226. Isthuanf. XXXIV. p. 516—518. du Mont T. V. P. II. p. 69. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 369. Struv. Per. X. Sect. VII. §. 25. *e* Isthuanf. L. XXXIV. p. 519. Piasecius p. 241. Thuan. CXXXVI. p. 1228. du Mont T. V. P. II. p. 78. *f* Isthuanf. L. XXXIV. p. 520. Thuan. l. d. Piasecius p. 241. *g* Piasecius p. 225. Contin. Chytræi p. 134. Vassor T. I. p. 68. 69. du Mont T. V. P. II. p. 92. 95. *h* Contin. Chytræi p. 169. 171. Baudart. L. III. p. 141—143. Vassor T. I. p. 69—76. du Mont T. V. P. II. p. 98. 115. & litteræ exstant in Theatro Europæo T. I. p. 10. *i* Piasecius p. 281. Struv. Per. X. Sect. VII. §. 42. *k* Baudart. L. IV. p. 167. & seqq. du Mont T. V. P. II. p. 198. *l* Aubigne T. III. L. II. c. 23. Thuan. L. XCVII. p. 6—11. Mezeray T. III. p. 829—833. Daniel T. VI. p. 306. & seqq. Bor L. XXVI. p. 46. 47. du Mont Suppl. T. II. P. I. p. 203. *m* Du Mont T. V. P. I. p. 431. Thuan. L. XCVII. p. 13. Bor L. XXVII. p. 18.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

bellum instaurarent[a], *Carolum Borbonium*, Regis patruum, qui in custodia adhuc detinebatur, 21 *Novembris* anno 1589 Regem appellarent[b], dira subinde tota *Gallia* rerum perturbatio secuta est, scissa civium concordia, & certantibus internecino odio partibus[c]. Rex tamen *Henricus* nobili victoria, quæ *Juriaca* dici solet, per quam *Egmondanus* Comes, *Hispanorum* auxiliorum ductor, occubuit, 14 *Martii* anno 1590 ad *Andreæ Fanum* reportata[d], 25 *Aprilis Lutetiam* arctissima obsidione vallat[e], iamque, *Carolo Borbonio* 8 *Maii* ad *Fontenaium* mortuo[f], magna spe erat, cum, *Parmensi* Duce ad opem *Parisiensibus* ferendam ex *Belgio* subeunte, ab obsidione regiæ Urbis 30 *Augusti* discedere coactus, hosti procedit obviam, pugnandique copiam facit. Verum illo detrectante bellum alio vertit[g]. Post hæc Comitia novo Regi creando anno 1593 *Lutetiæ* habita, ambitione Principum irrita fuere[h]. *Henricus* firmandis rebus *Romanam* religionem profitetur 25 *Julii*[i]: mox

[a] Aubigne T. III. L. III. c. 1. Thuan. L. XCVII. p. 14. & seqq. [b] Thuan. L. XCVII. p. 13. Villeroy Memoires d'Estat T. I. p. 244—254. Bor L. XXVII. p. 18. Mezeray T. III. p. 835. 836. 869. Daniel T. VI. p. 335. 336. [c] Aubigne T. III. L. III. c. 2—4. Thuan. L. XCVII. p. 19. & seqq. Mezeray T. III. p. 833. 840. & seqq. Chytræus p. 812. Daniel T. VI. p. 313. & seqq. [d] Aubigne T. III. L. III. c. 5. Thuan. L. XCVIII. p. 53—59. Meteren L. XVI. p. 311. Chytræus p. 819. Bor L. XXVII. p. 19—21. Mezeray T. III. p. 880—891. Daniel T. VI. p. 349—353. [e] Aubigne T. III. L. III. c. 6. Thuan. L. XCVIII. p. 64. Villeroy suites des memoires d'Estat T. II. p. 413. & seqq. Mezeray T. III. p. 899—903. 921—925. 929. Daniel T. VI. p. 360. 361. 370. [f] Villeroy Mem. T. I. p. 212. & seqq. Thuan. L. XCVIII. p. 69. Mezeray T. III. p. 904. [g] Aubigne T. III. L. III. c. 7. & seqq. Villeroy Mem. T. I. p. 220—224. T. II. p. 530. & seqq. Thuan. L. XCIX. p. 79. & seqq. Mezeray T. III. p. 932. & seqq. Chytræus p. 819. 835. 836. 851. 855. 856. Meteren L. XVI. p. 311. Daniel T. VI. p. 367. & seqq. [h] Du Mont T. V. P. I. p. 494. & seqq. Aubigne T. III. L. III. c. 18. 21. L. IV. c. 1. Chytræus p. 865—868. Thuan. L. CV. p. 300. & seqq. CVI. p. 352. CVII. p. 362. & seqq. Mezeray T. III. p. 1043—1053. 1059—1075. 1077. Bor L. XXX. p. 1—5. 9—16. Meteren L. XVII. p. 330. 331. Villeroy Memoir. T. I. p. 385. & seqq. Daniel T. VI. p. 476. & seqq. [i] Du Mont Suppl. T. II. P. I. p. 222. 224. Aubigne T. III. L. III. c. 22. Vita Plessaci p. 207. Villeroy T. II. p. 72. & seqq. Lettres d'Ossat. T. I. p. 246. & seqq. Editionis in octavo anni 1732. Thuan. L. CV. p. 305—309. CVII. p. 374—376. Mezeray T. III. p. 1016. & seqq. 1057. 1058. 1079—1081. Meteren L. XVII. p. 331. Chytræus p. 868. Daniel T. VI. p. 493. & seqq. 505.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

mox & *Nivernensem* Ducem veniæ inpetrandæ caussa, irrito conatu, *Romam* ad *Clementem* Pontificem mittit[a]. *Henricus* tamen *Autrici Carnutum* 27 *Februarii* anno 1594 sacro oleo perungitur[b]. *Lutetia* deinde *Martii* 22 potitus ubique prævalere cœpit[c]. Eodemque anno, cum *Johannes Castellus* Regem 27 *Decembris* necare conatus esset, *Jesuitæ* tanquam nefandi consilii auctores & iuventutis corruptores 29 *Decembris* regno excedere iussi[d]. Ita florentibus Regis rebus Papa malum metuens, abolita damnationis sententia, Regem 17 *Septembris* anno 1595 in integrum restituit[e], & *Meduanius* aliique viri Principes cum Rege pacti in gratiam recipiuntur[f]. Tandem, cum Rex mense *Aprili* anno 1598 Edictum *Namnetense* in Protestantium gratiam conscribi curasset[g], *Maii* 2 pax *Francos* inter & *Hispanos* auctore Pontifice apud *Vervinos* est constituta[h]; quintoque inde mense *Septembris* 13 mortuus est *Philippus*

a Chytræus p. 869. 887. Thuan. L. CVII. p. 378. CVIII. p. 397. 398. Mezeray T. III. p. 1081. 1099. 1112. 1113. Meteren L. XVII. p. 332. Daniel T. VI. p. 508—518. *b* Aubigne T. III. L. IV. c. 2. Thuan. L. CIX. p. 420—423. Mezeray T. III. p. 1105. 1106. Chytræus p. 883. Daniel T. VI. p. 542. *c* Aubigne T. III. L. III. c. 29. L. IV. c. 3. & seqq. Thuan. L. CIX. p. 425. & seqq. Botereii Comment. L. I. p. 32—45. Mezeray T. III. p. 1101. 1106. & seqq. 1114. & seqq. Chytræus p. 884. Daniel T. VI. p. 547. & seqq. du Mont T. V. P. I. p. 507. 510. *d* Thuan. L. CXI. p. 517—520. Botereii Comment. L. I. p. 106—112. Lettres d'Offat. T. I. p. 368. 375. 398. Meteren L. XVII. p. 344—346. Mezeray T. III. p. 1133—1136. Daniel T. VI. p. 577. & seqq. du Mont Suppl. T. II. P. I. p. 226. Bayle in Lex. V. Chastel. *e* Aubigne T. III. IV. c. 25. p 431. du Mont Suppl. T. II. P. I. p. 227. 233. & seqq. Thuan. L. CXIII. p. 584. & seqq. Mezeray T. III. p. 1157—1163. Chytræus p. 901. Daniel T. VI. p. 591. & seqq. Bor L. XXXII. p. 77—96. Lettres d'Offat. T. I. p. 285. & seqq. 411. 424. 461. & seqq. 479. *f* Du Mont T. V. P. I. p. 507. 510. 519. Aubigne T. III. L. IV. c. 12. Thuan. L. CXV. p. 649. & seqq. Mezeray T. III. p. 1164. & seqq. Daniel T. VI. p. 628. & seqq. *g* Du Mont T. V. P. I. p. 545. Aubigne T. III. L. IV. c. 10. 11. Matthieu L. II. p. 198—210. Thuan. L. CXX. p. 782. CXXII. p. 859. & seqq. Mezeray T. III. p. 1212. 1224. Daniel T. VI. p. 692. & seqq. Chytræi Suppl. p. 13. *h* Du Mont T. V. P. I. p. 561. Aubigne T. III. L. V. c. 3. p. 463. Thuan. L. CXX. p. 776. 782—784. Mezeray T. III. p. 1212. 1213. 1218. 1219. Haræus T. III. p. 537—540. Matthieu Hist. Henr. IV. L. I. p. 5. & seqq. 45—66. Chytræus p. 936. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 577—581. Daniel T. VI. p. 699—706.

pus II Rex *Hispaniæ*, successore relicto filio cognomine [a].

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

Mauricius magnas in Belgio res gerit. Ostenda capta. Societates Indicæ, & induciæ cum Hispanis.

§. 25. Inter hæc in *Belgio* contra *Hispanos Mauricius*, Fœderatorum dux Ordinum, bellum haud cunctanter urgebat, atque adeo per absentiam *Parmensis*, qui adversus *Henricum* identidem excurrebat in *Galliam*, anno 1590 *Bredam* [b], sequenti *Zutphaniam*, *Daventriam*, *Hulstum*, *Noviomagum* [c], anno 1592 *Coevordiam* aliasque urbes vi ac deditione cepit [d]. *Parmensis* 2 *Decembris* anno 1592 apud *Atrebates* diem obiit [e], cui successor designatus *Ernestus Austriacus*, *Rudolphi* Imperatoris frater, cuius tempore *Mauricius Groningam*, 24 *Julii* anno 1594 expugnatam, communi fœderi iunxit [f]. Et *Belgæ* in *Indiam* mercatum ire cœperunt [g]. *Ernesto* vero 21 *Februarii* anno 1595 mortuo [h], missus est in *Belgium* frater eius *Albertus* Cardinalis, desponsata sibi *Isabella*, *Philippi* senioris filia, anno 1598 *Maii* 6 *Belgii* Princeps renunciatus est [i]. Hic, anno 1600 *Julii* 2 gravi ad *Neoportum* clade a *Mauricio* acPppp cepta,

a Matthieu L. I. p. 120. & seqq. L. II. p. 324. Thuan. L. CXX. p. 789. & seqq. Mezeray T. III. p. 1220. 1221. Miniana L. X. c. 14. Daniel T. VI. p. 712. 713. *b* Bor L. XXVII. p. 21—24. Meteren L. XVI. p. 308. 309. Reidan. VIII. p. 193. 194. Grot. II. p. 139. 140. 145. Chytræus p. 820. Thuan. C. p. 106. 107. Van Loon T. I. p. 407—409. *c* Meteren L. XVI. p. 316. 317. 318. Reidan. IX. p. 201. 202. 207. 208. Grot. II. p. 150. 151. 155—157. Chytræus p. 835. van Loon L. I. p. 418. 420. 421. *d* Meteren L. XVI. p. 323. 324. 325. Reidan. IX. p. 230. Grot. II. p. 162—168. Thuan. CIV. p. 255. 256. van Loon I. p. 431. *e* Meteren L. XVI. p. 326. Reidan. IX. p. 234. Grot. II. p. 169. Thuan. CIV. p. 256. 257. Chytræus p. 854. *f* Meteren L. XVII. p. 327. 337. 338. Reidan. X. p. 262. 263. XI. 279. & seqq. 288. Grot. III, p. 182. 186—191. Thuan. CIX. p. 437. 442—445. Chytræus p. 837. 888. van Loon T. I. p. 447—449. *g* Bor L. XXV. p. 19. 20. XXXI. p. 69—74. XXXII. p. 15—18. Meteren L. XVIII. p. 357. XIX. p. 385. XXII. p. 445. XXIV. p. 478. Reidan. XII. p. 317. Grot. IV. p. 231. & seqq. XII. p. 445. Haræus T. III. p. 512. 533. Chytræus p. 888. van Loon T. I. p. 502. *h* Meteren L. XVII. p. 351. Grot. L. IV. p. 208. Thuan. CXII. p. 538. *i* Meteren L. XVIII. p. 363. 364. XX. p. 402—405. 409. XXII. p. 442. 443. Reidan. L. XII. p. 318. 327. XV. p. 416. Grot. L. V. p. 240. VII. p. 323. & seqq. Chytræus p. 902. 908. 921. 924. 925. Haræus T. III. p. 540—545. Thuan. L. CXV. p. 648. CXXI. p. 803. & seqq. du Mont T. V. P. I, p. 573. van Loon T. I. p. 507—509.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

cepta[a], sequenti 1601 *Julii* 5 *Ostendam*, maritimam *Flandriæ* urbem, adgressus, quarto post anno 1604 *Septembris* 22 per *Ambrosium Spinolam Genuensem* in deditionem recepit, haud sane digna mercede tot impendiorum & capitum[b]: pensaruntque damnum *Rhenoberga*, *Gravia*, *Ardenburgum* & *Slusa Flandriæ* interea temporis a *Mauricio* captæ[c]. Societas quoque *Indiæ Orientalis* anno 1602 inita[d], cuius felici successu invitati alii anno 1607 in similem *Indiæ Occidentalis* societatem coierunt[e]. Interim in vario armorum motu de pace aut induciis agi cœptum, quæ cum *Belgis* ceu liberis & sui iuris gentibus 9 *Aprilis* anno 1609 in annos 12 sancitæ[f].

Elisabetha mortua Jacobus Angliæ Scotiæque regna coniungit.

§. 26. Interea temporis *Elisabetha*, *Angliæ* Regina, ætatis anno 70, regni 45, fato concesserat *Martii* 24 stili veteris, sive 3 *Aprilis* anno 1603[g], successorem nacta *Jacobum* VI, *Scotiæ* Regem, e *Maria Stuarda* natum[h], qui primus eius nominis in *Anglia* fuit. Hic, coniunctis magnæ *Britanniæ* regnis, regiæ potestatis proferendæ cupidus, hierarchiæ Ecclesiasticæ

a Meteren L. XXII. p. 451—455. Reidan. XVII. p. 517—525. Grot. IX. p. 390—399. Thuan. CXXIV. p. 901. & seqq. Haræus T. III. p. 578—584. Continuatio Chytræi p. 51. 52. van Loon T. I. p. 547—550. b Meteren L. XXIII. p. 468. 469. 473. 474. XXV. p. 506. 511. 512. Reidan. XVIII. p. 544. & seqq. Grot. X. p. 408. & seqq. XI. p. 417. XII. p. 443. Thuan. CXXVI. p. 964. CXXVII. p. 989. & seqq. CXXX. p. 1071—1085. Haræus T. III. p. 592. & seqq. 610. 621—625. Matthieu Hist. de Henry IV. L. VII. T. II. p. 726—754. Continuatio Chytræi p. 62. 63. 68. c Meteren L. XXIII. p. 467. XXIV. p. 483. 484. XXV. p. 508. 509. Grot. L. X. p. 407. 408. XI. p. 422. 423. XIII. p. 448—451. Continuatio Chytræi p. 69. 70. d Meteren L. XXIV. p. 478—481. Grot. XI. p. 426—429. Barlæus p. 6. & seqq. van Loon T. I. p. 564. 565. e Meteren L. XXVIII. p. 562. 563. Grot. XVI. p. 506. Barlæus de gestis Mauricii in Brasilia p. 10—12. 15. f Meteren L. XXIX. p. 583—595. XXX. p. 607. & seqq. 614—616. Chytræi Continuatio p. 150—156. Grot. L. XVI. p. 509. XVII. p. 534. & seqq. XVIII. p. 564—569. Haræus T. III. p. 658—678. Daniel T. VI. p. 839—853. van Loon T. II. p. 36—40. 43—49. du Mont T. V. P. II. p. 97. 99. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 59—62. g Thuan. L. CXXIX. p. 1051—1053. Haræus T. III. p. 620. Matthieu L. VI. p. 489. & seqq. Meteren XXIV. p. 494. Continuatio Chytræi p. 76. Rapin T. VI. p. 492—496. h Thuan. L. CXXIX. p. 1053. 1054. Meteren XXV. p. 497. Chytræi Continuatio p. 77. Rapin T. VII. p. 1. 2. Jægerus in Historia Sæc. XVII. decennio primo L. IV. c. 3. 4.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

fiasticæ ſtudioſus, in presbyterianos iniquior [a], otii amans, nec magnæ apud exteros auctoritatis [b], vitata feliciter anno 1605 nefaria coniuratione, quæ a nitrato pulvere appellatur [c], vivere desiit 27 *Martii* anno 1625 [d]. Ex *Anna Friderici* II Regis *Daniæ* [e] filia reliquit filiam *Eliſabetham*, *Friderico* V Electori *Palatino* conlocatam, & *Carolum* in regno ſucceſſorem [f], cui 10 *Novembris* anno 1624 nuptias confecerat cum *Henrietta Maria Henrici* IV Regis *Galliæ* filia [g].

Sueci regnum Sigismundo abrogantes Carolum Regem renunciant.

§. 27. *Johanne* III *Sueciæ* Rege 17 *Novembris* anno 1592 mortuo [h], filius eius *Sigismundus*, Rex *Poloniæ* [i], ſalva religione emendata, quæ ſub avo eius *Guſtavo* publice in *Suecia* recepta fuerat, avitum regnum obtinuerat [k]: verum Rege *Romana* ſacra revocare adlaborante, & *Carolo*, Regis patruo, cuius fidei regni cura conmiſſa fuerat, obnitente, turbari res cœperunt [l]. Rex anno 1598 armata manu reverſus in *Sueciam*, re minus ex ſententia ſuccedente anno 1599 in *Poloniam* redire cogitur [m]. Proceres regni denique anno 1604 publico decreto regnum *Sigismundo* ademtum in *Carolum* transferunt [n]. Qui bello aliquamdiu contra *Polonos* in *Livonia* ge-

 ſto,

a Rapin T. VII. p. 7. & ſeqq. 114—118. *b* Rapin T. VII. p. 135—137. *c* Thuan. L. CXXXV. p. 1205—1215. Meter. L. XXVII. p. 541—544. Rapin T. VII. p. 40. & ſeqq. Epiſtola Caſauboni ad Frontonem Ducæum, quæ inter epiſtolas Caſauboni Edit. 1709. eſt DCCXXX. *d* Rapin T. VII p. 255. & ſeqq. *e* Rapin T. VI. p. 382. 435. *f* Rapin T. VII. p. 255. Thuan. L. CIX. p. 452. *g* Rapin T. VII. p. 246. & ſeqq. *h* Chytræus p. 853. Puſendorf Introduction a l'Hiſtoire T. V. p. 441. *i* Supra §. 23. *k* Thuan. L. CV. p. 291. CIX. p. 451. 452. Piaſecius p. 109. 110. 113—118. Loccen. Hiſt. Suec. L. VII. p. 405. & ſeqq. Vaſſor L. II. p. 247. Chytræus p. 860. 861. 877—882. 893. Puſend. l. d. p. 441—456. du Mont T. V. P. I. p. 504. Suppl. T. II. P. I. p. 225. *l* Thuan. L. CXV. p. 646. Chytræus p. 913—916. 918. 919. 929. Piaſecius p. 146—148. Loccenius Hiſt. Suec. L. VII. p. 424. & ſeqq. Puſend. T. V. p. 457. & ſeqq. *m* Thuan. L. CXIX. p. 766. 767. CXXI. p. 828—835. Piaſecius p. 158—161. Meteren L. XX. p. 420. 421. Chytræus p. 934. 937. & in Supplem. p. 2. 3. Puſend. T. V. p. 477—492. Loccen. l. d. p. 439. & ſeqq. *n* Loccenius Hiſt. Suec. L. VIII. p. 447—461. Thuan. L. CXXXI. p. 1108—1110. Piaſecius p. 219. 220. Contin. Chytræi p. 99. 100. Meteren L. XX. p. 421. XXI. p. 442. Vaſſor. T. I. p. 327. & ſeqq. Puſend. l. d. p. 503—506.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

sto[a], anno 1611 a *Christiano* IV *Daniæ* Rege armis petitus, obiit eopse anno 31 *Octobris*, successore relicto filio *Gustavo Adolpho*[b]: qui interventu *Jacobi* Regis *Angliæ* 20 *Jan.* anni 1613 pacem cum *Dano* conposuit[c].

Res Moscoviticæ a Johanne Basilide ad Michaëlem Federowitz. Ubi Borissius. Pseudo-Demetrius & Suiskius.

§. 28. In *Moscovia Johanne Basilide* II. nepote *Johannis Basilidis* I, qui excusso *Tartarorum* iugo primus se universæ *Russiæ* Principem appellavit[d], anno 1584 mortuo[e], successit filius eius *Theodorus*, sub quo *Borissii* auctoritas tantum convaluit, ut etiam *Theodoro* anno 1598 exstincto[f], rerum ipse potitus fuerit ad annum 1605[g]: quo regnante in *Poloniæ Moscoviæ*que finibus prodiit *Demetrius*, qui se *Johannis Basilidis* filium dicebat, imperioque potitus, sequenti anno 1606 mense *Maio Russorum* coniuratione occisus est, succedente *Suiskio*, qui conspirationis auctor fuerat[h]. Sed cum protinus contra hunc prodiret alter *Demetrius*, usus ea occasione *Sigismundus*, *Poloniæ* Rex, *Smolenskum Roxolaniæ* sive *Moscoviæ* munitissimum oppidum, post biennii obsidionem capit anno 1611 *Julio mense*: cum iam *Mosci* eius ominis avertendi caussa superiori anno *Uladislaum Sigismundi* filium Ducem elegissent. Verum urbe nihilo minus capta, mutato consilio anno 1612 ele-

a Chytræi Contin. p. 108. 109. 139. 140. 143—148. Thuan. L. CXXXVIII. p. 1301. 1302. Piasecius p. 226. Meteren L. XXIV. p. 493. Pufend. T. VI. p. 1. 4. *b* Piasecius p. 276. 277. Meteren L. XXXII. p. 665. 669. 671. Baudart. IX. p. 218—222. Vassor L. II. p. 264. Des Roches Hist. de Danemarc T. V. p. 266—282. Pufend. T. VI. p. 7. 12—18. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio II. L. I. c. 6. *c* Piasecius p. 282. du Mont T. V. P. II. p. 642. & seqq. *d* Herbersteinius Comment. Rerum Muscov. p. 6—8. Hedenstepius de bello Muscovitico p. 334, uterque inter scriptores rorum Moscoviticarum apud Wechelum anno 1600. Thuan. L. XXI. p. 634. & seqq. Histoire des Czars p. 27—32. *e* Oderborn in vita Johannis Basilidis inter Scriptores Rerum Moscoviticarum p. 316. Thuan. L. LXXX. p. 693. Hist. des Czars p. 66. & seqq. 177. *f* Thuan. L. CXX. p. 796. Piasecius p. 157. Histoire des Czars p. 185. 204. *g* Thuan. L. CXX. p. 796—800. CXXXV. p. 1198. Piasecius p. 123. Stanislaus a Kobierzycko Historia Uladislai L. II. p. 54—57. Vassor T. I. p. 362—365. Hist. des Czars p. 205. & seqq. 226. *h* Kobierzycko L. II. p. 57—70. Thuan. L. CXXXV. p. 1198. 1205. 1215—1221. Piasecius p. 221—224. 239—241. Vassor T. I. p. 366—368. Hist. des Czars p. 211. & seqq. 230. & seqq. 242—257.

elegerunt *Michaëlem Federowitz*: ex quo atrox deinde bellum exstitit [a].

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

§. 29. Ut ad res *Gallicas* stilum referam; *Henricus*, *Franciæ* Rex, *Allobrogum* Duci *Carolo* moras nectenti, de *Saluciarum* principatu, quem per civiles *Galliæ* motus occupaverat [b], bellum indixit anno 1600, facileque eo adegit, ut *Januario* mense anni 1601 *Saluciæ* tractum ditionibus cis *Rhodanum* positis rependeret [c]. Sequenti anno *Carolus Gontaldus* Dux *Bironius*, *Henrico* propter fortitudinem bellicam pergratus, cum maiora adfectaret, turbasque cieret, capite pœnas dedit pridie Kalendas *Augusti* [d]. Anno vero 1603 exeunte societas *Jesuitica*, ante annos novem regno cedere iussa, edicto Regis pristinas in sedes est restituta [e]. Dehinc graviori lite anno 1606 inter *Paulum* V Pontificem & *Venetos* orta, *Jesuitæ Venetiis* excedere iussi [f]. Denique Regem *Henricum* detestandi sicarii parricidium *Lutetiæ Parisiorum Maii* 14 anni 1610 abstulit [g]. Habuit ex *Maria Francisci Medicæi*, magni *Etruriæ* Ducis filia, quam, repudiata priori coniuge *Margaretha* [h], anno 1600 duxerat [i], tres filios *Ludovicum* 27 *Septembris* anno 1601 in

Lis de Saluciarum principatu conposita. Bironius. Jesuitæ restituti. Lis inter Papam & Venetos. Cædes Henrici IV eiusque genus.

[a] Kobierzycko L. II—VIII. p. 70—608. Piasecius p. 253—255. 259—267. 270—273. 277—279. Vassor T. I. p. 368—371. [b] Supra §. 22. [c] Aubigne T. III. L. V. c. 4—9. Thuan. L. CXXIII. p. 886. 890. CXXV. p. 924—933. 942—947. Matthieu L. II. p. 283. 416. L. III. p. 445. & seqq. 582. 587. L. IV. p. 3. 20. & seqq. Mezeray T. III. p. 1227—1230. 1232—1235. 1237. 1238. Continuatio Chytræi p. 47—51. Reidan. L. XVII. p. 527. Daniel T. VI. p. 729—742. du Mont T. V. P. II. p. 3. 10. [d] Aubigne T. III. L. V. c. 10. 11. Matthieu L. V. p. 213. 257. & seqq. 293—350. Thuan. L. CXXV. p. 928. CXXVIII. p. 1015—1028. Mezeray T. III. p. 1230. 1236. 1244—1248. Continuatio Chytræi p. 70—72. du Pleix T. IV. p. 307. & seqq. Daniel T. VI. p. 754—772. [e] Thuan. L. CXXXII. p. 1122—1128. Mezeray T. III. p. 1257. 1258. Meteren L. XXVII. p. 516. Chytræi Contin. p. 98. Daniel T. VI. p. 792—800. Jæger Decen. I. L. IV. c. 12. V. 2. du Mont T. V. P. II. p. 31. [f] Chytræi Contin. p. 115—122. Thuan. L. CXXXVII toto. Scripta in caussa Pauli V contra Venetos. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio I. L. VII. c. 1. L. VIII. c. 1. du Mont T. V. P. II. p. 64. 66. Suppl. T. II. P. I. p. 268. [g] Meteren L. XXXII. p. 653. 654. Mezeray T. III. p. 1290—1292. du Pleix T. IV. p. 405—407. Chytræi Contin. p. 181. Vassor T. I. p. 25. 26. Daniel T. VI. p. 865. 866. du Mont Suppl. T. II. P. I. p. 276. [h] Du Mont T. V. P. I. p. 598. [i] Du Mont T. V. P. II. p. 4.

A. 6271. Per. Jul. ad 6324. A. Christ. 1558. ad 1611.

in lucem editum, in regno successorem, alterum Ducem *Aurelianensem* ætatis anno quarto mortuum & *Gastonem:* tres etiam filias *Elisabetham*, quæ *Philippo* IV *Hispaniæ* Regi nupsit, *Christinam Victori Amadæo Sabaudo* conlocatam, & *Henriettam Mariam*, quæ uxor fuit *Caroli* I Regis magnæ *Britanniæ* [a].

CAPUT XIII.

De rebus Orientis, *ac maxime* Turcicis *sub* Selimo II, Amurathe III, Muhammede III & Achmete ab anno 1566 ad 1617.

§. 1.

Selimi II gesta. Cyprus capta.

SElimus II, qui patri *Solimano* anno 1566 successerat [b], pace anno 1568 cum *Maximiliano* Imperatore conposita [c], *Venetis Cyprum*, per biennium bello vexatam, ademit anno 1571 [d], eodem tamen anno 7 *Octobris* gravem ad *Naupactum* mari cladem accepit [e]. Idem anno 1574 *Hispanos* tota eiecit *Africa* [f], obiitque 13 *Decembris* anno 1574 [g].

Amurathis III cum Persis & Christianis bella.

§. 2. Qui ei successit filius *Amurathes* III, *Tammaso Persarum* Rege paullo post mortuo, rebusque in *Perside* turbatis longum anno 1577 contra *Persas* auspicatus est bellum, quod multis utrimque cladibus fœdum a *Codabendo Tammasi* filio, eiusque filio *Schach Abas*, qui fratribus suis anno 1585 successerat, gestum est ad annum 1589 [h]. Tum armis in occasum

a Mezeray T. III. p. 1293. du Pleix T. IV. p. 411. 412. *b* Thuan. L. XXXIX. p. 385. 386. Leuncl. Suppl. Ann. Turc. p. 115. *c* Thuan. L. XLV. p. 540. Leuncl. Suppl. Ann. p. 120. *d* Thuan. L. XLIX. toto & L. LV. p. 893. Leuncl. l. d. p. 120—125. Folieta de sacro fœdere L. I. & II. in Thes. Ital. T. I. P. II. Chytræus p. 600. 601. 603. 604. *e* Thuan. Lib. L. p. 738—749. Chytræus p. 604. Meteren L. II. p. 66. Leuncl. p. 125. 126. Folieta de sacro fœdere in Selimum Thes. Ital. T. I. P. II. p. 1062. & seqq. *f* Thuan. L. LV. p. 893—895. LVIII. p. 16—24. Leuncl. Suppl. Ann. Turc. p. 127—131. Meteren L. V. p. 106. *g* Thuan. L. LIX. p. 67. 68. Leuncl. p. 151. *h* Leuncl. Suppl. Ann. Turc. p. 131—161. 176—178. Chytræus p. 650—652. 663. 664. Thuan. L. LXVII. p. 296. & seqq. LXXXIV. p. 91—105. XCVI. p. 472. C. p. 132. 133. Bizarus Hist. Pers. p. 384—386. Martiniere Introduction a l'Histoire de l'Asie Chap. IX. p. 416—426.

casum versis multiplex cum *Rudolpho* Imperatore in *Croatia Pannonia*que bellum gessit[a], eoque adhuc fervente mortuus est mense *Januario* anno 1595, imperii 21[b]. A. 6279. Per. Jul. ad 6330. A. Christ. 1566. ad 1617.

§. 3. Bellum a patre hereditarium acceptum in *Pannonia* continuavit *Mahomet* III ventri ac saginæ deditus[c], ac post novem imperii annos mortuus est anno 1604[d]. Mahometis III gesta.

§. 4. Succedente inpuberi filio *Achmete*, cuius tempore cum ad *Pannonicum* bellum *Persicum* accederet, idque a *Schach Aba* ex sententia gereretur, induciæ 20 annorum cum *Rudolpho* Imperatore anno 1606 sunt conpositæ[e], regnavit annos 14, periit 15 *Novembris* anno 1617[f]. Achmetis gesta.

C A-

a Thuan. L. CIV. p. 271—284. CX. p. 461—476. Chytræus p. 853. 854. 873—876. 888—891. Isthuanf. L. XXVII. p. 361—380. XXVIII toto. & XXIX. p. 398—401. *b* Chytræus p. 896. Thuan. L. CXIV. p. 600. Isthuanf. L. XXIX. p. 401. *c* Thuan. L. CXIV. p. 603. & seqq. CXV. p. 634—645. Chytræus p. 898. 899. 911. 912. 922. & in supplem. p. 11. & in continuatione p. 18. & seqq. Isthuanf. L. XXIX. p. 401. & seqq. L. XXX—XXXIII. *d* Thuan. L. CXXX. p. 1066. Isthuanf. L. XXXIII. p. 493. *e* Thuan. L. CXXX. p. 1066. CXXXVI. p. 1227—1229. Chytræi Continuatio p. 30. 57—62. 72—75. 82—84. Isthuanf. L. XXXIII. p. 493. 495. XXXIV. p. 519. 520. Verdier Histoire des Turcs T. III. p. 306—312. 318—320. *f* Verdier T. III. p. 379.

A. 6268. Per. Jul. ad 6313. A. Christ. 1555. ad 1600.

CAPUT XIV.

De rebus Ecclesiasticis post pacem Augustanæ *confessionis sociis concessam, finitumque concilium* Tridentinum, *usque ad finem Sæculi.*

§. 1.

Lutherani & Zwingliani in partes abeunt.

POst Ecclesiæ emendationem & a Pontificiis secessionem mansit fœda Ecclesiæ Romanæ facies, & peccata quælibet pecunia expiandi potestas [a]. Sed, quod dolendum magis, non diu fuit, quin Protestantes ipsi, neglecta concordia *Wittebergensi*, quæ anno 1536 inter *Lutherum* & superioris *Germaniæ* Theologos inita fuerat [b], occasione renovatæ a *Joachimo Westphalo* anno 1552 litis de modo præsentiæ corporis *Christi* in S. Cœna, deque decreto electionis absoluto an conditionato [c], lugendum in modum scinderentur: ut deinde tres præcipuæ *Christianorum* in occidente familiæ numeratæ fuerint *Pontificiorum*, *Lutheranorum* & *Reformatorum*.

Lites in Ecclesia Romana inter Franciscanos & Dominicanos, Thomistas & Scotistas, Jesuitas & Augustinianos.

§. 2. *Pontificii*, duplicem fidei fontem verbum Dei scriptum & non scriptum agnoscentes, de legitimo tamen controversiarum iudice certant. *Tridentinum* Concilium, stabilita Pontificis auctoritate, alias lites, verbis summa cura expensis, inplicavit magis quam diremit, itaque mansit litium seges: nam, ut nihil de *Franciscanis* & *Dominicanis* variis de rebus, ac maxime de inmaculata *Mariæ* Virginis conceptione graviter certantibus, nihil de *Thomistis* & *Scotistis* æternum de efficatia gratiæ bellum gerentibus dicam, multo gravius deinde certamen *Dominicanis* & *Au-*

[a] Claud. Espencæus in Commentario ad caput primum epistolæ ad Titum p. 478. & Taxa Cancellariæ Apostolicæ. [b] Hospin. Hist. Sacram. P. II. fol. 134. & seqq. Christliche Erwegung der Historie derer ersten religions motuum §. 31. & seqq. p. 37—49. Loescher ausfürliche Historia motuum P. I. L. II. c. 2. p. 221. & seqq. Weism. Hist. Eccl. Sæc. XVI. p. 215. Sagittar. Introduct. ad Hist. Eccl. T. II. p. 1523. Chytræus p. 365—368. [c] Erwegung §. 53. p. 77. Loescher P. II. cap. 8. p. 98. & seqq. Mosheim Hist. Christ. Sæc. XVI. Sect. III. c. 2. §. 24. p. 245. Lampe Hist. Eccl. L. II. c. 12. §. 37. & seqq. Hospin. Hist. Sacrament. P. II. p. 220. & seqq.

& *Augustinianis* cum *Jesuitis* intercessit: cum enim *Jesuitæ Romani* Pontificis potestatem maiestatemque immensum proferrent, peccatum, quod ab origine in hominis natura latet, elevarent, viresque liberi arbitrii ad bene agendum efferrent; gratiam ad salutem impetrandam omnibus sufficientem commendarent; disciplinæ moralis vincula laxarent: alii eo maiori studio contendere cœperunt, Papam errare posse, legibusque Ecclesiæ & conciliorum teneri; in homine sani nihil a natura esse, gratiamque divinam efficacem ad salutem requiri; nec externa opera sine intimo Dei legisque eius amore sufficere ad pietatem [a]. Initium liti dedit *Michaël Baius* Doctor *Lovaniensis*, qui, cum *Augustini* sententiam contra *Pelagianas* opiniones defenderet, *Romæ* a *Pio* V anno 1567 variorum errorum postulatus est: ita tamen ut caussam *Augustini* etiam deinde strenue agerent *Lovanienses* doctores, & qui eos secutus est *Jansenius Yprensis* Episcopus, a quo *Jansenistæ* appellati [b]. Dum e contrario ex *Jesuitis* progressus *Ludovicus Molina*, a quo *Molinistæ* dicti, evulgato anno 1588 libro de concordia gratiæ & liberi arbitrii, ab *Augustini* dogmate de gratia & prædestinatione desciscens, occulte *Pelagianas* partes tueretur, quæ lites de gratia postea continuatæ [c].

A. 6268. Per. Jul. ad 6313. A. Christ. 1555. ad 1600.

§. 3. Nec satis quietæ res inter *Lutheranos* erant. Notæ sunt lites *Adiaphoristicæ* ex libro *Interim* ortæ.

Inter Lutheranos Adiaphoristæ, Synergistæ, Flaciani, Crypto Calvinistæ & Formula Concordiæ.

a Plures sunt libri de his controversiis publicati, videantur, qui enumerantur dans la Bibliotheque Janseniste, quæ anno 1735, loco non nominato, in 8vo. prodiit. Et in compendio Mosheim Hist. Christ. Sæc. XVI. c. IV. §. 22. 29–33. p. 116. 124. & seqq. b Baiana sive scripta, quæ controversias spectant, occasione sententiarum Baii exortas, quæ operibus Baii Coloniæ 1696. editis subiiciuntur. Memoires sur la predestination & sur la grace dans la Bibliotheque universelle T. XIV. p. 197. & seqq. du Pin T. XVI. p. 139. & seqq. Melch. Leydeckerus in historia Jansenismi, quæ anno 1695 Traiecti in 8vo prodiit. Bayle v. Baius. c Leydeckerus l. d. Memoires sur la predestination l. d. p. 144. & seqq. Jægerus Præliminarium Cap. III. p. 7. & in Hist. L. II. c. 1. p. 7. 33. 39. 55. 75. 105. & T. II. p. 33. Weism. Hist. Eccl. Sæc. XVII. §. 5. 6. Videatur etiam ex parte Dominicanorum Augustini le Blanc historia Congregationum de auxiliis divinæ gratiæ, quæ anno 1700 Lovanii prodiit: & ex parte Jesuitarum Theodori Eleutherii Historia controversiarum de divinis gratiæ auxiliis, quæ anno 1705 Antwerpiæ est edita.

A. 6268. Per. Jul. ad 6313. A. Christ. 1555. ad 1600.

tæ [a]. *Synergisticæ* contra eos, qui hominem ad animi sui emendationem, vocationemque divinam recipiendam capacitatem aliquam conferre opinantur [b]: *Flacianæ* de natura peccati [c]; & quæ *Georgio Maiori* de bonis operibus ad salutem necessariis sunt intentatæ [d]. Maxime vero certatum contra *Melanchtonis* adseclas, qui ad sententiam *Reformatorum* de S. Cœna propius accedentes *Crypto Calvinistæ* dicti sunt [e], contra quos, & ad *Ubiquitatis* dogma adserendum *Torgæ* anno 1574 & deinde conscripta fuit celeberrima Formula, *Concordiæ* dicta, discordiæ fomes [f]: ea enim plerisque *Lutheranis* Ecclesiis obtrusa insuperabile impedimentum obiectum est iis, qui aliquoties de pace & concordia inter *Lutheranos* & *Reformatos* concilianda laboraverunt [g].

Inter Reformatos Presbyteriani & Episcopales.

§. 4. Inter *Reformatos* vero, quamvis de ipsis fidei capitibus satis conveniret, non tamen omnibus eadem regiminis Ecclesiasticæ forma placuit; dum aliis per *Helvetiam*, *Germaniam*, *Galliam*, *Scotiam* & *Belgium* ritus Ecclesiæ *Genevensis* a *Calvino* introducti, & *Presbyterorum* regimen; aliis in *Anglia* ductu *Elisabethæ* & *Jacobi* Regis Episcopale regimen placeret: unde in *Anglia* dividi cœperunt in *Episcopales* & *Presbyterianos* sive *Puritanos*, quos iterum in *Conformistas* & *Non-Conformistas* distinguunt [h].

§. 5.

a Schlusselburgii Catal. Hæret. L. XIII. Gotfr. Arnold. T. II. L. XVI. c. 26. Weism. Hist. Eccl. Sæc. XVI. §. 47. *b* Schlusselburgius L. V. Arnold. T. II. L. XVI. c. 28. Bayle v. Synergistes. Weism. Hist. Eccl. Sæc. XVI. §. 48. *c* Schlusselburg. L. II. Arnold. T. II. L. XVI. c. 29. Weism. l. d. §. 49. *d* Schlusselburg. L. VII. Arnold. T. II. L. XVI. c. 27. Weism. l. d. §. 10. Lampe Hist. Eccl. L. II. c. 12. §. 41. *e* Arnold. T. II. L. XVI. c. 32. Weism. Hist. Sæc. XVI. §. 52. n. 8. p. 215. *f* Hospinianus de origine & progressu libri Concordiæ: & Zach. Ursini admonitio Christiana de libro Concordiæ Operum T. II. Arnold. T. II. L. XVI. c. 18. §. 16. & seqq. Erwegung §. 50. 60. 87. 97. Læscher Hist. Motuum P. III. L. V. c. 1. §. &c. du Pin T. XIV. p. 394. Mosheim Sæc. XVI. Sect. III. c. 1. §. 32. p. 205. & seqq. *g* Vid. Buddei Diss. Hist. Theolog. de colloquiis charitativis Sec. XVI. per Germaniam irrito eventu institutis Cap. III. Schmidius de colloquiis Ecclesiasticis in Sagittarii Introductione T. II. p. 1495. & seqq. Mosheim Sæc. XVI. Sect. III. c. 2. §. 8. p. 223. *h* Neal. Hist. Puritanorum in Bibliot. Britanniques T. I. p. 186. & seqq. & 357. & seqq. & Tom. VIII. P. I. p. 63—75. T. IX. P. I. p. 77—94. T. XIV. P. II. p. 379—410. & defensio Ecclesiæ Anglicanæ Ib. T. II. p. 293. & seqq. Larrey T. III. p. 117. 221. 222. 325. Lampe Hist. Eccl. L. II. c. 13. §. 17. & seqq. Weisman. H. Eccl. Sæc. XVII. p. 1041. & seqq. Mosheim Sæc. XVI. Sect. III. c. 2. §. 13. p. 228. & seqq.

§. 5. Inter hæc a medio Sæculo XVI, *Michaëlis Serveti* vestigia permentes, prodiere *Lælius* & *Faustus Socinus*, a quibus *Sociniani* appellantur [a]. A. 6261. Per. Jul. ad 6313. A. Christ. 1555. ad 1600.

Sociniani.

§. 6. Eruditionis nomine clari ex *Pontificiis* habiti *Reginaldus Polus* [b], *Ruardus Tapperus* [c], *Stanislaus Hosius* [d], *Johannes Maldonatus* [e], *Benedictus Montanus* [f], *Laurentius Surius* [g], *Nicolaus Sanderus* [h]. Jurisconsulti *Jacobus Cuiacius* [i], *Franciscus Balduinus* [k]. *Hieronymus Mercurialis* [l] arte medica insignis. *M. Antonius Muretus* [m], *Dionysius Lambinus* [n], *Johannes Passeratius* [o], *Petrus Victorius* [p], *Paulus Manutius* [q]; *Onuphrius Panvinius* [r], *Carolus Sigonius* [s], *Antonius Augustinus* [t], *Jacobus Pamelius* [u] litterarum & antiquitatum cultu celebres. Ex *Lutheranis Hieronymus Wellerus* [w], *Martinus Chemnitius* [x], *Joh. Bugenhagius* [y], *Nic. Amsdorfius* [z], *Jacobus Andreæ*,

Eruditi ex Pontificiis, Lutheranis & Reformatis.

a Arnold. T. II. Lib. XVI. c. 33. Weism. Sæc. XVII. §. 18. p. 790. & seqq. du Pin T. XV. p. 399. & seqq. Mosheim Sæc. XVI. Sect. III. c. 4. p. 301. & seqq. Lampe Hist. Eccl. L. II. c. 13. §. 41. Jæger Hist. Sec. XVII. Decennio V. L. VII. c. 14. Bayle in Lex. *b* Du Pin Bibl. T. XVI. p. 21—24. Weism. Hist. Eccl. Sæc. XVI. p. 39. & 276. *c* Du Pin T. XVI. p. 27—29. Bayle in lex. Foppens Bibliothecæ Belgicæ Parte secunda pag. 1084. *d* Du Pin T. XVI. p. 118. Bayle. *e* Niceron. T. XXIII. p. 160. du Pin T. XVI. p. 125—129. Bayle. *f* Niceron. T. XXVIII. p. 104. du Pin T. XVI. p. 161. Foppens Bibl. Belg. P. I. p. 130. *g* Niceron. T. XXVIII. p. 399. du Pin T. XVI. p. 117. *h* Niceron. T. XV. p. 76. du Pin T. XVI. p. 124. Bayle. *i* Masson. in vita Cuiacii. Niceron. T. VIII. p. 160. X. 180. Sammarthani elogia L. IV. n. 5. *k* Masson in elogio Balduini. Sammarthani L. II. n. 24. Miræus de Script. Sæc. XVI. Bayle. Foppens Bibl. Belg. P. I. p. 281. *l* Niceron. T. XXVI. p. 17. Freher: in theatro P. III. *m* Sammarthani elog. L. III. n. 19. Niceron. T. XXVII. p. 143. *n* Sammarthani Elog. L. II. n. 22. Teisser. elog. des hommes savans P. I. p. 376. & P. III. p. 221. *o* Sammarthani elog. L. IV. n. 26. Teisser addit: T. II. p. 335. Niceron. T. II. p. 320. *p* Poccianti us elog. Florent. *q* Miræus de Script. Sæc. XVI. Teisser P. I. p. 409. III. p. 235. *r* Teisser Elog. P. I. Niceron. T. XVI. p. 329. XX. p. 188. *s* Poppe Blount Censura auctorum ad ann. 1570. Mart. Hankius de Rer. Rom. Script. P. I. c. 70. Muratorius in vita Sigonii quæ Operibus eius Mediolani anno 1732. editis, præmittitur. *t* Schottus in oratione funebri T. II. Bibl. Hisp. class. 7. p. 507. Niceron. T. IX. p. 58. *u* Miræus in Elog. Swert in Athen. Belg. Foppens Bibl. Belg. P. I. p. 532. *w* Lemmelius in Wellero redivivo. Weism. Sæc. XVI. p. 122. *x* Teisser addit. T. II. p. 77. Adami in vitis Theol. Germ. Weism. Sæc. XVI. p. 126. Verheiden p. 175. *y* Verheiden elog. Theol. præstant. p. 35. Weism. Sæc. XVI. p. 102. Gerdes Introd. ad Hist. Evang. §. 103. Niceron. T. XVI. p. 175. *z* Adami vitæ Theolog. Godfr. Arnold. T. II. L. XVI. c. 7. §. 6. Weism. p. 121.

A. 6268. Per. Jul. ad 6313. A. Christ. 1555. ad 1600.

dreæ [a], *Nic. Selneccerus* [b], *Tilemannus Heshusius* [c], *Joachimus Westphalus* [d], *Andreas Osiander* [e], *Matthias Flacius Illyricus* [f]. Ex Reformatis *Jo. Calvinus* [g], *Theodorus Beza* [h], *Henricus Bullingerus* [i], *Gulielmus Farellus* [k], *Petrus Martyr* [l], *Wolfgangus Musculus* [m], *Zacharias Ursinus* [n], *Thomas Crannerus* [o], *Rudolphus Hospinianus* [p], *Franciscus Junius* [q], *Julius Cæsar Scaliger* [r], & *Josephus Scaliger* [s] eius filius, multique alii. Historici *Popeliniere* [t], *Agrippa d'Aubigné* [t], *Jacobus Augustus Thuanus* [v], *David Chytræus* [u], *Petrus Bor* [w], *Emanuël Demetrius Meteranus* [x], *Georgius Buchananus* [y], *Nicolaus Isthuanfius* [z], *Johannes Leunclavius* [aa].

C A-

a Adami Vitæ Theolog. Godfr. Arnold. T. II. L. XVI. c. 18. §. 19. Weism. Hist. Sæc. XVI. p. 129. *b* Adami vitæ Theol. Goetze in Elog. Germ. Theol. p. 28. Weisman Sæc. XVI. p. 127. 128. *c* Adami vitæ Theolog. Freher. Theatrum p. 274. Bayle. *d* Bayle in lex. *e* Teisser Elog. P. I. Adami vitæ Theolog. *f* Niceron T. XXIV. p. 1. Bayle voce Illyricus. Adami vitæ Theol. *g* Beza in vita Calvini. Masson in vita Calvini. Verheiden Elog. Theol. Præst. p. 107. Bayle. *h* Verheiden l. d. p. 208. Teisser T. II. p. 565. Bayle. *i* Simlerus in vita Bullingeri. Verheiden l. d. p. 188. Niceron. T. XXVIII. p. 172. Bayle. *k* Ancillon vie de Guillaume Farel. Verheiden l. d. p. 115. Bayle. Adami vitæ Theol. *l* Simlerus de vita & obitu Martyris. in Gerdesii Scrinio Antiquario Tom. III. P. I. p. 1—59. Niceron. T. XXIII. p. 216. Verheiden l. d. p. 165. *m* Verheiden l. d. p. 99. Teisser addit. P. I. p. 219. P. III. p. 150. Bayle. *n* Adami Vitæ Theol. Bayle. *o* Verheiden p. 83. Burnet Hist. der Reformatie T. I. p. 138. T. II. p. 408. 543. & seqq. Adami vitis Theol. Exteror. *p* Heideggeri vita Hospiniani. Niceron. T. XXXVIII. p. 330. Bayle. *q* Vita Francisci Junii in Gerdesii Scrinio Antiquario T. I. P. II. p. 201—269. Verheiden l. d. p. 215. Niceron. T. XVI. p. 171. Bayle. *r* Teisser T. I. p. 138. Sammarthani Elog. L. I. p. 17. vita Julii Cæsaris Scaligeri in vitis selectis p. 404. Niceron. T. XXIII. p. 258. Beza in Icone. *s* Teisser Elog. T. I. p. 145. Niceron. T. XXIII. p. 279. Sammarth. l. d. Foppens Bibl. Belg. P. II. p. 774. Paul. Colomesius Gallia orientali p. 112. & seqq. *s* Niceron. T. XXXIX. p. 380. *t* Niceron. T. XXVIII. p. 203. *v* Commentarius Thuani de vita sua. Freher. de viris illustribus p. 1015. Niceron. T. IX. p. 309. *u* Teisser addit. T. II. p. 322. Freher. Theatr. p. 314. *w* Bibliothêca Belgica P. II. p. 956. Casp. Burmanni Traiectum eruditum. *x* Vita eius a Simeone Ruytinck scripta commentariis eius subiicitur. Swertius Athen. Belg. *y* Niceron. T. VII. p. 212. X. 176. Bayle. Clericus Bibl. choisie T. VIII. p. 106—202. *z* Vita Isthuanfii. Mart. Zeiler de Hist. P. II. & III. *aa* Teisser addit. aux. elog. T. II. p. 203. T. III. p. 387. Niceron. T. XXVI. p. 293. Bayle.

CAPUT XV.

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

De iis quæ in Occidente, maxime in Gallia, Germania, Italia & Belgio, *memoratu digna contigerunt sub* Matthia, Ferdinando II & III *Imperatoribus*, Ludovico XIII & XIV Galliæ, Philippo III & IV Hispaniæ *Regibus*, *ab anno* 1611 *ad pacem* Westphalicam *sive annum* 1648.

§. 1.

Tumultus Gallici sub initium Ludovici XIII. Concinus. Luinius. Richelius.

HEnrico *Magno* cæso filius eius, novennis puer, *Ludovicus* XIII successit sub tutela matris *Mariæ*, cui etiam regni procuratio commissa [a]: quo tempore nuptias Regis & *Concini Florentini* nimiam potentiam exosi Principes tumultuandi initium fecere anno 1614 [b]. Rex desinente anno 1615 *Annam Philippi* III Regis *Hispaniæ* filiam ducit, eodemque tempore sororem *Elisabetham Philippo*, tertii filio, coniungendam tradit [c]. Paullo post cum *Henrico Condæo* Principe pactus [d], eundem *Concini* artibus Kalendis ipsis *Septembris* anni 1616 in custodiam tradi iubet, unde novi motus [e]: sed *Concino* 24 *Aprilis* anno 1617 ab regiis satellitibus in ipso aditu regiæ confosso [f], regina mater 4 *Maii Blesas* se recepit [g]. *Luinius*, summam imperii tenens, Regis matrem *Blesis* fere captivam tenet; illa iniuriæ inpatiens,

 com-

a Grammondus Hist. Gall. L. I. p. 4—7. La Serres T. II. p. 306—309. Vassor T. I. p. 29. & seqq. Daniel T. VII. p. 1. *b* Gramm. L. I. p. 38—48. du Pleix T. IV. p. 41. 88. & seqq. Piasecius p. 290. Vassor T. I. p. 265—277. 300—307. 316. & seqq. 458. 484. & seqq. 521—531. du Mont T. V. P. II. p. 215. 253. *c* Gramm. L. I. p. 27—30. L. II. p. 99. & seqq. Piasecius p. 294. du Pleix T. IV. p. 92. 107. Vassor T. II. p. 280. 397. & seqq. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 584—587. *d* Gramm. L. II. p. 106—112. Baudart. L. VII. p. 40. & seqq. VIII. p. 80. & seqq. Vassor T. II. p. 291. & seqq. 334. 439—462. du Mont T. V. P. II. p. 278. 282. *e* Gramm. L. II. p. 122. & seqq. 145—149. Baudart. L. VIII. p. 95. & seqq. Vassor T. II. p. 505. & seqq. du Mont T. V. P. II. p. 289. *f* Gramm. L. II. p. 156. & seqq. Piasecius p. 305. 306. Bayle in Lexico voce Concini & in Louis XIII. Vassor T. II. p. 467—474. 676—713. *g* Gramm. L. II. p. 163. 165. Memoires de Bassompierre T. I. p. 445—448. Vassor T. II. p. 733. 754—767. Daniel T. VII. p. 6.

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

communicatis cum Duce *Espernonio*, cui *Luinii* potentia invisa erat, consiliis, 22 *Februarii* anno 1619 fuga evadens *Andegavum* se confert [a]; res tamen interventu *Richelii* conponitur 30 *Aprilis* 1619 [b]: at recrudescentibus odiis anno sequente aperte ad arma itum; quando *Richelii* perfidia 7 *Augusti* ad *Pontem Cæsaris* victa Regis mater pacem 10 *Augusti* anno 1620 accipere est coacta [c].

Expeditio Benearnica: & bellum cum Rupellanis.

§. 2. Secuta est expeditio *Benearnica* initium bellorum civilium. Rex enim non contentus anno 1617 bona Ecclesiastica, olim publico Procerum decreto ademta, clero *Romano* restituisse [d], desinente anno 1620 armata manu in *Benearniam* veniens, omnia pro arbitratu constituit, tractumque hunc, cuius ab reliquo regno separatum ius erat, eidem deinceps contribui iubet [e]. Exemplo territi Reformati *Rupellam* coëunt: Rex anno 1621 plurima *Santonum* vicinarumque provinciarum oppida occupat; donec ad *Montem Albanum*, quem Rex 7 *Augusti* oppugnatum venerat, res adhæsit: hinc varia fortuna res gesta, & *Luinio* 15 *Decembris* anno 1621 mortuo [f], pax sancita est 20 *Octobris* anni 1622 [g].

Lis de successione Juliacensi. Juliacum captum. Urbes ab Anglis redemtæ.

§. 3. Extra *Franciam* hæc fere memoria digna per eosdem illos annos acciderunt. *Johanne Guillelmo* Duce *Juliacensi* 25 *Martii* anno 1609 sine prole mortuo, gravis de successione lis orta est, qua occasione *Mauricius Nassavius*, *Francicis* auxiliis adiutus, in-

[a] Memoires de Bassomp. T. I. p. 456. 457. Gramm. L. III. p. 207—229. Vassor T. II. p. 213. T. III. p. 223—242. 294—338. [b] Vassor T. III. p. 375—388. du Mont T. V. P. II. p. 332. [c] Memoires de Bassomp. T. I. p. 460. & seqq. 495—507. Remonstrance au Roy p. 20. 21. Gramm. L. III. p. 221. & seqq. L. V. p. 281. & seqq. Vassor T. III. p. 403—409. 534—540. 561—597. du Mont T. V. P. II. p. 370. [d] Gramm. L. VI. p. 316. Vassor T. III. p. 26—46. Daniel. T. VII. p. 7. [e] Gramm. L. VI. p. 323—334. Memoires de Bassomp. T. I. p. 512. & seqq. Aitzema L. II. p. 205—209. Edit. in 4to. L. VI. p. 157—161. Vassor T. III. p. 471. 472. 482—485. 625—632. Daniel T. VII. p. 10. 11. [f] Gramm. L. IX. p. 520. Memoires de Bassomp. T. II. p. 117—122. 129. Vassor T. IV. p. 263—266. 313—315. [g] Memoires de Bassomp. T. II. p. 108. & seqq. 282. 283. Aitzema L. II. p. 206—208. Gramm. L. VI. p. 335. & seqq. L. VII. p. 348. 360. & seqq. L. XII. 569. & seqq. Vassor T. III. p. 630—641. T. IV. p. 1—44. 133—194. 252—281. 361—448. 484—518. Baudart. L. XIII. p. 136—161.

ineunte *Septembri* anno 1610 *Juliacum* in deditionem acceperat[a]. Anno etiam 1616 urbes tres *Brila*, *Vlissinga* & *Arnemuda*, olim *Elisabethæ* Reginæ pignoris loco traditæ, data pecunia a *Belgis* sunt redemtæ[b].

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

§. 4. *Philippus* III *Hispaniæ* Rex *Alarachiam* arcem validissimam ad fretum *Gaditanum*, a *Mauris* exstructam, corrupto pretio custodibus, adeptus, *Mauros* omnes *Hispania* iussit excedere. Ad nongenta capitum millia dicuntur exiisse anno *Christi* 1610[c]. Atque ita exhausto regno quietam vitam secutus obiit pridie Kal. *Apriles* anno 1621, successore relicto filio *Philippo* IV[d].

Philippus III eiectis ex Hispania Mauris moritur.

§. 5. In *Dalmatia Veneti*, *Uscocorum* excursionibus offensi, anno 1615. bellum movent in *Ferdinandum* Archiducem *Austriæ*, filium *Caroli*, qui *Maximiliani* II Imperatoris frater fuit, quod bellum per mutua utrimque damna triennio gestum, ineunte 1618 depositum est[e].

Uscoci. Bellum Venetorum cum Ferdinando.

§. 6. Gravius in *Italia* bellum anno 1613. de *Montisferratensi* Principatu coortum: *Francisco* IV *Mantuano*, sine virili stirpe mortuo, frater *Ferdinandus* ex Cardinali Dux subfectus est. Qui *Hispanorum* tectus opibus contra *Carolum Emanuelem Sabaudiæ* Ducem, litem de *Montisferratensi* principatu renovantem, aliquot

Bellum Montisferratense.

[a] Pufendorf. Rerum Brandenb. L. IV. §. 1—14. Contin. Chytræi p. 160. 166. 170. 171. & 185—187. Meteran. L. XXXI. p. 636—643. L. XXXII. p. 655. 656. Piasecius p. 259. 260. Aitzema L. I. p. 51. & seqq. L. II. p. 253. & seqq. Vassor T. I. p. 13—15. 55—57. 77—81. 441. 443. Struv. Per. X. Sect. VII. §. 34. 35. du Mont T. V. P. II. p. 103. 124. 135. 144. 153. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 486. & seqq. Jæger Decen. VI. Lib. I. c. 12. [b] Aitzema L. I. p. 42. le Clerc. L. IX. p. 299. van Loon T. II. p. 95. 96. Burnet Hist. sui temporis T. I. p. 30. 31. Rapin Thoyras T. VII. p. 108—110. [c] Meteren L. XXXI. p. 624. 625. du Pleix T. IV. p. 394—396. Piasecius p. 269. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio I. L. IX. c. 6. [d] Memoires de Bassomp. T. I. p. 537. 538. 549. Nani Hist. Veneta L. IV. p. 259. Piasecius p. 353. Aitzema L. I. p. 110. Vassor T. IV. p. 108. 113—116. [e] Henricus Palladius de oppugnatione Gradiscana Lib. V. in Thes. Ital. T. VI. P. IV. Nani Hist. Veneta L. I. p. 25. 29. 54. 55. L. II. p. 78. & seqq. L. III. p. 162—170. Piasecius p. 296. 303. Vassor T. II. p. 371—376. Tom. III. p. 100—107. Struv. Per. X. Sect. IX. §. 2. du Mont T. V. P. II. p. 302—304. Histoire des Traites de Paix T. II. p. 852—855.

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

quot certavit annos[a]: quamvis enim anno 1615 pace *Astensi* res conposita videretur[b]; insequenti tamen reditum ad bellum, quod denique interventu Regis *Galliæ* conpositum mense *Junio* anno 1618[c].

Res Transilvanicæ sub Sigis. Ragotzio, Gab. Bathorio, Beth-Gabore.

§. 7. In *Transilvania*, *Stephano Botskaio* anno 1606 mortuo, *Sigismundus Ragotzius* principatum est adeptus[d]; eoque post biennium sponte se abdicante *Gabriel Bathorius* a *Transilvanis* subfectus est[e]: verum cum hic inpotenti dominatu nobilium in se concitasset animos a *Bethleemo Gabore*, *Turcorum* auxiliis instructo, profligatus periit anno 1613[f]. *Gabor* occupatam provinciam adversus Imperatorem ita armis vindicavit, ut etiam ei *Hungariæ* possessionem dubiam fecerit[g], ac pace anno 1626 cum Cæsare conposita[h], obiit 15 *Novembris* anno 1629 successorem nactus *Georgium Ragotzium*[i].

Initium belli Germanici e Bohemia ortum.

§. 8. Longe omnium atrocissimum in *Germania* bellum excitatum est anno 1618. *Ferdinandus*, Imperatoris *Ferdinandi* e *Carolo* filio nepos, ob zelum religionis *Romanæ* Pontificiis multum commendatus, anno 1617 regnum *Bohemiæ*[k], sequente *Hungariæ* certis ab Imperatore *Matthia* conditionibus acceperat[l]. *Bohemi*, quorum quamplurimi emendata sacra receperant, sua inminui privilegia conquesti *Pragam* ad magistratus regni questum venientes, cum sibi

a Nani L. I. p. 7. & seqq. & 51. Piasecius p. 286. Gramm. L. I. p. 35—38. Vassor T. I. p. 390—410. 514—520. 587—601. T. II. p. 184—196. *b* Du Mont T. V. P. II. p. 271. Piasecius p. 290. 291. Vassor T. II. p. 196—208. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 658. *c* Historiam Belli Montferratensis ex professo scripsit Antonius Possevinus, quæ prodiit in folio anno 1637. Nani L. II. p. 124—131. 151. L. III. p. 185. Piasecius p. 304. 305. Gramm. L. II. p. 172—175. Vassor T. II. p. 597—603. 617—632. T. III. p. 48—64. 84—101. 187. 188. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 606—714. *d* Isthuanf. L. XXXIV. p. 520. *e* Ketteler in Contin. Isthuanf. L. XXXIX. p. 524. Piasecius p. 285. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 370. *f* Ketteler l. d. p. 525. Vassor T. I. p. 437—440. *g* Ketteler L. XXXIX. p. 526—528. 531. Piasecius p. 239. 290. 318. 322. *h* Ricaut Hist. de l'empire Ottoman T. I. p. 19—22. Ketteler L. XL. p. 532. Du Mont T. V. P. II. p. 498. Hist. des Traitez de Paix T. II. p. 371—375. *i* Ricaut T. I. p. 41—45. Ketteler L. XL. p. 536. *k* Gramm. L. IV. p. 241. 242. Piasecius p. 302. 303. Puffend. Rerum Suec. L. I. §. 21. Vassor T. III. p. 74—82. Struv. Per. X. Sect. VIII. §. 7. Adlzreiter P. III. L. III. §. 7. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio II. L. VII. c. 4. 5. *l* Piasecius p. 311. Vassor T. III. p. 207. Struv. Per. X. Sect. VIII. §. 11. Adlzreiter P. III. L. III. §. 9.

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

sibi non viderentur ius suum consequi, satis per tumultum magistratus per fenestras præcipitant [a]. Cæsar *Henricum Dampierum* & *Carolum Buquoium* armata manu mittit in *Bohemiam*; *Bohemi* finitimos in partes vocant, & *Ernesto Mansfeldio* in auxilium veniente *Austriam* invadunt [b]. Inter hæc, quod malo latius spargendo multum contulit, moritur *Matthias* anno 1619 *Martii* 20 stili novi: cui, nequicquam intercedentibus *Bohemis* mense *Augusto* subfectus *Hungariæ* Rex *Ferdinandus* [c].

Fridericus Palatinus rex Bohemiæ ad Pragam victus proscribitur. Palatinatus superior Bavaro datur. Christianus rex Daniæ a Tillio victus pacem facit. Edictum Restitutionis.

§. 9. *Bohemi* e contrario regnum *Ferdinando* abrogant, Regemque *Bohemiæ* renunciant *Fridericum*, *Palatinum* Electorem, Regis *Angliæ* generum [d]. *Hungari* etiam nutantes regnum ad *Bethleemum Gaborem* transferre parant [e]. *Fridericus* ultima *Octobris* *Pragam* veniens 4 *Novembris* solemni ritu coronatur [f]. Verum haud sane diuturnam successus tanti lætitiam habuit: non tantum enim eo, qui secutus est, anno 1620 mense *Septembri* *Ambrosius Spinola* ab *Alberto* Archiduce missus *Palatinatum Rheni* tantum non omnem occupat [g], sed & *Fridericus* ipse, *Novembris* 8 sub ipsius *Pragæ* mœnia memorabili facto prælio, a *Buquoio* & *Bavaro* funditur [h]: mox pro-

Rrrr scrip-

[a] Gramm. L. IV. p. 242. Piasecius p. 312. 313. Nani L. IV. p. 195. 196. Pufend. L. I. §. 14—24. Vassor Tom. III. p. 208—212. Rapin. T. VII. p. 126—128. Struv. Per. X. Sect. VIII. n. 9. Adlzreiter P. III. L. III. n. 12—18. Du Mont T. V. P. II. p. 326. 339. Supp. T. II. P. I. p. 272. 274. [b] Piasecius p. 314. Nani L. IV. p. 201. Pufend. L. I. §. 24. Vassor T. III. p. 222. 223. Adlzreiter P. III. L. III. n. 19—30. [c] Gramm. L. IV. p. 243. 248—250. Piasecius p. 317—319. Nani L. IV. p. 193. 194. 205. 206. 208. Pufend. L. I. §. 25. 26. Vassor T. III. p. 417. 427. & seqq. van Loon T. II. p. 116. 117. Struv. Per. X. Sect. VIII. n. 14. & IX. 3. Adlzreiter P. III. L. IV. n. 1. 12. 13. Du Mont T. V. P. II. p. 349. [d] Gramm. L. IV. p. 243. 244. Piasecius p. 319—322. Nani L. IV. p. 208. 209. Pufend. L. I. §. 27. Vassor T. III. p. 443—456. van Loon T. II. p. 119. Struv. Per. X. Sect. IX. n. 4. Adlzreiter P. III. L. IV. n. 14. 15. Burnet T. I. p. 22—24. Rapin Thoyras Tom. VII. p. 130. 131. [e] Piasecius p. 322. 323. Nani L. IV. p. 210. Pufend. L. I. §. 28. Vassor T. III. p. 457. 460. Struv. Per. X. Sect. IX. n. 5. Histoires des Traitez de Paix T. II. p. 372. 373. [f] Piasecius p. 322. Pufend. L. I. §. 29. Vassor T. III. p. 485—501. van Loon T. II. p. 120. 121. Struv. Per. X. Sect. IX. n. 4. [g] Carafa pag. 83. 85. Aitzema T. I. p. 13—16. Piasecius p. 325. [h] Gramm. L. IV. p. 252—256. Piasecius p. 324. 325. 328—330. Pufend. L. I. §. 28—34. Vassor T. III. p. 601—625. 641—671. Rapin T. VII. p. 133—137. van Loon T. II. p. 130. 131. Struv. Per. X. Sect. IX. n. 11—13. Adlzreiter P. III. L. V. n. 57—65.

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

scriptus, sequente anno ad *Belgas* profugit, ubi deinde privatus vixit[a]. *Bohemia* confestim subacta iugum deinde pati debuit[b]. Cæsar ex felici successu in spem subigendæ *Germaniæ* veniens, prætextu persequendi adseclas *Friderici*, copias auget[c]: inde *Heidelberga* anno 1622 capta & *Hispanis inferiorem Palatinatum* obtinentibus, *Palatinatus superior* cum Electorali dignitate 25 *Februarii* anno 1623 *Bavaro*, *Saxoni Lusatia* datur[d]: id reveriti *Saxoniæ* inferioris Principes, post cladem anno 1623 ad *Stadloam* acceptam, anno 1625 *Christianum* IV *Daniæ* Regem circuli sui ducem constituunt[e]; verum eo 27 *Augusti* anno 1626 ad *Lutteram* a *Tillio* victo[f], Cæsarei anno sequente ad mare *Balticum* penetrant[g], Regem 12 *Maii* anno 1629 secum pacisci cogunt[h]. Inter hæc Cæsar 6 *Martii* iniquissimum in Protestantes edictum, quod *Restitutionis* ab argumento dicitur, promulgaverat, quo in desperationem adacti, & suas & exterorum, maxime *Suecorum*, vires circumspicere cœperunt[i].

§. 10.

a Pufend. L. I. §. 35. Chemnitz Historia belli Sueco-Germanici Vol. I. p. 4. Piasecius p. 348. Vassor Tom. IV. p. 73. 336. & seqq. du Mont T. V. P. II. p. 371. *b* Piasecius p. 359. Aitzema L. I. p. 90. 91. 101. 102. 128. & seqq. Vassor T. IV. p. 80—83. Adlzreiter P. III. L. IV. §. 1. du Mont T. V. P. II. p. 370. 500. 507. *c* Grammi. L. IV. p. 256—258. Piasecius p. 360. Pufend. L. I. §. 37. 39. 41. Chemnitz l. d. Vassor T. IV. p. 237—250. 336—349. 471—476. 532—554. van Loon T. II. p. 130. 131. du Mont T. V. P. II. p. 418. Adlzreiter P. III. L. VI. n. 3. & seqq. L. VIII. n. 1. 2. 5—8. 13. 14. du Mont T. V. P. II. p. 538. & seqq. Histoires des Traitez de Paix T. II. p. 196. 197. *d* Pufend. L. I. §. 38. 39. 42. Piasecius p. 361. *e* Pufend. L. I. §. 44. 45. Piasecius p. 362. 371. 378. 386. Aitzema L. V. p. 1216. Vassor T. V. p. 513—518. Adlzreiter P. III. L. VIII. n. 23. 51. L. X. n. 1. 2. *f* Piasecius p. 386. 387. Nani L. VI. p. 391—394. Pufend. L. I. §. 46—49. Aitzema L. VI. p. 135—140. Vassor T. V. p. 518—522. Adlzreiter P. III. L. XI. §. 54—64. *g* Piasecius p. 397. 398. Nani L. VI. p. 398. & seqq. Pufend. L. I. §. 50. 52. Aitzema L. VII. p. 355—368. Vassor T. V. p. 791—795. Adlzreiter P. III. L. XII. n. 26—28. L. XIII. n. 9. 16. & seqq. *h* Piasecius p. 400. Nani L. VII. p. 473. Pufend. L. I. §. 54. Aitzema L. IX. p. 788—793. Vassor T. VI. p. 127—132. du Mont T. V. P. II. p. 561. 584. Adlzreiter P. III. L. XIII. n. 41. L. XIV. n. 1—9. Histoires de Traites de Paix T. I. p. 123. 124. 125. *i* Nani L. VII. p. 473. 474. Pufend. L. I. §. 57. Vassor T. VI. p. 132—136. Adlzreiter P. III. L. XIV. n. 11—35. du Mont T. V. P. II. p. 564. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio III. L. VIII. c. 5. p. 451. & L. IX. c. 2. X. c. 3.

§. 10. Inter hæc eodem illo, quo cum *Palatino* debellatum est, anno 1620, *Tellina* valle, quæ *Rhætis*, quos *Grisones* vocant, contribuitur, a Duce *Feriæ*, *Mediolanensi* præfecto, ex inproviso occupata, conmotum omne *Rhæticum* nomen, & cum his *Veneti*, ne *Italiæ* claustra *Hispani* tenerent; aderat & *Ludovicus Galliæ* Rex, qui, *Bassompetra* extra ordinem in *Hispaniam* misso, effecit, ut Rex 25 *Aprilis* anno 1621 omnia se in integrum restituturum promitteret [a]: sed cum res nihilo-minus exitu careret, ad arma ventum; ac denique 5 *Martii* anno 1626 ita convenit, ut vallis, sed emendato cultu proscripto, *Grisonibus* restitueretur [b].

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

Bellum de valle Tellina.

§. 11. Inter hæc & *Genuenses* a *Sabaudo* & *Gallo* duce *Lediguerio* male habiti, adcurrentibus in auxilium *Hispanis* anno 1625 præsentissimo erepti sunt periculo [c].

Genuenses a Sabaudo & Gallo vexati.

§. 12. In *Gallia*, ubi iam *Richelius*, ex 5 *Septembris* anni 1622 Cardinalis [d], omnium potens erat, *Rohanius* & *Subizius* fratres bellum instauravere anno 1625, quod tamen *Anglorum* & *Belgarum* interventu conpositum 6 *Februarii* anno 1626 [e]; at, *Buckingamo* Duce, qui *Carolum* I *Angliæ* Regem in potestate habebat, inpellente, anno 1627 reditum ad arma: *Angli* cum valida classe venientes *Ream* insulam præter arcem, cui *Toirasius* præerat, occupant: sed *Schombergio* in auxilium misso infecta re

Rohanius & Subizius bellum instaurant. Rupella expugnata. Pax sancita.

a Nani L. IV. p. 242—260. Memoires de Bassompier. T. I. p. 529. & seqq. T. II. p. 1—14. Gramm. L. VIII. p. 384—388. Piasecius p. 331. Heideg. Hist. Pap. Per. VII. §. 229. Vassor T. III. p. 68. & seqq. T. IV. p. 117—125. du Mont T. V. P. II. p. 395. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 588. 589. *b* Nani L. IV. p. 261. L. V. p. 275. & seqq. 307. L. VI. p. 333. 343. 370—375. Gramm. L. XV. p. 666—668. Piasecius p. 353. 373. 389. 390. Aitzema L. VI. p. 101—112. Vassor T. IV. p. 349—355. 521. 604—611. T. V. p. 77—105. 386—392. du Mont T. V. P. II. p. 487. Histoire des Traitez des Paix T. I. p. 592. 593. *c* Nani L. V. p. 331. VI. p. 353. & seqq. Memoires de Bassompier. T. II. p. 326. 327. Gramm. L. XIV. p. 645. & seqq. Vassor T. V. p. 95—103. 160—168. 250—263. Piasecius p. 374. du Mailly Hist. de Genes T. III. Lib. XIII. & XIV. P. 1—88. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 559. *d* Vassor T. IV. p. 524. *e* Memoires de Bassomp. T. II. p. 322. Grammond. L. XIV. p. 625. & seqq. 634. Aitzema L. V. p. 1109. & seqq. 1186. L. VI. p. 122. 123. 161—165. Vassor T. V. p. 112—125. 224—235. 301—306. 352—358.

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

digrediuntur[a]. Rex *Ludovicus* de *Richelii* consilio *Rupellam*, præcipuam *Hugenottorum* arcem, anno 1627 invadit, actisque per oceanum molibus ita toto anno interclusam tenuit, ut fame enecti cives, & extrema omnia perpessi Regi se, sed salva religione, permitterent 30 *Octobris* anno 1628[b]. Secuta est 27 *Junii* anni sequentis 1629 generalis pax cum duce *Rohanio* ea lege sancita, ut, edicto *Namnetensi* confirmato, munita loca, quæ olim securitatis caussa Reformatis data erant, demolirentur[c].

Bellum Montisferratense alterum, quo Carolo Nivernio Mantuanus ducatus cum Montisferratensi marchionatu adsertus.

§. 13. In *Italia*, cum *Vincentius* II Dux *Mantuanus*, herede scripto *Carolo* I Duce *Niverniæ*, 29 *Decembris* anno 1627 diem obiisset supremum, *Sabaudus* conciliatis sibi *Hispanis*, veterem de *Montisferrati* possessione litem renovans, multa loca occupabat, iamque Prorex *Mediolanensis* *Casale*, eius provinciæ caput, obsidebat: verum cum *Ludovicus*, re ad *Rupellam* conposita, victorem exercitum ipsa hieme per *Alpes* ageret, *Segusionem* subalpinam urbem 6 *Martii* anno 1629 impetu caperet, *Sabaudus* occupata restituere, *Hispani* ab *Casali* discedere coacti sunt[d]. Post *Francorum* abitum acrius recruduit bellum, nam eodem tempore *Collaltus*, imperatorii Dux exercitus, *Mantuanum* agrum pervastabat, *Spinola*, *Hispanis* præfectus, *Casale* oppugnabat, *Toirasio* urbem fortiter defendente[e]. *Richelius* Cardinalis, simul & supremus utriusque militiæ magister, ineunte anno 1630 per *Alpes* veniens, *Pedemontio* & *Sabaudia* per-

[a] Memoires de Bassomp. T. II. p. 402—408. 412—438. Grammond. L. XVII. p. 727. & seqq. Aitzema L. V. p. 166—196. 200—203. VII. p. 407—412. Vassor T. V. p. 507—513. 538. 654—713. Clarendon Histoire de la Rebellion d'Angleterre T. I. p. 50—55. Rapin T. VII. p. 339—342. [b] Memoires de Bassomp. T. II. p. 439—515. Grammond. L. XVIII. p. 762—779. Aitzema L. VII. p. 407—412. VIII. p. 518—539. Vassor T. V. p. 696. 706—710. 829—888. [c] Nani L. VII. p. 472. 473. Grammond. L. XVIII. p. 791—798. Vassor T. VI. p. 145. & seqq. 171. & seqq. [d] Memoires de Bassomp. T. II. p. 520—539. Nani L. VII. p. 412—446. 449—451. 461—469. Grammond L. XVIII. p. 781—791. Piasecius p. 399—412. 413. Aitzema L. X. p. 66. 67. Vassor T. V. p. 717—723. 796—827. T. VI. p. 69—110. Daniel T. VII. p. 22. 23. Adlzreiter P. III. L. XIV. §. 71. 76. L. XV. 53—55. Struv. Per. X. Sect. IX. n. 38. Histoires des Traitez de Paix T. I. p. 660. 661. [e] Nani L. VII. p. 481—488. Memoires de Bassomp. T. II. p. 581. Piasecius p. 413. 414. Vassor T. V. p. 205—253. 387—390.

pervastatis, viam sibi, victis 7 *Augusti* ad *Carignanum* hostibus, in *Montisferratensem* tractum munit [a], & , *Mantua* licet *Julio* mense anni 1630 a *Germanis* intercepta [b], *Casale* usque procedit, ubi cum in procinctu ad præliandum starent, intercurrente *Mazarinio*, legato Pontificis, primum 4 *Septembris* inducias, ac denique *Clarasci* pacem conponunt 6 *Aprilis* anno 1631 ea lege, ut *Nivernius Mantuæ* ducatum cum *Montisferratensi* marchionatu haberet, cuius possessio ipsi 2 *Julii* Cæsaris decreto confirmata [c].

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

§. 14. Interim mater Regis *Galliæ*, inpotenti *Richelii* dominatu offensa, palam ei amicitiam renunciat 9 *Novembris* 1630. Matris exemplum brevi post secutus est *Gasto* Regis frater, Dux *Aurelianensis* [d]. Rex *Compendium* veniens matrem vel invitam ibi manere iubet, illa tamen elapsa venit in *Flandriam* *Julii* die 19. Regis frater iam ex mense *Martio Aurelianis* in *Burgundiam* digressus, inde per *Lotharingiam* venit in *Flandriam* [e]. Tum tumultuaria conlecta manu anno insequenti *Galliam* pervagatus venit in *Occitaniam*, cui *Mombrantius* dux fortissimus præerat, ab eo mense *Julio* receptus, cum *Schombergio* Regis duce Kalendis ipsis *Septembribus* anno 1632 ad *Castelnaudarium* infelici prælio congreditur. *Momorantius* captus, *Tolosam* perductus, urgente *Richelio* capitis damnatus, ferro cervicem subdidit tertio Kalendas *Novembris* [f].

Tumultus Gallici contra Richelium. Momorantius capite truncatus.

a Nani L. VII. p. 489. L. VIII. p. 497. & seqq. Vassor T. VI. p. 256. 264. 301—316 353—364. 398—404. Struv. Per. X. Sect. IX. §. 38. *b* Nani L. VIII. p. 519. 520. Piasecius p. 414. Vassor T. VI. p. 242—247. 382—387. *c* Nani L. VIII. p. 525. 532. & seqq. 543. & seqq. Piasecius p. 414—416. 424. Guichenon p. 887 —889. Vassor Tom. VI. p. 408—414. 446—453. 495—517. du Mont T. V. P. II. p. 614. & seqq. T. VI. P. I. p. 9. & seqq. 14. Histoires des Traitez de Paix T. I. p. 663. Struv. l. d. *d* Nani L. VII. p. 480. VIII. p. 560. Memoires de Bassomp. T. II. p. 627. & seqq. Piasecius p. 423. Vassor Tom. VI. p. 352. 530—597. 616—628. *e* Memoires de Bassomp. T. II. p. 636. 645. 646. Remonstrance au Roy p. 35. 36. Declaration du Roy sur la sortie de la reyne sa mere & de Monsieur, dans le Recueil de diverses pieces Num. XIV. Nani L. VIII. p. 561. 562. Piasecius p. 438. Vassor T. VI. p. 628—653. 667—691. *f* Memoires de Bassomp. T. II. p. 650—655. Nani L. IX. p. 575—577. Aitzema L. XII. p. 155—159. Piasecius p. 438. 439. Vassor T. VII. p. 15—25. 75. 88. 95. 214—231. 243—256. 295—332. 363—404.

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Chrift. 1611. ad 1648.

Guftavus Adolphus in Germania. Magdeburgum deletum. Tillius ad Lipfiam victus, ad Licum cadit. Guftavus Adolphus ad Lutzenium.

§. 15. Proteftantibus in *Germania* extremum laborantibus anno 1630 fubveniens *Guftavus Adolphus*, Rex *Sueciæ*, fauftis aufpiciis Imperatoris copias ex *Pomerania*, aliisque finitimis provinciis eiecit[a], ac ineunte anno 1631 fœdere cum *Gallis* de liberanda *Germania* inito, in interiora promovit[b]. Interim *Tillius* fupremus exercitus dux a Cæfare renunciatus, *Magdeburgum* invadit anno 1630, cunctanteque *Saxone* fœda clade delet 10 *Maii* anno 1631[c]. Ea clade, & quod *Tillius*, adiuncto fibi altero duce *Papenheimio*, menfe *Septembri Lipfiam* occupaverat, moniti *Lutherani* Principes, qui 2 *Aprilis* apud *Lipfiam* in fœdus coierant[d], copias cum *Guftavo* ad *Dibenam* iungunt[e]. Itaque fit 7 *Septembris* ad *Lipfiam* acerrimum prælium, victus *Tillius* fuga fe proripuit, *Lipfia* recepta, totaque *Germania Sueco* patefacta[f]. Itaque divifis copiis *Suecus* per *Thuringicos* faltus, *Franconiam*que usque *Moguntiam* penetrat, inferioris *Saxoniæ* ordines in fœdus adlicit, alios focietati *Auftria-*

a Pufend. Rerum Suec. L. II. §. 1—12. 23—30. L. III. n. 22. Chemnitz Vol. I. L. I. §. 2. & feqq. & L. II. §. 3. & feqq. Aitzema L. X. p. 207. 208. Nani L. VIII. p. 529. 540. 541. Hift. del Conte Galeazzo Gualdo L. I. p. 4—12. Piafecius p. 416. 417. 425. Vaffor T. VI. p. 453—482. Struv. Per. X. Sect. IX. n. 39. 40. Adlzreiter T. III. L. XIV. n. 63—70. L. XV. n. 59—65. du Mont T. V. P. II. p. 606. 608. Hiftoire des Traitez de Paix T. I. p. 301—303. *b* Pufend. L. III. §. 1—12. Chemnitz Vol. I. L. III. §. 2. Piafecius p. 425. Aitzema L. XI. p. 543—547. Vaffor T. VI. p. 597—612. Struv. Per. X. Sect. IX. n. 41. 42. Adlzreiter P. III. L. XVI. n. 10. Gualdo L. I. p. 12. & feqq. du Mont T. VI. P. I. p. 1. *c* Pufend. L. III. §. 10. 14—16. Chemnitz Vol. I. L. II. §. 16. §. 30. L. III. §. 8. Aitzema L. X. p. 208. L. XI. p. 547—552 Nani L. VIII. p. 555. 556. Piafecius p. 427. 428. Vaffor T. VII. p. 28—32. Struv. l. d. §. 44. Adlzreiter P. III. L. XVI. n. 24—39. Gualdo L. I. p. 20—26. *d* Pufend. L. III. §. 12. Chemnitz Vol. I. L. II. §. 28. L. III. §. 10. 14. 15. Piafecius p. 426. Vaffor T. VI. p. 603—610. Struv. l. d. n. 42. Adlzreiter P. III. L. XVI. n. 1. 2. du Mont T. VI. P. I. p. 6. Hiftoire des Traitez de Paix T. II. p. 436. *e* Pufend. L. III. §. 19—21. 25—27. Chemnitz Vol. I. L. III. §. 28. 29. Aitzema L. XI. p. 557. Vaffor T. VIII. p. 32—41. Struv. l. d. §. 45—47. Gualdo L. II. p. 27. 34—37. du Mont T. VI. P. I. p. 18. *f* Pufend. L. III. §. 28—31. Chemnitz Vol. I. L. III. §. 31—37. Memoires de Baffomp. T. II. p. 647. 648. Nani L. VIII. p. 556—558. Piafecius p. 428—430. Aitzema L. XI. p. 557—563. Vaffor T. VII. p. 41—47. Adlzreiter P. III. L. XVI. §. 59—90. Gualdo L. II. p. 37—45.

Austriacorum renunciare cogit. *Saxone* interim *Bohemiam* invadente, qui & *Pragam* deditione cepit [a]. Eo vero paullo post cunctante, Rex *Sueciæ*, eundem anno sequente 1632 victoriarum cursum tenens, *Alsatiam Sueviam*que pervagatus, vertit in *Bavariam* contra *Tillium*, qui ad *Licum* tormenti globo 5 *Aprilis* ictus, paullo post decessit ex vulnere [b]. Exinde laborantibus rebus summa cum potestate præficitur *Walstinius*, Dux *Fridlandiæ* [c], qui, *Bohemia* levi negotio recuperata, post varias velitationes 6 *Novembris* ad *Lutzenium*, quod oppidum haud procul *Lipsia* distat, cum *Sueco* congreditur. Quo in prælio Rex *Gustavus* victor occubuit. *Papenheimius* sequenti die ex vulnere obiit [d].

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

§. 16. *Sueci*, apud quos digna tanto patre filia *Christina* successit, rerum *Germanicarum* cura *Axelio Oxenstiernæ* conmissa, haud segnius bellum instaurant [e]. Protestantes 13 *Aprilis* anno 1633 *Heilbronnæ* fœdus inter se & cum *Suecis* renovant [f]. *Ferdinandus*, Imperatoris filius, *Hungariæ* Rex, *Walstinio* sub initium anni 1634 proscripto, & 15 *Februarii* apud *Egram* necato [g], subfectus, nobilem de *Sue-*

Christina succedit in Suecia. Fœdus Heilbronnense. Prælium Nordlingense. Galli in partes veniunt. Saxo cum Cæsare pacifcitur.

[a] Pufend. L. III. §. 31—51. Chemnitz Vol. I. L. III. §. 37. pag. 180. & seqq. Piasecius p. 430. 431. Vassor T. VI. p. 52—62. Struv. l. d. §. 48—50. Adlzreiter P. III. L. XVI. §. 93—118. Gualdo L. II. p. 51—56. [b] Pufend. L. IV. n. 5. 6. 10—15. Chemnitz Vol. I. L. IV. n. 9—13. Nani L. IX. p. 570. Piasecius p. 432. Aitzema L. XII. p. 185. Vassor T. VII. p. 156—163. Struv. l. d. n. 52. Adlzreiter P. III. L. XVI. n. 114—117. L. XVII. 18—22. Gualdo L. III. p. 62—71. [c] Pufend. L. III. n. 52. Chemnitz Vol. I. L. III. n. 59. p. 219. L. IV. n. 7. Nani L. IX. p. 571. Piasecius p. 434. Vassor T. VII. p. 62—71. Struv. Per. X. Sect. IX. n. 51. Adlzreiter P. III. L. XVII. n. 4—8. Gualdo L. II. p. 46—48. L. III. p. 73. 74. [d] Pufend. L. IV. §. 24—26. 33. 35. 40—44. 53—57. 63. 64. Chemnitz Vol. I. L. IV. n. 23. 30. 44. 48. 50. 51. 57. Aitzema L. XII. p. 186—190. Nani L. IX. p. 580—586. Piasecius p. 434—436. Vassor T. VII. p. 335—359. Struv. l. d. n. 54—58. Adlzreiter P. III. L. XVII. n. 88—93. Gualdo L. III. p. 81. L. IV. p. 109—125. [e] Pufend. L. V. n. 7. 8. 14. 19—21. Piasecius p. 437. Nani L. IX. p. 588. Aitzema L. XIII. p. 27. 31. Struv. l. d. n. 60. 61. 62. [f] Du Mont T. VI. P. I. p. 51. 53. Aitzema L. XIII. p. 32. 33. Pufend. L. V. n. 9. 18. 28—30. 34. Piasecius p. 464. Vassor T. VII. p. 485—502. Adlzreiter P. III. L. XVIII. n. 2—4. Traitez des Paix p. 190. & 301. 302. [g] Pufend. L. VI. n. 13—18. Nani L. IX. p. 603—609. Piasecius p. 468. 469. Aitzema L. XIV. p. 296. & seqq. Vassor T. VII. p. 927—960. Struv. l. d. n. 68. Adlzreiter P. III. L. XIX. n. 9—25. Gualdo L. VII. p. 198. L. VIII. p. 206—217.

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

Suecis ad *Nordlingam* victoriam reportat 27 *Augusti* anno 1634, capto ipso *Suecorum* duce *Hornio* [a]. Id metuens *Richelius* aperte contra Imperatorem & *Hispanos* 3 *Septembris* anno 1634 cum *Suecis* ac Protestantibus percusso fœdere in partes venit [b]. Cum iam superiori anno *Carolum Lotharingiæ* Ducem, quod *Aurelianensis* partes foverat, principatu suo exuisset [c]. Anno vero 1635 Elector *Saxoniæ Johannes Georgius* communem Protestantium caussam *Suecos*que deseruit, facta *Pragæ* 30 *Maii* cum Imperatore pace, sibi quidem satis utili; sed qua religionem & libertatem *Germanicam*, quantum in ipso fuit, prodidit [d].

Exactis induciis bellum Belgas inter & Hispanos recrudescit.

§. 17. In *Belgio* exactis anno 1621 induciis *Hispani* armis superiores *Juliacum* post longam obsidionem expugnant 22 *Januarii* anno 1622 [e], a *Montibus* ad *Zomam*, quam urbem 18 *Julii* oppugnatum venerant, 3 *Octobris* reiecti [f]; *Bredam* mense *Augusto* anno 1624 obsident, ac mense *Junio* anni sequentis commeatus inopia ad deditionem adigunt [g]. Ibi fractis viribus nil deinde magnæ rei gestum [h]. *Petrus Heinius* anno 1627 in *India* Occidentali re fortiter gesta, anno 1628 classem hostium auro argentoque onustam in patriam defert [i]. Quo successu animati *Belgæ*, duce

[a] Pufend. L. VI. §. 51. 72—75. Nani L. IX. p. 609—611. Piasecius p. 470. 471. Aitzema L. XIV. p. 509. Vassor T. VIII. p. 237—278. Struv. l. d. n. 72. Adlzreiter P. III. L. XIX. n. 43. 52—56. Gualdo L. VIII. p. 243—251. [b] Pufend. L. VI. n. 89. Aitzema L. XIV. p. 509—517. Vassor T. VIII. p. 282—294. du Mont T. VI. P. I. p. 76. & seqq. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 306. [c] Aitzema L. XII. p. 154. XIII. p. 195—198. Piasecius p. 467. 473. Vassor T. VII. p. 665—728. du Mont T. VI. P. I. p. 54. 55. Gualdo L. VI. p. 162—167. [d] Pufend. L. VII. §. 43. Piasecius p. 471. 483—485. Nani L. X. p. 639. 640. Vassor T. VIII. p. 554—561. Struv. Per. X. Sect. IX. n. 75. du Mont T. VI. P. I. p. 89—105. Adlzreiter P. III. L. XX. n. 16. 17. Gualdo L. X. p. 267. 268. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 247. 248. [e] Aitzema L. I. p. 105—113. L. II. p. 155—158. Vassor T. IV. p. 250—252. van Loon T. II. p. 136—138. [f] Aitzema L. II. p. 273—298. Nani L. V. p. 295. 296. Vassor T. IV. p. 467—471. van Loon T. II. p. 146—150. [g] Hermannus Hugo de obsidione Bredana. Aitzema L. IV. p. 823—858. L. V. p. 1012—1083. Vassor T. V. p. 70—72. 159. 160. van Loon T. II. p. 156—158. 163. [h] Aitzema L. V. p. 1093. [i] Aitzema L. VIII. p. 507—518. IX. p. 733. Barlæus p. 16. 17. de Laet L. IV. Annal. Indiæ Occidentalis. Vita Frederici Henrici T. I. p. 162. 173. 223. van Loon T. II. p. 172. 173. Le Clerc L. XI. p. 113. 114.

ce *Frederico Henrico Arausionensi*, qui anno 1625 *Mauricio* fratri successerat [a], anno 1629 *Sylvam Ducis* expugnant, *Vesaliam* intercipiunt [b]. Ita stabilitis rebus *Arausionensis* anno 1632 post alia oppida capta *Traiectum* ad *Mosam* [c], sequenti *Rhenobergam* expugnat [d]: anno vero 1634 *Aprilis* 15 fœdus non tantum cum *Gallis* contra *Hispanum* sancitum [e], sed & 8 *Februarii* anni sequentis *Belgium Hispanicum Gallos* inter & *Belgas* ex fœdere divisum [f]. A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

§. 18. Interim *Isabella*, *Philippi* II filia, 3 *Decembris* anno 1633 mortua, in eius locum subfectus *Ferdinandus* Cardinalis, *Philippi* IV frater [g], per *Germaniam*, ubi pars victoriæ fuerat ad *Nordlingam* reportatæ, cum exercitu veniens, *Rhenoberga* & *Traiecto* ad *Mosam* frustra tentatis, *Limburgo* atque etiam *Schenkii* munimento per dolum potitur 26 *Julii* anno 1635 [h]: *Galli* tamen ex fœdere copias cum *Belgis* iuncturi, simul & *Trevirorum*, qui in eorum tutela erant, per *Hispanos* occupatione irritati, aperto Marte *Hispanos* invadunt, & ad *Avenium Hanno-niæ* oppidum 20 *Maii* gravi clade adficiunt [i]. Ferdinandus Cardinalis venit in Belgium. Galli Hispanos ad Avenium vincunt.

Sfff §. 19.

[a] Aitzema L. V. p. 975. & seqq. 995—997. van Loon L. II. p. 160. [b] Aitzema L. IX. p. 813. & seqq. 857. & seqq. 863—877. Vassor T. VI. p. 141—144. Nani L. VII. p. 476. 477. Piasecius p. 411. 412. Vita Frederici Henrici T. I. p. 240. & seqq. van Loon T. II. p. 176—178. 180—183. Le Clerc L. XI. p. 121. 126. Adlzreiter P. III. L. XIV. §. 77—80. du Mont T. V. P. II. p. 588. [c] Aitzema L. XII. p. 2—49. Vassor T. VII. p. 276—286. Nani L. IX. p. 525. Piasecius p. 437. 438. Le Clerc L. IX. p. 139. & seqq. van Loon T. II. p. 205. 206. Gualdo L. IV. p. 108. 109. [d] Aitzema L. XIII. p. 136—140. Memoires de Fred. Henri p. 162—164. Edit. in 4to anni 1733. Vassor T. VII. p. 567—576. Le Clerc L. XI. p. 144. van Loon T. II. p. 210. 211. [e] Aitzema L. XIV. p. 203. & seqq. L. XV. p. 41—58. Nani L. IX. p. 616. Piasecius p. 467. Vassor T. VIII. p. 73—82. Le Clerc L. XI. p. 150. & seqq. du Mont T. VI. P. I. p. 69. Histoires des Traites de Paix T. I. p. 344. [f] Aitzema L. XV. p. 41—58. du Mont T. VI. P. I. p. 81. & seqq. Histoires des Traitez de Paix T. I. p. 346. 347. [g] Piasecius p. 468. Vassor T. VII. p. 819. Le Clerc L. XI. p. 146. van Loon P. II. p. 216. [h] Aitzema L. XIV. p. 541. 542. 548. XV. p. 208. 209. 214. 215. Piasecius p. 472. Vassor T. VIII. p. 319. & seqq. 444. & seqq. 577—582. Le Clerc L. XI. p. 149. 154—156. van Loon P. II. p. 222. 223. 228. Gualdo L. X. p. 284. 285. [i] Aitzema L. XV. p. 59—96. 203. & seqq. Nani L. X. p. 616—619. Bayle in articulo de Ludovico XIII. Lit. H—N. Vassor T. VIII. p. 420. & seqq. Le Clerc L. XI. p. 154. van Loon P. II. p. 225. 226. Adlzreiter P. III. L. XX. §. 24—28. Gualdo L. X. p. 265. 266. 277. 278.

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

Victoria ad Doemitzam & Vitstocum. Res in Italia Burgundiaque gestæ.

§. 19. *Sueci*, quorum res a pace *Pragensi* sociorum defectione graviter laborabant, eopse tamen anno 1635 *Octobris* 22 victoria ad *Doemitzam* in ducatu *Megilburgico* [a], alteraque nobiliore 25 *Septembris* anni sequentis duce *Bannerio* ad *Vitstocum* in *Marchia Brandenburgica* de *Saxone* reportata, conlapsam rem restituunt [b]. Venit eodem tempore in partem gloriæ, qui unus in fœdere manserat, *Wilhelmus Hassus*, *Hanovia* obsidione liberata, & *Cæsarianis* in *Westphalia* cæsis [c]. Nec segnius rem gerebant *Galli* in *Alsatia*, *Burgundia*que [d]. In *Italia* tamen *Sabaudo* ac *Parmensi* Ducibus, qui cum *Gallo* in fœdus coierant, prævalere visi *Hispani*, ut etiam *Parmensem* anno 1637 ad pacem faciendam adegerint [e]. *Dola* quoque *Burgundiæ*, per *Condæum* ad incitas redacta, ab *Hispanis* anno 1636 obsidione exemta [f]. Dein ex *Belgica* prorumpens *Ferdinandus Picardiam* pervagatus omnia *Parisios* usque terrore replet, donec *Richelio* cum validis copiis adventante regreditur [g].

Belgarum res convalescunt.

§. 20. *Batavi* vero anno 1636 *Schenkii* munimentum, quod superiori amiserant, post longam obsidionem recuperant [h]: sequenti anno 7 *Octobris Bredam* expugnant [i]. Jamque florentibus rebus societatis

a Pufendorf. Rerum Suec. L. VII. p. 84—97. & Introduct. ad Hist. L. VI. p. 127—137. Vassor T. VIII. P. II. p. 244. & seqq. Adlzreiter P. III. L. XX. §. 42. Struv. Per. X. Sect. IX. §. 78. *b* Pufend. L. VII. §. 54—59. Vassor T. VIII. P. II. p. 269—273. Adlzreiter P. III. L. XXI. §. 19. 20. Struv. l. d. §. 79. *c* Pufend. L. VIII. §. 37—40. Struv. l. d. §. 80. *d* Pufend. L. VIII. §. 41. 43. 73. 74. Vassor T. VIII. P. II. p. 158—162. 408—420. T. IX. p. 30—37. *e* Nani L. X. p. 623. 653. 666—668. Piasecius p. 490. Aitzema L. XV. p. 231—235. Vassor T. VIII. P. I. p. 386. P. II. p. 6—37. 162. 273—326. T. IX. p. 166—170. Memoires de Parma p. 429—438. Histoire des Traitez T. I. p. 699. *f* Aitzema L. XVI. p. 340. Nani L. X. p. 660. Vassor T. VIII. P. II. p. 326. & seqq. 345—351. Adlzreiter P. III. L. XXI. §. 10. Gualdo L. XII. p. 329. 431. *g* Vie du Cardinal de Richelieu par Aubery L. V. c. 36. 39. Aitzema T. IV. p. 340. Nani L. X. p. 660—662. Vassor T. VIII. P. II. p. 355—406. T. IX. p. 1—13. 21. *h* Aitzema L. XV. p. 209. & seqq. XVI. p. 261—264. Nani L. X. p. 620. Piasecius p. 491. Vassor T. VIII. P. II. p. 235—244. Le Clerc L. XI. p. 157. 161. 162. Gualdo L. XI. p. 322. *i* Aitzema L. XVII. p. 541—548. 555—578. Nani L. X. p. 673. Piasecius p. 498. Vassor T. IX. P. I. p. 370—374. Le Clerc L. XI. p. 167. 168. Gualdo L. XIII. p. 368. XIV. p. 381.

tis *Indiæ Occidentalis Mauricio Naſſavio* anno 1636 in *Braſiliam* miſſo res ibi magnas gerunt[a]; *Delminam* in *Africa* 25 *Junii* anno 1637 occupant[b].

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Chriſt. 1611. ad 1648.

§. 21. In *Polonia* anno 1632 patri *Sigismundo* 30 *Aprilis* mortuo in regno ſuccedens *Uladiſlaus*[c], anno ſequenti *Moscos* a *Smolensci* obſidione reiectos[d], anno 1634 inpoſitam ſibi pacem, qua iuri omni in *Livoniam*, *Eſthoniam* & *Courlandiam* renunciabant, accipere coëgit[e]. Poſthac *Coſaccorum* motibus exercitus a laceſcendis *Suecis* abſtinuit[f], quibuscum etiam 2 *Sept.* anno 1635 inducias XXVI annorum conpoſuit[g].

Uladiſlaus Polonus Moscos vincit: inducias cum Suecis init.

§. 22. In *Germania Ferdinandus* II Imperator cum ſub finem anni 1636 Electoribus perſuaſiſſet, ut filium ſuum *Ferdinandum* III Regem deſignarent, obiit 15 *Februarii* anno 1637, ætatis 59, imperii 19[h]: Mortuus etiam eſt 1 *Octobris* non ſine veneni ſuſpicione *Wilhelmus Haſſiæ* Landgravius, quando de tutela inpuberis filii contentiones ortæ[i]. *Bogiſlaus* quoque, *Pomeraniæ* Ducum ultimus, obiens 10 *Martii* anno 1637 de hereditate ſua acerrimarum litium cauſſam reliquit *Suecis* & *Brandenburgico* Electori[k].

Ferdinandus II, Wilhelmus Haſſus & Bogiſlaus dux Pomeraniæ moriuntur.

§. 23. Interim *Suecorum* minus lætæ res erant in *Germania*, *Bannerius Torgavia* occupata, *Lipſiæ* obſidionem totamque *Saxoniam* relinquere coactus, ſe anno 1637 receperat in *Pomeraniam* hoſte ſequente.

Res Suecorum & Ducis Vinarienſis.

a Aitzema L. X. p. 121—133. XVI. p. 357—364. XVIII. p. 57. 58. Barlæus in Hiſtoria Comitis Mauricii p. 29. 35. & ſeqq. Le Clerc L. XI. p. 165. 169—174. *b* Piaſecius p. 499. Le Clerc L. XI. p. 173. *c* Piaſecius p. 440—456. Jæger Hiſt. Sæc. XVII. Decen. IV. L. II. c. 10. du Mont T. VI. P. I. p. 25. *d* Piaſecius p. 461. 462. Hiſtoire des Czars p. 313—316. Jeger l. d. L. III. c. 12. *e* Piaſecius p. 474—476. Ricaut T. I. p. 86. 87. Vaſſor L. XXXVI. p. 59 —64. Hiſtoire des Traitez de Paix T. I. p. 235. *f* Piaſecius p. 494 —496. 499. 501. 502. Paſtorius Hiſtoriæ Poloniæ plenioris L. I. p. 26—30. 70. 71. *g* Puſend. Rer. Suec. L. VII. §. 126—137. du Mont T. VI. p. I. p. 115. *h* Puſend. L. VIII. §. 84. Piaſecius p. 489. 490. Nani L. X. p. 675. Vaſſor T. IX. P. I. p. 105. 126. Struv. Per. X. Sect. IX. §. 82. du Mont T. VI. P. I. p. 129. Adlzreiter P. III. L. XXI. n. 30. XXII. n. 3. Gualdo L. XII. p. 348. L. XIII. 354. 355. *i* Aitzema L. XVII. p. 616. Puſend. L. IX. §. 31. 32. Vaſſor T. IX. P. I. p. 307. 523. & ſeqq. Struv. Per. X. Sect. X. n. 3. 6. du Mont T. VI. P. I. p. 151. & ſeqq. Gualdo L. XIV. p. 383. *k* Puſend. L. IX. §. 41—49. Struv. Per. X. Sect. X. n. 4.

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

te[a]. *Bavari Hermansteinium* in *Treviris*, nequicquam obnitentibus *Hassis*, occupaverant[b]. *Vinariensis* quoque loca in *Burgundia* & *Lotharingia* occupata relinquere, seque trans *Rhenum* recipere coactus fuerat[c]. Verum sequenti anno 1638 in melius fortuna *Suecis* mutari cœpit, fœdere enim cum *Gallis* renovato[d], & novis copiis aucti, *Cæsarianos* a *Rugia* insula repulsos tota *Pomerania* excedere cogunt, & per *Saxoniam Marchiam*que in *Bohemiam* usque persequentes valde lacerant[e]. Et quanquam *Palatini* fratres *Carolus* & *Robertus*, qui in *Westphalia* exercitum conparaverant, ab *Hatzfeldio* 7 *Octobris* anno 1638 victi fuerint, *Roberto* capto[f]; abunde tamen damnum hoc ad *Rhenum* sarsit *Vinariensis*, *Cæsarianis* enim, a quibus cladem acceperat, 21 *Februarii* anno 1638 de inproviso cæsis, *Reinfelda*, *Friburgo*, & post laboriosam obsidionem *Brissaco* potitur 19 *Decembris* anno 1638[g].

Alternans Belgarum Gallorumque contra Hispanos fortuna.

§. 24. Alibi *Gallis* & *Belgis* Mars hoc anno minus æquus fuit. *Galli* ab *S. Audomari* fano in *Artesia*, a *Fontarabia* in *Hispania* cum clade reiecti, mari quoque prope *Genuam* dubio cum *Hispanis* exitu certarunt[h]: læti interim nato 5 *Septembris* Regi *Ludovico* XIII, post 20 annorum sterile matrimonium, filio *Ludovico* XIV[i]. *Belgæ Calloano* castro magna cum clade eiecti, *Geldriæ* quoque obsidionem relinquere coacti sunt[k]. Verum hanc maculam sequen-

[a] Pufend. L. IX. §. 3—21. Vassor T. IX. P. II. p. 203. & seqq. Struv. Per. X. Sect. X. n. 2. Adlzreiter P. III. L. XXII. n. 25. 26. 32—36. [b] Pufend. L. IX. §. 35. Vassor T. IX. P. I. p. 257. Struv. l. d. Adlzreiter P. III. L. XXII. n. 4—9. [c] Pufend. L. IX. §. 37—40. Vassor T. IX. P. I. 260—266. [d] Du Mont T. VI. P. I. p. 161. [e] Pufend. L. X. §. 18—28. Aitzema L. XVIII. p. 165. 166. Vassor T. IX. P. II. p. 208. & seqq. Adlzreiter P. III. L. XXIII. n. 48. [f] Pufend. L. X. §. 36—42. Nani L. X. p. 692. Piasecius p. 512. Vassor T. IX. P. II. p. 88—91. Adlzreiter P. III. L. XXIII. n. 38—45. [g] Pufend. L. X. §. 45—57. Aitzema L. XVIII. p. 164. 165. Piasecius p. 497. 512. Vassor T. IX. P. I. p. 493—500. 621—627. P. II. p. 91. 98—106. Adlzreiter P. III. L. XXIII. n. 9—36. [h] Nani L. X. p. 689—691. Vassor T. IX. P. I. p. 559. 560. 565—582. 590—610. 627—639. P. II. p. 1—13. Aitzema L. XVIII. p. 59. Piasecius p. 515. [i] Grotius in Epistola 1019. 1090. & 1231. Aitzema L. XVIII. p. 60. Piasecius p. 515. Vassor T. IX. P. II. p. 1—3. [k] Aitzema L. XVIII. p. 35. 51. 52. Piasecius p. 499. 500. Vassor T. IX. P. I. p. 582. & seqq. Le Clerc L. XII. p. 178—183.

quenti anno 1639 duplici de *Hispanis* duce *Trompio* navali victoria eluerunt [a]. A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

§. 25. Interim *Bannerius* fortunam urgens, *Salisio Cæsarianorum* duce 24 *Februarii* fuso captoque, alteraque ad *Chemnicium* 4 *Aprilis* de *Bucheimio* victoria reportata in *Bohemiam* penetrat, *Pragam* tentat, *Palfium*, *Hungaricis* militibus præfectum, in acie cæsum opprimit [b]. Donec oppositus illi ab Imperatore *Hatzfeldius* Comes, conlectis undique copiis, cursum victoriarum *Suecicarum* ftitit, & sequenti anno 1640 *Bannerium Bohemia* excedere conpulit [c]. Bannerius magnis in Bohemia gestis rebus ea cedere cogitur.

§. 26. At *Vinariensis* Princeps, victorias superiori anno partas persequi certus, & iam magna animo volvens, hieme in *Burgundia* feliciter exacta, prodiens, subita morte nec sine veneni suspicione extinguitur 18 *Julii* stili novi anno 1639 [d]: cuius exercitum, *Palatino* Principe, qui eius sibi conciliandi caussa per *Galliam* ibat, in custodiam dato, missus ab *Richelio* Dux *Longavillæus* in verba Regis adegit [e]; qui tamen *Brissaco* aliisque urbibus in fidem receptis, variis etiam ad *Rhenum* locis sequenti anno 1640 occupatis, exercitum hunc ultro dissipavit [f]. Vinarensi mortuo Galli exercitum eius & urbes suas faciunt.

§. 27. Nemini annus hic 1640 infelicior *Hispano* fuit: nam ut amissam in *Belgica Atrebatum* urbem [g], *Casale* in *Italia* frustra ab *Hispanis* obsessum [h] *Taurinum* ab *Harcourtio* captum taceam [i]; adflixit vel maxime regnum illud duplex defectio *Catalaunorum* & *Lusitanorum*. Isti *Olivarii* Comitis, qui tum tem- Hispanorum res pessum eunt. Catalauni, Lusitani, Princeps Monœcensis & Carolus Lotharingus ab iis deficiunt.

a Aitzema L. XIX. p. 167. 168. 172. 214—228. Nani L. XI. p. 738. 739. Vassor T. IX. P. II. p. 258—262. Le Clerc L. XII. p. 190—192. *b* Pufend. L. XI. §. 3—16. Lotichius Rerum Germanicarum ab Excessu Ferdinandi II. L. IX. c. 5. L. X. c. 2. & seqq. Vassor T. IX. P. II. p. 209. Struv. Per. X. Sect. X. n. 8. Adlzreiter P. III. L. XXIV. n. 21—24. 29—34. *c* Pufend. L. XI. §. 17. XII. n. 1—4. Adlzreiter P. III. L. XXV. n. 26—36. *d* Pufend. L. XI. §. 38—41. Adlzreiter P. III. L. XXIV. n. 3—10. Aitzema L. XIX. p. 233. Vassor T. IX. P. II. p. 113. 262. & seqq. Struv. l. d. n. 9. *e* Pufend. L. XI. §. 48. 59. 60. Nani L. XI. p. 736. 737. Piasecius p. 513. Aitzema l. d. Vassor T. IX. P. II. p. 270. & seqq. Struv. l. d. du Mont T. VI. P. I. p. 185. Adlzreiter P. III. L. XXIV. n. 15. 16. *f* Pufend. L. XI. §. 55. *g* Aitzema L. XX. p. 141. Nani L. XI. p. 750. Vassor T. X. P. I. p. 91—115. 136—162. *h* Nani L. XI. p. 744—747. Vassor T. X. P. I. p. 45—64. *i* Nani L. XI. p. 749. 752—755. Piasecius p. 511. Aitzema L. XX. p. 85. Vassor T. X. P. I. p. 69—81. 163—174.

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

temporis totius regni habenas moderabatur, iniuriis irritati, *Gallorum* se tutelæ tradiderunt[a]. Hi, alienæ dominationis pertæsi, Kalendis *Decembris* domesticum sibi Regem sumserunt *Johannem Brigantiæ* Ducem, atavis editum Regibus, in cuius verba miro consensu omnes, etiam in *India* iurarunt. Semen gravissimi belli, in quo tamen irritus fuit omnis *Hispanorum* conatus: itaque in libertatem se vindicavit *Lusitania* anno 60 post, quam a *Philippo* II in *Hispanorum* potestatem fuerat redacta[b]. Haud parum quoque vexavit eosdem *Monœcensium* Principis defectio, qui anno 1641, exacto ex arce sua *Hispanico* præsidio, *Gallorum* se fidei conmisit[c]. Et quasi omnia ad defectionem conspirassent, Dux ipse *Lotharingiæ Carolus* III, relictis *Austriacorum* partibus, cum Rege *Galliæ* paciscitur 29 *Martii* 1641[d]: quamvis ille paullo post, inpellente *Cantacrucia*, ad *Austriacos* redierit[e].

Tumultus in Gallia contra Richelium.

§. 28. In *Gallia*, *Richelii* dominatu ad invidiam aucto, plures viri principes, quorum caput erat Comes *Suessionensis*, anno 1641 arma capiunt, & a *Lamboio* Cæsaris duce adiuti 6 *Julii* ad *Sedanum* Regis copias vincunt: sed quia *Suessionensis* ipse ceciderat, reliqui, qui earum partium erant, facile dissipati[f]. Tum vero Rex *Ludovicus* eo & sequenti anno

[a] Nani L. XI. p. 757—762. Aitzema L. XX. p. 85. 144. 145. Piasecius p. 516. 517. Vassor T. X. P. I. p. 1—35. 381—396. du Mont T. VI. P. I. p. 196. & seqq. Giannone Hist. de Napels L. XXXVI. c. 5. Tom. IV. p. 478—484. Verdier Histoire abrege d'Espagne T. II. p. 356. 857. [b] Nani L. XI. p. 762—767. Vassor T. X. P. I. p. 274—381. La Clede Hist. generale de Portugal T. VII. L. XXVI. Giannone L. XXXVI. c. 5. n. 1. T. IV. p. 484—490. Verdier Histoire abregé d'Espagne T. II. p. 358—389. du Mont T. VI. P. I. p. 202. & seqq. [c] Nani L. XI. p. 783—785. Vassor T. X. P. II. p. 188—192. du Mont T. VI. P. I. p. 218. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 701. Lunig C. J. D. T. II. p. 443. 447. [d] Du Mont T. VI. P. I. p. 211. & seqq. Histoires des Traitez de Paix T. I. p. 395—397. [e] Vassor T. X. P. I. p. 471. 485. Vie du Cardinal de Richelieu par Aubery L. VI. c. 65. Aitzema L. XXI. p. 240. 245. 322. 323. Nani L. XI. p. 774. 775. du Mont Supp. T. II. P. I. p. 299. [f] Vassor T. X. P. I. p. 429—462. P. II. p. 1—74. Nani L. XI. p. 772—777. Aitzema L. XXI. p. 253. 254. du Mont T. VI. P. I. p. 218. 219. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 413. 414.

anno arma maiori vi ac studio in *Hispaniam* vertit, ut *Catalaunis* subveniret[a].

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

Detecta in Lusitania conspiratio. Georgius Brunsvicensis, Bannerius & Ferdinandus Cardinalis moriuntur.

§. 29. In novum *Lusitaniæ* Regem anno 1641 gravis initia coniuratio; sed quæ detecta in ipsos vertit auctores[b]. Fuit etiam annus hic fatalis *Georgio Brunsvicensium* Principi, rebus præclare gestis inclyto[c], ut & *Bannerio* summo *Suecorum* duci, ob restitutas post *Nordlingensem* cladem res *Suecicas* celeberrimo, qui 10 *Maii Halberstadii* obiit[d]. Quemadmodum eodem anno 9 *Novembris Bruxellis* mortuus est *Ferdinandus* Cardinalis, *Belgii* Gubernator[e].

Torstensonius magnas in Germania res gerit. Alibi alternante fortuna pugnatum. Maria Medicæa, Richelius & rex Ludovicus moriuntur.

§. 30. *Bannerio* submissus est ex *Suecia Leonardus Torstensohnius*, vir fortissimus. Is restituta, quæ fere post mortem *Bannerii* conciderat, disciplina militari, in *Silesiam* movit anno 1642, in qua subigenda dum occupatus erat, obvium sibi *Franciscum Albertum*, *Lauenburgicum* Principem, prope *Schweidniciam* 21 *Maii* victum capit[f]. Subactaque *Silesia* in *Saxoniam* movens, dum *Lipsiam* obsidet, *Leopoldum* Archiducem in auxilium venientem 23 *Octobris* ad *Breitenfeldam*, haud incruenta quidem; nobilissima tamen victoria vincit[g]. Interim & *Hassi*, *Gallis* iuncti, 17 *Januarii Cæsarianos* prope *Ordingam* in *Coloniensi* agro ad internecionem deleverant, captis præcipuis eorum ducibus *Lamboio* & *Mercio*[h]. Pensavit tamen hoc damnum utcunque victoria, quam *Franciscus de Melo*, qui *Ferdinando* Cardinali in *Belgii* gubernatione successerat, 26 *Maii* de *Guichio* copiarum *Gallicarum* duce in *Picardia* reportavit[i]. Magis

[a] Vassor T. X. P. II. p. 122. seqq. 264. 337. 654—660. Nani L. XI. p. 768. Verdier T. II. p. 392. [b] Vassor T. X. P. II. p. 155—169. Nani L. XI. p. 770. 771. Aitzema L. XX. p. 147. 148. Verdier T. II. p. 399. 400. [c] Pufendorf de Reb. Suec. L. XIII. §. 11. 14. XII. n. 24. Vassor T. X. P. I. p. 412. [d] Pufendorf L. XIII. §. 14. 15. Vassor T. X. P. I. p. 412—416. Pufendorf de Rebus Brandenb. L. I. §. 20. [e] Aitzema L. XXI. p. 270. Le Clerc L. XII. p. 208. [f] Pufendorf L. XIII. §. 17. 18. 28—30. 49. L. XIV. §. 10—15. Vassor T. X. P. I. p. 419—422. P. II. p. 112. 674. Adlzreiter P. III. L. XXVII. n. 16. 17. [g] Pufend. L. XIV. §. 24—27. Vassor T. X. P. II. p. 675—684. Adlzreiter P. III. L. XXVII. n. 22. Theatr. Europ. T. IV. p. 900. [h] Pufend. L. XIV. §. 36—39. Vassor Tom. X. P. II. p. 307—314. Aitzema L. XXII. p. 371—373. Adlzreiter P. III. L. XXVII. n. 3. [i] Vassor T. X. P. II. p. 352—364. Aitzema L. XXII. p. 360. Verdier T. II. p. 411.

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Chrift. 1611. ad 1648.

gis tamen *Gallis* in *Hifpania* fortuna favit, *Perpiniano* capto, & *Hifpanis* a *Lerida* reiectis[a]. Ceterum fub finem anni, cum paullo ante Regis mater, *Maria Medicæa*, exul & egens 3 *Julii Coloniæ* diem obiiffet fupremum[b], 4 *Decembris* fatis conceffit Cardinalis *Richelius* ætatis anno 58[c]. Nec diu poft fuperftes fuit Rex ipfe, anno quippe 1643 *Maii* 14 deceffit, expletis regni 33, vitæ 42 annis. Ex *Anna Auftriaca Philippi* III Regis *Hifpaniæ* filia duos reliquit inpuberes filios, *Ludovicum* in regno fucceſſorem & *Philippum Aurelianenfem*[d].

Enguiennenfis rem præclare gerit. Galli ad Dutlingam cæfi.

§. 31. Tutelam Regis regnique curam fufcepit Regina mater[e], quo tempore *Enguiennenfis*, Principis *Condæi* filius, *Rocroium* in *Campania*, ab *Hifpanis* obfeffum, 19 *Maii* magna eorum clade liberavit, & *Theodonis villam* 8 *Augufti* expugnavit[f]. In *Germania* tamen *Galli*, *Guebriano* ad *Rotwilam* cæfo, maiorem a *Cæfareis Bavaris*que cladem ad *Dutlingam* acceperunt 14 *Novembris*[g].

Torftenfohnius Bohemia Moraviaque exhaufta Danum invadit.

§. 32. At in *Bohemia* & *Moravia* ex lubidine fua omnia agebat *Torftenfohnius*, *Galaffio* congredi non aufo[h]; donec hofte aliquamdiu delufo menfe *Novembri* anno 1643 *Torftenfohnius* de inprovifo Regem *Daniæ*, inparatum & nil tale metuentem, invadens, *Holfatiam* fere omnem occupavit, & in ea hiberna fumfit[i]: relicto tamen in *Germania Koningsmarckio*,

a Vie du Cardinal de Richelieu par Aubery L. VI. c. 90. Nani L. XII. p. 831. 833. 839. Vaffor T. X. P. II. p. 341. 654—666. Daniel T. VII. p. 42. Verdier T. II. p. 404—410. *b* Aitzema L. XXII. p. 420. 421. Vaffor T. X. P. II. p. 589. du Mont T. VI. P. I. p. 260. *c* Aitzema L. XXII. p. 422. 423. Nani L. XII. p. 840. 841. Vaffor T. X. P. II. p. 702. du Mont T. V. P. I. p. 248. Memoires de Rochefort p. 89. & feqq. Vita Cardinalis Retzii Belgice T. I. p. 135—138. *d* Aitzema L. XXIII. p. 492. 506—509. Nani L. XII. p. 861. 862. Vaffor T. X. P. II. p. 797. Priolus L. I. §. 13. 14. *e* Priolus L. I. §. 12. 15. 24. Vaffor T. X. P. II. p. 774. & feqq. Limieres Hift. de Louis XIV. L. I. p. 69—89. Memoires de Rochefort p. 102. & feqq. *f* Priolus L. II. §. 2—5. Nani L. XII. p. 863—866. Aitzema L. XXIII. p. 510. Vie du Prince de Conde L. I. p. 26—65. Limieres L. I. p. 90—96. Verdier T. II. p. 413. 414. *g* Pufend. L. XV. §. 32—34. Adlzreiter P. III. L. XXVIII. §. 35—41. Vie de Condo L. I. p. 67. 68. Limieres L. I. p. 97. 98. *h* Pufend. L. XV. §. 5—17. Adlzreiter P. III. L. XXVII. n. 18. L. XXVIII. n. 28. *i* Pufend. L. XV. §. 76—88. Adlzreiter P. III. L. XXVIII. §. 31. L. XXIX. n. 33. Aitzema L. XXIV. p. 633. de Roches Hiftoire de Dannemarc Tom. V. p. 398—407. Nani T. II. p. 11. Loccenius L. IX. p. 720.

marckio, qui capto *Halberstadio* magnam pecuniæ vim *Misniæ*, *Thuringiæ* & *Franconiæ* extorsit [a]. A. 6314. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

§. 33. Ortum eodem anno in *Italia* bellum, Pontifice *Urbano* VIII, apud quem *Barberini* omnia poterant, ducatum *Castri* a *Parmensi* repetente: sed id interventu Regis *Galliæ* 31 *Martii* anno 1644 ita compositum, ut *Parmensi Castrum* relinqueretur [b]. Paulloque post 29 *Julii* obiit *Urbanus* pontificatus 21, ætatis 77 anno. Cui post multas Cardinalium lites 14 *Septembris* sublectus est *Innocentius* X [c]. Ducatus Castri Parmensi adsertus.

§. 34. Inter hæc *Torstensohnius* occupata *Holsatia* penetraverat in *Cimbricam Chersonesum*; sed *Galassio* duce *Cæsareo* ad auxilium *Dano* ferendum in *Holsatiam* misso, mense *Augusto* anno 1644 sine damno rediit in *Germaniam*; dum altera parte *Hornius Scaniam* occupat [d]: Mari quoque infelices valde *Dani* fuerunt, nam cum uno alteroque prælio ancipiti *Marte* decertassent, tertio haud procul *Fionia* insula ingenti clade adfecti sunt [e]. Auxit damnum amissio *Diœcesis Bremensis*, quam *Fridericus* Regis *Daniæ* filius tenebat [f]. Fractus malis *Danus* pacem unice cupiebat, quæ *Gallorum* interventu 13 *Augusti* anno 1645 *Bromsebroæ Dano* damnosa convenit [g]. A Suecis vexati Dani pacem Bromsebroæ componunt.

§. 35. Dum hæc geruntur *Galli* in superiore *Germania* arma fortiter & feliciter circumferunt: quamvis enim *Enguiennensis*, iunctis cum *Turennio* copiis castra *Bavarorum* prope *Friburgum*, quod hi 15 *Julii* anno 1644 occupaverant, eopse mense oppugnans cum clade reiectus fuerit: mox tamen digressis *Bavaris* 29 *Augusti Philippiburgum* aliaque loca occupat [h]. Eademque felicitate usus Dux *Aurelianensis* Res anno 1644 in Germania & Belgio gestæ.

 29 *Julii*

a Pufend. L. XV. §. 19—23. Adlzreiter P. III. L. XXVIII. n. 29. *b* Du Mont Tom. VI. P. I. p. 263. 276. 279. 296. 297. Nani T. I. Lib. XII. p. 786. & seqq. Vassor Tom. X. P. II. p. 402—427. Limieres L. I. p. 112. 113. Priolus L. II. §. 18. *c* Nani Tom. II. p. 2—6. Priolus L. II. n. 19. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio V. L. IV. c. 2. 3. *d* Pufend. L. XVI. n. 4—6. Aitzema L. XXIV. p. 758—760. Bœclerus in Historia belli Sueco-Danici. Nani T. II. p. 11. *e* Aitzema L. XXIV. p. 747. 748. 756. 757. Le Roches T. V. p. 418—421. 428—430. *f* Pufend. L. XVI. n. 2. Aitzema L. XXIV. p. 760. *g* Du Mont Tom. VI. P. I. p. 304. 314—331. & Supplem. T. II. P. I. p. 314—321. Aitzema L. XXV. p. 41—61. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 93—95. *h* Pufend. L. XVI. n. 26—29. Adlzreiter P. III. L. XXIX. n. 6—25. Histoire du Prince de Conde p. 68—99. Nani T. II. p. 9—11. Limieres L. I. p. 148—152. Piasecius p. 525.

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

29 *Julii Gravelingam* munitissimum *Flandriæ* portum [a], *Belgæ Sassum Gandavense* 5 *Septembris* expugnant [b].

Fortuna in Catalaunia alternans.

§. 36. Sola *Catalaunia* has victorias clade sua fœdavit, per *Hispanos* victoria de *Gallis* parta, quam *Ilerdæ* deditio est secuta [c]. Eluit tamen hanc maculam sequenti anno 1645 *Harcourtius*, novus *Catalauniæ* Prorex, qui capta post longam obsidionem *Rosa*, *Hispanos* gravi prælio prostravit [d].

Res anno 1645 in Germania & Belgio gestæ.

§. 37. Ad *Rhenum* vero isthoc anno vario *Marte* certarunt *Galli*, *Turennio* enim, 25 *Martii* ad *Mergentheimum* a *Bavaris* victo, in auxilium veniens *Enguiennensis* rem restituit, nobili ad *Allersheimum*, qui pagus haud procul *Nordlinga* est, victoria 24 *Julii* de *Cæsareis*, *Bavaris*que reportata, qua *Mercius*, *Bavarorum* dux, cecidit, *Gelenius*, qui *Cæsareis* præerat, captus est [e]. Quemadmodum in *Belgica Fredericus Henricus Hulstum* expugnavit 4 *Novembris* [f].

Torstensohnius magnis rebus gestis imperium Wrangelio tradit.

§. 38. *Torstensohnius*, fractis *Danorum* viribus, ut Cæsarem ad pacem proniorem faceret, sub initium anni 1645 in *Bohemiam* movens, hostes 24 *Februarii* ad *Jancoviam* vincit, varia loca occupat, donec ad *Brinnam Moraviæ* res adhæsit [g]. Commotus tamen *Suecorum* fortuna *Johannes Georgius* Elector *Saxoniæ*, pactis 27 *Augusti* cum *Succis* induciis, Cæsaris partes relinquit [h]. *Torstensohnius* pedibus æger sub finem anni copiarum ducatum in *Carolum Gustavum Wrangelium* transfert [i].

§. 39.

a Aitzema L. XXIV. p. 713. Limieres L. I. p. 145—147. van Loon T. II. p. 277. 278. Piasecius p. 525. Verdier T. II. p. 418. *b* Aitzema L. XXIV. p. 771—777. Le Clerc L. XII. p. 226. 227. van Loon T. II. p. 278—280. Nani T. II. p. 9. Vita Frederici Henrici T. II. p. 502—522. *c* Histoire d'Espagne Lib. XXII. Nani T. II. p. 12. Daniel T. VII. p. 47. Piasecius p. 526. Priolus L. II. §. 35. Verdier T. II. p. 421—424. *d* Limieres L. I. p. 191—193. Daniel T. VII. p. 48. Nani T. II. p. 72. Piasecius p. 526. 527. Verdier T. II. p. 435—442. *e* Pufend. L. XVII. §. 31—37. Adlzreiter P. III. L. XXX. n. 24—36. Nani T. II. p. 74. 75. Histoire du Prince de Conde L. I. p. 100—118. Limieres L. I. p. 81—85. Piasecius p. 529. Priolus L. II. n. 14. *f* Aitzema L. XXV. p. 174—179. Leven van Frederik Hendrik T. II. p. 583—590. van Loon T. II. p. 287. 288. Nani T. II. p. 73. 74. *g* Pufend. L. XVII. §. 1—12. Adlzreiter P. III. L. XXX. n. 5—16. Piasecius p. 522. 523. Nani T. II. p. 75. *h* Pufend. L. XVII. §. 2. 27. 28. du Mont T. VI. P. I. p. 325. 340. & seqq. *i* Pufend. L. XVII. §. 23. 25.

§. 39. Nec minus prospere anno 1646 rem in *Belgica* gerebant *Galli*, *Curtraco* enim aliisque oppidis captis, *Enguiennensis*, *Batavorum* classe adiutus, *Dunkerquam* expugnavit 10 *Octobris* [a]; quo minus tamen læta omnia essent, fecit clades a *Leganezio Hispanorum* duce 21 *Novembris* ad *Ilerdam* accepta [b]. Rerum autem hoc tempore in *Galliis* summam, non sine magna præcipuorum Principum indignatione, tenebat *Mazarinius* Cardinalis, qui varia licet exercitus fortuna dominatum regium, cuius *Richelius* fundamenta posuerat, ad culmen perduxit [c].

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

Res Belgicæ anni 1646. Mazarinius dominatur in Gallia.

§. 40. *Wrangelius*, sub initium anni 1646 ex *Bohemia* erumpens, universam pene *Germaniam*, qua lubebat, pervagatus [d], tantum *Bavaro* terroris obiecit, ut 14 *Martii* anno 1647 inducias cum *Suecis* faceret [e]. *Wrangelius* belli impetu in *Bohemiam* converso *Egram* 7 *Junii* expugnat, mox milite in castra *Cæsaris* inmisso omnia terrore replet [f]. *Bavarus* tamen, iterum 7 *Septembris* cum Cæsare pactus [g], 18 eiusdem mensis induciis renunciat [h]: quapropter *Wrangelius*, relicta *Bohemia*, ut perfidiam *Bavari* ulcisceretur, in *Germaniam* redit, sed ob instantem hiemem in *Luneburgicum* agrum deflectens, ultionem in annum sequentem differt [i]. *Galli* vero, qui duce *Enguiennensi*, qui iam post patris obitum *Condæus* dicebatur, *Ilerdam* iterum oppugnatum venerant, cum clade reiecti [k]: etiam cum *Leopoldo Guilielmo Belgii* gubernatore varia fortuna certarunt [l].

A Wrangelio per Germaniam, Bohemiamque gesta: resque Gallicæ.

a Aitzema L. XXVI. p. 244. Histoire du Prince de Conde L. I. p. 118—140. Limieres L. I. p. 237—241. Nani T. II. p. 125. Piasecius p. 328. van Loon T. II. p. 294. 295. Verdier T. II. p. 452 —463. *b* Nani T. II. p. 125. Piasecius p. 527. Verdier T. II. p. 473. *c* Priolus L. II. §. 44. 45. 48. L. III. & seqq. Vie du Cardinal Mazarin. *d* Pufend. L. XVIII. §. 1—39. Adlzreiter P. III. L. XXXI. n. 14. 16. 17—34. *e* Pufend. L. XIX. §. 20—22. Adlzreiter P. III. L. XXXII. n. 2—12. Piasecius p. 529. Du Mont T. VI. P. I. p. 377 —386. Nani T. II. p. 180. *f* Pufend. L. XIX. §. 24. 25. 30—37. Adlzreiter P. III. L. XXXII. n. 24. *g* Du Mont T. VI. P. I. p. 399. 400. *h* Pufend. L. XIX. §. 39. 43. 47. Adlzreiter P. III. Lib. XXXII. n. 27—30. Piasecius p. 529. Nani T. II. p. 181. *i* Pufend. L. XIX. §. 47—53. Adlzreiter P. III. L. XXXII. §. 33. *k* Histoire du Prince de Conde L. II. p. 146—151. Nani T. II. p. 183. 184. Limieres T. I. p. 256. 257. *l* Nani T. II. p. 181. 182. Limieres T. I. p. 252. 253. Verdier T. II. p. 485—493.

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

Seditio Neapolitana. Masaniello & Henricus Guisius.

§. 41. Gravius per id tempus rem *Hispanam* concussit orta *Neapoli* inmanis seditio, quæ totum fere regnum corripuit. Plebs, gravissimis vexata tributis duce *Thoma Agnello* (*Masaniellum* vulgo vocant) homine vilissimo mense *Julio* anni 1647 rebellavit, & ad nutum illius adeo graviter tumultuata est, ut Prorex se castello includere debuerit. Homo iste post paucos dies 16 *Julii* est occisus, plebs tamen in furore suo perstitit, & adscito sibi Principe *Henrico Guisio*, qui tum *Romæ* erat, *Gallos* ad auxilium vocavit: verum cunctante *Gallorum* classe *Johannes Austriacus* & post eum *Neapolim* missus, Comes de *Ognato*, capto *Guisio*, omnia anno 1648 pristinæ tranquillitati restituit [a]. Similis paullo ante seditio *Siciliam* pene totam pervaserat, sed & illa brevi conposita [b].

Fredericus Henricus moritur.

§. 42. Apud *Batavos Frederico Henrico* Principe *Arausiaco*, qui rempub. *Batavam* magna gloria civiumque gratia administraverat, stabiliverat, 14 *Martii* anno 1647 mortuo, successit filius *Guilielmus* II [c].

Gesta bello anno 1648.

§. 43. Exoritur tandem annus 1648, qui optatam *Germaniæ* pacem reddidit: ante tamen, quam ea confici potuit, acerrime certatum. *Wrangelius* statim ineunte anno *Cæsareis* ex hibernis, quæ in *Hassia* ceperant, eiectis, iunctis dein cum *Turennio* copiis, transmisso *Danubio*, hostes 7 *Maii* haud procul *Augusta Vindelicorum* fundit, cadente etiam ipsorum duce *Meleandro* [d]. Hinc superato *Lico Bavariam* omnem, ius victoris ob violatas inducias acerbe exercens, miserum in modum pervastat [e]. Dum eodem tempore *Hassi Geisio* & *Cæsarei Lamboio* duce de *Westphalia* vario marte pugnant [f]. In *Bohemia* vero *Königs-*

[a] Priorato Histoire des Revolutions de Naples. Nani Hist. Ven. T. II. p. 163—174. Piasecius p. 530. 531. Memoires de Monsieur le Duc de Guise p. 19. & suivants. Priolus L. II. §. 29—31. Giannone LXXXVII. c. 2—4. Du Mont Supp. T. II. P. I. p. 325. Jæger Decennio V. L. VII. c. 2. Lunig Cod. Ital. Diplom. T. II. p. 1387. 1391. [b] Nani T. II. p. 160—163. 174. 175. Giannone L. XXXVII. c. 2. T. IV. p. 509—512. [c] Aitzema L. XXVII. p. 345—347. Vita Frederici Henrici T. II. p. 655. & seqq. van Loon T. II. p. 498—300. Le Clerc. L. XII. p. 255, 256. du Mont Supp. T. II. P. I. p. 295. [d] Pufend. L. XX. §. 1—25. Adlzreiter P. III. L. XXXIII. n. 1—6. Piasecius p. 529. [e] Pufend. L. XX. §. 27—45. Adlzreiter P. III. L. XXXIII. n. 7—26. [f] Pufend. L. XX. §. 66—73. Adlzreiter P. III. L. III. §. 36—40.

Königsmarkius, ab *Odowalskio* quodam, qui sub Cæsare meruerat, monitus, subita incursione 5 *Julii* eam *Pragæ* partem, quæ *Parvæ Urbis* nomine venit, invadit, capit & diripit. Jamque aderat *Carolus Gustavus Bipontinus*, cui hoc tempore summa in *Suecicum* exercitum potestas erat demandata, ut reliquas urbis partes vi expugnaret, cum ad dulcissimæ pacis nuncium arma omnia ponerentur, quæ per XXX annos horrendum in modum *Germaniam* devastarant, adeo ut vix amplius *Germania* in ipsa *Germania* posset inveniri [a]. A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

§. 44. Scilicet iam ab anno 1633 pacis iniecta fuerat mentio, sed ea nondum matura conatus omnes irriti fuerunt [b]; anno tamen 1641 exeunte convenerat, ut *Osnabrugæ* cum *Suecis*, *Monasterii* cum *Gallis* de pace ageretur [c]: sed re iterum dilata non ante annum 1644 agi cœptum, idque in tanto animorum motu, ut tranquillitatis publicæ studiosi non sine caussa vererentur, fore, ut penitus abrumperetur hæc pacificatio [d]. Tandem post multas altercationes primum cum *Suecis*, post cum *Gallis* re conposita, denique die 14 *Octobris* anno 1648 pax est sancita, qua *Protestantibus* suæ religionis libertas adserta; *Palatinus* Elector restitutus; de iure *Statuum Germaniæ* decretum; *Suecis* varia *Germaniæ* loca ad resarciendos belli sumtus; alia *Brandenburgico* & *Megalopolitano* conpensationis loco; *Brunsvicensi* quoque & *Hasso* quædam adsignata; *Helvetiorum* libertati consultum; denique *Gallo* suprema iura in Episcopatus *Metensem*, *Tullensem* & *Virodunensem*, item in *Alsatiam*, quantum *Austriaca* erat, & *Brissa-*

Pax Westphalica & Monasteriensis cum Batavis.

a Pufend. L. XX. §. 26. 47—51. 60. 62—65. Adlzreiter P. III. L. XXXIII. n. 28—33. *b* Pufend. L. V. §. 31. 33. 56. L. VIII. n. 76 —78. 82. IX. 63—67. X. n. 90. Piasecius p. 490. & 511. Vassor L. XXXIX. p. 135. *c* Pufend. L. XIII. §. 83—90. Aitzema L. XXI. p. 211. & seqq. Vassor L. XLVIII. p. 117. Du Mont T. VI. P. I. p. 231. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 171. 172. 440. & seqq. *d* Pufend. L. XIV. §. 52. 63. XVI. n. 33. 34. 42. 58—63. XVII. n. 52. 65. 80. XVIII. n. 44. & seqq. XIX. n. 82. & seqq. Adlzreiter P. III. L. XXXII. n. 46. 47. Pufend. Rerum Brandenb. L. II. n. 16. & seqq. Lunig Reichs Archiev Parte Generali Vol. I. p. 98. seqq. & Histoire des Traitez de Westphalie p. 1—42.

A. 6324. Per. Jul. ad 6361. A. Christ. 1611. ad 1648.

cum data[a]. Fuit etiam eodem anno ineunte 30 *Januarii*, renitentibus nequicquam *Gallis*, diuturno bello *Hispanos* inter & *Batavos* finis inpositus, pace *Monasterii* facta, qua Rex *Hispaniæ Philippus* IV iuri omni in *Batavos* renunciavit, simulque ea omnia, quæ in *India* Orientali & Occidentali possidebant, libera potestate tenere iussit[b].

Bellum deinde ab Hispanis cum Gallis & Lusitanis gestum. Funditores in Gallia.

§. 45. Nondum tamen universa *Europa* in pacem convenire potuit, durante *Hispanis* bello cum *Gallis* & *Lusitanis*: & *Lusitani* quidem, quando per *Hispanos* licebat, bellum non magna contentione gerebant[c], cum *Gallis* acrius certatum[d]; quamvis & ipsa *Gallia* intestinis motibus concuteretur, graviori tumultu, qui *Funditorum* dicitur, contra *Mazarinium* Cardinalem orto, per quem Rex ipse *Lutetia* fugere coactus est; sed anno 1649 res utcunque conposita[e].

Christianus IV Daniæ & Uladislaus IV Poloniæ reges mortui.

§. 46. Ceterum annus ille 1648 duorum Regum morte insignis est, quorum alter *Christianus* IV fuit Rex *Daniæ*, qui 28 *Februarii* vitæ 71, regni 60 obiit, successorem nactus filium *Fridericum* III, qui Archiepiscopus antea *Bremensis* fuerat[f]: alter *Uladislaus* IV Rex *Poloniæ* denatus 20 *Maii* cum vixisset annos fere 53[g], cui in comitiis regni sublectus frater *Johannes Casimirus*, qui deposita purpura regnum anno eodem mense *Novembri* suscepit[h].

C A-

a Pufendorf Rer. Suec. L. XX. §. 74. & seqq. & 210. du Mont T. VI. P. I. p. 450—490. Pufend. Rerum Brandenb. L. III. n. 9—28. Priolus L. X. n. 1—15. Hist. des Traitez de Paix T. I. p. 173. 443. Struv. Per. X. Sect. X. n. 38—40. *b* Aitzema L. XXVI. p. 276—295. L. XXVII. p. 842—345. L. XXVIII. p. 490—494. L. XXVIII. p. 532—555. Et ex professo in 't Verhaal van de Nederlantsche Vrede Handeling. Du Mont T. VI. P. I. p. 360. 429—441. Pufend. L. XVII. §. 120. XVIII. n. 81. XIX. n. 103. 164. XX. n. 140. 141. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 64—68. *c* La Clede T. VII. p. 432—439. 453—461. *d* Vie du Prince de Condę L. II. p. 157—160. Limieres L. I. p. 321. Verdier Histoire d'Espagne T. II. p. 487. 494. *e* Priolus L. III. n. 1—36. 41. Vie du Prince de Conde L. II. p. 152—188. Leven van den Kardinaal Rets T. I. p. 138. & seqq. & 458. 459. Aitzema L. XXIX. p. 616. 814. Nani T. II. p. 250—258. 264—266. Limieres L. I. p. 290—378. L. II. p. 10—90. Memoires de Rochefort p. 112—117. *f* Aitzema L. XXVIII. p. 510. Piasecius p. 508. Des Roches T. V. p. 437. *g* Piasecius p. 508. Pastorius Historiæ Poloniæ plenoris L. I. p. 82. & seqq. qui tamen ætatis suæ LV exspirasse scribit falso, natus enim erat 9 Junii anno 1595. Piasec. p. 127. *h* Nani T. II. p. 293. 294. du Mont T. VI. P. I. p. 428. 494. Pastorius L. IV. p. 198. 209. 220. 227—235.

CAPUT XVI.

A. 6338. Per: Jul. ad 6362. A. Christ. 1625. ad 1649.

De Civilibus in Anglia *turbis sub Rege* Carolo I. *ab anno* 1625 *ad* 1649..

§. 1.

Semina motuum sub Jacobo posita.

DE turbis *Anglicis*, ceu toto orbe divisis, seorsim dicere conveuit. *Elisabethæ* Reginæ anno 1603 successerat e *Scotia* ad regnum vocatus *Jacobus*, eius nominis inter *Anglos* I, Princeps pacis amans, sui æstimans, sed regiæ prærogativæ proferendæ & hierarchiæ Ecclesiasticæ studiosus [a]. Hic rerum in *Anglia* potitus Episcoporum antea in *Scotia* abolitam iurisdictionem restituens, prima motuum semina sparsit [b].

Aucta sub Carolo. Liturgia Scotis obtrusa. Convenantum.

§. 2. Quæ sub filio eius *Carolo* I, qui ei anno 1625 successit, in Regis caput eruperunt: cum enim hic, ducta eopse anno *Henrietta Maria Ludovici* XIII Regis *Galliæ* sorore [c], maiore studio & prærogativam regiam & episcopale regimen urgeret, ac alienatis iam a se civium animis, quod priora parlamenta infecta re dimiserat, vectigalia propria auctoritate imperaverat [d], insuper anno 1637 novam Liturgiam, ex *Anglica* fere descriptam, quam ei *Laudus* Archiepiscopus *Cantuariensis* confecisse credebatur, in *Scotiam* misisset, ei vehementer reclamatum est [e]: quod cum Rex indignissime ferret, *Scoti*, ut religionem ab omni innovatione liberarent, anno 1638 fœdus, quod *Convenantum* appellant, ineunt; ac Synodo

[a] Supra C. XIII. §. 26. [b] Rapin T. VII. p. 114—118. 144. 152. & seqq. 461—474. Vassor L. XLIII. p. 454—458. Larrey T. III. p. 577—579. [c] Rapin T. VII. p. 242. 246—252. 268. Vassor L. XXI. p. 19—36. 168—173. Larrey T. IV. p. 4. du Mont T. V. P. II. p. 476. Piasecius p. 375—377. [d] Clarendon. Hist. des Guerres Civil. d'Angleterre T. I. p. 32—35. 89—95. Rapin T. VII. p. 285. & seqq. 331. & seqq. 344. 389. & seqq. 423. 424. 447. Larrey T. IV. p. 6. 11. 14. 26—30. 37. 44. 48. & seqq. [e] Piasecius p. 532. Clarendon. T. I. p. 105—114. 132—142. R. M. de Salmonet Hist. des Troubles de la Grande Bretagne P. I. c. 1. p. 21—31. a Paris 1661. Rapin T. VII. p. 435—437. 474—482. Vassor L. XLIII. p. 458—473. Larrey T. IV. p. 91. 92. 102. & seqq. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio IV. L. X. c. 6. & Decennio V. L. I. c. 6.

A. 6338. Per. Jul. ad 6362. A. Christ. 1625. ad 1649.

nodo *Glasgoviæ* mense *Novembri* habita Episcopis dignitatem abrogant [a].

Rex Scotos domare frustra nititur. Parlamenta Anglica dissolvit.

§. 3. Ea re Rex multo magis exacerbatus *Anglos* ad arma vocat, copias *Eboracum* coire iubet, res tamen mense *Junio* anno 1639 ad pactionem deducitur [b]. Sed cum ex Parlamento *Scotico*, pactionis lege indicto, novæ litium caussæ intervenirent, decrevit Rex *Scotos* vi armorum cogere, eumque in finem exercitum conscribere. Verum pecunia destitutus, eius impetrandi caussa, coactus est Parlamentum *Anglicum* convocare 13 *Aprilis* anno 1640, quod iam per XII annos factum non erat [c]. In eo cum Rex, quantum sibi ad domandos istos rebelles satis esset pecuniæ, dari postularet: Parlamentum autem prius intestinis turbis & populi querelis mederi vellet; Rex videns nihil se confecturum, instinctu *Laudi* & *Straffordii* Comitis, qui haud ex vano sibi metuebant, & hoc Parlamentum 5 *Maii* dissolvit [d]. Bellum tamen contra *Scotos* gerere certus, conrasa undique pecunia *Straffordium* illum copiis præficit: sed cum *Scoti* priores inrumperent, intervenientibus quibusdam *Angliæ* Proceribus 16 *Octobris* induciæ cum *Scotis* factæ sunt [e].

Parlamentum non dissolvendum. Straffordius capitis damnatus. Puritani. Conspiratio Hibernica.

§. 4. Rex ab *Anglis* rogatus aliud Parlamentum, quod dein *magnum* appellatum fuit, indicit, quod consedit 3 *Novembris* St. V. anno 1640 [f]. Communes *Straffordium* & *Laudum* perduellionis postulatos in custodiam dari curant [g]: multa contra Episcopos moliun-

a Piasecius p. 532. Clarendon T. I. p. 143. 144. Salmonet l. d. p. 31—62. Aitzema L. XX. p. 27—29. Rapin T. VII. p. 482—500. Vassor L. XLIV. p. 40—87. Larrey T. IV. p. 105. 106. du Mont T. VI. P. I. p. 287. & seqq. *b* Clarendon T. I. p. 145—161. Salmonet P. I. L. II. p. 65—70. Rapin T. VII. p. 500—506. Vassor Lib. XLV. p. 293—326. Larrey T. IV. p. 109. 110. *c* Clarendon T. I. p. 163—169. Rapin T. VII. p. 513—522. Vassor L. XLV. p. 327—329. L. XLVI. p. 215—229. Salmonet P. I. L. II. p. 71—74. Larrey T. IV. p. 120. 121. *d* Clarendon T. I. p. 170—182. Salmonet P. I. L. II. p. 74—77. Aitzema L. XX. p. 30—42. Rapin T. VII. p. 523—542. Vassor L. XLVI. p. 229—253. Larrey T. IV. p. 122. *e* Clarendon T. I. p. 183—192. 201—210. Salmonet P. I. L. II. p. 78—86. 94—98. Rapin T. VII. p. 543—556. Vassor L. XLVI. p. 254—273. Larrey T. IV. p. 124—127. *f* Clarendon T. I. p. 214. 231—233. Rapin T. VII. p. 552. VIII. p. 1—13. Piasecius p. 532. Vassor L. XLVII. p. 503—509. Larrey T. IV. p. 127. *g* Clarendon T. I. p. 233—244. Salmonet l. d. p. 87. 88. Aitzema L. XX. p. 100. XXI. p. 166. Rapin T. VIII. 15. 16. 19. Vassor p. 509—522. 529—532. Larrey T. IV. p. 132.

liuntur[a]: mox veriti, ne Rex Parlamentum dissolveret ab eo 10 *Maii* anni 1641 promissionem extorquent, fore, ut non dissolvatur, antequam omnia regni mala conposita fuerint[b], biduoque post *Strafordiæ* Comitem capitis damnatum publice securi percutiunt[c]. Rex, videns nihil sibi ab eo Parlamento spei esse, ad *Scotos* se recipit 10 *Augusti*[d]. Interim prævalentes in *Anglia Puritani* multa ad Regis potentiam minuendam moliuntur, eumque suspicionibus gravant, quo non parum fecit erumpens 23 *Octobris* conspiratio *Hibernica*, qua Pontificii eius regni, duce quodam *Phelemone Neale* de inproviso Protestantes invadentes multa millia nulla sexus aut ætatis habita ratione obtruncant, Regemque auctorem sceleris palam sed falso profitentur[e]. Bellum tamen contra eos sub initium segnius gestum[f].

A. 6338. Per. Jul. ad 6362. A. Christ. 1625. ad 1649.

§. 5. Et vero, Rege 25 *Novembris* anno 1641 ex *Scotia* reverso, discordiæ civiles in *Anglia* Parlamentum inter & Regem anno 1642 in apertum bellum erupere[g]. Primum mense *Septembri* ad *Worcestriam* velitatum; iustiori prælio, sed dubio Marte, decertatum 23 *Octobris* ad collem *Edge-Hill* in agro *Warvicensi*[h]: cum tamen Rex paullo post quædam loca occu-

Bellum inter Regem & Parlamentum, cui Scoti accesserant regi funestum. Laudus capite plexus.

V v v v

a Clarendon T. I. p. 278—283. 332. 333. Salmonet l. d. p. 88. & seqq. Rapin T. VIII. p. 30—50. Vassor L. XLVII. p. 533—538. *b* Clarendon T. I. p. 368—371. Rapin T. II. p. 95. 96. Vassor L. XLVII. p. 558. 579—584. Larrey T. IV. p. 136. 137. *c* Clarendon T. I. p. 295—232. 341—343. 359—368. Salmonet P. I. L. II. p. 99—104. Aitzema L. XXI. p. 170—180. Rapin T. VIII. p. 83. & seqq. 96. Vassor L. XLVII. p. 543. 585—590. Piasecius p. 533. Larrey T. IV. p. 132. 138. *d* Clarendon T. I. p. 397—399. T. II. p. 31—34. Salmonet l. d. p. 109—112. Rapin. T. VIII. p. 105—107. Vassor L. XLVIII. p. 199—206. Larrey T. IV. p. 140. *e* Clarendon T. I. p. 385. & seqq. T. II. p. 1—22. Salmonet l. d. p. 114—116. Aitzema L. XXII. p. 409, 410. Burnet T. I. p. 115. Rapin. T. VIII. p. 106. & seqq. Vassor L. XLVIII. p. 206—216. 224. & seqq. Larrey T. IV. p. 141—143. Du Mont T. VI. P. I. p. 241. Hotting. Hist. Papat. Per. VII. §. 251. *f* Clarendon T. II. p. 60—64. T. III. p. 287—303. Rapin T. VIII. p. 122—125. p. 173. & seqq. *g* Clarendon T. II. p. 36—59. 65—643. 661. 673. Salmonet P. I. L. III. §. 1—9. p. 119—142. Rapin T. VIII. p. 131—172. 182—188. 207. 223—226. 333. 354—359. Vassor L. XLIX. p. 436—554. Larrey T. IV. p. 145—153. *h* Clarendon T. III. p. 1—50. 72—106. Salmonet l. d. p. 142—166. Aitzema L. XXII. p. 410. 411. Rapin T. VIII. p. 372—375. Larrey T. IV. p. 154. 155.

A. 6338. Per. Jul. ad 6362. A. Christ. 1625. ad 1649.

occupasset, Parlamentum mense *Junio* anni 1643 cum *Scotis* in fœdus coit, convenantum recipit, eademque opera Episcopis omnem in *Anglia* dignitatem & auctoritatem abrogat[a]. Adsunt etiam sub initium anni 1644 XX *Scotorum* millia duce *Alexandro Leslio*, insigne illarum partium firmamentum[b]. Cum interim Rex inducias mense *Septembri* anni 1643 cum *Hibernis* pactus, eorum exercitum ad se traduxisset[c]. Verum *Angli*, *Fairfaxio* duce ineunte anno 1644 *Hibernos*, dein & *Scotis* iuncti regios cum alibi tum ad *Eboracum* 2 *Julii* magno prælio vincunt, urbeque potiuntur[d]. Ex illo fluere, ac retro sublapsæ referri res Regis magnis cœperunt passibus, cuius animum etiam haud leviter adfecerunt matura nunc *Laudi* fata, qui damnatus a Parlamento 10 *Januarii* anno 1645 *Londini* publice fuit capite plexus[e].

Independentes. Fairfaxius. Cromwellus. Rex ad Scotos fugiens in Angliam remittitur.

§. 6. Inter hæc stabilitis Parlamenti rebus ab anno 1644 ex *Puritanis* prodire cœpit *Independentium* factio, quorum caput *Cromvellus* fuit[f]: qui cum sub finem anni 1644 lege lata, quæ *Self-dening* dicebatur, callida arte exercitum suum fecissent, ducibus *Thoma Fairfaxio* & *Cromvello*, regios, qui 30 *Maii* anni 1645 *Leicestriam* occupaverant, primum haud procul ista urbe ad collem *Nazeby* 14 *Junii*[g], dein sub *Roberto* Principe *Palatino* ad *Bristoliam* magnis adterunt cladibus[h]: ac denique Regem

[a] Clarendon T. III. p. 116—128. 320. & seqq. T. IV. p. 17—32. Salmonet P. I. L. IV. §. 1—5. p. 193—210. Aitzema L. XXIII. p. 608. 610. Rapin T. VIII. p. 375. 380—384. 433—446. Larrey T. IV. p. 156—159. du Mont T. VI. P. I. p. 287—290. [b] Clarendon T. IV. p. 41—47. 99. Salmonet l. d. p. 215. 216. Rapin T. VIII. p. 443 —446. 485. Larrey T. IV. p. 159. 160. [c] Clarendon T. IV. p. 105 —150. 195—260. Rapin T. VIII. p. 446—451. Larrey T. IV. p. 168. 169. [d] Clarendon T. IV. p. 177—188. Salmonet l. d. p. 227—231. Aitzema L. XXIV. p. 781. 782. Rapin T. VIII. p. 451. 485—493. Larrey T. IV. p. 160. 161. [e] Clarendon T. IV. p. 316. & seqq. 387—392. Salmonet P. I. L. V. §. 2. p. 260—270. Aitzema L. XXV. p. 145. & seqq. Rapin T. VIII. p. 492. & seqq. 514. 515. Larrey T. IV. p. 171. 172. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio V. L. V. c. 8. 9. [f] Clarendon T. IV. p. 365. & seqq. 447—451. Rapin T. VIII. p. 535 —540 Larrey T. IV. p. 186. [g] Clarendon T. IV. p. 484. & seqq. 533—547. Salmonet P. I. L. V. §. 6. p. 280—282. Aitzema L. XXV. p. 161—164. Rapin T. VIII. p. 540—548. Larrey T. IV. p. 174. [h] Clarendon T. IV. p. 567. & seqq. 606. Rapin T. VIII. p. 548. 549.

gem ipſum ad *Cheſtriam* copiarum reliquiis exutum ineunte *Novembri* anni 1645 *Oxonium* fugere compellunt[a]. Nec rebelles *Hiberni*, a Parlamento presſi, quidquam Regi, quocum pacti erant, auxilii præſtare poterant[b]. Itaque anno 1646 regiorum in *Anglia* armorum finis eſt factus[c]. Rex ipſe, pace fruſtra tentata, relicto *Oxonio Scotorum* ſe fidei commiſit 4 *Maii* anno 1646[d]. *Scoti*, deductis cum *Anglis* rationibus, Regem, quem dudum repetebant *Angli*, deſinente *Januario* anni ſequentis ea lege in *Angliam* remittunt, ut illius maieſtas & ſalus ſarta tecta ſint[e]. A. 6338. Per. Jul. ad 6362. A. Chriſt. 1625. ad 1649.

§. 7. Tum vero Rege in cuſtodiam dato, *Presbyteriani* ægre ferentes paucos *Independentes* ope exercitus dominari, exercitus dimittendi mentionem iniiciunt: id veriti *Independentes* exercitum contra Parlamentum incitant, Regem 4 *Junii* in caſtra abducunt[f], *Londinum* venientes 6 *Auguſti* anno 1647 Parlamentum manu militari opprimunt[g]. Rex ex eo tempore durius habitus, 11 *Novembris* militum manibus elapſus in *Vectim* inſulam ſe recipit, ubi tamen ab *Hammondo* eius inſulæ præfecto, qui cum *Cromvello* ſentiebat, non minus ſedula cura adſervatus fuit[h]. *Presbyteriani* interim, ut ab exercitu, ipſorum cervicibus inminente, liberarentur, non tantum varios in *Anglia* motus concitant[i], ſed etiam cum

Independentes parlamentum militari manu opprimunt. Scotos vincunt.

a Clarendon T. IV. p. 609—611. 667. 668. 703. Rapin T. VIII. p. 353. 554. *b* Rapin T. VIII. p. 559—564. du Mont T. VI. P. I. p. 323. & 335. *c* Clarendon T. IV. p. 723. 724. Aitzema L. XXVI. p. 221. du Mont T. VI. P. I. p. 344. *d* Clarendon T. IV. p. 705—722. T. V. p. 38—41. 53. Salmonet P. I. L. VI. §. 9. p. 330. 331. Aitzema L. XXVI. p. 222. 223. Rapin T. VIII. p. 555—559. 565—567. Larrey T. IV. p. 180. 181. du Mont T. VI. P. I. p. 344. *e* Clarendon T. V. p. 61—70. Salmonet l. d. p. 332—334. & §. 13. p. 345—348. Aitzema L. XXVI. p. 336—339. Rapin T. VIII. p. 568—577. Larrey T. IV. p. 183. *f* Clarendon T. V. p. 74—88. Salmonet P. II. L. VII. §. 4—10. p. 14—42. Rapin T. VIII. p. 557—587. Aitzema L. XXVII. p. 341. 342. Larrey T. IV. p. 185. *g* Clarendon T. V. p. 89. 111. 112. Salmonet l. d. §. 11—19. p. 43—73. Rapin T. VIII. p. 587—610. Aitzema L. XXVII. p. 402. 403. Larrey T. IV. p. 186—189. *h* Clarendon T. V. p. 131. 132. 139—155. 163. Salmonet P. II. L. VIII. toto. Burnet T. I. p. 124—126. Aitzema L. XXVII. p. 405—408. Rapin T. VIII. p. 610—620. 635. Larrey T. IV. p. 190. 191. *i* Clarendon T. V. p. 231. & ſeqq. 269. & ſeqq. Aitzema L. XXVIII. p. 483—488. Rapin T. VIII. p. 636—646. 652—656.

A. 6338. Per. Jul. ad 6362. A. Christ. 1625. ad 1649.

cum *Scotis*, quibus salus Regis curæ erat, paciscuntur [a]: verum nihil invictum *Cromvello*, dissipatis enim in regno motibus, *Scotos*, qui duce *Hamiltonio*, sed serius, 11 *Julii* anni 1648 in *Angliam* descenderant, duobus prœliis ad internecionem cecidit, capto ipso *Hamiltonio*: mox in *Scotiam* penetrans omnia suo arbitratu constituit [b]. Inde 11 *Octobris* anno 1648 reversus, Regem ex *Vecti* insula retractum 1 *Decembris* castello *Horstio* includi curat: ipse *Londinum* veniens 6 & 7 *Decembris* 140 membra Parlamenti militari manu excludit, a quo tempore quæ acta sunt omnia *Independentibus* in solidum tribui debent [c].

Regem capitis damnant.

§. 8. *Independentes* igitur, 150 e suo numero delectis, qui de Rege absoluta cum potestate iudicarent, nequicquam intercedentibus *Scotis*, 27 *Januarii* anno 1649 Regem, hos iudices agnoscere recusantem, capitis damnant, ac 30 eiusdem mensis in ferali suggestu per larvatum hominem uno ictu capite truncari curant [d].

C A-

a Clarendon T. V. p. 182. & seqq. 228—234. 261. & seqq. Salmonet P. II. L. IX. §. 8. p. 177. & seqq. Rapin T. VIII. p. 646—651. *b* Clarendon T. V. p. 291—296. 308—314. Salmonet P. II. L. IX. §. 12—16. p. 192—202. L. X. §. 1—3. p. 205—215. Aitzema L. XXVIII. p. 571. 572. 575. Rapin T. VIII. p. 663—668. 681—683. 689—691. *c* Clarendon T. V. p. 422—436. Salmonet P. II. L. XI. §. 7—11. p. 288—299. Aitzema L. XXVIII. p. 576—578. Rapin T. VIII. p. 668—680. 683—687. 691—707. *d* Clarendon T. V. p. 436—471. 506. & seqq. Salmonet P. II. L. XI. p. 304—309. L. XII. §. 2—5. p. 316—342. Aitzema L. XXVIII. p. 576—578. L. XXIX. p. 616—618. 620—681. Burnet T. I. p. 132—135. Rapin T. VIII. p. 709—720. du Mont Supp. T. II. P. I. p. 333. & seqq.

CAPUT XVII.

A. 6362. Per. Jul. ad 6385. A. Christ. 1649. ad 1672.

De rebus tota Europa *gestis ab anno* 1649 *ad annum* 1672.

§. 1.

Pax Westphalica prudentia Caroli Gustavi confirmata, cui regni Suecici successio decreta.

SAncita quidem superiori anno pax erat *Germanica*; sed de ratihabitione, & exsequendis eius conditionibus nec non de militibus abducendis valde laboratum est; ut etiam in conventu Legatorum *Noribergensi* parum abesset, quin posita iam arma resumta fuissent[a]: verum *Carolus Gustavus Bipontinus* sua prudentia ac moderatione, hoc & sequenti anno 1650, omnia in tranquillum redegit, tanta gloria, ut etiam, adnitente ipsa Regina *Sueciæ Christina*, mense *Octobri* anni 1650 ipsi in concilio Procerum successio in regnum *Sueciæ* post mortem Reginæ decerneretur[b].

Cosacci cum Polonis paciscuntur.

§. 2. In *Polonia* hoc anno 1649 & sequenti multum tumultuabantur *Cosacci*, *Polonorum* iniuriis provocati; sed post aliquot clades utrimque inlatas anno 1651 pacem satis sibi honestam ab Rege *Johanne Casimiro* inpetrarunt[c].

Mazarinius Principes in carcerem conpingit, ex quo motus.

§. 3. In *Gallia Mazarinii* potentia ad invidiam aucta, ut etiam 18 *Januarii* anno 1650 tres Principes, a quibus sibi metuebat; *Condæum*, *Contium* & *Longavillæum* in carcerem conpingeret, adeo accensum est Procerum odium, ut ad bella civilia irent; qua

a Pufend. Rerum Suec. L. XXI. §. 1—106. Aitzema L. XXIX. p. 696. 697. L. XXX. p. 187. 188. du Mont T. VI. P. I. p. 497. & seqq. 539. 549—561. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 177. 178. Histoire des Traitez de Westphalie p. 43. & seqq. b Pufend. L. XXI. §. 107—115. L. XXII. §. 1—46. du Mont T. VI. P. I. p. 564. 565. c Pastorius Hist. Polon. Pleniori P. I. L. I. p. 27—39. 70—81. L. II. p. 87—113. L. III. p. 138. & seqq. L. IV. p. 237—241. L. VI. p. 293. & seqq. P. II. L. VII. & VIII. L. IX. p. 153. 167—200. L. X. p. 239—242. 258. 264—279. Valkenier Verwerd Europa p. 208—212. Hist. de Pologne & Lithuan. p. 340—342. Pufend. Introduct. L. IV. c. 7. p. 337—339. Histoires des Traitez de Paix T. II. p. 556—558.

A. 6362. Per. Jul. ad 6385. A. Christ. 1649. ad 1672.

qua occasione in rem suam usi *Hispani* varias *Gallis* urbes ademerunt [a].

Mazarinius semel iterumque, pulsus triumphans redit. Hispani quædam loca occupant.

§. 4. Verum cum *Mazarinius*, victoria 15 *Decembris* ad *Rethelium* reportata [b], ferocior, insolesceret, Parlamentum & Dux *Aurelianensis* caussam suscipiunt. Principes carceri mancipati 4 *Februarii* anno 1651 libertati restituuntur. *Mazarinius* Parlamenti decreto intra 15 dies regno excedere iubetur [c]. Regina mater tamen, conciliato sibi *Gondio* Coadiutore *Parisino*, qui *Funditorum* caput erat, sub finem anni *Mazarinium* in aulam reducit [d]: & quanquam, *Condæo* cum copiis *Parisios* veniente, Rex *Mazarinium* iterum 7 *Augusti* anno 1652 dimitteret [e]; fuit tamen paullo post *Condæus* ipse coactus se ad *Hispanos* in *Belgium* recipere [f]. *Mazarinius* igitur 3 *Febr.* anno 1653 triumphans in aulam redit [g], *Condæum* mense *Aprili* anni 1654 proscribi curat [h]. Multum tamen lites hæ atque contentiones publicæ rei nocuerunt: *Hispani* enim iis fortiter in rem suam usi *Barcinonem*, *Gravelingam*, *Dunkerkam* aliaque loca tunc receperunt [i].

§. 5.

a Priolus L. III. IV. V. §. 1—14. 29. 32. 33. Hist. du Prince de Condé L. II. p. 176—256. Leven van den Kardinaal Rets T. II. p. 63—69. & deinde. Limiers Hist. de Louis XIV. L. II. p. 11. & seqq. 118—126. 130—200. Aitzema L. XXIX. p. 814. 815. L. XXX. p. 50. 61. Hist. du ministere de Mazarin par Guleazzo Gualdo Priorato T. I. p. 46—68. Jæger Decennio V. L. IX. c. 3. L. X. c. 3. Decennio VI. L. I. c. 5. *b* Priolus L. V. §. 35. 36. Priorato T. I. p. 74. 75. Hist. de Condé L. II. p. 257. 258. Leven van Rets T. II. p. 190. 191. Limiers L. II. p. 200. Aitzema L. XXX. p. 187. *c* Priolus L. V. §. 38—VI. §. 3. 9. Priorato T. I. p. 77—92. Hist. de Condé L. II. p. 260—274. Leven van Rets T. II. p. 198—240. Limiers T. II. p. 200—237. Clarendon T. VI. p. 156. Aitzema L. XXXI. p. 494. Merc. Holl. an. 1651. p. 9—13. *d* Priolus L. VI. §. 15—40. Priorato T. I. p. 95—130. Memoires de Rochefort p. 123. & seqq. 139. Leven van Rets T. II. p. 250—264. & seqq. T. III. p. 51. & seqq. Hist. de Condé L. III. p. 275—331. Limiers L. II. p. 237. & seqq. L. III. p. 9—44. Aitzema L. XXXII. p. 748. 750. *e* Priolus L. VII. Priorato T. I. p. 188—254. Hist. de Condé L. III. p. 333—406. Limiers L. III. p. 44—128. *f* Priolus L. VIII. §. 3. Hist. de Condé L. III. p. 410—415. Priorato T. I. p. 311. & seqq. 339—343. Limiers L. III. p. 142—146. *g* Priolus L. IX. §. 1. 2. Priorato T. I. p. 379. & seqq. Hist. de Condé. L. IV. p. 416—424. Limiers L. III. p. 146—169. *h* Hist. de Condé L. IV. p. 443—447. Limiers L. III. p. 286. & seqq. *i* Priolus L. VIII. §. 5. Priorato T. I. p. 141. 242—245. 332. 333. Limiers L. III. p. 159. 160. Aitzema L. XXXI. p. 500. XXXII. p. 727.

§. 5. *Batavi* pacem ab exteris hostibus nacti, domi haud gravi de caussa conlidi cœperunt. Proceres *Hollandiæ* minuendis sumtibus 50 de singulis cohortibus mitti volebant, paullo pauciores Princeps *Arausiacus* & reliquarum Civitatum Proceres [a]. Legatione ex auctoritate Ordinum Generalium mense *Junio* anno 1650 per singulas civitates *Hollandiæ* frustra missa [b], Princeps 30 *Julii* præcipiti consilio sex e Proceribus *Hollandiæ* in custodiam dat, *Amstelodamenses* armis in sententiam suam cogere meditatur. Verum detecta re Senatus amplissimæ istius urbis milites exclusit [c]; mox re ad pactionem deducta valuit sententia Principis [d]. Qui tamen inminuta civium gratia eodem anno 6 *Novembris* diem obiit supremum [e], relicta uxore gravida, quæ octavo post die peperit *Guillelmum Henricum* [f]; qui licet diu satis Maiorum muneribus arceretur, ubi tamen adolevit, non tantum in paterna munera successit, sed etiam *Angliæ* regnum accepit, ut infra videbimus.

A. 6361. Per. Jul. ad 6385. A. Christ. 1649. ad 1672.

Wilhelmus II Arausiacus conatu ad Amstelodamum excidens moritur.

§. 6. In *Anglia*, occiso Rege, abolita etiam est omnis regia potestas, perduellionis crimine & pœna capitis in eum constituta, qui posthac de ea restituenda consilia agitaret; mox & Proceribus cameræ superioris omnis abrogata auctoritas, novaque reipub. forma, quæ Parlamento subesset, descripta [g] 17 *Martii* anno 1649. Sed dum libertatem cogitant *Angli* in *Cromvelli* tyrannidem incidunt. Interim *Scoti*, quibus violenta Independentium in Regem consilia displicebant, *Carolum* II, *Caroli* I filium, certis conditionibus ad regnum vocant [h]: ille, dubius quid ageret,

Angli, abolito regis nomine & camera superiore, in Cromvelli tyrannidem incidunt. Marchio Montis Rosarum in Scotia, Ormondius in Hibernia oppressi. Carolus II venit in Scotiam.

a Aitzema L. XX. p. 104. & seqq. XXIX. p. 749—751. 759—778. L. XXX. p. 11. & seqq. Wicquefort L. III. p. 139. & seqq. Le Clerc L. XIII. p. 276. b Aitzema L. XXX. p. 51—90. Merc. Holl. an. 1650. p. 19—21. van Loon P. II. p. 342. 343. Le Clerc L. XIII. p. 278. & seqq. c Aitzema L. XXX. p. 90—96. L. XXXI. p. 399—427. Merc. Holl. an. 1650. p. 27—34. Le Clerc L. XIII. p. 282. & seq. van Loon l. d. d Aitzema L. XXX. p. 97—120. Merc. Holl. an. 1650. p. 35. 36. van Loon P. II. p. 346. e Aitzema L. XXX. p. 121—125. van Loon P. II. p. 351. Le Clerc L. XIII. p. 288. f Aitzema L. XXX. p. 128. van Loon P. II. p. 352. Le Clerc L. XIII. p. 289. g Clarendon T. V. p. 475—477. Baker p. 588. Salmonet P. II. L. XII. §. 7—9. p. 343—350. Rapin T. IX. p. 1—5. Larrey T. IV. p. 215. 216. h Clarendon T. V. p. 502—506. 617. 624. Baker p. 589. Aitzema L. XXIX. p. 808. 809. L. XXX. p. 23. 150. Rapin T. IX. p. 11—17.

A. 6362. Per. Jul. ad 6385. A. Christ. 1649. ad 1672.

ageret, Marchionem *Montis Rosarum* armata manu in *Scotiam* mittit, id indignati *Scoti* captum Marchionem 21 *Maii* anno 1650 suspendio necant[a]: cum iam *Cromvellus* a Parlamento in *Hiberniam* missus *Ormondiæ* Ducem, qui *Carolum* II in *Hibernia* publice Regem renunciaverat, magnis adtrivisset cladibus[b]. Itaque *Carolus* omni alia spe destitutus mense *Junio* anno 1650 *Edimburgum* veniens regnum *Scotiæ* iis, quibus deferebatur, legibus accepit[c].

Cromwellus, Scotis & Rege victis, Hibernia Scotiaque pacata, Protector renunciatur.

§. 7. *Cromvellus* ex *Hibernia* revocatus, mox a militibus 26 *Junii* supremus copiarum dux salutatus, *Scotos Leslio* duce ad *Dumbarum* 13 *Septembris* anno 1650 magno prælio vincit[d]: *Carolus* tamen 11 *Januarii* anno 1651 Rex *Scotiæ* coronatus[e], 16 *Augusti* cum exercitu in *Angliam* penetrat, ut partibus suis studentes sibi adiungeret: verum *Cromvellus* citato gradu eum secutus, ad *Vigorniam* 13 *Septembris* ingentem eius exercitui cladem inflixit, adeo ut ipse Rex, de rebus suis desperans, mentito habitu fugerit, & in *Galliam* traiecerit[f]. Tum vero *Cromvello* facile fuit, fugato *Carolo*, *Hibernia* per *Iretonum* generum pacata[g], *Scotia Monkio* duce subacta[h], partam potestatem per exercitum stabilire, ut etiam Parlamento mense *Aprili* anno 1653 militari manu dissoluto[i], ipsi ab exercitu mense *Decembri* eiusdem anni Protectoris trium regnorum titulus delatus fuerit[k].

§. 8.

a Clarendon T. V. p. 629—644. Baker p. 599. Salmonet l. d. p. 356—366. Aitzema L. XXX. p. 150. 151. Merc. Holl. an. 1650. p. 14—17. Rapin T. IX. p. 18. 28. 29. Larrey T. IV. p. 325. 326. *b* Clarendon T. V. p. 573—585. 614—616. 645. & seqq. Baker p. 591—593. Rapin T. IX. p. 19—22. 23. 24. Larrey T. IV. p. 219. & seqq. *c* Clarendon T. VI. p. 1—6. Baker p. 593. & seqq. Aitzema L. XXX. p. 152. Rapin T. IX. p. 22—28. 30. 31. *d* Clarendon T. VI. p. 18—23. Baker p. 601. Aitzema L. XXX. p. 153. 154. Rapin T. IX. p. 33—36. Larrey T. IV. p. 227. 230. 231. *e* Clarendon T. VI. p. 53—57. Baker p. 603. Aitzema L. XXXI. p. 478. Rapin T. IX. p. 41. *f* Clarendon T. VI. p. 57—112. Baker p. 605. & seqq. Rapin T. IX. p. 41—47. Aitzema L. XXXI. p. 544—551. Larrey T. IV. p. 232—234. *g* Clarendon T. VI. p. 117—126. Larrey T. IV. p. 236. *h* Baker p. 610. Rapin T. IX. p. 46. Larrey T. IV. p. 235. *i* Clarendon T. VI. p. 200—211. Baker p. 617. 618. Rapin T. IX. p. 56—59. Larrey T. IV. p. 245. *k* Clarendon T. VI. p. 212—222. Baker p. 620. Aitzema L. XXXIII. p. 855—861. 991—994. Rapin T. IX. p. 61. 62. 64. 65. Larrey T. IV. p. 248—254.

§. 8. Interim eiecto Rege gravissimum *Anglos* inter & *Belgas* bellum exarserat. Multi in *Anglia* ut exercitum terrestrem, quo *Cromvelli* potentia nitebatur, dimittendi occasionem nanciscerentur, bellum cum *Belgis* mari gerendum suadebant; alii æmulatione *Belgarum*, quorum hoc tempore mercatura maxime florebat, facile adsentiebantur: cum igitur *Angli* 1 *Decemb.* anni 1651 legem scriberent, ne cui genti liceat alias in *Angliam* merces inportare, quam quæ in ea regione proveniunt, suum esse maris imperium iactarent, *Belgarum* naves perquirerent, pugna inter *Trompium* & *Blakium* 29 *Maii* 1652 conmissa, res ad arma est deducta[a]: duravit hoc bellum per biennium mutuis cladibus fœdum[b], donec mense *Aprili* anno 1654 pax inter utramque gentem est restituta *Anglis* tamen quam *Batavis* honestior[c]. Eodem anno *Carolus* II denuo paternum regnum adfectavit, sed *Cromvellus*, detecta coniuratione, eius conatus elusit, in coniuratos acriter animadvertit[d].

A. 6362. Per. Jul. ad 6385. A. Christ. 1649. ad 1672. Bellum Anglos inter & Belgas.

§. 9. In *Gallia*, conpresso civili tumultu & *Condæo* proscripto, Rex *Ludovicus* XIV 7 *Junii* anno 1654 apud *Rhemos* unctus[e], arma acrius in hostes convertit, captoque *Stenaco*, *Hispanos* 25 *Augusti* magna cum clade ab *Atrebati* obsidione reiecit: nec segnius sequenti anno 1655 bellum urgens *Landrecium* multaque alia *Belgicæ* & *Catalauniæ* oppida subiugavit[f]; mari quoque haud procul *Barcinone* victor[g].

Bellum inter Gallos & Hispanos alternante fortuna gestum.

Xxxx Ve-

a Aitzema L. XXXI. p. 551. XXXII. p. 625. 634. 648—697. Clarendon T. VI. p. 168—173. Baker p. 613. Vita Tromp. p. 9—26. Rapin T. IX. p. 48—54. Le Clerc L. XIII. p. 307—317. Du Mont T. VI. P. II. p. 28. 31. 35. *b* Aitzema L. XXXII. p. 733—736. 738. 740—742. 767. 771—773. XXXIII. p. 793. 800. 811. 812. 831. 862—869. 873. 880. 886. 888—894. 913. & seqq. Clarendon T. VI. p. 173—182. 222—226. Vita Tromp. p. 23—64. 75—93. 99—112. Rapin T. IX. p. 54—56. 62. 63. *c* Du Mont T. VI. P. II. p. 74—80. 85. 88. Aitzema L. XXXIII. p. 848—855. 861. 869—872. 874—879. 974. XXXIV. p. 46—118. Clarendon T. VI. p. 226. 227. Vita Tromp. p. 144—156. Rapin T. IX. p. 66. Le Clerc. L. XIII. p. 340—348. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 39—41. *d* Clarendon T. VI. p. 337—377. Rapin T. IX. p. 66. 67. 74—76. *e* Priorato T. III. p. 189—198. Limiers L. III. p. 412—420. *f* Priorato T. III. p. 217—396. Hist. de Condé L. IV. p. 465—467. Memoires de Bussy T. II. p. 8. & seqq. 34. 38. 39. Limiers L. IV. p. 40—43. Aitzema L. XXXV. p. 466. *g* Daniel T. IX. p. 59.

A. 6362. Per. Jul. ad 6385. A. Christ. 1649. ad 1672.

Verum hanc iacturam, nobili victoria 16 *Julii* anno 1656 ad *Valencenas* reportata, pensarunt *Condæus* & *Johannes Austriacus*, *Philippi* IV nothus, qui ab hoc tempore *Belgicæ* Gubernator est renunciatus[a].

Johanne IV in Lusitania mortuo, succedit Alphonsus VI.

§. 10. Interim segniter *Hispani* bellum adversus *Lusitanos* gerebant, quorum Rex *Johannes* IV hoc ipso anno 1656 *Novembris* 6 vivere desiit, cum se regnumque suum per 17 circiter annos ab *Hispanorum* armis defendisset[b]. Successit ei filius *Alphonsus* VI; sed quia per ætatem (vix enim annum ætatis 13 egressus erat) rebus gerendis nondum erat idoneus, mater eius regni negotia interim administravit[c].

Christina regina regno se abdicat. Carolus Gustavus Polonos gravi bello premit. Prælium ad Varsaviam. Ragotzius.

§. 11. In *Suecia* annus 1654 memorabilis exstitit abdicatione *Christinæ*, *Gustavi Adolphi* filiæ, quæ in ipso ætatis flore, annos nata 27, ultro in publico Procerum concilio *Junii* 6 sceptrum posuit, illudque in amitinum suum *Carolum Gustavum* transtulit[d]. Ipsa certos sibi reditus pacta, regno ac tota mox *Suecia* cessit, & *Oeniponte* anno 1655, eiuratis *Protestantium* sacris, *Romanas* cærimonias est amplexa[e]. Eius vero successor *Carolus Gustavus* ægre ferens *Johannem Casimirum Poloniæ* Regem, qui ab anno 1653 graviori a *Moscis* bello vexabatur, ausum eius electioni intercedere, *Suecos* ad arma contra *Polonos* concitat; atque adeo anno 1655 nec opinanti *Poloniæ* superveniens, eam, cæsis ubique hostibus, totam fere subiugavit[f]. Quin etiam, *Friderico Guillelmo Brandenburgico* Electore sequenti anno 1656 arma sua *Suecis* iungente[g], tanto ardore ac pertinacia

a 18

a Hist. du Prince de Condé L. IV. p. 468—471. Bussy T. II. p. 68. Limiers L. IV. p. 62—65. Aitzema L. XXXVI. p. 648. 650. *b* Le Clede T. VII. p. 622—625. *c* Le Clede T. VIII. p. 1—6. *d* Pufend. Rer. Suec. L. XXVI. §. 18. 19. 28. & in Carolo Gustavo L. I. §. 2—46. Memoires de Chanut T. III. p. 299. & seqq. 356. 368. 389. Aitzema L. XXXIV. p. 4—8. 13. Limiers L. III. p. 379—409. Jæger Decen. VI. L. IV. c. 5. *e* Pufend. Rerum Suec. L. XXVI. §. 21. 28. Aitzema L. XXXV. p. 432. 433. Limiers L. III. p. 391—399. 407. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio VI. L. V. c. 11. *f* Pufend. in Carolo Gustavo L. I. §. 43. & seqq. L. II. n. 1—47. & Introduct. Hist. Succ. L. VI. p. 222—235. Hist. de Pologne & Lithuan. p. 342—345. Aitzema L. XXXV. p. 416. & seqq. 429. 439. du Mont T. VI. P. II. p. 107. 119. *g* Pufend. Rer. Brandenb. L. VI. §. 14—29. & in Carolo Gustavo L. II. n. 54—69. III. 19. 20. Introd. L. VI. p. 233—235. Aitzema L. XXXVI. p. 491. 502. 534. du Mont T. VI. P. II. p. 136—140. 148.

a 18 *Julii* ad *Varſaviam* pugnatum eſt, ut tertio demum die vix tandem *Sueci* victoria fuerint potiti[a]. Quemadmodum iterum anno 1657 *Ragotzius Tranſilvaniæ* Princeps, cum *Coſaccis* in partes veniens, *Poloniam* late pervagatus eſt[b], donec Rege *Sueciæ* ad bellum *Danicum* avocato, gravi a *Polonis Tartaris*que clade accepta, pacem minus honeſtam facere eſt coactus[c].

A. 6361. Per. Jul. ad 6385. A. Chriſt. 1649. ad 1672.

§. 12. Inter hæc *Daniæ* Rex *Fridericus* III, cui tanta vicini Regis felicitas ſuſpecta erat, arctiori fœdere anno 1656 cum *Belgis* inito[d], anno ſequenti 1657 in ducatum *Bremenſem* inrumpens, bellum *Suecis* intulerat[e]. Re cognita *Carolus Guſtavus*, relictis in *Boruſſia* ſub fratre exiguis copiis, *Wrangelium* in *Bremenſem* agrum mittit, ipſe in *Holſatiam* deſcendit, ac re ubique ex ſententia geſta, inmani auſu, cum mare *Balticum* glacie conſtrictum iaceret, exercitum per inſulas *Danicas* circumducit, mox *Hafniam* regni caput petiturus[f]. Terrore perculſus *Danus* 26 *Febr.* St. vet. anno 1658 *Rothſchildi* pacem facere, *Suecis* varias regiones tradere[g], ſimul & *Friderico* Duci *Holſato Gottorpienſi* ſupremum dominium in ducatum *Sleswicenſem* concedere cogitur[h].

Carolus a Dano petitus, per glaciem irrumpens Danum ad pacem Rothſchildenſem cogit.

§. 13. Sed haud diuturna pax fuit. *Suecus* enim metuens, ne ſibi poſthac longinqua bella gerenti impedimento *Danus* eſſet, cauſſatus haud ſtari pactis a

Danis laborantibus ſubveniunt Belgæ. Pax ad Hafniam. Pax Olivenſis. Pactum Bidgoſtanum. Rex Daniæ ſummum imperium hereditario iure conſequitur.

a Puſend. Rerum Brand. L. VI. §. 36—39. & in Carolo Guſt. L. III. n. 22—28. Aitzema L. XXXVI. p. 553—560. Hiſt. de Pologne p. 344. 345. b Puſend. in Carolo Guſtavo L. III. §. 63—69. IV. §. 9—17. Merc. Holland. an. 1657. p. 77. 78. Hiſt. de Pologne p. 345. 346. c Puſend. Car. Guſt. L. IV. §. 19—21. Ricaut Hiſt. de l'empicre Ottoman T. I. p. 271—275. Limiers L. IV. p. 129—131. Hiſtoire des Traitez de Paix T. II. p. 534. 535. d Aitzema L. XXXVI. p. 586. 592—594. Puſend. in Carolo Guſt. L. IV. §. 55—60. du Mont T. VI. P. II. p. 183. Hiſtoire des Traitez de Paix T. I. p. 115. 116. e Puſend. Rerum Brand. L. VI. §. 52—62. VII. n. 11. & in Car. Guſt. L. IV. n. 66. 67. 69—71. Aitzema L. XXXVII. p. 908. & ſeqq. 918. 919. Hiſt. de Danemarc. par des Roches T. VI. p. 47—57. du Mont T. VI. P. II. p. 189. f Puſend. Car. Guſtavo L. IV. §. 68. 72—76. V. n. 1—7. Aitzema L. XXXVII. p. 918—920. 926—928. Vita Trompii p. 189. 190. Des Roches T. VI. p. 57—81. g Puſend. Car. Guſt. L. V. §. 8—14. & tractatus ipſe ibidem ſubiectus p. 21—29. Aitzema L. XXXVIII. p. 68—84. du Mont T. VI. P. II. p. 204—212. Hiſtoire des Traitez de Paix T. I. p. 95—97. h Du Mont T. VI. P. II. p. 219—222.

A. 6362. Per. Jul. ad 6385. A. Christ. 1649. ad 1672.

Dano, eopse anno mense *Augusto* bellum repetit, *Hafniam* protinus oppugnatum venit, ac longa obsidione premit[a]: nec tamen ex sententia cessit; *Batavis* enim in auxilium venientibus, ipsorum ope non tantum tolerata obsidio[b], sed etiam anno sequenti 1659, transductis in *Fioniam* copiis, insignis est de *Suecis* reportata victoria, capto insuper *Neoburgo*[c]. Quæ res tanta consternatione *Caroli Gustavi* adfecit animum, cum præsertim etiam *Cæsar* & *Brandenburgicus* iam se *Dano* iunxissent[d], ut febri correptus 23 *Februarii Gothenburgi* obierit, regni 6, vitæ 38 anno, succedente filio *Carolo* XI[e], sed adhuc minorenni. Eius morte via ad pacem munita, quæ 27 *Maii* Stil. vet. anno 1660 in castris ad *Hafniam* convenit, qua *Sueci* pleraque *Rothschildi* nuper sibi concessa retinuerunt, Dux *Holsatiæ* feudi nexu solutus[f]. Cum paullo ante 23 *Aprilis* st. vet. *Sueci* quoque cum *Polonis* in *Olivensi* cœnobio ea lege pacem composuissent, ut redditis, quæ *Sueci* in *Polonia* & *Borussia* tenebant, *Poloni* omni iuri in *Sueciam* & *Livoniam* quæ supra *Dunam* fluvium est, renunciarent[g], *Fridericus* quoque *Guillelmus* Elector *Brandenburgicus* occasione huius belli, ut se, relictis *Suecis*, *Polonis*

a Pufend. Rer. Brand. L. VII. §. 62. & seqq. & in Car. Gustav. L. V. §. 28. & seqq. §. 38—45. 95. 96. 98—110. Aitzema L. XXXVIII. p. 85—89. 94—101. 110. Des Roches T. VI. p. 92—105. 113—130. b Pufend. Rer. Brand. L. VIII. §. 2. & in Car. Gust. L. V. §. 102—107. VI. §. 1—7. Aitzema L. XXXVIII. p. 88—93. 102—106. 118—123. XXXIX. p. 509—520. Vita Tromp p. 90—98. des Roches T. VI. p. 105. 131—150. c Pufend. Rer. Brand. L. VIII. §. 10—14. 33—35. & Car. Gust. L. VI. §. 48—58. Aitzema L. XXXIX. p. 523—536. Vita Tromp p. 198—208. des Roches T. VI. p. 173—183. d Pufend. Rer. Brand. L. VIII. §. 72. 73. VIII. §. 25—32. & in Car. Gust. L. VI. §. 67. 72. 74. du Mont T. VI. P. II. p. 201. 202. e Pufend. in Car. Gust. L. VII. §. 2. 3. Aitzema L. XL. p. 739. 740. des Roches T. VI. p. 183—188. f Pufend. Rer. Brand. L. VIII. §. 54. 56. & in Car. Gust. L. VI. §. 15—29. & tractatus ipse ibidem subiectus p. 30—38. Aitzema L. XXXIX. p. 401. 407. & seqq. 448. & seqq. 482. XL. p. 719. 765—789. Merc. Holl. an. 1660. p. 65—70. Des Roches T. VI. p. 187—208. du Mont T. VI. P. II. p. 252. 260. 319—326. 358. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 99. g Pufend. Rer. Brand. L. VIII. §. 48. & seqq. 72—75. & in Car. Gust. L. VI. §. 4—14. & tractatus ipse ibidem p. 39—52. Aitzema L. XL. p. 685—715. Merc. Holl. an. 1660. p. 59—64. Struv. Per. X. Sect. XI. n. 6. du Mont T. VI. P. II. p. 303—315. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 216. 217.

lonis iungeret, ex pacto anno 1657 *Bidgosti* inito, nexu feudi, quo *Polonis* ratione *Borussiæ* obstrictus erat, est solutus[a]. Ipsique Regi *Daniæ* infelix bellum felicem exitum adtulit. Cum enim cives suos variis artibus, & alacritate mira in defendenda urbe sibi conciliasset; illi vero cum Nobilibus regni, qui immunitates suas crepantes alios obterebant, litigarent, cives & clerici coëgerunt alios 27 *Octobris* anno 1660 regnum *Daniæ* absoluta cum potestate & iure hereditario Regi deferre, ita ut mascula prole deficiente etiam ad feminas transeat[b].

A. 6362. Per. Jul. ad 6385. A. Christ. 1649, ad 1672.

§. 14. In *Germania Ferdinando* III Imperatore 2 *Aprilis* st. novi anno 1657, imperii 21, ætatis 49 mortuo[c], rebus turbatis per 15 menses vacavit imperium, donec 8 *Julii* st. vet. anno 1658 electus est Imperator alter filius *Ferdinandi* III *Leopoldus* I[d].

Ferdinando III succedit filius Leopoldus.

§. 15. In *Belgica Hispanis* funestus fuit annus 1658, cum enim *Cromvellus*, insula *Jamaica* anno 1655 intercepta[e], dudum *Hispanis* infensus, ex fœdere anno 1657 cum *Gallo* inito[f], copias & classem cum *Gallo* iunxisset, non tantum *Dunkerka* 24 *Junii* anno 1658 coniunctis viribus expugnata & *Anglis* ex pacto tradita[g]; sed & *Galli* usi occasione *Gravelingam*, *Ipram* & varia alia oppida occuparunt[h], quo perculsi *Hispani* de pace miserunt, quæ denique *Gallo* utilis & honesta in *Pyrenæis* montibus coiit 7 *Novembris* anno 1659, novaque adfinitate insuper est confirmata, qua

Dunkerka Anglis tradita. Pax Pyrenæa.

a Pufend. Rer. Brand. L. VI. §. 66—83. Aitzema L. XXXVII. p. 1047—1059. du Mont T. VI. P. II. p. 191—196. Histoire des Traites de Paix T. II. p. 511—514. *b* Des Roches T. VI. p. 207—222. Aitzema L. XL. p. 795—799. Merc. Holl. an. 1660. p. 150—153. du Mont T. VI. P. II. p. 332. *c* Pufend. Rer. Brand. L. VII. §. 21. Aitzema L. XXXVII. p. 965. Struv. Corpore Hist. Germ. Per. X. Sect. X. n. 48. du Mont T. VI. P. I. p. 160. *d* Pufend. Rer. Brand. L. VII. §. 21—42. & Car. Gust. L. IV. n. 41—45. V. 46. 50—60. Priolus L. IX. n. 18—21. Merc. Holl. an. 1658. p. 90—98. Limiers L. IV. p. 92. & seqq. 115—122. Struv. Per. X. Sect. XI. n. 4. du Mont T. VI. P. II. p. 225—234. *e* Clarendon T. VI. p. 383. 392. Baker p. 624. 625. Rapin T. IX. p. 77. 78. *f* Du Mont T. VI. P. II. p. 178. *g* Clarendon T. VI. p. 502—510. Aitzema L. XXXVIII. p. 233. 236. Limiers L. IV. p. 106—109. Rapin T. IX. p. 87. 95. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 276. *h* Aitzema L. XXXVII. 237. 258. XXXIX. p. 320—322. 335—387. De Choisy Memoires de Louis XIV. Tom. I. p. 77. Merc. Holl. an. 1658. p. 66—72. 110. 111. 183. Limiers L. IV. p. 109.

A. 5661. Per. Jul. ad 6385. A. Christ. 1649. ad 1672.

Ludovicus XIV matrimonio sibi iunxit filiam *Philippi* IV *Mariam Theresiam*, cum prius omni iuri successionis in regnum *Hispanicum* renunciasset [a].

Cromwello mortuo, & Richardo se abdicante, Carolus II adiuvante Monkio regno potitur, Dunkerka Gallis vendita.

§. 16. Dum hæc geruntur *Cromvellus*, qui sub Protectoris titulo, sibi sub finem anni 1653 a militibus delato, & demum anno 1657 Parlamenti decreto confirmato [b], plus quam regiam in *Anglos* potestatem exercuerat, $\frac{3}{13}$ *Septembris* anni 1658 diem obiit supremum [c], successorem nactus filium *Richardum Cromvellum*, qui tamen, ne per annum quidem eam dignitatem tueri potuit. Primum enim *Fleetwodus* mense *Aprili* anni 1659 ab exercitu in eius locum summus copiarum dux est constitutus, paulloque post mense *Maio* ipse a Parlamento *Independentium*, quod revocatum erat, coactus est, se Protectoris titulo & regimine *Angliæ* abdicare, fratre etiam eius ex *Hibernia* revocato, ut omnia Parlamento subessent [d]: sed discordia inter summos militum duces & Parlamentum orta, etiam Parlamentum hoc militari manu dissolutum est 13 *Octobris* [e], subfecto in eius locum *Consilio Status*, ut vocant, quod interim Rempub. administraret; sed cum eo tempore omnia in incerto fluctuarent, plures pro Rege *Carolo* restituendo arma sumunt, quos tamen anno 1659 repressit *Lambertus* dux exercitus [f]: ita tamen ut, non diu post dimisso Consilio Status, iterum mense *Decembri* anni 1659 coiret Parlamentum [g]: sed cum anno sequente 1660 *Monkius Scoticarum* copiarum dux, cum exercitu *Londinum* veniens, sua auctoritate Presbyterianos, anno 1648 a *Cromvello* pulsos

21 *Fe-*

[a] Clarendon T. VI. p. 564. & seqq. Priolus L. X. §. 17—24. 27. 28. Aitzema L. XXXIX. p. 320—387. XL. p. 1073. Limieres L. V. p. 122. 139—164. 198—218. 221—280. La Clede T. VIII. p. 208 —234. du Mont T. VI. P. II. p. 249. 264—292. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 605—613. [b] Clarendon T. VI. p. 216. 403—424. Aitzema L. XXXVII. p. 991. Rapin T. IX. p. 64. 85. [c] Clarendon T. VI. p. 512—517. Aitzema L. XXXVIII. p. 367. Rapin T. IX. p. 95—105. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio VI. L. VIII. c. 3. p. 124. [d] Clarendon T. VI. p. 527—540. Baker p. 635. & seqq. Aitzema L. XXXVIII. p. 279. 405. 406. XXXIX. p. 677—679. Merc. Holl. an. 1659. p. 46—53. Rapin T. IX. p. 105—120. [e] Clarendon T. VI. p. 121—132. Aitzema L. XXXIX. p. 683. Rapin T. IX. p. 121—132. [f] Clarendon T. VI. p. 545—563. Rapin T. IX. p. 122. 123. [g] Clarend. T. VI. p. 615—619. Rapin T. IX. p. 137—139.

21 *Febr.* restituisset, via ad Regem restituendum munita fuit[a]. Itaque cum 25 *Aprilis* anni 1660 novum Parlamentum, in quo Proceres cameræ superioris locum habebant, coiisset, paullo post rege rogante ut sui rationem habeant, publico nomine missi sunt ad *Carolum* II legati in *Hollandiam*, qui ipsum ad regnum avitum vocarent, quem etiam 29 *Maii* st. vet. *Londinum* venientem magno plausu exceperunt[b]. Tum quæstione de Regicidis habita[c], *Dunkerka* anno 1662 *Gallis* vendita[d].

A. 6362. Per. Jul. ad 6385. A. Christ. 1649. ad 1672.

§. 17. Inter hæc bellum, quod per aliquot annos satis languide *Hispanos* inter & *Lusitanos* gestum fuerat, maiori cura administrari cœpit. *Lusitani* anno 1657 *Pacem Augustam*, quam *Badhiox* vocant, obsidentes satis magna cum clade per *Hispanos* depulsi, *Olivenzam* insuper amiserunt[e]. At e contrario *Hispani*, dum *Elvam* ab anno 1658 obsidione premunt, 14 *Januarii* anno 1659 prælio victi cessere[f]. Rependerunt tamen hoc ipso anno damnum *Lusitanis*, cæsis eorum amplius quatuor millibus, multis captis[g]: atque ita bellum satis feliciter etiam sequenti anno continuarunt[h]. Itaque *Lusitani*, ut *Batavos*, cum quibus ab aliquo tempore de possessionibus *Indicis* certaverant, amolirentur, pacem cum iis fecere 6 *Augusti* anno 1661[i]. Sed vel sic cum anno 1662 duplici exercitu *Hispani* eos invaderent, & plurimas urbes occuparent[k], actum de *Lusitanis* videbatur, nisi *Schombergius* sua fortitudine & prudentia rem restituisset,

Bellum inter Hispanos & Lusitanos. Pax cum Batavis.

a Clarendon T. VI. p. 605. & seqq. 624—646. Aitzema L. XXXIX. p. 684. XL. p. 806—818. Rapin T. IX. p. 132—149. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio VI. L. X. cap. 5. *b* Clarendon T. VI. p. 709—720. 731—740. Aitzema L. XL. p. 821. 824—855. 871—876. Rapin T. IX. p. 150—157. *c* Aitzema L. XL. p. 893—900. Rapin T. IX. p. 164—169. *d* Lettres d'Estrades T. I. p. 308—430. Edit. Londin. anni 1743. *e* Aitzema L. XLII. p. 425. & seqq. Pufend. Rer. Brand. L. IX. §. 28. Rapin T. IX. p. 202—206. du Mont T. VI. P. II. p. 432. Traitez de Paix T. I. p. 281. *f* La Clede T. VIII. p. 39—48. *g* La Clede T. VIII. p. 99. & seqq. 148—178. Merc. Holl. an. 1659. p. 12. *g* La Clede T. VIII. p. 190—192. 197. & seqq. *h* La Clede T. VIII. p. 268. & seqq. *i* Aitzema L. XLI. p. 96—136. La Clede T. VIII. p. 256—264. 314—318. Le Clerc L. XIII. p. 349. 386. XIV. p. 18—20. du Mont T. VI. P. II. p. 366. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 56. 57. *k* La Clede T. VIII. p. 320. & seqq.

A. 6362. Per. Jul. ad 6385. A. Christ. 1649. ad 1672.

Tumultus Transilvanici bello inter Cæsarem & Turcos occasionem præbent.

ſet, cæſis anno 1663 magno prælio *Hiſpanis*, *Eboraque* recuperata[a]: ſequenti anno fervore ſolis omnia amburente, nil magnæ rei geſtum[b].

§. 18. Nondum pax 1 *Julii* anno 1661 inter *Carolum* XI *Sueciæ* Regem, & Magnum ducem *Moscoviæ* convenerat[c], cum novum cum *Turcis* ortum eſt bellum. *Ragotzius Tranſilvaniæ* Princeps, qui tum in clientela *Turcorum* erat, anno 1657 bello *Polonico* ſe inmiſcuerat, armaque cum *Carolo Guſtavo* iunxerat[d]. Id indignati *Turci*, quibus cum *Polonis* pax erat, *Tranſilvanos*, *Ragotzio* reiecto, alium Principem ſubficere iubent anno 1658. Cum non parerent bello petiti ſunt, in quo anno 1660 *Ragotzius* victus occubuit[e]. Subſtitutus ei per *Turcos Bartſchaius*, ſed *Tranſilvani Kemynium* ei oppoſuerunt, cui etiam *Bartſchaius* principatu ceſſit[f]. Sed cum *Kemynius* anno 1661 Ordinibus perſuaſiſſet, ut ſe Cæſaris clientelæ committerent[g]; id ægre ferentes *Turci Abaffium Tranſilvaniæ* Principem renunciant, a quo *Kemynius* anno 1662 victus cæſusque eſt[h]. Imperator his turbis inplicitus, anno 1663 a *Turcis* male habitus, *Neuhuſelium* 25 *Septembris* captum[i]: ſed ſequenti verſa fortuna, *Turcis* cum alibi tum præcipue ad *S. Gothardi Fanum* ingenti prælio cæſis, poſt paucos dies induciæ in XX annos compoſitæ ſunt[k].

Ludovici XIV cum Pontifice lis.

§. 19. *Mazarinio* Idibus *Martiis* anno 1661 mortuo[l], ipſe Ludovicus XIV regni, quod adhuc Cardina-

a La Clede T. VIII. p. 389—402. b La Clede T. VIII. p. 425. & ſeqq. 436. & ſeqq. c Du Mont T. VI. P. II. p. 363. Hiſtoire des Traitez de Paix T. I. p. 154. 155. d Supra §. 11. e Ricaut T. I. p. 275—280. Puſend. Rer. Brand. L. IX. §. 77. Aitzema L. XL. p. 805. Limiers L. IV. p. 318. 319. Struv. Per. X. Sect. XI. n. 8. f Ricaut T. I. p. 287. 288. Struv. l. d. Verdier T. III. p. 671. 684. 690—700. g Hiſtoire des Traitez de Paix T. II. p. 377. h Hiſt. Hungar. Iſthuanf. Contin. L. XLII. p. 546. 547. Struv. l. d. Verdier T. III. p. 705—714. 721. Ricaut T. I. p. 319—322. 341. i Hiſt. Hungar. L. XLII. p. 548—550. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 9. infra Cap. XIX. n. 6. k Ricaut T. III. p. 115. Hiſt. Hugar. L. XLIII. p. 551—560. Puſend. Rer. Brand. L. IX. §. 78. Du Mont T. VI. P. III. p. 24. Struv. l. d. n. 9. 10. Hiſtoires des Traites de Paix T. II. p. 383. & ſeqq. l Priolus L. XI. §. 10—12. Aitzema L. XLI. p. 26. 27. Limiers L. IV. p. 352. 353. 369.

dinalis iste administraverat, curam suscepit[a]. Qui ob violatam *Romæ* anno 1662 *Crequii*, legati sui, dignitatem cum Papa conlisus[b], *Avenionensi* comitatu anno 1663 occupato[c], eo redegit Pontificem, ut, legato anno 1664 in *Galliam* misso, inlatam iniuriam submissis precibus deprecaretur: ita pax restituta, redditaque Pontifici *Avenio*[d].

A. 6362. Per. Jul. ad 6385. A. Christ. 1649. ad 1672.

Primum Belgarum bellum Monasteriense: alterum Anglicum: res ad Chatamum: pax Bredana.

§. 20. Nec *Batavis* solida pax erat per idem tempus: non tantum enim Episcopus *Monasteriensis Bernardus Christophorus Galenius*, inquietissimi ingenii homo, fœdere cum *Anglis* inito confisus, *Borkeloam*, quam Comites de *Styrum* sub tutela *Batavorum* tenebant, repetens anno 1665 vim iis & arma intentavit, quæ tamen anno sequente 18 *Aprilis* ea lege posita, ut quæ rapuerat omnia redderet[e]: sed etiam simultates, quæ doloso cineri subpositæ utcunque quieverant, anno 1665 in apertam belli inter *Carolum* II & *Batavos* flammam eruperunt[f]. Pugnatum 13 *Junii*, duce Regis fratre *Jacobo*, qui postea Rex fuit, iniquiore *Belgarum* fortuna, ipso duce *Opdamio* occumbente[g]: sed cum paullo post classem *Batavorum* ex *India* redeuntem in nobilissimo *Norvagiæ* portu *Bergensi*, concedente *Dano*, invaderent *Angli*, magna cum clade repulsi sunt 13 *Augusti*[h]. Quin etiam accessit gravissima, sed manu Dei

Y y y y inflicta

[a] Aitzema L. XLI. p. 36. Hist de Condé L. V. p. 509. Limiers L. V. p. 1. 2. 11—13. [b] Aitzema L. XLII. p. 339—341. Limiers L. V. p. 83—90. [c] Du Mont T. VI. P. II. p. 469. [d] Priolus L. XII. §. 5. Aitzema L. XLIV. p. 520—536. Limiers L. V. p. 102. 118—125. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 635—637. du Mont T. VI. P. III. p. 1. [e] Aitzema L. XLIII. p. 880. & seqq. XLIV. p. 648—650. XLV. p. 826. 1034. 1235. 1247. & seqq. 1321. 1324 —1396. XLVI. p. 186—198. 545. 779—804. Pufend. Rer. Brand. L. X. §. 9. 15—17. Clerc. L. XIV. p. 70. 97—102. 126. du Mont T. VI. P. III. p. 46. 95. 106—109. 114. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 42. 43. [f] Aitzema L. XLIV. p. 145—269. 282—289. 293. & seqq. 325. & seqq. 465. 566. 583—598. XLV. p. 701—744. Pufend. Rer. Brand. L. X. §. 1—4. Burnet T. II. p. 74—78. 138. Rapin T. IX. p. 221—231. Valkenier Verwerd Europa II. Deel p. 137—139. Le Clerc L. XIV. p. 57—72. [g] Aitzema L. XLV. p. 764—777. 912—920. Vita Corn. Tromp p. 243—262. Burnet T. II. p. 140—144. Rapin T. IX. p. 234—236. Le Clerc L. XIV. p. 73. [h] Aitzema L. XLV. p. 981—983. 992. 1011—1014. Vita Corn. Tromp p. 282—288. Burnet T. II. p. 150—159. Rapin T. IX. p. 237. 238. Le Clerc L. XIV. p. 85—86. Brandt vita Ruiter. p. 305. & seqq. Edit. Gallicæ anni 1693.

A. 6362. Per. Jul. ad 6385. A. Christ. 1649. ad 1672.

inflicta clades, pestilentia, quæ brevi spatio ad centum hominum millia in *Anglia* abstulit [a]. Hoc tamen non obstante bellum sequenti anno 1666 acriter repetitum, & ab 11 mensis *Junii* per quatriduum *Ruiterio* duce magnis animis viribusque concursum, sed ingenti *Anglorum* damno [b]. Unde audaciores facti *Batavi*, cum & Regem pacis consilia trahere animadverterent, anno, qui sequebatur 1667 duce fortissimo illo *Ruiterio*, 8 *Junii* per *Tamesin* in ipsa regni *Anglici* viscera *Chattamum* usque penetrantes, incensis quamplurimis navibus, tanto totum regnum terrore repleverunt [c], ut Rex iam serio de pace cogitaverit, quæ conciliantibus *Suecis Bredæ* sancita fuit 31 *Julii* [d]. Memorabile quoque est incendium, quod, durante bello, anno 1666 *Londinum* corripuit, quo ad tredecim ædificiorum millia absumta traduntur [e].

Philippo IV succedit Carolus II. Jus devolutionis. Pax cum Lusitanis. Pax Aquisgranensis. Fœdus triplex.

§. 21. *Hispani* anno 1665 cum *Lusitanis* bellum etiamnum gerebant, sed haud satis favente fortuna, post pervastatum enim *Lusitaniæ* agrum gravem ad *Villam Vitiosam*, cuius arcem obsidebant, cladem acceperunt [f]. Mortuus præterea est 17 *Septembris* ipse Rex *Hispaniæ Philippus* IV, vitæ circiter 60, regni 45 anno, successorem relinquens filium quadrimum *Carolum* II [g], cuius sororem *Magaretham Theresiam* anno sequenti 1666 matrimonio sibi iunxit *Leopoldus* Imperator. Ceterum novo Regi bellica fortuna neutiquam adrisit. Accessit enim ad bellum *Lusitanicum* aliud malum. *Ludovicus* XIV uxoris nomine post excessum *Philippi* IV *Belgicas* regiones,

a Aitzema L. XLV. p. 796. 799. *b* Aitzema L. XLVI. p. 12—42. Vita Tromp p. 303—334. Brand vita Ruiter p. 345—366. Burnet T. II. p. 174—176. Rapin T. IX. p. 243. 244. Le Clerc L. XIV. p. 137—142. *c* Aitzema L. XLVII. p. 108. 116. 124. Edit. in quarto. Vita Tromp p. 356—385. Brandt vita Ruiter p. 408—417. Burnet T. II. p. 218. 244—246. *d* Aitzema L. XLVII. p. 29—70. Edit. in folio. Pufend. Rer. Brand. L. X. §. 22. 23. Burnet T. II. p. 176—181. Rapin T. IX. p. 247—249. du Mont T. VIII. P. I. p. 37. 44. 66. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 46. 47. *e* Aitzema L. XLVI. p. 138—142. edit. in quarto. Valkenier p. 143. Limiers L. V. p. 157—160. Burnet T. II. p. 177. & seqq. 278. 279. *f* Aitzema L. XLV. p. 1236. La Clede T. VIII. p. 454—461. *g* Aitzema L. XLV. p. 1247. 1280—1282. La Clede T. VIII. p. 468. 469.

nes, contra quam solemnissime iuraverat, sibi *Iure Devolutionis* postulabat dedi[a]. Recusantibus *Hispanis* anno 1667 ingentes in *Flandriam* copias mittit, & inparatis ad resistendum *Hispanis*, quamplurimas urbes occupat[b]. Mox sub initium sequentis anni totum etiam *Burgundiæ* Comitatum in suam potestatem redigit[c]. Quocirca Regina *Hispaniæ*, quæ inpuberis filii nomine regnum gubernabat, pacem tandem cum *Lusitanis* fecit 13 mensis *Februarii* anni 1668, & iure suo in eos cessit[d]. Secuta secundo *Maii* pax *Aquisgranensis* cum *Gallis*, quibus *Hispani* pleraque, quæ in *Flandria* occuparant, reliquerunt; *Burgundicum* tamen Comitatum receperunt[e]. Ferociores haud dubie *Galli* fuissent, nisi *Angli* & *Batavi*, quibus & *Sueci* accesserunt, ad defendendam communibus viribus *Belgicam* 23 *Ianuarii* anno 1668 in fœdus coiissent, quod sub nomine *Triplicis Fœderis* est notissimum[f]. Semen gravissimi odii *Ludovici* in *Batavos*.

A. 6361. Per. Iul. ad 6385. A. Christ. 1649. ad 1672.

§. 22. Est etiam annus 1668 insignis abdicatione duorum Regum *Lusitaniæ* & *Poloniæ*. Iste erat *Alphonsus* VI. qui regno gerendo plane inidoneus a Proceribus primum monasterio inclusus, dein in *Tertiariam Flandricarum* insularum præcipuam est deportatus[g]: reg-

Alphonsus VI Lusitaniæ, & Iohannes Casimirus Poloniæ reges regno se abdicant.

[a] Aitzema L. XLV. p. 1289—1298. Pufend. Rerum Brand. L. X. §. 28. & seqq. Valkenier p. 141. 142. Limiers L. VI. p. 182—200. Le Clerc L. XIV. p. 182—186. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 22. Burnet T. II. p. 256. [b] Aitzema L. XLVII. p. 245—252. edit. in fol. 255—257. Hist. de Condé L. V. p. 514. 515. Limiers L. VI. p. 201—204. Le Clerc L. XIV. 187. 190. [c] Aitzema L. XLVIII. p. 670. & seqq. Hist. de Condé L. V. p. 516. Limiers L. VI. p. 213. 214. [d] Aitzema L. XLVIII. p. 399. 400. 867—871. Merc. Holl. an. 1668. p. 26—28. La Clede T. VIII. p. 513—525. du Mont T. VII. P. I. p. 70. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 573. & seqq. [e] Aitzema L. XLVIII. p. 701—721. 758. & seqq. Pufend. Rer. Brand. L. X. §. 55. Merc. Holl. an. 1668. p. 73—78. du Mont T. VII. P. I. p. 88. 89. 91. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 614—616. [f] Aitzema L. XLVIII. p. 383—394. 402—416. Pufend. Rer. Brand. L. X. §. 47. Valkenier p. 144—148. Merc. Holl. an. 1668. p. 11—20. Rapin T. IX. p. 271—274. Limiers L. VI. p. 215. 216. Le Clerc L. XIV. p. 220—224. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 24. 25. 50. du Mont T. VII. P. I. p. 68. 91. 101. 107. [g] Aitzema L. XLVIII. p. 865. 866. 872—874. Merc. Holl. an. 1667. p. 172—177. an. 1668. p. 40. 65. La Clede T. VIII. p. 481—513. du Mont Suppl. T. II. P. I. p. 381.

A. 6362. Per. Jul. ad 6385. A. Christ. 1649. ad 1672.

regnum simul & uxorem eius accepit *Petrus Alphonsi* frater [a], qui tamen dum vixit ille non Regem se, sed Regentem *Portugalliæ* Principem dici voluit. Rex *Poloniæ* erat *Johannes Casimirus*, ex *Suecorum* stirpe ultimus, qui post conpositas anno 1667 cum *Moscorum* Principe inducias [b], turbarum pertæsus ultro se abdicavit [c]. Electus est in eius locum anno 1669 *Michaël Visniovicius* a *Koributo*, *Jagellonis* quondam fratre, oriundus, qui & ipse vexatum multis turbis regnum deinceps tenuit [d]. *Johannes Casimirus* vero relicta penitus *Polonia* in *Galliam* habitatum concessit, ubi anno 1672 in Monasterio *S. Germani* vitam finiit [e].

Anthonius Gunterus Oldenburgicus, & Fridericus III Danus mortui.

§. 23. *Anthonio Guntero* ultimo Comitum *Oldenburgensium* 19 *Junii* anno 1667 mortuo, lis de successione in *Oldenburgensem* & *Delmenhorstanum* Comitatum orta est; qua nondum conposita *Fridericus* III *Daniæ* Rex obiit 9 *Februarii* anno 1670, successore relicto filio *Christiano* V, qui ditiones controversas dein ex pacto obtinuit [f].

A C-

a Du Mont T. VII. P. I. p. 78. 81. Supp. T. II. P. I. p. 381—388. Aitzema L. XLVIII. p. 876. La Clede T. VIII. p. 525—528. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio VII. L. VIII. c. 3. b Du Mont T. VII. P. I. p. 4. & 130. c Pufend. Rer. Brand. L. IX. §. 84. & seqq. L. X. §. 56. & seqq. 67—73. Aitzema L. XLVIII. p. 928. 929. Hist. de Pologne p. 347. 348. Jæger l. d. L. IX. c. 2. d Pufend. Rer. Brand. L. X. §. 74—90. XI. 13. 100. Merc. Holl. an. 1669. p. 102—105. Hist. de Pologne p. 349—358. du Mont T. VII. P. I. p. 165. Jæger l. d. c. 3. e Hist. de Pologne p. 348. du Mont T. VII. P. I. p. 214. f Des Roches T. VI. p. 249—251. Imhof Notit. Procerum L. IV. c. IX. §. 9. 10. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 18. du Mont T. VII. P. I. p. 36. Suppl. T. II. P. I. p. 359.

CAPUT XVIII.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

De rebus tota Europa *gestis ab anno* 1672 *usque ad annum* 1700.

§. 1.

SEcuta sunt turbulenta tempora, quibus universa ferme *Europa* bellis continuis misceri cœpit. Rex *Galliæ Ludovicus* XIV ægerrime ferebat ambitioni suæ per *Fœdus Triplex* obicem esse positum[a]. Rex *Angliæ Carolus* II absolutum dominatum cogitans, quem salvis *Belgis* consequi desperabat, cum eo in *Belgarum* perniciem occulte conspirabat[b]. Accedebant in partes Præsules *Coloniensis* & *Monasteriensis* fax & turbo huius sæculi[c]. Apud *Batavos* æmulatio contra *Arausiacum* Principem, factionum studia, & rei militaris, certe terrestris, neglectus regnabant[d]. Reges igitur occasionem nacti, prior *Anglus*[e], mox & *Gallus*[f] bellum inferunt *Belgis*. Primam vim varia ad *Rhenum* oppida, *Batavorum* præsidiis munita, sensere ineunte *Junio* anno 1672: mox in ipsam rempub. itum, tam celeri cursu, ut, quod vix fidem inveniat, sesquimensis spatio *Cliviam*, *Geldriam*, *Transisalaniam*, *Ultraiectum*, partem etiam *Groningani* & *Hollandici* agri hostes occupaverint[g]. Mari

Galli & Angli Batavis bellum inferentes quam plurima loca occupant. Mari victi.

[a] Pufend. Rer. Brand. L. XI. §. 1. 4. 8—10. Limiers L. VI. p. 270—278. [b] Pufend. l. d. §. 10. Hist. du Temps T. I. p. 18—37. Burnet Geschied. van Engeland T. II. p. 410—414. 420—425. Rapin T. IX. p. 289—297. Larrey T. IV. p. 362—364. Valkenier Verwerd Europa p. 158—164. Le Clerc L. XV. p. 251. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 285. [c] Valkenier p. 172—184. 279—282. Rapin T. IX. p. 317. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 470. & seqq. 503. & seqq. [d] Pufend. Rer. Brand. L. XI. §. 1. 14. 26. 55. Valkenier p. 233—259. van Loon T. III. p. 47—50. Limiers L. VI. p. 294—296. [e] Valkenier p. 314—336. Burnet T. II. p. 425. 426. 430—432. Rapin T. IX. p. 306. 307. 311—315. Le Clerc L. XV. p. 264. du Mont T. VII. P. I. p. 163. [f] Valkenier p. 337—340. Limiers L. VI. p. 288—291. Larrey T. IV. p. 367. Le Clerc L. XV. p. 259—261. 264. du Mont T. VII. P. I. p. 164. [g] Pufend. Rer. Brand. L. XI. §. 54. Valkenier p. 343. & seqq. 368. & seqq. 451—595. Vita Wilhelmi III. P. I. p. 135—196. 200—273. Burnet T. II. p. 476—478. 484—486. Memoires de Rochefort p. 262. & seqq. Limiers L. VI. p. 291. 299—322. van Loon T. III. p. 53—55. Le Clerc L. XV. p. 273—278.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

ductu fortissimi *Ruiterii* ad sinum *Solsbacensem* 7 *Junii* melius cum *Gallorum* & *Anglorum* classe certatum [a].

Arausiacus reipubl. Batavicæ Gubernator renunciatur. Wittii obtruncantur.

§. 2. Interim *Hollandia* ipsa, dum plebs culpam rei male gestæ Magistratibus inputat, tumultibus misceri cœpit, donec Magistratus, pace cum *Gallis* frustra tentata [b], ineunte *Julio Arausiacum* Principem, bellicæ rei iam a 25 *Februarii* præfectum [c], abrogata prius lege, qua id prohibebantur [d], Reipub. Gubernatorem constituerunt [e]; qui mox forti & prudenti oratione pacis suscepta consilia discussit [f], plebi vero invisos, aut sibi minus faventes Proceres loco & dignitate movit [g]. Plebis tamen furore nobilissimum par fratrum, & paullo ante omnium potentes, *Cornelius* & *Johannes Wittii* 20 *Augusti* diris modis *Hagæ* sunt obtruncati [h].

Hostibus a Groninga reiectis, Coevordia recuperatur. Luxenburgicus Hollandiam frustra tentat.

§. 3. Inter hæc hostis e propinquo inminebat, *Monasteriensis*, capta 11 *Julii Coevordia* [i], *Groningam* gravi obsidione premebat: sed civium constantia & *Rabenhauptii* fortitudo vinci hostem posse docuerunt, ut post sex circiter hebdomadarum obsidionem turpiter eam relinquere coactus fuerit 27 *Augusti* die [k]. Ipsaque *Coevordia* sub finem anni consilio *Rabenhauptii* subita incursione feliciter recuperata [l]. Cum circa idem

[a] Valkenier p. 446—450. Brandt la vie du de Ruiter p. 470—485. Burnet T. II. p. 481—483. Rapin T. IX. p. 318. 319. Larrey T. IV. p. 368. Limiers L. VI. p. 323—325. Vita Wilhelmi III. P. I. p. 188—191. Le Clerc L. XV. p. 324. 325. [b] Valkenier p. 636—657. Vita Wilhelmi III. P. I. p. 332—346. Burnet T. II. p. 479—481. Limiers L. VI. p. 327. & seqq. 336—339. 343. 344. Pufend. Rer. Brand. L. XI. §. 55. Le Clerc L. XV. p. 279—283. du Mont T. VII. P. I. p. 205. 206. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 372. [c] Valkenier p. 303. 304. Burnet T. II. p. 474. Rapin T. IX. p. 317. Le Clerc L. XV. p. 162. 163. [d] Aitzema L. XLVII. p. 168. 169. Valkenier p. 151—153. du Mont Suppl. T. II. P. I. p. 390. [e] Valkenier p. 675—700. Vita Wilh. III. T. I. p. 359—375. Burn. T. II. p. 492—494. Le Clerc L. XV. p. 290—292. Pufend. Rer. Brand. L. XI. §. 57. du Mont l. d. p. 390. 391. [f] Valkenier p. 732—758. [g] Burnet T. II. p. 508—512. [h] Valkenier p. 672—675. 759—769. Burnet T. II. p. 489—492. Merc. Holl. an. 1672. p. 133—140. Le Clerc L. XV. p. 299—311. [i] Valkenier p. 596—616. [k] Valkenier p. 618—620. 781—797. Montanus in vita Wilhelmi III. T. I. p. 275—299. Merc. Holl. an. 1672. p. 123—135. Le Clerc L. XV. p. 296. 297. [l] Valkenier p. 845—852. Vita Wilhelmi III. T. I. p. 488—495. Merc. Holl. an. 1672. p. 222. & seqq.

idem tempus Dux *Luxemburgicus* per glaciem in *Hollandiam* penetrans, ea soluta retrocedere cogitur [a].

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

§. 4. Exinde mutari quodammodo rerum facies cœpit, sensim sociis in partes euntibus; *Hispani*, quamvis nondum apertum cum *Gallo* bellum gererent, militaribus tamen copiis *Batavis* aderant [b]: *Imperator* & *Brandenburgicus* Elector ex fœdere iustum in *Germania* exercitum colligebant [c]. Per idem tempus *Sueco* intercessore *Coloniæ* de pace, sed irrito conatu, actum [d]. Interim Rex *Galliæ Traiectum* ad *Mosam*, quam urbem ceu munitissimam superiori anno intactam reliquerat, post difficilem obsidionem deditione recepit ineunte *Julio* anno 1673 [e]; fuit tamen id damnum *Nardeno* 12 *Septembris* occupato utcunque pensatum [f]. Æquior *Batavis* Neptunus fuit. Ter mari certatum, primum 7 *Junii* st. novi dubio exitu, iterum 24 eiusdem mensis certiore victoria, tertium 21 *Augusti* eadem fortuna & hoste a *Belgii* litoribus reiecto [g]: a quo tempore res *Batava* magnis passibus in melius mutari cœpit.

Res Belgarum, Traiecto licet ab hoste capto, fœderibus initis & victoria mari reportata, restituuntur.

§. 5. Quamvis enim *Gallicus* in *Germania* sub *Turennio* exercitus *Brandenburgicum* mense *Junio* cum *Gallis* pacisci cogeret [h], mox, occupata *Alsatia*, *Palatinatum* & *Franconiam* pervastaret [i], eo tamen magis

Galli, variis Germaniæ provinciis vastatis, Bonna a Belgis capta, Bataviam relinquunt.

[a] Valkenier p. 838—844. Vita Wilh. III. T. I. p. 465—486. 500—504. Burnet T. II. p. 521—527. Le Clerc L. XV. p. 316—818. [b] Le Clerc L. XV. p. 263—272. [c] Pufend. Rer. Brand. L. XI. §. 47—51. 60. Le Clerc L. XV. p. 270. 284. 319—321. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 25. 26. du Mont T. VIII. P. I. p. 194. 208. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 14. 15. 37. [d] Vita Wilhelmi III. T. II. p. 4. 5. 10. 63—66. 80—126. Limiers L. VII. p. 1. & seqq. 43—49. 68—71. Le Clerc L. XV. p. 330. 331. 332. 337. Struv. l. d. §. 29. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 372. 373. [e] Vervolg van 't verward Europa p. 297. & seqq. Vita Wilhelmi III. P. II. p. 24—50. Limiers L. VII. p. 31—35. Le Clerc L. XV. p. 334. 335. van Loon T. III. p. 116—118. [f] Vita Wilh. III. P. II. p. 70—75. Merc. Holl. an. 1673. p. 170—173. Limiers L. VII. p. 76. 77. Le Clerc L. XV. p. 335. 336. [g] Brandt Vie du de Ruiter p. 563. & seqq. 589—611. Merc. Holl. an. 1673. p. 81. & seqq. 130—150. Repin T. IX. p. 344. 345. Limiers L. VII. p. 36—40. Le Clerc L. XV. p. 339—345. [h] Pufend. Rer. Brand. L. XI. §. 95. Merc. Holl. an. 1673. p. 33. 34. 58. 95—97. du Mont T. VII. P. I. p. 234. [i] Merc. Holl. an. 1673. p. 156—162. 181—183. 189. 203. Limiers L. VII. p. 50. & seqq.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

magis concitatus Imperator *Leopoldus*, percusso 30 *Augusti* anno 1673 cum *Belgis* fœdere [a], cui etiam *Hispani* accesserunt [b], alios *Germaniæ* Principes ad partes vocabat [c]. Itaque *Bonna* 12 *Novembris* capta [d], cum & fœderati *Gallorum Anglus* & Episcopi *Germanici* nutarent, Rex *Ludovicus*, copiis suis, quæ *Batavicis* urbibus incubabant, metuens, eas sub finem anni e *Belgio* deducere cœpit [e].

Arausiaco Gubernatore hereditario designato, pax cum Anglo, Monasteriensi & Coloniensi conponitur.

§. 6. Ita rebus in melius mutatis *Hollandiæ Zelandiæ*que Proceres 2 *Februarii* anni 1674 Gubernatoris munus mascula stirpe hereditarium ad *Wilhelmum Arausiacum* deferunt; quod etiam in tribus Provinciis, mense *Aprili* ab hoste recuperatis, & in fœdus receptis, deinde valuit [f]. Inter hæc & *Angliæ* Rex, cuius Cancellarius superiore anno publice ingeminaverat illud *delenda Carthago* [g], civium suorum studio victus, 19 *Februarii* pacem cum *Belgis* conposuit [h]. Secutus hoc exemplum 22 *Aprilis* Episcopus *Monasteriensis* [i], & *Coloniensis* 11 *Maii* [k]. Ita tribus his hostibus liberati *Batavi*, accessione insuper Electoris *Brandenburgici*, qui 31 *Junii* [l], & *Christiani* V Regis *Daniæ*, qui 10 *Julii* in fœdus accessere [m], contra *Gallos* confirmati sunt.

§. 7.

a Du Mont T. VII. P. I. p. 242. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 15. 16. *b* Du Mont T. VII. P. I. p. 240. 244. Histoires des Traitez de Paix T. II. p. 37. *c* Merc. Holl. an. 1673. p. 174—179. 232—236. Limiers L. VII. p. 71. & seqq. Le Clerc L. XV. p. 336. 337. Struv. P. X. Sect. XI. §. 27. Histoires des Traitez de Paix T. II. p. 71. 72. *d* Limiers L. VII. p. 77. 78. Le Clerc L. XV. p. 337. *e* Merc. Holl. an. 1673. p. 247. & seqq. Vita Wilhelmi III. T. III. T. I. P. II. p. 92—98. 128. Limiers L. VII. p. 122. 123. Le Clerc L. XV. p. 346—348. van Loon T. III. p. 126. & seqq. *f* Le Clerc L. XV. p. 353—356. Merc. Holl. an. 1674. p. 37. 38. 57. 58. 78—82. van Loon T. III. p. 149. du Mont Suppl. T. II. P. I. p. 391. *g* Rapin T. IX. p. 323—330. *h* Burnet T. III. p. 74—80. Rapin T. IX. p. 321. & seqq. 350. 353. 356. 357. Limiers L. VII. p. 81. 86—91. Pufend. Rer. Brand. L. XI. §. 56. XII. 10. Le Clerc L. XV. p. 357. 358. du Mont T. VII. P. I. p. 253. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 51. 52. *i* Du Mont T. VII. P. I. p. 258. 259. Merc. Holl. an. 1674. p. 89—92. Le Clerc L. XV. p. 356. 357. Histoires des Traitez de Paix T. II. p. 44. 45. *k* Du Mont T. VII. P. I. p. 262. Merc. Holl. an. 1674. p. 103—105. *l* Pufend. Rer. Brand. L. XII. §. 34. 35. Merc. Holl. an. 1674. p. 124. 129. du Mont T. VII. P. I. p. 267. Histoire des Traitez de Paix T. II. §. 19. 20. *m* Du Mont T. VII. P. I. p. 269. Merc. Holl. an. 1674. p. 133. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 121.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

Turbæ Polonicæ. Michaëli succedit Sobieskius.

§. 7. Sed priusquam progrediamur respicienda est *Polonia*, quæ gravissimis turbis per hæc tempora fuit implicita. Clerici & inter eos Archiepiscopus *Gnesnensis*, concitantibus *Gallis*, id urgebat maxime, ut Rex *Michaël* se & regno abdicaret, & uxore, atque hæc novo Regi eligendo nuberet[a]. Inde tumultus, quibus in rem suam usi *Turci* anno 1672 gravissimum, quod Cap. XIX. §. 6. memorabimus, bellum *Polonis* inferunt, quo adhuc fervente 10 *Novembris* anno 1673 Rex mortuus est[b]; cui anno sequente 20 *Maii* subfectus est *Johannes Sobieskius*[c], vir fortissimus, qui primis annis summa gloria præfuit.

Turennius in Germania victor. Prælium ad Senetfiam. Burgundiæ Comitatus a Gallis occupatus. Turbæ Siculæ.

§. 8. Jam *Gallis* e fœderato *Belgio* pulsis, & fœderibus initis[d], bellum varium fuit & multiplex. In *Germania Turennius* re ad *Sinzhemium* mense *Junio*, dein & *Ladenburgum* in *Palatinatu*, iterumque mense *Octobri* anni 1674 ad *Ensisheimium* in *Alsatia* satis ex sententia gesta, *Germanos* etiam a *Brisaci* obsidione recedere coëgit[e]. In *Belgica* vero 10 *Augusti* cruentissimum ad *Seneffiam*, *Brabantiæ* vicum, dubio fere Marte conmissum est prælium: *Batavi* tamen *Graviam* 27 *Octobris*, *Huium*que 2 *Decembris* in potestatem redigunt[f]. Sed pensarunt satis hoc damnum *Galli* subacto *Burgundiæ* Comitatu[g], & recepta in deditionem *Messina Siciliæ*[h], quæ Regi suo rebellis ultro se *Gallorum* fidei conmisit.

[a] Pufend. Rer. Brand. L. XI. §. 13. 100. Hist. de Pologne p. 357. 358. [b] Pufend. Rer. Brand. L. XII. §. 67. Vita Sobietzkii p. 153—157. Ricaut T. II. p. 353—356. du Mont T. VII. P. I. p. 245. [c] Pufend. Rer. Brand. L. XII. n. 60—80. Vita Sobietzk. p. 178—194. Hist. de Pologne p. 362—370. Merc. Holl. an. 1674. p. 13. 14. 48. 49. 94. 108—110. [d] Du Mont T. VII. P. I. p. 263. 267. 269. [e] Pufend. Rer. Brand. L. XII. §. 30. 46. Merc. Holl. an. 1674. p. 125—128. 134—136 179—183. 203—205. 253—256. Memoires de Rochefort p. 300. Limiers L. VII. p. 127. 132—134. 154. 157—160. 162—170. 184. Struv. P. X. Sect. XI. §. 30. [f] Vervolg van 't Verwerd Europa p. 969. & seqq. Vie de Condé p. 544—554. Burnet T. III. p. 111—113. Pufend. Rer. Brand. L. XII. §. 51. Merc. Holl. an. 1674. p. 148—162. 199—202. Limiers L. VII. p. 137—154. Le Clerc L. XV. p. 350—352. van Loon T. III. p. 150. 151. [g] Limiers L. VII. p. 129. 134—137. Daniel T. VII. p. 40. Merc. Holl. an. 1674. p. 113—117. [h] Giannone T. IV. p. 608. Limiers L. VII. p. 180. 237. 238. 258—269. Daniel T. VII. p. 84. Merc. Holl. an. 1674. p. 188. 189. du Mont T. VII. P. I. p. 316.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

Sueci a Brandenburgicis victi. Vismaria a Dano capto. Bellum Suecis indictum.

§. 9. Erexit etiam haud leviter eorum animos Rex *Sueciæ Carolus* XI. Qui abſentibus ad *Rhenum* Electoris copiis ſub finem huius anni 1674 in *Marcam Brandenburgicam* effuſus eam late victor obtinebat [a]: verum haud inpune ſe laceſſi paſſus fortiſſimus heros, nec opinantibus hoſtibus ſubito ſupervenit, eosque anno 1675 *Junii* 15 ad *Rattenaviam*, mox 18 graviori etiam clade ad *Fehrberlinum* victos, præcipites *Marca* ſua exegit penitus [b]. Inde percuſſo cum *Danis* & *Luneburgicis* fœdere [c], ipſe per *Pomeraniam Suecicam*, *Wollino* 13 *Octobris*, & *Volgaſto* 10 *Novembris* captis, victricia arma circumtulit; *Danus Vismariam* 23 *Decembris* cepit [d]: *Luneburgicus* autem cum *Monaſterienſi* Epiſcopo, qui tunc hoſtis etiam *Galli* ſociorumque eius erat, *Bremenſem* ducatum infeſtis armis vexabant [e]. *Imperator* porro & *Batavi Suecis Gallorum* partes ſequentibus, bellum indixerunt [f].

Galli prævalent in Belgio: a Germanis vincuntur Turennio cæſo.

§. 10. Ineunte anno 1675 *Geldri* novo exemplo Ducis titulum, quem tamen accipere recuſavit, *Arauſiaco* Principi detulerunt [g]. Armis vero hoc anno in *Belgio* prævalentes *Galli* cum alia loca, tum ineunte *Junio Huium* & 23 eiusdem menſis *Limburgum* ceperunt [h]. In *Germania Turennius*, *Gallorum* dux fortiſſimus, prope *Argentoratum* in ipſo conflictu cecidit 27 *Julii* [i]. Inde *Auguſta Trevirorum*, *Crequio* victo, expugnata 5 *Septembris* [k]. Idem fatum ſequenti anno

[a] Pufend. Rer. Brand. L. XII. §. 55. & ſeqq. 66. XIII. n. 33. Merc. Holl. an. 1674. p. 208. 244. 258. 259. Limiers L. VIII. p. 240—242. Struv. Per. X. Sect. XI. n. 31. [b] Pufend. Rer. Brand. L. XIII. §. 2. & ſeqq. 34—37. Merc. Holl. an. 1675. p. 120—126. Limiers L. VII. p. 243—249. Struv. l. d. Jæger Hiſt. Sæc. XVII. Decennio VIII. L. V. c. 1. [c] Pufend. Rer. Brand. L. XIII. §. 42—47. [d] Pufend. Rer. Brand. L. XIII. §. 54—56. Merc. Holl. an. 1675. p. 147. 172. 197. 215. 238. 241—243. 259—261. Des Roches T. VI. p. 260—267. [e] Pufend. L. XIII. §. 49. & ſeqq. Merc. Holl. an. 1675. p. 161. 198—200. 217—219. Struv. P. X. Sect. XI. n. 33. [f] Pufend. L. XIII. §. 39. Limiers L. VII. p. 210—219. [g] Vita Wilhelmi III. P. II. p. 198—207. Merc. Holl. an. 1675. p. 2—6. 21—28. 43—46. Le Clerc L. XV. p. 360—366. du Mont Suppl. T. II. P. I. p. 392. [h] Limiers L. VII. p. 220—225. Hiſtoire de Condé p. 555. 556. Merc. Holl. an. 1675. p. 64—67. 103. 134. 112—117. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 34. [i] Limiers L. VII. p. 227—229. Merc. Holl. an. 1675. p. 118. 119. 139—146. [k] Pufend. Rer. Brand. L. XIII. §. 38. Limiers L. VII. p. 232. 233. Merc. Holl. an. 1675. p. 172—180. 185—188.

anno 1676 subiit *Philippi Castrum* [a]. Sed in *Belgica* *Hispani* & *Batavi* *Traiectum ad Mosam* subigere non potuerunt *Ariam* amiserunt [b]. A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

§. 11. Feliciora fœderatorum adversus *Suecos* arma fuere. *Brandenburgicus* anno 1676 pleraque *Pomeraniæ* occupavit [c]. *Luneburgici*, ut alia taceam, *Stadam* longa satis oppugnatione domuerunt [d]. *Dani* primo *Gothiam* insulam subegere mense *Maio*; postea *Batavorum* classe duce *Trompio* aucti nobilem mari victoriam 11 *Junii* reportarunt; quam plurimarum *Scaniæ* urbium secuta est deditio. Inde 14 *Decembris* etiam terrestri, sed minus secundo, ad *Lundam* decertatum est prælio [e]. Eodemque anno cum *Gallis* ad *Siciliam* mari conflixit *Batavorum* classis, cuius præfectus, fortissimus ille *Ruiterius*, globi tormento ictus, gloriosa morte occubuit [f]. Dani Suecos vincunt. Ruiterius cadit.

§. 12. Sequenti vero anno 1677 *Galli*, ut *Hispanos* ad pacem proniores facerent, rem acrius urgentes *Valentianas*, *Cameracum* & *Fanum S. Audomari*, cæsis etiam hostibus, occuparunt [g]. In *Germania* vero *Crequius* *Friburgum*, *Brisgoviæ* oppidum, 15 *Novembris* in potestatem redegit [h]. Sed *Rheinfeldam*, quam anno 1678 oppugnatum venerat, reiectis licet *Germanorum* copiis, occupare non potuit [i]. At in *Belgica* hoc anno *Gandavum* & *Ipram* ad Galli rem in Belgio & Germania acrius urgent. Siciliam relinquunt.

[a] Limiers L. VII. p. 289—293. Merc. Holl. an. 1676. p. 83. 108—111. 139—142. 163. 179—182. & qui laudantur a Struv. Per. X. Sect. XI. §. 36. [b] Limiers L. VII. p. 286—289. Daniel T. VII. p. 88. Merc. Holl. an. 1676. p. 62—64. 79—82. 131—136. 155—162. Le Clerc L. XV. p. 371. [c] Pufend. Rer. Brand. L. XV. §. 45—48. Merc. Holl. an. 1676. p. 8. 9. 25. 87. 88. 143—145. 165. 184. 195. 196. [d] Merc. Holl. an. 1676. p. 10—12. 145. 146. 166. 167. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 33. [e] Des Roches T. VI. p. 291—324. Vita Trompii p. 475—484. Alpen. L. IX. §. 16. Merc. Holl. an. 1676. p. 91—93. 116—119. 146—150. 168—170. 208—210. 222—228. [f] Brandt vie de l'Admiral de Ruiter L. XVIII. p. 681—694. Merc. Holl. an. 1676. p. 30—34. 95—98. Limiers L. VII. p. 278—281. Le Clerc L. XV. p. 366—369. 373—376. [g] Limiers L. VII. p. 322—329. Merc. Holl. an. 1677. p. 9—50. 180—191. Burnet T. III. p. 212. Pufend. L. XV. §. 19. Daniel T. VII. p. 91. 92. Le Clerc L. XV. p. 382. [h] Pufend. Rer. Brand. L. XV. §. 19. Limiers L. VII. p. 331. 337—341. Merc. Holl. an. 1677. pag. 180—186. 190. 192. 240—243. Struv. P. X. Sect. XI. n. 39. [i] Limiers L. VII. p. 361—368. Merc. Holl. an. 1678. p. 230—240. Struv. l. d. §. 44.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

ad deditionem adegerunt[a]; *Siciliam* tamen reliquerunt[b].

Pax Neomagensis.

§. 13. Interim pax, de qua ab anno 1676 *Neomagi* agebatur, maturescebat, conposita *Gallos* inter & *Belgas* 10 *Augusti* anno 1678 ea lege, ut *Traiectum ad Mosam Galli* restituerent[c]. Prius tamen quam illa promulgaretur, Princeps *Arausiacus Gallos*, nil minus cogitantes, prope *Montes Hannoniæ* adortus, vicit; sed superveniente pacis nuncio posita mox sunt arma[d]. Secuti 17 *Septembris Batavorum* exemplum *Hispani*, relicto *Gallis Burgundiæ* Comitatu & quibusdam *Belgicis* urbibus[e]. *Imperator* item, *Luneburgici* & *Monasteriensis* Episcopus ineunte sequenti anno in pacem consensere[f].

Brandenburgici & Dani Suecos graviter premunt.

§. 14. *Dani* & *Brandenburgici*, qui bellum adhuc felicissime gesserant, a pace alieniores erant. Elector quippe anno 1677 *Stettinum*, oppidum vulgo inexpugnabile habitum, post quinque mensium obsidionem 26 *Decembris* subegerat[g]: *Dani*, depulsis a *Christianstadii* in *Scania* oppugnatione *Suecis*, *Malmoa* frustra tentata, & clade ad *Coroniam* accepta, in *Norvegia* fusis *Suecis Babusianæ* præfecturæ oppida fere cuncta subegerant[h]. Mari quoque bis *Junio*

a Burnet T. III. p. 233. 234. Pufend. L. XVI. §. 11. Limiers L. VII. p. 357. 359. Merc. Holl. an. 1678. p. 41—64. Struv. l. d. §. 42. *b* Giannone L. XXXIX. c. 4. p. 622—625. Histoire du temps T. I. p. 349—353. Merc. Holl. an. 1678. p. 64—67. *c* Pufend. Rer. Brand. L. XIII. §. 62. & seqq. XIV. n. 57. & seqq. XV. n. 31. & seqq. XVI. n. 1. & seqq. 45—48. Limiers L. VII. p. 270. & seqq. 305. & seqq. 315. 348. 360. 377—381. 383—393. Burnet T. III. p. 213—234. 268—272. Rapin T. IX. p. 372. 393—401. Le Clerc L. XV. p. 366. 367. 370—372. du Mont T. VII. P. I. p. 350. & seqq. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 289. 374. & seqq. *d* Pufend. L. XVI. §. 73. Limiers L. VII. p. 396—401. Merc. Holl. an. 1678. p. 166—188. Le Clerc L. XV. p. 395. *e* Pufend. L. XVI. §. 73. Limiers L. VII. p. 377. 394—396. Merc. Holl. an. 1678. p. 260—274. du Mont T. VII. P. I. p. 364. 365. Histoires des Traitez de Paix T. I. p. 617—624. *f* Pufend. L. XVI. §. 90—92. XVII. n. 13. & seqq. 23—25. 55. Lunig Reichs Archiv Parte Generali Vol. I. p. 1020, & seqq. Merc. Holl. an. 1679. p. 37—69. Struv. Per. X. Sect. XI. n. 47. 48. du Mont T. VII. P. I. p. 376. 389. 391. 401. Histoires des Traitez de Paix T. I. p. 455—459. *g* Pufend. Rer. Brand. L. XV. §. 18. Merc. Holl. an. 1677. p. 249—260. Struv. Per. X. Sect. XI. n. 41. *h* Des Roches T. VI. p. 327. 328. 330—332. 336—338. Merc. Holl. an. 1677. p. 163. 164. 166—168. 171—179.

*nio Julio*que mense victores certaverant, *Rugiam* insulam mense *Septembri* occupaverant[a]. Quam licet *Sueci* sub initium anni sequentis 1678 solertissimi *Köningsmarkii* ductu recuperaverint, vel sic tamen haud ita diu post *Danis* iterum facile cesserat[b]. Elector etiam *Brandenburgicus* hoc ipso anno ad finem vergente munitissimas urbes *Stralsundam* & *Gripsvaldam*, atque ita universam *Pomeraniam* in potestatem suam redegerat[c]. Mox & *Suecos*, qui *Hornio* duce ex *Livonia* in *Borussiam Brandenburgicam* irrumpentes omnia igne & ferro populabantur, actis per nivem & glaciem copiis, ineunte anno 1679 pene prius *Borussia* eiecerat, quam se advenire sensissent[d].

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

§. 15. Itaque florentibus rebus ægre adduci poterant, ut victores cuncta victis, quæ una a *Gallis* ferebatur conditio, restituerent: cum tamen *Galli Cliviam* & *Marcanum* tractum occuparent, *Mindam* tentarent, coacti sunt *Brandenburgicus* desinente *Junio* in *Fano S. Germani*[e]; & paullo post ineunte *Septembri* anni 1679 *Danus*, *Saxone* arbitro, ita paciſci, ut tanto sanguine laboreque parta omnia *Suecis* redderent[f]. Quæ pax mox arctiore vinculo *Danos* inter & *Suecos* est confirmata, Regis *Danici* sorore *Ulrica Eleonora Suecorum* Regi anno 1680 in coniugium data[g]. Eodemque anno 1680, defuncto 4 *Junii Augusto*, *Saxonico* Administratore, Archiepiscopatus *Magdeburgensis* vi pacis *Westphalicæ* ad Electorem *Brandenburgicum* pervenit[h].

Pacem cum Gallis & Suecis componunt. Brandenburgicus Magdeburgum obtinet.

[a] Pufend. L. V. §. 17. Des Roches T. VI. p. 329. 332—334. Merc. Holl. an. 1677. p. 164—166. 169. 170. 244—249. [b] Pufend. L. XVI. §. 60. Des Roches T. VI. p. 344—346. 352. Merc. Holl. an. 1678. p. 1—7. 246—249. [c] Pufend. Rer. Brand. L. XVI. §. 61—64. Merc. Holl. an. 1678. p. 249—255. Limiers L. VII. p. 370—372. Struv. Per. X. Sect. XI. n. 43. [d] Pufend. L. XVI. §. 65—69. XVII. n. 1—6. Merc. Holl. an. 1678. p. 255. an. 1679. p. 26—28. [e] Pufend. Rer. Brand. L. XVII. §. 60. 61. 66—81. Merc. Holl. an. 1679. p. 137—139. du Mont T. VII. P. I. p. 408. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 493. 494. [f] Des Roches T. VI. p. 375—378. Merc. Holl. an. 1679. p. 168—184. du Mont T. VII. P. I. p. 418. 419. 425. Histoire des Traitez de Paix T. I. p. 101—104. [g] Pufend. L. XVII. §. 88—90. Des Roches T. VI. p. 379. Merc. Holl. an. 1679. p. 184—189. [h] Pufend. Rer. Brand. L. XVIII. §. 12.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

§. 16. In *Polonia* anno 1675 novus Rex *Johannes* III nobilissimam de *Turcis* reportavit victoriam, quam alia etiam cumulavit de *Tartaris* mense *Octobri* anni sequentis parta[a]: unde paullo post 6 *Novembris* pax consecuta est, *Polonis* sic satis honesta[b].

Sobieskius Turcis Tartarisque victis pacem facit.

Turbæ Hungariæ & Galli ambitio pacem turbant.

§. 17. Sed quo minus pax, quæ per totum terrarum orbem florere incipiebat, certa & stabilis maneret, obstitere turbæ *Hungaricæ*, & Regis *Galliæ* infinita dominandi libido. In *Hungaria* dudum gravius habiti Protestantes tandem anno 1678 pro religione & avita libertate, duce *Emerico Tockelio* Comite, arma induerunt[c]: & quamvis Imperator *Leopoldus* conventu Procerum anno 1681 *Sempronium* indicto, meliora polliceri videretur[d], *Tockelio* tamen conditionem respuente, & cum *Turcis* paciscente, *Gallis* etiam facem subiicientibus, ortum est gravissimum cum *Turcis* bellum[e], de quo mox agemus. Interim Rex *Galliæ Brissaci* & *Metis* instituerat Iudicia, quæ sub futili prætextu *Dependentiarum* & *Reunionis*, ut vocabant, multa *Alemanniæ* loca Regi suo adiudicabant, Rex statim armis occupabat[f].

Argentoratum interceptum. Fœdus adsociationis. Luxenburgum expugnatum. Induciæ vicennales.

§. 18. Hinc multæ querelæ & turbæ, quibus componendis anno 1680 *Francofurtum* ad *Mœnum* convenerunt *Germanici* & *Gallici* legati[g]: sed dum de pace ageretur, *Galli* nil pensi habentes, subito *Argentoratum* 20 *Septembris* anno 1681 occupant, *Germaniam* omnem terrore replent[h]. Itaque ad mutuam pacis-

[a] Vita Sobietskii p. 205—214. 216—220. 225—245. 255—268. Merc. Holl. an. 1674. p. 132. 186. 209. 244. 259. an. 1675. p. 15. 35. 55. 78. 127. 149. 173. 200. 221. 245. an. 1676. p. 48. 70. 150. 171. 186. 198—210. Hist. de Pologne p. 372. 373. [b] Du Mont T. VII. P. I. p. 325. Merc. Holl. an. 1676. p. 210—213. Histoire des Traitez. de Paix T. II. p. 544. [c] Contin. Isthuanf. L. XLIV. p. 562—574. L. XLV. p. 574 575. Vita Sobietskii P. III. p. 222. & seqq. 264. & seqq. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 54. Ricaut T. V. p. 16. & seqq. [d] Contin. Isthuanf. L. XLV. p. 575. Acta apud Londorpium Tom. XI. p. 150. & seqq. Merc. Holl. an. 1681. p. 94—102. Ricaut T. V. p. 45—51. [e] Struv. Per. X. Sect. XI. §. 54. 55. Ricaut T. V. p. 52. & seqq. [f] Pufend. Rer. Brand. L. XVIII. §. 13—15. Limiers L. IX. p. 35—67. Merc. Holl. an. 1680. p. 65—95. Struv. l. d. n. 50. Du Mont Suppl. T. II. P. I. p. 403. [g] Pufend. L. XVIII. §. 16—20. 33. & seqq. 45. & seqq. 65—69. [h] Pufend. L. XVIII. §. 21. Limiers L. IX. p. 41—49. Merc. Holl. an. 1681. p. 154—161. Struv. Per. X. Sect. XI. n. 51. du Mont T. VII. P. II. p. 15. 19. 22. Traitez de Paix T. I. p. 538.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

pacisque *Neomagensis* defensionem, *Imperator*, *Hispanos*, *Suecus* & *Batavi* fœdus, quod *Adsociationis* vocant, ineunt[a]. At *Galli*, nihil eo retardati, *Luxenburgum*, laxa ante obsidione clausum, anno 1684 in potestatem suam redigunt[b]. Sed, quia *Anglus Gallis* studebat, *Germani* ob *Turcicum* bellum sua arma in illos vertere non audebant, *Batavis* agentibus eopse anno mense *Augusto* vicennales induciæ, sed infidæ, inter *Gallos*, *Hispanos* & *Germanos* sunt conciliatæ[c].

Genuenses Galli gratiam inplorare coguntur.

§. 19. *Genuenses* etiam, quod naves suas *Hispanicæ* classi adiunxerant, iniectis ignibus male vexati, Regis *Galliæ* odium expiare, & Duce cum quatuor Senatoribus in *Galliam* misso veniam supplices petere sunt coacti eopse anno 1684[d].

Bellum Turcicum. Vienna obsidione liberata. Victoria ad Barcanum. Liga sacra contra Turcos.

§. 20. Nunc ad *Turcicum* bellum, quod supra verbo adtigimus, temporum nos successio ducit. *Tockelius* & *Hungari*, durius aliquamdiu habiti[e], excusso *Cæsaris* iugo, *Turcis* se submiserant, eorumque auxilio *Zatmariam*, *Cassoviam* aliaque oppida anno 1682 occupaverant[f]. Imperator, cum bellum *Turcicum* avertere sedulo adlaborasset[g], videns fixum illis sedere occasione uti, fœdere cum *Bavaro*, Rege *Poloniæ*, *Saxone* & *Luneburgicis* inito, quæ bello erant necessaria sedulo parabat[h]. Nec cunctati *Turci* cum numerosissimo exercitu ex *Hungaria* in *Austriam* progressi, anno 1683 ipsam Imperatoris sedem *Viennam* obsidione cingunt: sed post gravissimam duorum mensium obsidionem Rex *Poloniæ* cum sociis & *Lotha-*

a Pufend. L. XVIII. §. 23. Limiers L. IV. p. 70. du Mont T. VII. P. II. p. 15. 19. 22. 25. 36. 55. 57. b Limiers T. IX. p. 84. 126—128. Merc. Holl. an. 1682. p. 12. an. 1683. p. 248. an. 1684. p. 192—213. Struv. l. d. §. 53. c Pufend. L. XVIII. §. 129—134. Burnet T. IV. p. 79. Merc. Holl. an. 1684. p. 235—251. Limiers L. IX. p. 131. Struv. l. d. n. 57. Lunig Reichs Archiv Parte Generali Vol. I. p. 1063. du Mont T. VII. P. II. p. 81. 83. Jæger Decen. IX. L. IV. c. 1. d Burnet T. IV. p. 80. 83. Limiers L. IX. p. 128—130. Merc. Holl. an. 1684. p. 216—223. 256. du Mont T. VII. P. II. p. 79. 87. 89. e Ricaut T. V. p. 16—32. 116—123. f Contin. Isthuanf. L. XLV. p. 575. 576. Ricaut T. V. p. 52—57. Vita Sobietskii P. III. p. 288—294. Merc. Holl. an. 1682. p. 122—126. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 55. Infra L. XIX. §. 6. g Pufend. Rer. Brand. L. XVIII. n. 59. 62. 96. Limiers L. IX. p. 100. 101. Merc. Holl. an. 1682. p. 122. h Contin. Isthuanf. L. XLV. p. 576 577. Ricaut T. V. p. 57—60. Vita Sobietskii P. III. p. 283. & seqq. Merc. Holl. an. 1683. p. 86. 87. du Mont T. VII. P. II. p. 62.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

Lotharingiæ Duce *Turcorum* castra 12 *Septembris* adgressi, eos ingenti cum clade ab obsidione reiecerunt & ex *Germania* exegerunt [a]. Secuta 10 *Octobris* altera non minus nobilis ad *Barcanum*, *Hungariæ* oppidum, reportata victoria, & *Strigonii* deditio [b]. Bello felicius quam speratum fuerat succedente, *Imperator*, Rex *Poloniæ* & *Veneta* Respub, quod factum antea nunquam fuerat, agente Papa 5 *Martii* anno 1684 arctissimum inter se fœdus ineunt adversus *Turcos*, quod vulgo *Liga Sacra* nuncupatum [c]: cum paullo ante Imperator, ut *Hungaros* a *Turcis* abduceret, mense *Januario* anni 1684 amnestiam publicasset, quam & complures receperunt [d]. Hinc *Cæsarei* duce *Lotharingo* mense *Junio* *Vicegradum*, mox fuso hoste *Vaciam* & *Pestum*, e regione *Budæ* occupant, ipsam tamen *Budam*, consumtis in obsidione quatuor mensibus, expugnare non potuerunt [e]. Similiter Rex *Poloniæ* nulla re memorabili gesta a *Caminecia Podoliæ* recessit [f]. Feliciores *Veneti* fuere, qui *Leucadiam* insulam, vulgo *S. Mauræ* dictam, mox & *Prevesam*, munitissimum ad os *Ambracii* sinus oppidum, in potestatem suam redegerunt [g].

Turbæ Holsaticæ.

§. 21. In Septentrione eodem anno 1684 novas turbas dedit Rex *Daniæ* Ducem *Holsatiæ* omnibus fortunis exuens, qui quidem per quinquennium sedibus suis extorris, tandem anno 1689 per pacta *Altenaviensia* amissa recuperavit [h].

§. 22.

[a] Contin. Isthuanf. L. XLV. p. 576—584. Ricaut T. V. p. 60—80. Vita Sobietskii P. III. p. 293—368. Merc. Holl. an. 1683. p. 88—135. Pufend. Rer. Brand. L. XVIII. §. 94. Limiers L. IX. p. 106—118. Hist. de Pologne p. 374. 375. [b] Contin. Isthuanf. L. XLV. p. 584—587. Ricaut T. V. p. 81—84. Vita Sobietskii p. 306—315. Merc. Holl. an. 1683. p. 136—143. [c] Contin. Isthuanf. L. XLV. XLVI. p. 587. 588. Merc. Holl. an. 1684. p. 292—298. Struv. Per. X. Sect. XI. n. 58. du Mont T. VII. P. II. p. 71. [d] Contin. Isthuanf. L. XLVI. p. 588. Ricaut T. V. p. 88. Vita Sobietskii p. 338. 339. Merc. Holl. an. 1684. p. 286—292. [e] Contin. Isthuanf. L. XLVI. p. 589—602. Ricaut T. V. p. 91. 92. 95—98. Vita Sobietskii P. III. p. 398—401. Limiers L. IX. p. 123—125. Merc. Holl. an. 1684. p. 298—306. [f] Pufend. Rer. Brand. L. XVIII. n. 137. Introduct. L. IV. c. 7. p. 348. Ricaut T. V. p. 98. Hist. de Pologne p. 376. [g] Ricaut T. V. p. 93. 94. Vita Sobietskii P. III. p. 385—393. Merc. Holl. an. 1684. p. 306—310. [h] Pufend. Rer. Brand. L. XIX. n. 61. 66—83. Des Roches T. VI. p. 403. 404. 419—429. Struv. Per. X. Sect. XI. n. 63. du Mont T. VII. P. II. p. 231.

§. 22. In *Lusitania*, *Alphonso* VI post XV captivitatis annos 13 *Septembris* anno 1683 mortuo, frater eius *Petrus* II, qui adhuc *Principis Regentis* titulo usus fuerat, regium nomen sumsit, ac vix mense exacto uxorem, quæ fratris quondam fuerat, amisit [a]. A. 6393. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

Mors Alphonsi Lusitani.

§. 23. In *Hungaria* Imperator anno 1685 bellum contra *Turcos* feliciter continuabat, iamque *Neuhuselium* obsidebat, cum *Turci*, ut eum inde averterent, *Strigonium* oppugnant: sed iis 16 *Augusti* inde non sine clade depulsis, *Neuhuselium* expugnatum [b]. Postea *Eperisium Cassovia*que subactæ, sed & maximi nominis & operis pons *Essekius* exustus [c]. Per idem tempus *Veneti Peloponnesum* victricibus armis pervagati *Corona* 11 *Augusti* potiuntur [d]. At *Poloni* vario contra *Turcos Tartaros*que bello exerciti, sequenti anno 1686, percusso cum *Moscis* fœdere [e], *Valachiam* subegere [f]. Eodem anno *Veneti*, captis *Navarino*, *Methone*, & quæ præcipua erat *Nauplia*, vulgo *Neapolis Romaniæ* dicta, in *Peloponneso* sibi subiicienda feliciter pergebant [g]. Accessere anno 1687 post iustam 24 *Julii* reportatam victoriam, *Naupactus*, *Corinthus*, *Athenæ* & in *Dalmatia Novum Castellum* aliaque [h]. Nec minus prospere rem in *Hungaria* urgebant *Cæsarei*, non tantum enim *Budam*, antea infeliciter tentatam 2 *Septembris* anno 1686, inspectante exercitu *Turcico*, subegerunt [i], *Segedinum* & *Quinque Ecclesias* mense *Octobri* expugnarunt [k]: verum etiam victis anno sequenti 12 *Augusti* ductu Ba-

Socii bellum contra Turcos feliciter urgent. Josephus rex Hungariæ.

Aaaaa

a La Clede T. VIII. p. 532. Merc. Holl. an. 1683. p. 188. *b* Contin. Isthuanf. L. XLVI. p. 594—596. Ricaut T. V. p. 99—102. Limiers L. IX. p. 132—135. Merc. Holl. an. 1685. p. 219—233. *c* Contin. Isthuanf. L. XLVI. p. 597—598. Ricaut T. V. p. 107—112. Merc. Holl. an. 1685. p. 233. 236. 237. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 58. *d* Ricaut T. V. p. 103—169. Contin. Isthuanf. L. XLVI. p. 599. Merc. Holl. an. 1685. p. 210—217. *e* Du Mont T. VII. P. II. p. 125. *f* Merc. Holl. an. 1686. p. 234—240. 244—250. Contin. Isthuanf. L. XLVII. p. 599. 600. *g* Ricaut T. V. p. 136—139. Merc. Holl. an. 1686. p. 240—243. Contin. Isthuanf. XLVII. p. 600. *h* Ricaut T. V. p. 167—172. Merc. Holl. an. 1687. p. 39—52. Contin. Isthuanf. XLVII. p. 609. *i* Ricaut T. V. p. 129—135. Contin. Isthuanf. L. XLVII. p. 600—603. Pufend. Rer. Brand. L. XIX. §. 26. Merc. Holl. an. 1686. p. 208—235. Struv. Per. X. Sect. XI. n. 58. *k* Ricaut T. V. p. 135. 136. Contin. Isthuanf. L. XLVII. p. 604. 605. Merc. Holl. an. 1686. p. 236—239. Limiers L. IX. p. 216. 217.

A. 6385. Pér. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

Bavari ad *Mobatzium* ingenti clade *Turcis*, tumultuantibus *Janizaris*, *Essekiam*, *Slavoniam* omnem, *Agram* & *Claudiopolim* occuparunt [a]. Procedente tam feliciter bello, & recuperata *Hungaria*, Imperator ius in illud regnum sibi masculæque stirpi hereditarium confirmari, ac filium natu maximum *Josephum* 9 *Decembris* Regem coronari curavit [b].

Rerum Anglicarum sub Carolo II facies.

§. 24. Interea temporis *Anglia* gravioribus concuti motibus cœpit. *Carolus* II, qui exul *Romanis* sacris secreto initiatus erat [c], recuperato regno magna auctoritate imperaverat; postea favoris in *Gallos* & *Pontificios* suspectus [d], detecta anno 1678 coniuratione *Papistica* [e], cum videretur *Protestantibus* perniciem moliri, insuperque fratri suo *Jacobo*, Principi *Eboracensi*, qui dudum palam inter Pontificios profitebatur, omnia committeret, *Anglorum* Proceres religioni & libertati metuentes contra ire, Pontificios legibus premere, & ipsum *Eboracensem* a successione excludere parabant [f], cui cum Rex omni studio obluctaretur, factum est, ut dimisso identidem gentis concilio, postremis regni annis omnia sine Parlamento suo arbitratu ageret [g], donec mense *Februario* anni 1685 exspiravit *Carolus* II [h].

Cui succedens Jacobus II, dum Monmuthio cæso, Pontificiis favet, dominatum molitur motibus caussam dedit.

§. 25. Quo facto statim se ab iis, qui publicis muneribus præerant, Regem *Londini* renunciari curavit *Jacobus* II [i]. Mox *Monmuthio* Principe, qui *Caroli* II filius nothus, cum *Argathcliæ* Duce conspirans, regnum adfectabat [k], levi negotio victo, & *Lon-*

[a] Ricaut T. V. p. 143—146. 157. Contin. Isthuanf. L. XLVII. p. 605—609. Merc. Holl. an. 1687. p. 1—31. Limiers L. IX. p. 219. Struv. l. d. Du Mont T. VII. P. II. p. 150. & 155. [b] Ricaut T. V. p. 159—166. Contin. Isthuanf. L. XLVII. p. 609. 610. Merc. Holl. an. 1687. p. 32—39. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 59. [c] Burnet T. I. p. 221. Dan. Neal Histoire of the Puritans Vol. IV. p. 233. 237. Rapin. T. IX. p. 160. [d] Burnet T. III. p. 1. & seqq. 251—268. Rapin T. IX. p. 330—335. 340. [e] Burnet T. III. p. 273—428. Rapin T. IX. p. 401—434. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio VIII. L. VIII. c. 4. [f] Burnet T. III. p. 460. 467. & seqq. 526. 573. T. IV. p. 45. 112. Rapin T. IX. p. 346. & seqq. 359. 369. 376. & seqq. 452. 462. 467—469. 481. 489—498. 509—511. 518—520. [g] Burnet T. III. p. 609. & seqq. 735. T. IV. p. 47. Rapin T. IX. p. 521—532. 535. & seqq. [h] Burnet T. IV. p. 120—136. Rapin T. IX. p. 563. & seqq. Pufend. Rer. Brand. L. XIX. §. 3. [i] Burn. T. IV. p. 153—164. Rapin T. X. p. 1. 2. 6. [k] Du Mont T. VII. P. II. p. 108. Rapin T. X. p. 25.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

Londini 15 *Julii* publice securi percusso[a], cum, quæstione in socios acerbissime instituta, terrorem late sparsisset[b], quod dudum animo destinabat, executioni mandare, cultum *Romanum* & regium dominatum in *Anglia* constituere decrevit[c]. Verum maxime Regis conatibus obstabant *Jusiurandum Suprematus*, & *Leges Pœnales*, per quas ab omnibus publicis muneribus excludebantur Pontificii[d]. Has cum abrogare penitus respuerent *Angli*, Rex dimisso gentis concilio privatim sibi eas suspendendi potestatem sumsit[e]. Immo quo inmodestius Pontificiis suis faveret, omnibus ab ecclesia *Anglicana* dissidentibus liberrimum religionis usum concessit[f]. Et ne de Regis consilio dubium maneret, anno 1687 legatum *Romam* misit, qui se regnumque suum in clientelam sedis *Romanæ* dederet[g]. Dum interim ipse in *Anglia* & *Scotia* artibus[h]; in *Hibernia* vi & armis grassatur: Pontificios publicis muneribus, militaribus & civilibus, præficit[i]. Quis exitus fuerit harum rerum sequens historia declarabit.

Res contra Turcos gestæ.

§. 26. Nunc bellum *Turcicum*, quod adhuc feliciter propagatum, respiciamus. Ante triennium iam *Töckelii* munitissima arx *Mongatzium* cœperat obsideri; sed defendente eam fortiter istius uxore, demum ineunte anno 1688 fame fatigata sese dedidit; *Valachi* & *Transilvani* in fœdus accessere[k]. Et turbatis eodem tempore *Constantinopoli* rebus *Alba Regalis*, & *Græca*, variæque minoris momenti urbes ex-

[a] Burnet T. IV. p. 175. 176. 189—201. 224—242. Rapin T. X. p. 17—29. Pufend. Rer. Brand. L. XIX. §. 85. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio IX. L. V. c. 1. [b] Burnet T. IV. p. 245—260. Rapin T. X. p. 29—32. [c] Burnet T. IV. p. 452. & seq. Rapin T. X. p. 32—35. 54—57. Pufend. Rer. Brand. L. XIX. §. 3. 84. 86. [d] Rapin T. IX. p. 342. T. X. p. 37. & seqq. Du Mont T. VII. P. II. p. 151. [e] Burnet T. IV. p. 260. 299. & seqq. 455—467. 532. Pufend. Rer. Brand. L. XIX. §. 87. [f] Rapin T. X. p. 57—61. 74—76. Pufend. Rer. Brand. L. XIX. §. 92. 94. & seqq. [g] Burnet T. IV. p. 426. 468. Rapin T. X. p. 53. 68. [h] Burnet T. IV. p. 470—481. Rapin T. X. p. 45. 47. & seqq. 57. & seqq. Pufend. Rer. Brand. L. XIX. §. 88—91. [i] Burnet T. IV. p. 353. & seqq. Rapin T. X. p. 35. 36. 46. [k] Ricaut T. V. p. 111. 174—176. Isthuanf. Contin. L. XLVII. p. 611. Merc. Holl. an. 1688. p. 11—13. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 60. du Mont T. VII. P. II. p. 155. Supp. T. II. P. I. p. 420. 422.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

expugnatæ [a]. *Veneti* quoque, oppugnata incassum *Chalcide Euboeæ*, *Kninum Dalmatiæ* armis suis se submittere coëgerunt [b].

Gallus violatis induciis Germaniam infestat. Belgis atque Hispanis bellum indicit.

§. 27. Interturbavit hæc *Christianorum* gaudia Rex *Galliæ*, qui licet anno 1684 vicennales pactus erat inducias, mox prætextu ex caussa *Palatina*, cuius Elector *Carolus* 16 *Maii* anno 1685 mortuus erat [c], & *Coloniensi*, cuius Archiepiscopus 3 *Junii* anno 1688 obierat, sumto [d], fœdere etiam cum *Turcis* inito [e], mense *Septembri* exeunte *Germaniam* magno invasit exercitu, & vix trium mensium spatio, nemine prohibente, *Spiram*, *Wormatiam*, *Heilbronnam*, *Philippiburgum*, *Moguntiam*, ut alia taceam quam plurima, occupavit: *Bonna* quoque *Rhenoberga*, *Cæsarisverda* aliisque oppidis sibi a *Furstenbergio* traditis, est potitus [f]. Denique & 16 *Novembris* anni 1688 *Batavis*, qui Regis *Angliæ* conatibus obsistere videbantur [g], & *Aprili* proximo *Hispanis* bellum indixit [h].

Dum res in Anglia magis turbantur, Regi nascitur filius. Arausiacus Angliam petit. Jacobus II fugit in Galliam.

§. 28. Inter hæc magna facta est in *Anglia* rerum conversio. *Jacobus* II religioni in suo regno mutandæ tanto studio incumbere pergebat, ut etiam Episcopos aliquot, decreta sua ad leges pœnales suspendendas publicare recusantes, fremente licet tota *Anglia*, in turrim *Londinensem* conpegerit [i]. Mox & mense *Junio* anni 1688 firmandis rebus Regi puer, undecunque conceptus aut editus, est repertus, quem tamen

a Ricaut T. V. p. 183—198. Isthuanf. L. XLVII. p. 611—615. Merc. Holl. an. 1688. p. 13—26. Limiers L. IX. p. 245. 246. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio IX. L. VIII. c. 2. *b* Ricaut T. V. p. 201. 215—218. Isthuanf. Contin. L. XLVII. p. 616. Merc. Holl. an. 1688. p. 26—30. *c* Pufend. Rer. Brand. L. XIX. §. 12—15. 29—34. Limiers L. IX. p. 195. Struv. Per. X. Sect. XI. n. 61. du Mont T. VII. P. I. p. 151. P. II. p. 101. *d* Pufend. Rer. Brand. L. XIX. §. 45. & seqq. 59. 60. Burnet T. IV. p. 604. & seqq. 645—656. du Mont T. VII. P. II. p. 167. 170. 173. 176. Merc. Holl. an. 1688. p. 41. 47. Struv. Per. X. Sect. XI. n. 64. 65. *e* Ricaut T. V. p. 144. 156. *f* Limiers L. X. p. 263—279. Burnet T. IV. p. 657—660. Merc. Holl. an. 1688. p. 67—92. & qui laudantur a Struv. Per. X. Sect. XI. §. 66. Jæger Decennio IX. L. VIII. c. 3. & L. IX. c. 4. du Mont T. VII. P. II. p. 170. 176. 207. *g* Du Mont T. VII. P. II. p. 170. 175. 212. 213. Limiers L. X. p. 260—262. Daniel T. VII. p. 106. *h* Du Mont T. VII. P. II. p. 221. 226. Merc. Holl. an. 1689. p. 161—164. *i* Burnet T. IV. p. 534—560. Rapin T. X. p. 76—80. 97. 98. Merc. Holl. an. 1688. p. 166—174. 177—181. du Mont T. VII. P. II. p. 151.

tamen pro ſuo agnoſcere haud dubitavit[a]. Tum vero *Angli*, quorum adhuc ſpes fuerat in *Maria Jacobi* II filia, & *Arauſiaci* Principis coniuge, ne iugum perpetuum fieret, de eo excutiendo ſerio cogitare, & idonea eam in rem auxilia circumſpicere cœperunt[b]. Nec defuit vel iuſtis eorum precibus vel etiam ſibi & coniugi ſuæ *Guillelmus Arauſiacus*, qui menſe *Octobri* edicto[c] ſignificavit, paratum ſe eſſe transmittere in *Angliam*, ut in gentis iuſto concilio res in regno & Eccleſia turbatæ conſtituantur, ſimul & de nato Regis filio cognoſcatur[d]. Tum vero *Jacobus* inpenſe ſibi metuere, Procerum fidem inplorare cœpit, & cuncta ſe in integrum reſtituturum promiſit. Sed cum, *Batava* claſſe tempeſtate iactata, non ſtaret promiſſis, omnem decoxit fidem[e]: itaque *Arauſiaco* menſe *Novembri* in *Angliam* delato, urbes & regiones, ipſique viri principes certatim ad *Arauſiacum* tranſierunt[f]. Quapropter, deſperatis rebus, primum uxorem cum puero, quem *Walliæ* Principem dixerat, 9 *Decembris* ſt. vet. in *Galliam* miſit, quos ipſe 2 *Januarii* anni 1689 piſcatorio lembo, qui tot navium bellicarum paullo ante Dominus erat, ſecutus eſt[g].

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Chriſt. 1672. ad 1700.

§. 29. Eo profugo cum Proceres in ſolemni conventu cenſuiſſent, *Jacobum* ſua fuga regnum abdicaſſe, thronumque vacare, 13 *Februarii* regnum *Arauſiaco*, & ſereniſſimæ *Mariæ*, eius coniugi, detulerunt[h]. *Anglorum* exemplum menſe *Aprili* ſecuti ſunt

Guillelmus Arauſiacus Angliæ Scotiæque rex factus, Jacobum ex Hibernia eiicit, regnum pacat.

[a] Burnet T. IV. p. 572—592. Rapin T. X. p. 80—96. Puſend. Rer. Brand. L. XIX. §. 97. [b] Burnet T. IV. p. 564—566. Rapin T. X. p. 102—105. du Mont T. VII. P. II. p. 179. Merc. Holl. an. 1688. p. 198—254. Le Clerc L. XVI. p. 405. [c] du Mont T. VII. P. II. p. 198. & 201. [d] Burn. T. IV. p. 594. 601—604. 617. & ſeqq. 660—688. Rapin T. X. p. 106. & ſeqq. 121—124. Merc. Holl. an. 1688. p. 254—274. Le Clerc L. XVI. p. 408. [e] Burnet T. IV. p. 688—702. Rapin T. X. p. 112—115. 124. 125. Merc. Holl. an. 1688. p. 277—286. [f] Burnet T. IV. p. 702—728. Rapin T. X. p. 127—138. Merc. Holl. an. 1688. p. 288. 295. 296. 299—303. Le Clerc L. XVI. p. 410—412. [g] Burnet T. IV. p. 728—736. 740—758. Rapin T. X. p. 137—143. 145—153. Memoires du Comte de Vordac p. 203—205. Merc. Holl. an. 1688. p. 305—308. 311—314. Jæger Decen. IX. L. VIII. c. 4. [h] Burnet T. IV. p. 773—830. Rapin T. X. p. 154. 159. & ſeqq. 189—195. Merc. Holl. an. 1688. p. 316—318. an. 1689. p. 1—16.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

sunt *Scotia*[a]. Sed non tam commode in *Hibernia* res successit. Gubernabat eam pro Rege *Jacobo* Comes *Tyrconellus*, *Jacobo* II carissimum caput, & acerrimus *Romanarum* partium sectator, qui etiam plerasque *Hiberniæ* urbes in fide *Jacobi* retinuerat[b]. Itaque ipse in eam cum copiis auxiliaribus ex *Gallia* eodem anno mense *Aprili* rediit, & vario Marte pugnavit[c]. Sequente vero anno 1990, licet auxilia ipsi denuo submitteret *Ludovicus* XIV, & *Tourvillius Gallus* mari victor *Anglicæ Batavicæ*que classi aliquantum damni intulisset[d], magnis passibus in *Hibernia* retro labebatur *Jacobi* fortuna, maxime post cladem 11 *Julii*, *Guillelmo* & *Schombergio* ducibus, ad *Boinam* acceptam, quæ tanta fuit, ut *Jacobus* & istic rebus suis desperans, se denuo in *Galliam* receperit[e]. Hinc *Guillelmo* prona fuerunt omnia, captæ urbes, & anno 1691 adventantia subinde *Gallorum* auxilia a *Ginkelio* deleta: ut denique *Galli* sub finem anni, *Hiberniam* perpetuum victori relinquere debuerint[f].

Gallus Palatinatum vastat. Fœdus magnum. Badensis in Servia.

§. 30. Interim has clades illi in continenti satis crudeliter ulti sunt. Occupaverant, ut vidimus, anno 1688 *Palatinatum* & vicina pleraque. In ea vero cum tueri se non possent, adventante anno 1689 *Germanorum* exercitu, plus quam barbara feritate ferro & igne adeo sævierunt, ut vix vestigia florentissimarum urbium reliquerint, gravissima calamitas in *Heidelbergam*, *Spiram* & *Wormatiam* incubuit[g]. Tum vero fœdere, quod *Magnum* vocant, inter Imperatorem *Leopoldum* & *Belgas*, quibus dein *Guillelmus* Rex *Angliæ*, & *Carolus* II Rex *Hispaniæ*, Dux *Sabau-*

[a] Burnet T. IV. p. 57—65. Rapin T. X. p. 157. Merc. Holl. an. 1689. p. 34—53. Larrey T. IV. p. 510. 511. [b] Burnet T. IV. p. 761—764. 766—772. Rapin T. X. p. 158. Merc. Holl. an. 1689. p. 68. [c] Burnet T. V. p. 45—55. Larrey T. IV. p. 512. 528. 529—532. Merc. Holl. an. 1689. p. 69—113. [d] Burnet T. V. p. 146—150. Larrey T. IV. p. 543. 544. Merc. Holl. an. 1690. p. 195—212. Le Clerc L. XVI. p. 418. 419. [e] Burnet T. V. p. 129—145. 154—172. Larrey T. IV. p. 538—542. Merc. Holl. an. 1690. p. 213. & seqq. Le Clerc L. XVI. p. 416—418. Jæger Hist. Sæc. XVI. Decennio IX. L. X. c. 9. [f] Burnet T. V. p. 220—230. Larrey T. IV. p. 555—558. Daniel T. VII. p. 115. 116. Jæger Decennio X. L. I. c. 6. [g] Europaeischen historicus T. I. p. 406. 477. 490. 528. 537. 628. 688. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 26. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio IX. L. IX. c. 4.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

baudiæ & alii acceſſerunt[a], ad liberandam a crudeliſſimis his hoſtibus patriam converſi *Germani Rhenobergam*, *Cæſarisverdam*, *Moguntiam* & *Bonnam* receperunt[b]. *Badenſis* quoque Princeps, qui copias Cæſaris ducebat, bis in *Servia Turcos* profligavit, & varias iis urbes illic ademit, *Albaniam*que occupandi occaſionem dedit[c].

Prælium Floriacenſe. Sabaudia a Gallo occupata. Infelicia cum Turcis prælia, utcunque a Venetis penſata. Joſephus Rex Rom. electus.

§. 31. Verum ſequens annus 1690 Fœderatis infelix valde exſtitit. Nam *Waldeccenſis* Princeps ad *Floriacum Namurcenſis* Comitatus vicum cum *Luxemburgico* Duce 1 *Julii* acie decernens gravi clade adfectus eſt[d]. Et *Sabaudiæ* Dux, qui fœderi contra *Gallos* acceſſerat, 18 *Auguſti* ab iisdem ad *Staffordiam* victus, univerſam *Sabaudiam* amiſit[e]. In *Albania* quoque ſub ipſum anni initium *Hanoveranus* Princeps cum aliquot legionibus cæſus, *Heuſlerus* victus captusque eſt. Hinc ſubactæ ſuperiori anno in *Servia* urbes iterum amiſſæ, quin & *Alba Græca* in hoſtium poteſtatem rediit[f]. Penſatum utcunque damnum *Caniſchæ* occupatione[g], & felici *Venetorum* fortuna, qui *Malvaſia* capta, tota *Peloponneſo* ſunt potiti[h]. Eodemque anno ineunte *Joſephus*, *Leopoldi* Imperatoris filius, Rex *Romanorum* deſignatus eſt[i].

Stirps Lauenburgica deficit.

§. 32. Mortuus quoque eſt 29 *Septembris* anno 1689 *Julius Franciscus*, Dux Saxo *Lauenburgicus*, in quo gentis iſtius maſcula proles omnino defecit. Hinc, cum de hereditate graves orirentur lites, *Luneburgici*

a Du Mont T. VII. P. II. p. 229. 241. 267. 272. 284. 367. b Memoires du Comte de Vordac p. 225—238. Merc. Holl. an. 1689. p. 209—239. Burnet T. V. p. 76. 77. Daniel T. VII. p. 108. 109. c Iſthuanf. Contin. p. 618—623. Ricaut T. V. p. 207—215. Merc. Holl. an. 1689. p. 143—252. Jæger Decennio IX. L. IX. c. 2. d Burnet T. V. p. 145. Merc. Holl. an. 1690. p. 168—189. Limiers L. X. p. 365—368. Daniel T. VII. p. 112. 113. Le Clerc L. XVI. p. 420. e Burnet T. V. p. 182. Jæger Decennio IX. L. X. c. 7. Merc. Holl. an. 1690. p. 254—287. Daniel T. VII. p. 113. 114. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 81. du Mont T. VII. P. II. p. 244. 265. 266. f Ricaut T. V. p. 222. 224—226. 229—234. Iſthuanf. L. XLVIII. p. 623—627. Merc. Holl. an. 1690. p. 290—294. 302. 303. 305—309. Jæger Decennio IX. L. X. c. 4. g Ricaut T. V. p. 223. Iſthuanf. L. XLVIII. p. 625. Merc. Holl. an. 1690. p. 294—298. h Ricaut T. V. p. 234—238. Iſthuanf. Contin. L. XLVIII. p. 628. Merc. Holl. an. 1690. p. 310—315. i Du Mont T. VII. P. II. p. 247. Iſthuanf. L. XLVIII. p. 622. Merc. Holl. an. 1690. p. 154. 155. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 69. Limiers L. X. p. 363. 364.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

neburgici; iure inde ab *Henrico Leone* repetito, facto ipso possessionem arripuerunt, & re cum *Saxone* anno 1697 conposita deinde tenuerunt[a].

Gallis rem feliciter gerentibus, Belgio Hispanico Bavarus præficitur. Cæsarei Turcos ad Salankemen cædunt. Solimanus moritur.

§. 33. *Galli* post hæc bellum feliciter urgentes *Sabaudo* anno 1691 *Nicæam*, *Carmaniolam*, *Montemmelianum* aliaque oppida ademerunt[b]. In *Belgica* *Montes Hannoniæ* 9 *Maii* occuparunt[c], cetera hoc anno illis partibus nil magnæ rei gestum[d], nisi quod *Carolus* II *Belgio Hispanico* in omnes vitæ dies præfecit *Maximilianum Emmanuelem* Electorem *Bavaricum*[e]. Feliciora Imperatoris arma contra *Turcos* fuere, nobiliore enim, sed cruenta, ad *Salankemen* mense *Augusto* reportata victoria, *Lippa*, *Viminacium*, *Gradisca* captæ[f]. *Waradinum* vero mense *Octobri* obsideri cœptum anni demum sequentis *Maio* exeunte subactum[g]. Ipse quoque Sultanus *Solimanus* III 22 *Junii* anni 1691 diem obiit supremum, successorem nactus fratrem *Achmetem* II[h].

Pugna ad Steenkerkam & Phorzheimium. Sabaudus in Galliam irrumpit. Classis Gallica victa. Nonus Elector additur.

§. 34. *Luxenburgicus* vero in *Belgica* anno 1692 primo *Namurcum* 30 *Junii* subegit, dein & mense *Augusto* prope *Steenkerkam*, *Hannoniæ* vicum castra sua infestantes reiecit[i]. Simile fuit aut paullo felicius, quod in *Germania* ad *Pforzheimium*, Marchionatus *Badensis* oppidum, conmissum est prælium[k]: *Oneliam* etiam *Liguriæ*, sed iuris *Sabaudici*, in-

a Levinus Amber five potius Immanuel Weber in Saxen Lauenburgischen streitigen landes ansale Hamb. 1690. in 4to. Lunig Grundfeste Europaeischer Potenzen Gerechsame T. II. p. 172—174. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 71. *b* Memoires du Comte de Vordac p. 261—267. Burnet T. V. p. 235. 236. Lettres historiques an. 1692. T. I. p. 41—48. Limiers L. XI. p. 44. 45. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 81. Jæger decennio X. L. I. c. 7. *c* Memoires du Comte de Vordac p. 255—259. Burnet T. V. p. 206. 207. Limiers L. XII. p. 35. 36. Jæger Decennio X. L. I. c. 4. *d* Burnet T. V. p. 215—219. Limiers L. XI. p. 38—40. *e* Burnet T. V. p. 236—238. *f* Ricaut T. V. p. 239. 246—251. Isthuanf. L. XLVIII. p. 630—632. Burnet T. V. p. 130—132. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 91. Jæger Decennio X. L. I. c. 2. *g* Ricaut T. I. p. 254. Isthuanf. L. XLVIII. p. 632. 633. Lettres historiques an. 1692. T. I. p. 637—639. T. II. p. 69—76. *h* Ricaut T. V. p. 242. 243. Isthuanf. L. XLVIII. p. 629. *i* Burnet T. V. p. 272—277. Memoires du Comte de Vordac p. 268—275. Lettres historiques an. 1692. T. I. p. 629. 682. T. II. p. 84—98. 223. 302. & seqq. 348. & seqq. Limiers L. XI. p. 54—58. 62—66. Daniel T. VII. p. 116. 117. Le Clerc L. XVI. p. 423. *k* Limiers L. XI. p. 66. Burnet T. V. p. 277. 278. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 73.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

infestis ignibus tentarunt *Galli*[a]. At alibi hæc damna pensarunt Fœderati, non tantum enim *Hassus Gallos* a *Rheinfelsa* reiecit[b]; *Sabaudus*, recepta *Eporedia*, in *Provinciam* & *Delphinatum* penetrans, capto *Ebroduno* aliisque urbibus, late terrorem sparsit, regionesque tributis exhausit[c]: sed etiam 29 *Maii* nobilissima mari reportata est victoria, qua fracta adeo est res navalis *Gallorum*, ut toto hoc bello deinceps iustam classem adornare non potuerint[d]. Memorabilis quoque est hic annus 1692 nova Electoris dignitate in *Hanoveranum* Principem ab Imperatore conlata, cui tamen diu obluctati sunt alii *Germaniæ* Principes[e].

Galli rem acriter urgent. Heidelbergam diripiunt.

§. 35. Anno vero 1693 *Galli Huium* occuparunt; mox 29 *Julii* socios ad *Landam* vicerunt, *Caroloregium* mense *Octobri* subegerunt[f]. In *Catalaunia Rosam* ad deditionem adegerunt[g]. *Sabaudum* victum a *Pinarolii* obsidione reiecerunt[h]. *Heidelbergam* proditione præfecti *Heidersdorfii* captam fœde vastarunt[i]. Fœdusque cum *Turcis*, ne pacem facerent, arctius inierunt[k]. Damni nihil acceptum, nisi quod *Martiniacam*, in *America* insulam, *Angli* deprædati sunt[l].

Cum Gallis varia fortuna certatum. Maria Angliæ regina obit. Bellum cum Turcis prospere gestum.

§. 36. Hinc anno 1694 bellum acriter quidem, nec tamen pari ubique fortuna continuatum. In *Catalaunia Galli*, victis 27 *Maii* ad *Sambrocam* fluvium, quem nunc *El Ter* vocant, *Hispanis*, *Pala-*

 mum,

[a] Lettres historiques an. 1692. T. I. p. 611. 612. [b] Burnet T. V. p. 309. Lettres historiques an. 1693. T. I. p. 112—118. Struv. l. d. [c] Limiers L. XI. p. 66. 67. Lettres historiques an. 1692. T. II. p. 289—290. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 81. [d] Burnet T. V. p. 259—226. Limiers L. XI. p. 16. 62. Lettres historiques an. 1692. T. II. p. 40—60. Le Clerc L. XVI. p. 422. [e] Du Mont T. VII. P. II. p. 306. 308. 323. 351. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 74. 75. 95. Burnet T. V. p. 234. [f] Memoires du Comte de Vordac p. 281—300. Burnet T. V. p. 309—311. 315—318. Lettres historiques an. 1693. T. II. p. 199—228. Limiers L. XI. p. 71—77. 80. Le Clerc L. XVI. p. 424. 425. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 80. [g] Burnet T. V. p. 313. Lettres historiques an. 1693. T. II. p. 98—103. 184. Europ. histocus T. II. p. 1367. [h] Burnet T. V. p. 313. 314. Limiers L. XI. p. 87—90. Daniel T. VII. p. 121. 122. Lettres historiques an. 1693. p. 238. 359. 439. [i] Limiers L. XI. p. 81—85. Burnet T. V. p. 312. Lettres historiques an. 1693. T. I. p. 627—637. T. II. p. 72—76. Jæger Decennio X. L. III. c. 1. [k] Ricaut T. V. p. 260. [l] Daniel T. VII. p. 122. Lettres historiques an. 1692. T. II. p. 97. 98.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

mum, *Gerundam* aliaque minora oppida occuparunt [a]. In *Belgica* nil magnæ rei gestum, *Huium* tamen a Fœderatis recuperatum [b]. Mari *Anglicæ* & *Bataviçæ* classes, litora *Gallica* circumvectæ, *Deppam*, *Portum Gratiæ*, *Caletum* & *Fanum S. Maclovii* infestis ignibus tentarunt [c]. In *Anglia* Regina *Maria*, *Guilielmi* III coniux sub finem anni diem obiit supremum, magnum sui desiderium civibus relinquens [d]. Cum *Turcis* felicius bellatum: nam & *Cæsariani*, *Turcis* a *Petrowaradino* in *Sclavonia* reiectis, *Julia Hungariæ* potiti sunt [e]: & *Veneti Chion* insulam [f], & in *Dalmatia Ciclutum* aliaque loca occuparunt [g]. *Poloni* etiam *Tartaros*, *Caminecio* subvenientes, cum clade reiecerunt [h].

Achmete mortuo Mustapha II bellum instaurat. Casale & Namurcum captum.

§. 37. *Achmete* vero II, *Turcorum* Sultano, ineunte anno 1695 mortuo, qui ei successit *Mustapha* II, filius *Muhammedis* IV, ipse ad rem gerendam profectus, *Lippa Tituloque* potitus, *Veteranium* Comitem 20 *Septembris* ad *Lugosium* superioris *Hungariæ* oppidum vicit [i]. Contra *Gallos* res felicius gesta: nam *Sabaudus Casale* occupavit [k]: Fœderati *Namurcum*, quam urbem inexpugnabilem venditaverant *Galli*, ad deditionem conpulerunt [l]: interim *Galli Dixmuda Flandriæ* capta, *Bruxellas* iniectis ignibus fœda-

a Limiers L. XI. p. 101—106. Lettres historiques an. 1694. T. II. p. 51—78. 171—178. Burnet T. V. p. 361. Daniel T. VII. p. 123. 124. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 82. *b* Burnet T. V. p. 358. 359. Limiers L. XI. p. 99. 100. Daniel T. VII. p. 124. 125. Lettres historiques an. 1694. T. II. p. 430—442. *c* Burnet T. V. p. 367. 368. Limiers L. XI. p. 107—109. Daniel T. VII. p. 125. 126. Lettres historiques an. 1694. T. II. p. 219—229. 332. 445. *d* Burnet T. V. p. 375—377. 383—389. Limiers L. XI. p. 112. *e* Isthuanf. Contin. L. XLIX. p. 636. 637. Ricaut T. V. p. 260. 261. Lettres historiques an. 1694. T. II. p. 385. & seqq. 508—528. & an. 1695. T. I. p. 57. & seqq. *f* Burnet T. V. p. 369. Merc. Europ. P. V. Tom. 2. Lettres historiques an. 1694. T. II. p. 494. & seqq. 590. 600—606. *g* Merc. Europ. l. d. Lettres histor. an. 1694. T. II. p. 126—131. *h* Burnet T. V. p. 370. Lettres histor. an. 1694. T. II. p. 618—624. *i* Ricaut T. V. p. 267. 271. 272. Isthuanf. L. XLIX. p. 637. 638. Burnet T. V. p. 437. 438. Limiers L. XI. p. 153—155. Lettres historiques an. 1695. T. I. p. 385. 386. T. II. p. 386—388. 461. *k* Burnet T. V. p. 432. 433. Lettres historiq. an. 1695. T. II. p. 122—138. Limiers L. XI. p. 146. 147. *l* Burnet T. V. p. 423—426. 428—432. Limiers L. XI. p. 127—146. Daniel T. VII. p. 127. 128. Lettres hist. an. 1695. T. II. p. 106. 183—218. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 80.

fœdaverant[a]; sed vicem in litore *Galliæ* reddidit classis *Anglo-Batavica*[b].

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

§. 38. Hinc ineunte anno 1696 fœda in *Anglia* in caput Regis *Guillelmi* inita coniuratio, detecta & repressa[c]. *Sabaudus* seorsim honestis conditionibus 29 *Augusti* cum *Gallis* pactus[d], *Valentiam* in *Mediolanensi* agro obsidens, effecit, ut *Cæsar* & *Hispani* 7 *Octobris* in perpetuas istic inducias consentirent[e]. In *Belgica* nil magnæ rei gestum[f].

Conspiratio in Anglia. Sabaudus cum Gallo paciscitur.

§. 39. Anno vero 1697, qui belli ultimus fuit, in *Germania* a *Badensi* Principe *Ebernburgum*[g], a *Gallis* vicissim in *Belgica* *Athum*[h], in *Catalaunia* *Barcino* capta[i]. Verum discussit hæc *Martis* discrimina pax hoc ipso anno 20 *Sept.* *Rysvici* conclusa, qua *Ludovicus* XIV omnia post pacem *Neomagensem* erepta restituit, excepta *Argentina*, sed pro qua *Friburgum* & *Brissacum* reddidit. *Guillelmum* quoque III legitimum *Britannicarum* insularum Regem professus, *Jacobo* II insuper nec clam nec palam auxilia se subministraturum promisit[k]. Arbiter pacis Rex *Suecorum* erat *Carolus* XI, sed eo, dum de pace agitur, 5 *Aprilis* mortuo, successit minorennis eius filius *Carolus* XII, terror *Europæ* futurus[l].

Pax Rysvicensis. Carolus XI moritur.

[a] Burn. T. V. p. 426. 427. Limiers L. XI. p. 133. 134—138. Lettres historiques an. 1695. T. II. p. 218—220. 306. & seqq. 318. & seqq. [b]. Burnet T. V. p. 434. 435. Lettres historiq. an. 1695. T. II. p. 167—176. Daniel T. VII. p. 129. [c] Burnet T. V. p. 416. 460—492. Limiers L. XI. p. 161—164. du mont Suppl. T. II. P. I. p. 437. [d] Burnet T. V. p. 495—499. Limiers L. XI. p. 176—183. Lettres historiques an. 1696. T. I. p. 378. 379. T. II. p. 17. 122—128. du Mont T. VII. P. II. p. 368. 371. [e] Du Mont T. VII. P. II. p. 375.. Limiers L. XII. p. 207. Lettres historiques an. 1696. T. II. p. 381—384. 471—483. Jæger Decennio X. L. VI. c. 6. [f] Burnet T. V. p. 491. [g] Limiers L. XII. p. 284. 285. Lettres histor. an. 1697. T. II. p. 468. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 76. [h] Burn. T. V. p. 545. Limiers L. XII. p. 275. Lettres historiq. an. 1697. T. I. p. 673. [i] Burnet T. V. p. 546. 547. Limiers L. XII. p. 279—284. Lettres historiques an. 1697. T. II. p. 87. 216. 326. [k] Lunig Reichs Archiv Parte Generali Vol. I. p. 1069. & seqq. Du Mont T. VII. P. II. p. 381. & seqq. 399. & seqq. 404. 408. 421. & seqq. Burnet T. V. p. 504—507. 560. 566—573. Limiers L. XII. p. 184. & seqq. 268. 298—348. Lettres historiques an. 1697. T. II. p. 528. 579. 603. 679. 711. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 81—87. [l] Burnet T. V. p. 561—565. Limiers L. XII. p. 291. Lettres historiques an. 1697. T. I. p. 497. Havercamp leven van Carel de XII.

A. 6385. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1672. ad 1700.

Johanne IV mortuo regnum Poloniæ obtinet Elector Saxo. Victoria de Turcis ad Zentham. Pax Carlowitzensis.

§. 40. At *Johanne Sobietskio* Rege 17 *Junii* anni 1696 in *Polonia* mortuo magnus exarsit ambitus. Inter candidatos regni præcipui erant *Contius* Princeps, cui Rex *Galliæ* studebat: & *Fridericus Augustus Saxoniæ* Elector: sed scissis in partes *Polonorum* studiis, post anni, & quod excurrit, interregnum, ambo Reges designati sunt; at qui propior aderat *Saxo*, mutatis sacris, facile prævaluit, ac regnum multis implicatum turbis tenuit [a]. Ceterum præfuerat is superiori anno 1696 *Cæsaris* contra *Turcos* exercitui, quando *Temesvario* frustra tentato, dubio cum *Turcis* prælio certaverat [b]. Verum qui ei in imperio successit *Eugenius*, *Sabaudiæ* Princeps, nobilissima 10 *Octob.* anno 1697 ad *Zentham*, haud procul a *Tibisco* flumine, de *Turcorum* Imperatore reportata victoria [c]. cum & *Petrus Moscorum* Princeps rem fortiter urgeret [d], *Galli* cum *Cæsare* paciscerentur, tantum terroris *Turcis* iniecit, ut de pace & ipsi serio cogitarent, quæ *Anglorum Batavorum*que interventu in annos XXV *Carlovitii* ineunte anno 1699 *Christianis* honesta convenit, ut *Hungaria* cum *Transilvania*, a *Temesuensi* ditione si discesseris, *Cæsari*; *Peloponnesus* & *S. Maura* cum locis in *Dalmatia* occupatis *Venetis*; *Podolia* cum *Caminecio Polonis* cederent [e]. Cum *Moscis* induciæ initæ [f]; ut adeo desinente sæculo *Europa* pace, sed minime diuturna futura, floreret.

[a] Du Mont Suppl. T. II. P. I. p. 440. & seqq. 447. Burnet T. V. p. 551—555. 558. Hist. de Pologne p. 387—410. Limiers L. XII. p. 213. 286—290. Lettres historiques an. 1696. T. II. p. 23—27. 162—165. 267. an. 1697. T. I. p. 34. & seqq. 270. 376. 438. 613. T. II. p. 17. & seqq. 144—173. 281. 388. 506. 643. Jæger Decennio X. L. VI. c. 4. & L. VII. c. 9. [b] Isthuanf. L. XLIX. p. 638. Ricaut T. V. p. 273—275. Lettres historiques an. 1696. T. II. p. 281. 434—444. Limiers L XII. p. 214. 215. Struv. Per. X. Sect. XI. §. 91. [c] Isthuanf. Contin. L. XLIX. p. 639. 640. Ricaut T. V. p. 278—280. Limiers L. XII. p. 292—295. Burn. T. VI. p. 2. 3. Lettres historiques an. 1697. T. II. p. 443—460. Struv. l. d. §. 92. Jæger Decennio X. L. VII. c. 1. [d] Memoires du regne de Pierre le Grand T. II. p. 121—124. 127—133. 136—146. 199—202. Burnet T. V. p. 501. Limiers L. XII. p. 214. 297. [e] Du Mont T. VII. P. II. p. 448. 451. 453. 458. Isthuanf. L. XLIX. p. 641. 642. Ricaut T. V. p. 281—298. Lettres historiques an. 1699. T. I. p. 86. 175. 248—254. 320. [f] Du Mont T. VII. P. II. p. 446. 447. Memoir. de Pierre le Grand T. II. p. 262—264. Ricaut T. V. p. 298. 308.

CAPUT XIX.

A. 6330. Per. Jul. ad 6416. A. Christ. 1617. ad 1703.

De Rebus Orientis, ac maxime Turcicis *sub* Mustapha, Osmano, Mustapha *iterum*, Amurathe IV, Ibraimo, Muhammede IV, Solimano III, Achmete II & Mustapha II *ab anno* 1617 *ad* 1703.

§. 1.

Mustapha.

ACHmete anno 1617 mortuo, frater eius *Mustapha*, homo vecors & stolidus, ad imperium vocatus, iterumque post menses duos in custodiam detrusus est [a].

Osmanus pace cum Polonis facta a suis obtruncatur.

§. 2. Quando *Osmanus*, *Achmetis* filius, ingentis animi puer Imperator renunciatus est. Qui, victoria 19 *Septembris* anno 1620 in *Moldavia* de *Polonis* reportata, anno sequente cum 400 millibus irruit in *Poloniam:* sed, multis millibus ad *Chocimum* amissis pacem cum *Polonis* fecit 9 *Octobris* anno 1621 [b]. Hanc ille calamitatem adsiduis per id tempus Prætorianorum militum seditionibus inputans, de iis exauctorandis deliberare cœpit. Quo eius patefacto consilio, milites ab eo deficiunt, ac denuo patruum eius *Mustapham*, e custodia productum, Imperatorem renunciant, *Osmanum* obtruncant *Maii* 20, feria 6, anno 1622 [c].

Mustapha iterum.

§. 3. Ad hunc modum *Turcorum* imperium iterum adeptus est *Mustapha*, sed sub debili principe turbato imperio anno sequenti *Septembri* mense pristinam in sortem & carcerem retrusus est [d].

Amurathes IV bellis Persicis exercitus.

§. 4. Cui substitutus est *Amurathes* IV, *Osmani* frater, qui imperium intestinis motibus [e], *Cosaccorum* ex-

a Piasecius p. 355. Nani T. I. p. 150. 181. Vassor T. IV. p. 229. Verdier T. III. p. 382. 391. *b* Piasecius p. 331—347. Stanislaus a Kobiercycko in historia Uladislai Lib. IX. & X. p. 633. 657—842. Vassor T. IV. p. 229—235. Verdier T. III. p. 399—413. du Mont T. V. P. II. p. 371. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 539. *c* Piasecius p. 355. 356. Nani T. I. p. 297. 298. Vassor T. IV. p. 332—335. Verdier T. III. p. 416—424. *d* Piasecius p. 367. Ricaut Hist. de l'empire Ottoman T. I. p. 1—3. Vassor T. V. p. 335. 336. Nani T. I. p. 298. Verdier T. III. p. 428—446. *e* Ricaut T. I. p. 4—6. 36—38.

A. 6330. Per. Jul. ad 6416 A. Christ. 1617. ad 1703.

excursionibus [a] & perpetuo fere contra *Persas* bello excercitum tenuit [b], quo tempore Schach *Aba* inter *Persas* regnante anno 1626 frustra *Bagdadim* tentavit [c]; sed sub eius nepote *Sephi* obtinuit anno 1638 [d], ac pace cum *Persis* anno 1639 conposita [e], mortuus est 8 *Februarii* anno 1640 [f].

Ibrahimus Azovam recuperat. Cretam invadit.

§. 5. Imperium accepit frater eius *Ibrahimus*. Hic *Azova* urbe, quam fratre eius imperante *Cosacci* occupaverant, anno 1642 recuperata [g], infensus *Melitensibus*, quod navem *Turcicam* cum una ex concubinis suis anno 1644 intercepissent, *Cretam* insulam, quæ in potestate *Venetorum* erat, ut *Melitensium* receptaculum, anno 1645 de inproviso invasit [h], & *Canea* post operosam obsidionem 19 *Augusti* capta stabilem in ea pedem posuit [i], longum & atrox auspicatus bellum, quod nec ipso vivo conponi potuit; suis enim invisus a *Janizaris* strangulatus est 18 *Augusti* anno 1648 [k].

Muhamed IV Creta occupata pacem cum Venetis conponit. Hungariam invadit. Polonos gravi exercet bello, iterumque Hungariam pervagatus a Vienna reiicitur.

§. 6. Itaque sub filio eius *Muhammede* IV, qui sex annos natus puer ad regnum vocatus erat [l], pace cum *Ferdinando* III Imperatore 1 *Julii* anni 1649 in annos XX prorogata [m], continuatum bellum est, in quo, licet sæpe mari victoriam reportarent *Veneti* [n], tandem tamen *Candia*, quæ insulæ caput est, post operosissimam multorum annorum obsidionem ad deditionem adacta [o], pax 5 *Septembris* anno 1669 *Turcos* in-

a Ricaut T. I. p. 7—11. 33—36. 47. *b* Ricaut T. I. p. 15—17. 32. 33. 45. 46. 56—58. 67. 92. 102—108. 111—115. 123. 127—129. Nani T. I. p. 696. 707—710. 732. *c* Ricaut T. I. p. 25—27. 50—52. *d* Ricaut T. I. p. 138—152. *e* Ricaut T. I. p. 151. 152. *f* Ricaut T. I. p. 161. Piasecius p. 367. 491. 510. Nani T. I. p. 695. 710—712. 732. 733. *g* Ricaut T. I. p. 119. 168. 172. 175. 176. 178—208. Verdier T. III. p. 549. 552—554. *h* Nani T. II. p. 21. & seqq. Ricaut T. I. p. 187—203. Histoire de la guerre de Candie p. 4—18. Verdier T. III. p. 559—567. *i* Nani T. II. p. 51—61. Hist. de la guerre de Candie p. 19—22. Ricaut T. I. p. 207—209. *k* Nani T. II. p. 232—235. Ricaut T. I. p. 210—224. Verdier T. III. p. 594—596. *l* Nani T. II. p. 232. Ricaut T. I. p. 227. *m* Du Mont T. VI. P. I. p. 521. *n* Nani T. II. p. 278. 321. 325. 381. 400. 419. 423. 440. 444. 546. 639. Histoire de la guerre de Candie p. 27. & passim alibi. Ricaut T. I. p. 239. 242. 254. Verdier T. III. p. 609. 631. 636. 645. 703. 718. *o* Nani T. II. p. 37. 121. 206. & seq. 283. 343. 515. 579. 610. 644. 701. 704. Ricaut passim, & de deditione urbis T. III. p. 288—310. 312—315. Memoires du Voiage de Monsieur le Marquis de Ville.

inter & *Venetos* ita convenit, ut *Creta*, paucis ex- A. 6330.
ceptis locis, *Turcorum* esset, *Clissa Dalmatiæ*, & quæ Per. Jul.
in *Albania* a *Venetis* capta erant, ipsorum imperio ad 6416.
subiecta manerent [a]. Interim occasione motuum *Tran-* A. Christ.
silvanicorum, de quibus supra [b] diximus, lis inter 1617. ad 1703.
Leopoldum Imperatorem & *Muhammedem* orta erat, quæ anno 1663 in apertum bellum erupit, quo *Turci*, fusis ad *Barkanum Cæsarianis Vivarinum*, *Germani Neuhuselium* vocant, occuparunt [c]: sed sequente anno *Turcis*, cum alibi, tum præcipue Kal. *Augusti* ad *S. Gothardi Fanum* victis, 10 eiusdem mensis induciæ in XX annos convenerunt, quibus tamen *Neuhuselium Turco* relinquebatur [d]. Secutum est ex motibus *Polonicis*, & *Cosaccorum Zaporoviensium* duce *Dorosensko* ad *Turcos* defectione bellum *Polonicum* [e], quo *Turci Caminecia Podoliæ* 28 *Augusti* anno 1672 occupata [f], Regem *Michaëlem Wisnovicium* coëgerunt 18 *Octobris* pacem facere regno inhonestissimam [g]. Sed ea sequenti anno interturbata, Rex ipse, in hostem ducturus, morbo correptus obiit 10 *Novembris* anno 1673 [h]. Damnum postridie eius diei pensavit *Johannes Sobietskius*, summus belli præfectus, nobilissima de *Turcis* ad *Chocimum* reportata victoria [i], quæ ipsi viam ad regnum munivit: anno quippe sequenti 20 *Maii* Rex in locum *Michaë-lis*

a Du Mont T. VII. P. I. p. 119. Nani T. II. p. 705. Ricaut T. III. p. 310—312. *b* Cap. XVII. §. 18. *c* Isthuanf. Contin. L. XLII. p. 548—550. Ricaut T. III. p. 33—47. Verdier T. III. p. 722—735. Jæger Hist. Sæc. XVII. Decennio VII. L. III. c. 2. *d* Ricaut T. III. p. 54. & seqq. 74. & seqq. 88—106. 110—116. Verdier T. III. p. 741—774. du Mont T. VI. P. III. p. 23. 24. Supra C. XVII. §. 18. *e* Ricaut T. III. p. 243—248. Valkenier Verwerd Europa p. 216—218. 862—865. Vita Sobietskii p. 81. & seqq. Merc. Holl. an. 1671. p. 84. 118. 172. an. 1672. p. 95. 168. La Croix guerres des Turcs avec la Pologne in 8. a la Haye 1680. *f* Ricaut T. III. p. 348—350. Vita Sobietskii p. 92—94. Valkenier p. 865—867. Merc. Holl. an. 1672. p. 168—171. La Croix l. d. p. 29. *g* Du Mont T. VII. P. I. p. 212. Ricaut T. III. p. 350. Vita Sobietskii p. 102—107. Valkenier p. 867—872. Hist. de Pologne p. 359. Merc. Holl. an. 1672. p. 89—90. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 543. *h* Vita Sobietskii p. 109—112. 153—157. Ricaut T. III. p. 353—356. Merc. Holl. an. 1673. p. 37. 59. 75. 99. 124. 165. 193. 211. 240. La Croix l. d. p. 40. *i* Vita Sobietskii p. 159—167. Ricaut T. II. p. 361—366. Hist. de Pologne p. 360. 361. Merc. Holl. an. 1673. p. 240—243.

A. 6330. Per. Jul. ad 6416. A. Christ. 1617. ad 1703.

lis electus est[a], qui vi *Turcorum* in *Moscos* & *Ukraniam* aversa[b], re aliquoties bene gesta[c], 16 *Octobris* anno 1676 pacem honestioribus conditionibus cum *Turcis* conposuit[d]. Post hæc cum *Mahomet*, renovato licet anno 1681 cum *Leopoldo* Imperatore pacto[e], turbis se *Hungaricis* inmiscens[f], *Töckelium*, in clientelam receptum, Regem *Hungariæ* designasset[g], erupit anno 1683 atrocissimum maximeque diuturnum bellum *Hungaricum*[h], sed cum illud post cladem ad *Viennam* acceptam minus ex sententia gereretur, suorum coniuratione solio deturbatus est *Muhameth* IV *Novembris* 8 anno 1687[i].

Solimanus III bellum persequitur.

§. 7. In cuius locum subrogatus est frater eius *Solimanus* III[k], sub quo bellum contra *Christianos* varia fortuna continuatum, eoque adhuc fervente obiit 22 *Junii* anno 1691, imperii quarto[l].

Achmetes II bello contra Christianos infelix.

§. 8. Successorem habuit fratrem *Achmetem* II[m]. Hic clade ad *Salankemen* anno 1691 accepta, variisque captis urbibus in bello adversus *Christianos* infelix[n], etiam præfectorum suorum in *Asia* defectione vexatus[o], fato suo functus est ineunte anno 1695[p].

Mustapha II Petrus magnus Moscorum Princeps. Pax Carlovitzensis.

§. 9. Quando imperium accepit *Mustapha* II, filius *Muhammedis* IV, qui 14 *Januarii* anno 1693 in carcere decesserat[q]. Huic *Petrus Moscorum* Princeps *Asovam* munitissimam ad ostium fere *Tanais* urbem ademit anno 1696[r]. Eundemque sequente anno *Eugenius* Princeps memorabili ad *Zentham* prælio vicit.

a Vita Sobietskii p. 178—194. Merc. Holl. an. 1673. p. 263. an. 1674. p. 13. 14. 48. 94. 108—110. La Croix p. 45. 46. *b* Memoires du regne de Pierre le Grand T. I. p. 440. & seqq. Merc. Holl. an. 1674. p. 186. 187. *c* Vita Sobietskii p. 225. 238. & seqq. Merc. Holl. an. 1674. p. 245. 259. 260. an. 1675. p. 15. 35. 78. 200. 201. 221. 222. an. 1676. p. 71. 150. 186. 187. 198. 199. 211. Histoire des Traitez de Paix T. II. p. 544. 545. *d* Vita Sobietskii p. 266—268. Merc. Holl. an. 1676. p. 212. 213. Du Mont T. VII. P. II. p. 325. La Croix p. 86. *e* Du Mont T. VII. P. II. p. 12. *f* Supra C. XVIII. §. 20. *g* Du Mont T. VII. P. II. p. 40. *h* Supra C. XVIII. §. 20. 23. 26. 31. 33. 37. 40. *i* Ricaut T. V. p. 146—150. Isthuanf. Contin. L. XLVII. p. 609. Merc. p. 21—24. *k* Ricaut T. V. p. 152—155. *l* Ricaut T. V. p. 242. Isthuanf. Cont. L. XLVIII. p. 629. *m* Ricaut T. V. p. 244. *n* Supra Cap. XVIII. *o* Ricaut T. V. p. 244—254. *p* Ricaut T. V. p. 267. Contin. Isthuanf. L. XLIX. p. 637. *q* Ricaut T. V. p. 257. *r* Memoires du regne de Pierre le Grand T. II. p. 121—124. 127—133. Ricaut T. V. p. 275. Burn. T. V. p. 500.

cit[a]. Quibus malis fractus *Carlovitii* primum cum *Moscis* exeunte anno 1698 inducias[b], quæ tamen anno 1700 in pacem sunt conversæ: mox & 26 *Januarii* anno 1699 cum *Cæsare*, *Polonis* & *Venetis* rem conposuit[c]: ac anno 1703 suorum coniuratione imperio privatus est, subrogato fratre eius *Achmete* III[d].

A. 6330. Per. Jul. ad 6416. A. Christ. 1617. ad 1703.

CAPUT XX.

De præcipuis Ecclesiæ *fatis* Sæculi XVII.

§. 1.

Romanæ Ecclesiæ facies: & Pontificum cum Venetis & Gallis certamina.

MAnebat hoc sæculo, ut nihil de Ecclesia *Græca* dicam, *Christianum* omne nomen in Occidente in tres maxime familias Pontificiorum, Lutheranorum & Reformatorum divisum. Apud Pontificios, licet monachi inter Protestantes degentes, ipsique *Romani* Pontifices modestius cautiusque vixerint, tamen quod ad summam rem nihil de veteri instituto recesserunt; ac mage *Jesuitarum* distinctionibus, peccato philosophico, reservationibus mentalibus tota morum disciplina vitiata fuit & corrupta[e]: manebat etiam Pontificis *Romani* potestatem proferendi studium; quo nomine graviora cum *Venetis*[f], & *Gallis* certamina orta[g].

Protestantes fraude & vi delere nituntur.

§. 2. Inprimis vero id sibi negotii datum crediderunt, ut Protestantes vel varia arte callidisque consiliis adlicerent[h], vel aperta vi obruerent, atque ad

Cccc sedis

a Supra C. XVIII. §. 40. b Du Mont T. VII. P. II. p. 446. 447. Ricaut T. V. p. 298. c Du Mont T. VII. P. II. p. 448. & seqq. & Suppl. T. II. P. I. p. 459. Ricaut T. V. p. 281—298. d Ricaut T. V. p. 330—335. e Lettres de Montalte sive Blasii Paschalii. La morale des Jesuites. Jæger Dec. VI. L. II. c. 1. L. VIII. c. 6. Decen. VII. L. IV. c. 1. Decen. VIII. L. IX. c. 1. Mosh. Sæc. XVII. Sect. II. c. 1. §. 33. f Thuan. L. CXXXVI. p. 1249—1272. Raccolta della Scritti nella causa del Papa Paolo V. contro a Signori Venetiani in 4to Vol. II. Stampato per Paolo Marcello an. 1607. Heideg. Hist. Pap. Per. VII. §. 220. p. 322. & seqq. Jæg. Decenn. I. L. VII. c. 1. g Jæg. Hist. Eccl. Sæc. XVII. Decen. VII. L. II. c. 2. L. IV. c. 1. in fine. Decen. VIII. L. X. c. 1. Decen. IX. L. VII. c. 1. Heideg. Hist. Papatus Per. VII. §. 341. p. 555. & seqq. Mosh. Sæc. XVII. Sect. II. c. 1. n. 21. 22. h Mosh. Sæc. XVII. Sect. II. c. 1. §. 11—15. Weism. Hist. Eccl. Sæc. XVII. p. 726—738.

A. 6313. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1600. ad 1700.

sedis *Romanæ* obedientiam cogerent; nota est conjuratio pulveraria anno 1605 in *Anglia* inita, ut Regem totumque gentis concilium opprimerent[a], nota horribilis Euangelicorum in *Hibernia* anno 1641 instituta laniena[b]. Aliis in partibus cultus emendatus proscriptus, non tantum enim anno 1600 e *Stiria* reformata sacra exulare iussit *Ferdinandus* Archidux[c], *Bohemi* victo *Palatino* victoris sacra sequi coacti[d], *Waldenses* fere e *Pedemontii* vallibus deleti[e]; sed gravius in *Hungaria* ab anno 1671 sævitum[f]; pessime omnium in *Gallia*, ubi post varias vexas denique anno 1685, edicto *Namnetensi* abolito[g], Protestantes sua sacra dimittere iussi, plus quam barbara crudelitate missam frequentare coacti sunt[h].

Principes viros ad sua sacra alliciunt.

§. 3. In *Germania* vero *Wolfgangus Wilhelmus Palatinus Neoburgicus*, ducta *Maximiliani Bavari* sorore, anno 1614 ad Pontificiam religionem defecit[i]: *Ernestus* quoque *Hassiæ* Landgravius colloquio anno 1651 *Rhinfelsæ* in speciem instituto ad Papatum transiit[k]. In *Palatinatum* quoque Pontificiæ religionis liberum exercitium invexit *Philippus Wilhelmus Neoburgicus*, qui *Simmerensi* familia in *Carolo* deficiente, ad Electoralem dignitatem vocatus erat anno

a Heideg. Hist. Papat. Per. VII. §. 211—213. Epistola Casauboni ad Frontonem Ducæum ordine 730. pag. 385—426. Botereii Comment. L. XII. p. 250—254. Thuan. L. CXXXV. p. 1205—1215. Larrey T. III. p. 564—570. Rapin T. VII. p. 40—45. *b* Heidegg. Per. VII. §. 251. Rusworth Vol. IV. p. 398—421. Lampe Hist. Eccl. L. II. c. 13. n. 63. *c* Thuan. L. CXXIV. p. 921. Jæg. Decen. I. L. I. c. 8. *d* Piaseeius p. 359. Thuan. L. CXXIII. p. 921. 922. & CXXXI. p. 114. Carafa p. 93. & seqq. Pufendorf. Rerum Suec. L. I. §. 36. Heideg. Per. VII. n. 226. 227. Du Mont T. V. P. II. p. 500. 501. *e* Leger Hist. Vaudoises P. II. C. VI. p. 72. & seqq. Petri Gilles Hist. Eccles. des Eglises Vaudoises c. 49. p. 353. & seqq. Weism. Sæc. XVII. p. 994. & seqq. Jæger Decen. VI. L. V. c. 7. *f* Historia diplomatica de statu religionis Euangelicæ in Hungaria p. 69. & seqq. P. Debrezeni Hist. Eccl. Reform. in Hungaria L. II. p. 447. Heideg. Hist. Pap. Per. VII. §. 300—321. Jæg. Decen. VIII. L. II. c. 5. L. III. c. 7. L. V. c. 6. Ricaut T. V. p. 20. 21. Comp. Gothanum T. III. p. 85—88. *g* Du Mont T. VII. P. II. p. 117. Memoires de Vordac p. 141. *h* Benoit histoire de l Edit de Nantes P. IV. Heideg. Hist. Pap. Per. VII. §. 327. & seqq. Limiers L. IX. X. p. 139—190. Jæg. T. II. P. I. p. 318. P. II. p. 3. 15. Pufend. Rer. Brand. L. XIX. §. 16. *i* Merc. Gallo Belgicus T. X. L. II. p. 50. Vassor L. IV. p. 442. 443. Jæger Decen. II. L. IV. c. 2. & L. V. c. 3. *k* Jæger Decen. VI. L. I. c. 1.

anno 1685[a]. Nec minus triste Protestantibus accidit, quod *Augustus Saxoniæ* Elector, ut corona *Polonica* potiretur, anno 1697 *Romana* sacra recepit[b].

A. 6313. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1600. ad 1700.

Inter se domesticis Dominicanorum, Jesuitarum & Jansenistarum litibus colliduntur.

§. 4. Interim in *Romana* Ecclesia factionum studiis scissa gravius tumultuatum, nam ut minores scholarum lites omittam, lis inter *Dominicanos* & *Jesuitas* de auxiliis gratiæ sub initium huius sæculi fervidius acta[c]: & vetus controversia de inmaculata Virginis *Mariæ* conceptione, quam *Franciscani* propugnabant, *Dominicani* negabant, magno animorum motu tractata[d]. Inprimisque *Gallia*, postquam *Jansenii Augustinus* anno 1640 publicatus est, gravius concuti cœpit litibus *Jansenisticis*, sub quorum nomine doctrina *Augustini* de gratia damnata[e].

Lutherani de Sycretismo & Pietismo acrius certant.

§. 5. Nec minus graviter intestinis litibus agitata fuit Lutherana Ecclesia, nam ut de minoribus controversiis inter hos illos Doctores nihil dicam[f], graviores sunt conmotæ contentiones de *Syncretismo* & *Pietismo*. Cum enim *Georgius Calixtus* in Academia *Julia* Professor, vir pacis amans, contenderet, posse cum omnibus, qui fundamenta fidei in Symbolo Apostolorum contenta servant, iisque, quæ in primis Conciliis Oecumenicis decreta sunt, consentiunt, pacem coli; id *Wittebergenses* Theologi aliique ita interpretabantur, quasi omnes sectas in unum corpus cogere vellet, unde *Helmstadienses*, & qui cum illis faciebant, invidioso *Syncretistarum* nomine infamati sunt[g]. *Pietistarum* vero nomen primum *Lipsiæ* auditum anno 1689: cum enim *Philippus Jacobus*

a Pfaelzische Kirchen historie c. XI. §. 9. & seqq. Pufend. Rer. Brand. L. XIX. n. 13. *b* Jæger Decen. X. L. VII. c. 9. *c* Jæg. Prælimin. c. 3. p. 7. Decen. I. L. II. c. 1. L. III. c. 1. L. IV. c. 1. L. V. c. 1. L. VI. c. 5. L. VIII, c. 1. p. 107. Decen. VI. L. II. c. 5. Mosh. Sæc. XVII. Sect. II. c. 1. §. 36. 37. Comp. Goth. L. III. c. II. n. 6. T. III. p. 64—67. *d* Jæger Decen. II. L. IV. c. 1. L. VI. c. 6. Dec, III. L. I. c. 2. Weism. Sæc. XVII. p. 522—526. Heideg. Hist. Papat. Per. VII. §. 223. Mosh. Sæc. XVII. Sect. II. c. 1. n. 45. *e* Jæger Dec. IV. L. VIII. c. 8. T. I. p. 586. II. p. 6, 27. 39. 94. Weism. Hist. Eccl. Sæc. XVII. p. 459—505. Heideg. Hist. Pap. Per. VII. §. 245—250. Mosh. Sæc. XVIII. Sect. II. c. 1. n. 38. & seqq. du Mont Suppl. T. II. P. I. p. 472. *f* Godfr. Arnold. Kirchen und Ketzer historie T. II. L. XVII. c. 6. Mosh. Sæc. XVII. Sect. II. parte II. c. 1. §. 38. & seqq. *g* Godfr. Arnold. P. II. L. XVII. c. 11. §. 1—20. Weism. Sæc. XVII. T. II. p. 1194. & seqq. Mosh. Sæc. XVII. Sect. II. parte II. c. 1. n. 20. & seqq.

A. 6313. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1600. ad 1700.

cobus Spenerus, ut laboranti pietati subveniret, instituisset *Collegia*, quæ *Biblica* aut *Pietatis* dicebantur, idque *Lipsiæ* imitarentur viri pii & eruditi *Augustus Herm. Franckius* & *Johannes Casp. Schadius*, iuvenes vero, qui his intererant collegiis, pietatem crepantes, se ab aliis seiungerent, studia systematica & philosophica contemnerent, *Pietistarum* auditum est nomen. Quod postea diversimode acceptum, ut vel eos designaret, qui salva veritate morum emendationem commendant, quibuscum de utilitate Theologiæ systematicæ, de usu doctrinarum humanarum in re sacra, de theologia irregenitorum similibusque rebus certatum[a]; vel qui neglecta veritate, austeram morum disciplinam professi, fanatica quælibet & delira adiungunt dogmata[b].

Pax inter Protestantes frustra tentata.

§. 6. Ceterum fuit hoc sæculo auctoritate virorum Principum & Theologorum pacis amantium studio sæpius tentatum, ut dissentientes Protestantium cœtus mutui amoris vinculo coniungerent: verum licet Reformati satis se faciles probarent; fuit tamen fervidiorum Lutheranorum opera res optanda magis quam speranda identidem interturbata. Nota sunt in hunc finem instituta Colloquia *Lipsiense*[c] anno 1631. *Thoruniense*[d] anno 1645, *Cassellense*[e] anno 1661, scripta Irenica *Pareif*, & acta *Duræi* pacifica[g].

Inter Reformatos certatum cum Arminianis, variæque aliæ agitatæ lites.

§. 7. Sed qui pacem cum Euangelicis non adspernari videbantur Reformati, ipsi inter se collisi factionum studiis scissi sunt. Graviores sub initium sæculi in *Belgio* lites de Prædestinatione & Gratia occasione *Arminii* commotæ, Synodo *Dorderacena* anno 1619 ita diremtæ sunt, ut damnatis quinque articu-

a Weisman Sæc. XVII. p. 1208. & seqq. Junkers Kirchen Hist. p. 879. & seqq. Mosh. Sæc. XVII. Sect. II. c. 1. §. 26—31. Lampe L. II. c. 14. n. 26. *b* Weisman Sæc. XVII. T. II. p. 1255. & seqq. Mosheim Sæc. XVII. Sect. II. c. 1. §. 32. & seqq. *c* Jæger T. I. p. 479. & seqq. Godf. Arnold. P. II. L. XVII. c. 4. §. 5. Weism. Sæc. XVII. p. 987. 988. *d* Jæger lb. p. 689. Godfr. Arnold. l. d. §. 7. *e* Jæger T. II. P. I. p. 160. Godf. Arnold. l. d. §. 6. Weism. Sæc. XVII. p. 990. & seqq. Mosh. Sæc. XVII. Sect. II. c. 1. n. 3. & seqq. *f* Jæg. T. I. p. 230. *g* Jæg. T. I. p. 544. 567. T. II. p. 172. Godf. Arnold. P. II. L. XVII. c. 11. §. 23—46. Weism. Sæc. XVII. p. 983—990. Mosh. Sæc. XVII. Sect. II. P. II. c. 1. n. 6.

ticulis durius habiti Remonstrantes sectam singularem fecerint, quæ sensim in peius ruere cœpit[a]. Huic adfinis *Mosis Amyraldi* sententia de gratia universali hypothetica[b]: alia *Placæi* de peccati originalis inputatione mediata, an inmediata[c]. Quemadmodum in *Belgio* acerbius quam oportuisset certatum de *Cartesianismo* & *Cocceianismo*[d], cum *Roëllio* de usu rationis, morte fidelium temporali & generatione Filii[e], ut nihil de caussa *Beckeriana*[f], *Leenhoviana*[g], de *Labbadistarum* schismate[h], & secta *Quackerorum* sub medium huius sæculi in *Anglia* orta[i] dicam.

A. 6313. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1600. ad 1700.

§. 8. Abundavit etiam ætas hæc ingeniis partim fanaticis, qui visiones & revelationes crepantes privati spiritus ductum magis quam Sacras litteras sequebantur; inter quos celebris *Jacobus Böhme* sutor *Gorlitziensis*[k], & quorum somnia *Comenius* enar-

Fanatici huius sæculi & Atheismi suspecti.

[a] Acta Concilii Dorder. Baudartius L. I. II. V. c. 1—8. VI. initio. VII. c. 1—7. VIII. p. 1. & seqq. IX. p. 1—88. X. initio. XI. p. 16. 30. & seqq. Brandt Historie der Reformatie Vol. II. III. Leidekker eere van de nationale Synode van Dorderecht. Halesii epistolæ Hamburgi 1724. in 8vo editæ. Vassor L. II. p. 221—237. L. IV. p. 459—483. L. VIII. p. 480. & seqq. L. XI. p. 120—149. L. XII. p. 244—270. L. XIII. p. 338. & seqq. Vita Antonii Walæi in vitis selectis p. 624. & seqq. [b] Weism. Sæc. XVII. p. 910. & seqq. Jæger Decen. IV. L. III. c. 13. Bayle voce Amiraut, voce Daille & voce Blondell. [c] Weism. Sæc. XVII. p. 917. & seqq. Aymon Synodes des Eglises Reformées de France T. II. p. 680. [d] Frid. Spanhemii epistola de novissimis in Belgio dissidiis Tom. II. Operum. Irenæi Philalethæ sive Jacobi Rheuferdii kort en oprecht verhaal van den eersten oorsprong der broedertwisten, die nu veertig Jaaren de Nederlandsche Kerken hebben ontrust Amst. 1708. 8vo. Godfr. Arnold. P. II. L. XVII. c. 10. Weism. Sæc. XVII. p. 905. & seqq. 921. & seqq. Mosheim Sæc. XVII. Sect. II. c. 2. §. 22—24. Jæger T. I. p. 775. & seqq. T. II. p. 105. & p. 237. & seqq. Bruck. T. IV. P. II. p. 263. & seqq. [e] Scripta Roëllii & Vitringæ. Weisman Sæc. XVII. p. 902. 946—952. Bruck. T. IV. P. II. p. 270. Walch. de controversiis religionis P. III. p. 856—890. [f] Weism. Sæc. XVII. p. 352. Bruck. T. IV. P. II. p. 712—721. Jæger Decen. X. L. I. c. 8. [g] Jenichius in historia Spinozismi Leenhoviani Lipsiæ 1707. in 8vo. Bruck. T. IV. P. III. p. 697—699. [h] Godf. Arnold. P. II. L. XVII. c. 21. & in addendis pag. 984—1029. Weisman Sæc. XVII. p. 927. & seqq. Lampe Hist. Eccl. L. II. c. 14. §. 24. Jæger Decen. VIII. L. I. c. 5. [i] Weism. Sæc. XVII. p. 820. & seqq. Mosh. Sæc. XVII. Sect. II. c. 4. [k] Andr. Caroli Memor. Eccl. L. I. c. 67. L. II. c. 11. L. III. p. 31. Jæger Decen. I. Lib. I. c. 6. p. 15. Weism. Sæc. XVII. p. 1231. Mosh. Sæc. XVII. Sect. II. c. 1. §. 40. Godfr. Arnold. T. II. L. XVII. c. 19.

A. 6313. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1600. ad 1700.

enarravit, *Christophorus Kotterus* [a], *Nicolaus Drabicius* [b], & *Christina Poniatovia* [c], nec non *Antonetta Bourignonia* [d], cuius sententiam excoluit vir acris ingenii *Petrus Poiretus* [e]: partim etiam monstris hominum, qui religioni omni & maxime *Christianæ* bellum indixerunt, inter quos delirantis ingenii exemplum *Julius Cæsar Vaninus* [f], Atheismi suspectus: *Thomas Hobbesius* [g], iusti & æqui naturale discrimen tollens: & qui omnia ad unam substantiam, duabus modificationibus, cogitatione & extensione determinatam, & necessarias mutationis suæ caussas in se habentem, revocare adlaboravit *Benedictus de Spinoza* [h]; cuius principiis, varie licet incrustatis, insistunt *Pontianus van Hattem* [i], *Fridericus van Leenhof* [k], & ut multi volunt, *Gulielmus Deurhof* [l].

Litterarum & scientiarum multiplex incrementum.

§. 9. Interim litteræ omnes, artes & scientiæ toto orbe *Christiano* hoc sæculo insigniter emendatæ & amplificatæ sunt. S. Codicis dictis obscurioribus, litteris *Græcis* & *Hebraicis* cum omni antiquitate diligentius excultis, multum lucis adfusum, studium propheticum maiori cura tractatum. Historia, accuratiori studio chronologico [m] cum Genealogico [n], Numis-

[a] Comenii hist. revelat. & ex eo Godfr. Arnold. T. III. c. 22. §. 11—14. Witsius in Misc. Sacr. P. I. L. I. c. 24. Jæger Decen. II. L. VI. c. 7. Tom. I. p. 258. Bayle in lex. [b] Godfr. Arnold. T. III. c. 24. Witsius l. d. Jæg. Decen. IV. L. VIII. c. 9. Tom. I. p. 597. Bayle v. Comenius & Drabicius. [c] Godfr. Arn. T. III. c. 22. §. 15—22. Witsius l. d. Jæg. Decen. V. L. VI. c. 14. T. I. p. 687. [d] Andr. Caroli Mem. Eccl. L. VIII. c. 1. 11. 18. L. IX. c. 4. Godfr. Arnold. T. III. c. 16. Acta Lipsiensia Eruditorum an. 1686. pag. 9. Bayle in lex. [e] Vita Poireti operibus eius postumis præfixa: & ex ea Acta Lips. Erudit. an. 1727. p. 417. Bruck. Hist. Philos. T. IV. P. I. p. 725. & seqq. Niceron. T. IV. p. 144. X. 140. [f] Grammond Hist. Gall. L. II. p. 110—212. Bruck. Hist. Philos. T. IV. P. II. p. 670—682. Durand la vie & les sentimens de Lucilio Vanini Rotterdam anno 1717. in 12. [g] Bruck. Hist. Philos. T. IV. P. II. p. 145—199. Bayle. Mosh. Sæc. XVII. Sect. I. c. 4. §. 21. Niceron T. IV. p. 66. [h] Bruck. Hist. Philos. T. IV. P. II. p. 686—692. Jæger Decen. VIII. L. X. c. 3. Bayle. Mosh. Sæc. XVII. Sect. I. c. 4. §. 23. [i] Jenichius in historia Spinosismi Leenhofiani Lipsiæ 1707. in 8. Bruck. l. d. p. 697. 698. [k] Mus. Bremens. Vol. II. P. I. p. 145. & seqq. Bruck. l. d. p. 702. 703. [l] Bruck. l. d. p. 705. Lampe Hist. Eccl. L. II. c. XIV. §. 53. [m] In quo eminuere Jos. Scaliger, Petavius, Calvisius, Ubbo Emmius & alii. [n] Andreas du Chesne, Vredius, Butkens, Eccard.

mismatico[a] & Diplomatico[b] coniuncto, multum illustrata & a variis fabulis purgata. Jus naturæ diligentius quam antea indagatum & clarius explanatum est[c]: Inprimis, *Peripateticorum* barbarie, & *Chymicorum* insania depulsa, studia Philosophica & Mathematica, *Cartesio*[d], *Gassendo*[e], *Newtono*[f] & *Leibnizio*[g] auctoribus, novam plane induerunt faciem[h]. Quæ singulatim exequi non est huius loci.

A. 6313. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1600. ad 1700.

§. 10. Inter eruditos vero, quorum hoc sæculo maximus numerus fuit, eminuerunt ex *Græcis Cyrillus Lucaris*[i], Patriarcha *Constantinopolitanus*, *Jesuitarum* artibus indigne vexatus; ex Pontificiis *Cæsar Baronius*[k], *Robertus Bellarminus*[l], *Henricus Norisius*[m], *Jacobus Benignus Bossuetus*[n], *Franciscus Fenelonius*[o], *Jacobus Gretserus*[p], *Franciscus Combefisius*[q], *Jacobus Sirmondus*[r], *Dionysius Petavius*[s], *Johannes Mabillonius*[t], *Johannes Harduinus*[v], *Bernardus de Montfaucon*[u], *Johannes Launoius*[w], *Petrus de Marca*[x], *Lucas Holstenius*[y], *Stephanus Baluzius*,

Eruditi ex Pontificiis.

a Goltzius, Occo, Spanhemius, Vaillant, Thesaurus Morellianus. b Mabillonius opere diplomatico. c In quo enituere Hugo Grotius & Sam. Pufendorfius. d Bruck. Hist. Philos. T. IV. P. II. p. 200. & seqq. Niceron T. XXXI. p. 274. e Bruck. l. d. P. I. p. 510. & seqq. f Bruck. l. d. P. II. p. 639. & seqq. g Bruck. l. d. P. II. p. 335. & seqq. Niceron T. II. p. 64. h Mosh. Sæc. XVII Sect. I. c. 4. §. 28—33. i Thomas Smith in narratione de vita studiis gestis & martyrio Cyrilli Lucaris in eius Miscellaneis Londini editis 1686. in 8. pag. 49—130. Fabrit. Bibl. Gr. T. X. p. 499. Jæger Dec. IV. L. VIII. c. 7. k Du Pin T. XVII. p. 1. Niceron T. XXVII. p. 282. Weism. Sæc. XVII. p. 354. Freher. Theatr. P. I. Sect. 2. l Du Pin T. XVII. p. 18. Niceron T. XXVI. p. 1. Weism. Sæc. XVII. p. 354. 355. Bayle. m Du Pin T. XVIII. p. 146—154. Niceron T. III. p. 247. X. 116. & parte 2da p. 132. 304. Weism. p. 395. n Du Pin T. XVIII. p. 158. Niceron T. II. p. 248. X. 92. & parte 2. p. 216. 295. Weism. p. 395—399. o Niceron T. XXXVIII. p. 346. Weism. p. 399—401. p Du Pin T. XVII. p. 63—86. Niceron T. XXVIII. p. 1. Weism. p. 361. 362. Bayle. q Du Pin T. XVIII. p. 99. Niceron. T. XI. p. 185. r Oratio H. Valesii in obitum Sirmondi in vitis Selectis Th. Smith. p. 687. du Pin T. XVII. p. 203—210. Niceron T. XVII. p. 153. Weism. p. 365. s Oratio H. Valesii in obitum Petavii in vitis Selectis p. 678. du Pin T. XVII. p. 211—222. Niceron T. XXXVII. p. 81. t Du Pin T. XIX. p. 6—54. Niceron T. VII. p. 336. Weism. p. 408. v Du Pin T. XIX. p. 104—110. u Du Pin T. XIX. p. 276—280. Bern. Pez Biblioth. Benedictino-Mauriana p. 364. & seqq. w Du Pin T. XVIII. p. 34—66. Niceron T. XXXII. p. 84. Bayle. Weism. p. 381. x Du Pin T. XVII. p. 145—179. Niceron T. XII. p. 313. Weism. p. 364. Bayle. y Bruck. Ehren Tempel Dec. V. p. 188. du Pin T. XVIII. p. 1. Niceron T. XXXI. p. 236.

A. 6313. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1600. ad 1700.

luzius[a], *Joh. Baptista Cotelerius*[b], *Natalis Alexander*[c], *Lucas D'acherius*[d], *Ludovicus Ellies du Pin*[e], *Ludovicus Maimburgius*[f], *Henricus* & *Adrianus Valesii*[g], *Antonius Pagi*[h], *Sebastianus le Nain de Tillemont*[i], *Carolus du Fresne*[k].

Ex Lutheranis.

§. 11. Ex Lutheranis *Ægidius Hunnius*[l], *Johannes Gerhardus*[m], *Georgius Calixtus*[n], *Salomon Glassius*[o], *Abrahamus Calovius*[p], *Ægidius Strauchius*[q], *Christianus Kortholt*[r], *Sebastianus Schmidius*[ſ], *Theodoricus Hackspanius*[s], *Casparus Barthius*[t], *Johannes Henricus Boeclerus*[v], *Hermannus Conringius*[u], *Johannes Christophorus Wagenseilius*[w], *Daniel Georgius Morhofius*[x], *Caspar Sagittarius*[y], *Christophorus Cellarius*[z], & alii.

§. 12.

a Du Pin T. XIX. p. 1—6. Niceron T. I. p. 194. X. p. 16. Weism. p. 431. *b* Du Pin Bibl. T. XVIII. p. 186. Acta Eruditor. an. 1699. initio. Niceron T. IV. p. 243. *c* Du Pin T. XIX. 93. Niceron T. III. p. 339. X. 122. Weism. p. 420. *d* Du Pin T. XVIII. p. 184. Niceron T. XXI. p. 331. *e* Du Pin T. XIX. p. 176—252. Niceron T. II. p. 25. X. 75. Weism. p. 421—424. *f* Du Pin T. XVIII. p. 238. Witten in diar. biogr. Weism. 383. 384. *g* Du Pin T. XVIII. p. 103. Niceron T. III. p. 215. V. p. 225. Vita Henrici Valesii a fratre eius Hadriano Valesio scripta in collectione de Bates p. 719. *h* Du Pin T. XVIII. p. 197. Niceron T. I. p. 183. *i* Du Pin T. XVIII. p. 259—270. Niceron T. XV. p. 308. *k* Acta Erudit. Suppl. T. I. Sect. VIII. p. 437. du Pin T. XVIII. p. 141. Niceron T. VIII. p. 69. *l* Melch. Adami in vitis Theol. Germ. p. 334. Freher. Theatr. P. I. Sect. 3. Georg. Serpilius in epit. Theol. Suev. p. 34. Bayle. *m* Theoph. Spizelius in templo hon. n. 17. Witten Mem. Theol. Dec. III. extr. Freher. Theatr. P. I. Sect. 3. p. 467. *n* Gebh. Theod. Meyerus in Monum. Juliis n. 15. Witten Mem. Theol. Dec. IX. init. Freher. P. I. Sect. 2. *o* Spizelius templo Hon. n. 29. Witten Dec. IX. n. 5. Freher. P. I. Sect. 2. *p* Pipping in memor. Theol. Dec. I. extr. Andr. Caroli Memor. Eccl. L. IX. c. 43. *q* Andr. Caroli Mem. L. II. c. 52. 57. L. IX. c. 15. Witte Decad. XVI. in fine. Pufendorf Rerum Brandenb. L. XV. n. 23. *r* Niceron T. XXXI. p. 47. Pipping. Dec. V. n. 2. Bayle. *ſ* Pipping Dec. V. n. 6. *s* Bruck. Ehren-Tempel Dec. IV. p. 163. Witte Memor. Theol. Dec. X. p. 1292. Zeltner. in vitis Theol. Altdorf. p. 304. & seqq. *t* Spizelius in templo Hon. n. 49. Freher. Theatr. p. 1546. Bruck. Ehren Tempel Dec. I. p. 34. Bayle in lex: Niceron T. VII. p. 14. X. parte 2. p. 223. *v* Witten Mem. Phil. Dec. IX. Acta Eruditorum an. 1696. p. 74. *u* Vita Conringii, quæ operibus eius præfigitur. Bruck. Ehren Tempel Dec. IV. p. 159. Niceron T. XIX. p. 249. XX. p. 173. *w* Bruck. Ehren Tempel Dec. V. p. 206. Niceron T. II. p. 114. Acta Erudit. an. 1706. p. 43. *x* Vita eius Polyhistori a Mollero præmissa. Acta Erud. an. 1699. p. 289. Niceron T. II. p. 16. X. parte 2. p. 79. *y* Joh. Henr. von Seelen in Athen. Lubec. parte II. Sect. 1. p. 231. & seqq. Niceron T. IV. p. 229. *z* Niceron T. V. p. 273.

§. 12. Ex Reformatis *David Pareus* [a], *Johannes Piscator* [b], *Paulus Toſſanus* [c], *Antonius Walæus* [d], *Andreas Rivetus* [e], *Jacobus Uſſerius* [f], *Franciſcus Gomarus* [g], *Fridericus Spanhemius* [h] pater, eiusque filii *Ezechiel* [i] & *Fridericus* [k], *Henricus Altingius* [l], & filius eius *Jacobus* [m], *Daniel Camierus* [n], *Johannes Dallæus* [o], *Samuel Bochartus* [p], *Johannes Lightfootus* [q], *Johannes Owenus* [r], *Richardus Cumberland* [ſ], *Johannes Forbeſius* [s], *Johannes Buxtorfii* pater [t] & filius [v], *Johannes Henricus Hottingerus* [u], *Joh. Henricus Heideggerus* [w], *Franciſcus Turretinus* [x], *Abrahamus Heidanus* [y], *Johannes Coccieus* [z], *Samuel*

A. 6313. Per. Jul. ad 6413. A. Chriſt. 1600. ad 1700.

a Vita Parti I. operum Theol. præfixa. Witte Diar. biogr. Bayle in lex. *b* Boiſſard. vit. doct. viror. Freher. Theat. P. I. ſect. 3. Andr. Caroli Memorab. Eccl. L. III. c. 38. *c* Freher. Theat. P. I. ſect. 2. Niceron T. XXXVI. p. 350. *d* Vita Ant. Walæi in vitis Selectis p. 600. & ſeqq. *e* Joh. Meurſ. Athen. Belg. Freherus P. I. ſect. 3. *f* Vita eius in vitis ſelectis p. 734. & vita a Th. Smith ſcripta, quæ Annalibus eius Genevæ 1722 inpreſſis præmittitur. Niceron T. V. p. 101. Weism. Sæc. XVII. p. 879. *g* Vitæ Profeſſ. Groning. p. 75. Meurſii Ath. Batavæ p. 176. Bayle in lex. *h* Heidanus in oratione funebri Friderici Spanhemii. Niceron T. XXIX. p. 1. Bayle in Lex. *i* Acta Erudit. an. 1711. p. 522. Journal des Savans 1712. menſe Jan. Niceron T. II. p. 222. Le Clerc Bibl. choiſie T. XXII. P. I. p. 174. *k* Triglandius in laudatione funebri Frider. Spanhemii, quæ operum eius Tomo II. præmittitur. Niceron T. XXIX. p. 11. Weism. Sæc. XVII. p. 896. *l* Vitæ Prof. Groning. p. 88—101. Bayle in lex. *m* Vita Jacobi Altingii quæ Tomo I. operum eius præmittitur: & in vitis Profeſ. Groning. p. 163. Bayle. *n* Andr. Caroli Memor. Eccl. L. I. c. 61. L. III. c. 10. Bayle. *o* Niceron T. III. p. 66. Bayle. Weism. Sæc. XVII. p. 861. *p* Morini vita Bocharti operibus præmiſſa. Acta Erudit. 1693. p. 104. Niceron T. XXVII. p. 201. *q* Vita operibus eius præmiſſa. Acta Erudit. an. 1686. p. 120. Niceron T. VI. p. 307. *r* Witten Diar. Biogr. Niceron T. XVI. p. 298. *ſ* Payne vita Richardi Cumberland: & ex eo Memoires Literaires de la grande Bretagne T. IV. p. 237. Niceron T. V. p. 328. *s* Bayle in Lex. Weism. Sæc. XVII. p. 867. Bernard Nouvelles de la Republique des Lettres an. 1704. p. 176. *t* Bruck. Ehren Tempel Dec. I. p. 30. Niceron T. XXXI. p. 206. *v* Niceron T. XXXI. p. 216. Freher. Theatr. P. IV. *u* Heideggeri hiſtoria vitæ & obitus Hottingeri. Freheri theatr. P. I. ſect. 3. And. Caroli Memor. Eccl. L. VII. c. 52. Bruck. Ehren Tempel Dec. V. p. 193. Niceron Tom. VIII. p. 115. *w* Hiſtoria vitæ Joh. Henr. Heideggeri, eiusdem Exercitat. Biblicis præmiſſa. Niceron T. XVII. p. 143. Weism. Sæc. XVII. p. 895. *x* Picteti oratio funebris. Bayle. Weism. Sæc. XVII. p. 893. *y* Andr. Caroli Memor. Eccl. L. VIII. c. 47. & 61. Wittichii oratio funebris. Bayle. Weism. Sæc. XVII. p. 865. *z* Andr. Caroli Mem. Eccl. L. VII. c. 67. Niceron T. VIII. p. 193. Bibliotheque univerſelle Tom. VII. Weism. Sæc. XVII. p. 922.

A. 6313. Per. Jul. ad 6413. A. Christ. 1600. ad 1700.

muel Maresius [a], *Gisbertus Voetius* [b], *Stephanus le Moyne* [c], *Jacobus Goussetius* [d], *Franciscus Burmannus* [e], *Hermannus Alexander Roëllius f. Campegius Vitringa* [g].

Ex Arminianis.

§. 13. Ex Arminianis *Jacobus Arminius* [h], *Conradus Vorstius* [i], *Simon Episcopius* [k], *Stephanus Curcellæus* [l], *Philippus a Limborch* [m].

Varii Litterarum cultu præstantissimi.

§. 14. Præter hos omnigena eruditione clari fuerunt *Hugo Grotius* [n], *Gerb. Johannes Vossius* [o], *Isaacus Casaubonus* [p], *Claudius Salmasius* [q], *Thomas Reinesius* [r], *Jacobus Golius* [s], *Johan. Fridericus Gronovius* [t], *Jo-*

a Vitæ Prof. Groning. p. 134. Niceron T. XXVIII. p. 46. Freher. Theat. P. I. sect. 3. Bayle. *b* And. Caroli Mem. Eccl. L. VIII. c. 45. Witte Diar. Biogr. ad an. 1676. Weism. Sæc. XVII. p. 864. *c* Acta Erudit. an. 1704. p. 189. Weism. Sæc. XVII. p. 866. Niceron T. XIII. p. 79. Bayle v. Bochart Lit. E *d* Niceron T. II. p. 355. X. p. 100. & parte 2. p. 118. *e* Grævius Oratione funebri. *f* Bibl. Bremens. Class. II. p. 707. Acta Eruditorum Germanica. Weism. Sæc. XVII. p. 902. *g* Schultens in Orat. Funebri Bibli. Bremens. Class. VI. p. 735. Niceron T. XXXV. p. 30. *h* Casp. Brantii vita Jacobi Arminii, & in Academia Leidensi p. 33. Freher Theatr. P. I. Sect. 3. Weism. Sæc. XVII. p. 1278. Bayle. *i* In Academia Leidensi p. 57. Sandius in Biblioth. Antitrin. p. 98. Epistolæ Præstantium Theologorum n. 164—167. & 363. Weism. Sæc. XVII. p. 1281. Bayle. *k* Vita eius a Limborchio scripta. Acad. Leid. p. 69. Weism. Sæc. XVII. p. 1283. Niceron T. III. p. 306. Bayle. *l* Vita a Poelenburgio scripta operibus præmittitur. Weism. Sæc. XVII. p. 1284. Benthems status Eccles. Holl. P. II. c. 4. *m* Clerici Oratio funebris. Niceron T. XI. p. 39. Weism. Sæc. XVII. p. 1290. *n* Vita Hugonis Grotii in vitis selectis p. 420. & quæ a Gattenburgio scripta prodiit Dordraci 1732. Vol. IV. fol. 4. Witten. Mem. Philos. p. 554. Niceron T. XIX. p. 315. XX. p. 173. Weism. Sæc. XVII. p. 1286. Bruck. T. IV. P. II. p. 730. & seqq. Bayle. *o* Meursii Athen. Batav. Witten. Memor. Phil. Dec. V. Vita Vossii quæ præmittitur epistolis a Colomesio editis. Niceron T. XIII. p. 89. Weism. Sæc. XVII. p. 1285. *p* Vitam collegit Ad. Clarmund. P. I. n. 8. Niceron T. XVIII. p. 118. XX. 113. Witte Diar. Biogr. Baillet Jugemens des Savans T. II. p. 210. & vita Casauboni ab Almelovenio epistolis eius præmissa. *q* Vita Salmasii ipsius epistolis præmissa. Freher. P. II. sect. 4. Clarmund P. I. n. 14. Memoires de Literat. Liv. I. p. 257. *r* Witten Mem. Philos. Dec. VIII. n. 8. Clarmund vitis doctiss. Viror. P. II. n. 20. Acta Erudit. an. 1682. p. 92. Niceron T. XXX. p. 65. Bayle. Bruck. Ehren-tempel Dec. III. p. 110. & seqq. *s* J. Fr. Gronovii laudatio funebris. Witten. Diar. Biogr. Bayle. *t* Bruck. Ehren-tempel. Dec. III. p. 115. Clarmund P. I. n. 19. Vita J. F. Gronovii quæ Hamburgi anno 1725. prodiit.

Johannes Georgius Grævius [a], *Jacobus Perizonius* [b], *Petrus Bayle* [c], aliique. A. 6313. Per. Jul.

§. 15. Historici celebriores *Philippus Cluverius* [d], *Ubbo Emmius* [e], *Johannes Mariana* [f], *Gulielmus Camdenus* [g], *Johannes Isaacus Pontanus* [h], *Samuel Pufendorf* [i], *Gilbertus Burnetus* [k], qui nobis sit dicendi ad 6413. A. Christ. 1600. ad 1700. Historici.

F I N I S.

a Petri Burmanni Orat. Funebris. Niceron T. II. p. 233. X. parte 2. p. 295. *b* Antonii Schultingii Orat. funebris. Histoire critique de la Rep. des lettres T. IX. p. 395. Niceron T. I. p. 21. X. p. 6. parte 2. p. 3. *c* Niceron T. VI. p. 251. *d* Dan. Heinsius in Orat. funebri. Meursius Ath. Batav. Mart. Hankii Script. Rer. Rom. P. I. c. 7. Niceron T. XXI. p. 348. *e* Vitæ Prof. Groning. p. 39. Witte Memor. Philos. Dec. V. p. 31. Niceron T. XXIII. p. 34. Bayle. *f* Andr. Schottus Bibl. Hisp. Tom. II. class. 6. And. Caroli Memorab. Eccl. Sæc. XVII. L. II. c. 26. Bayle. *g* Oratio funebris Lud. Molinæ in Hen. Witten Mem. Philos. Dec. II. Niceron T. XXIII. p. 83. Bayle. *h* Niceron T. XXXII. p. 271. *i* Niceron T. XVIII. p. 224. *k* Le Clerc Bibl. Ancien. T. III. P. II. p. 388. Niceron T. VI. p. 12. X. p. 159. & parte 2. p. 182. Bruk. T. IV. P. II. p. 749. & seqq.

AD LECTOREM.

Cum Canonis Mathematici, quem *Ptolemæus* in conputandis Regum & Imperatorum annis adhibuit, magnus usus sit in veteri historia cum ex *Petavii* Rationario temporum, & cum variantibus lectionibus ab eo adscriptis, huc transferre utile duximus.

Πτολεμαίȣ Κανὼν Βασιλέων		
Ἀσσυρίων καὶ Μήδων.	Ἔτη.	Συναγωγή.
Ναβονασσάρου	ιδ	ιδ
Ναδίȣ	β	ις
a Χωζίρȣ, καὶ Πώρȣ	ε	κα
Ἰȣγαίȣ	ε	κς
Μαρδοκεμπάδȣ	ιβ	λη
b Ἀρκιανȣ	ε	μγ
Ἀβασιλεύτȣ πρώτȣ	β	με
Βηλίβȣ	γ	μη
c Ἀπροναδίȣ	ς	νδ
Ῥιγηβήλȣ	α	νε
d Μεσεσσιμορδάκȣ	δ	νθ
Ἀβασιλεύτȣ β	η	ξζ
e Ἀσσαραδίνȣ	ιγ	π
f Σαοσδȣχήȣ	κ	ρ
g Χυνιλαδάνȣ	κβ	ρκβ
h Ναβοπολλασσάρȣ	κα	ρμγ
i Ναβοκολασσάρȣ	μγ	ρπς
k Ἰλȣαροδάμȣ	β	ρπη
Νιρικασσολασσάρȣ	δ	ρςβ
Ναβοναδίȣ	ιζ	σθ

a Χινζηρος, καὶ Πύρȣ
b Ἀρκαιανȣ.
c Ἀπαανάδȣ.
d Μεσησσιμορσάκȣ.
e Ἀσαριδίνȣ.
f Σαοσδȣχίνȣ.
g Κινιλασάνȣ.
h Λαβοπολασσάρȣ.
i Λαβοκολασσάρȣ.
k Ἰαλοαροσάμȣ.

Περσῶν Βασιλεῖς.		
Κύρȣ	θ	σιη
Καμβύσȣ	η	σκς
Δαρείȣ α	λς	σξβ
Ξέρξȣ	κα	σπγ
Ἀρταξέρξȣ α	μα	τκδ
Δαρείȣ β	ιθ	τμγ
Ἀρταξέρξȣ β	μς	τπθ
Ὤχȣ	κα	υι
Ἀρώγȣ	β	υιβ
Δαρείȣ γ	δ	υις
Ἀλεξάνδρȣ Μακεδόνος	η	υκδ

Ptolemæi Canon Regum.		
Assyriorum & *Medorum.*	Anni *singulorum.*	Anni *collecti.*
Nabonassari	14	14
Nadii	2	16
Choziri, & *Pori*	5	21
Jugæi	5	26
Mardocempadi	12	38
Arciani	5	43
Interregni primi	2	45
Belibi	3	48
Apronadii	6	54
Regebeli	1	55
Mesessimordaci	4	59
Interregni secundi	8	76
Assaradini	13	80
Saosduchei	20	100
Chyniladani	22	122
Nabopolassari	21	143
Nabocolassari	43	186
Iluarodami	2	188
Niricassolassari	4	192
Nabonadii	17	209
Persarum Reges.		
Cyri	9	218
Cambysis	8	226
Darii primi	36	262
Xerxis	21	283
Artaxerxis primi	41	324
Darii secundi	19	343
Artaxerxis secundi	46	389
Ochi	21	410
Arogi	2	412
Darii tertii	4	416
Alexandri Marcedonis	8	424

Ἔτη βασιλέων τῶν μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρȣ τȣ͂ Βασιλέως τελευτήν.		
α Φιλίππȣ τȣ͂ μετ' Ἀλέξανδρον τὸν κτίστην. (margin: α Φιλίππȣ τȣ Ἀριδαίȣ.)	ζ	ζ
Ἀλεξάνδρȣ Αἰγου.	ιβ	ιθ
Ἑλλήνων βασιλεῖς ἐν Αἰγύπτῳ.		
Πτολεμαίȣ Λάγȣ	κ	λθ
Πτ. Φιλαδέλφȣ	λη	οζ
Πτ. Ἐυεργέτȣ α	κε	ρβ
Πτ. Φιλοπάτορος	ιζ	ριθ
Πτ. Ἐπιφάνȣς	κδ	ρμγ
Πτ. Φιλομήτορος	λε	ροη
Πτ. Ἐυεργέτȣ β	κθ	σζ
Πτ. Σωτῆρος	λς	σμγ
Διονύσȣ	κθ	σοβ
Κλεοπάτρας	κβ	σςβ
Ῥωμαίων Βασιλεῖς.		
Αὐγούστου	μγ	τλζ
Τιβερίȣ	κβ	τνθ
Γαίȣ	δ	τξγ
Κλαυδίȣ	ιδ	τοζ
Νέρωνος	ιδ	τϟα
Οὐεσπασιανȣ͂	ι	υα
Τίτȣ	γ	υδ
Δομετιανȣ͂	ιε	υιθ
Νέρȣα	α	υκ
Τραϊανȣ͂	ιθ	υλθ
Ἀδριανȣ͂	κα	υξ
Ἀντωνίνȣ	κγ	υπγ

Anni Regum, qui poſt *Alexandri* Regis obitum regnarunt.		
Philippi qui poſt *Alexandrum* conditorem regnavit,	7	7
Alexandri Ægi,	12	19
Græcorum Reges in *Ægypto*.		
Ptolemæi Lagi	20	39
Pt. Philadelphi	38	77
Pt. Euergetæ primi.	25	102
Pt. Philopatoris	17	119
Pt. Epiphanis	24	143
Pt. Philometoris	35	178
Pt. Euergetæ ſecundi.	29	207
Pt. Soteris	36	243
Dionyſii	29	272
Cleopatræ	22	292
Romanorum Reges.		
Auguſti	43	337
Tiberii	22	359
Caji	4	363
Claudii	14	377
Neronis	14	391
Veſpaſiani	10	401
Titi	3	404
Domitiani	15	419
Nervæ	1	420
Trajani	19	439
Hadriani	21	460
Antonini	23	483

I N-

INDEX

RERUM ET PERSONARUM MEMORABILIUM,

Prior numerus maior Librum, alter minor Caput, tertius paragraphum notat.

A.

* Ach-

Æneas

Alex-

Ma-

(Wil-

Atha-

secun-

I Rex

Bo-

* * * * Coc-

Lug-

Cre-

 De-

E.

* * * * * *Eli*

Esse-

F.

Fla-

Gan-

Gi-

Co-

Hi-

Hun-

Idu-

La-

Leun-

Lu-

Mer-

********* *Nau-*

O.

Oftia

Lu-

Quin-

Maxi-

Car-

Si-

per

T.

V.

ad

W.

Elea-

FINIS.

